880.2 Cl.

CONCORDIA LIBRARY
BRONXVILLE, N. Y.

From the professional library
of Dr. E. G. SIHLER,
Professor of Latin
Language and Literature,
NEW YORK UNIVERSITY

1892-1923

CONCORDIA LIBRARY
BRONXVILLE, N. Y.

880
K94

HENRICI CLINTONIS

FASTI HELLENICI

CIVILES

ET

LITTERARIAS GRAECORUM RES

AB OL. LV^MA AD CXXIV^MAM

EXPLICANTES

DF
207
.C6
1830

EX ALTERA ANGLICI EXEMPLARIS EDITIONE CONVERSI

A

C. G. KRUEGERO.

LIPSIAE 1830

SUMPTIBUS FRID. CHRIST. GUIL. VOGELII.

PRAEFATIO.

Quum ante hos quattuor annos F. C. G. Vogelius a me petiisset ut Clintonis Fastos Hellenicos in Latinum sermonem converterem et si quae opus viderentur vel adderem vel emendarem, ita tamen ut non multo maius fieret volumen, ego promptius quam consideratius hanc operam suscepi, neutiquam futuram sperans ut tantum quantum mihi attulit difficultatis taediique habitura esset. Nam quum maiorem interpretationis partem absolvissem iterum editus est liber sexcentis locis vel auctus vel emendatus: quae res quantum molestiarum mihi exhibuerit non est quod exsequar. Quas quo gravius ferrem, multa accesserunt. Etenim per haec ego tempora sedem mutavi multisque fortunae iniquitatibus constanter ita sum agitatus ut, quamquam malorum haudquaquam insuetus, studiis tanto minus vacare possem quanto magis affecto corpori curando vacare cogerer. Ita factum est ut neutiquam ea quae in hoc libro edendo praestare volueram perficere possem, quum praesertim redemptor librarius properaret, quod exortus esset qui antevertere vellet. Quare ne ea quidem quae prope iam absolvissem, in tabulis aliquoties memorata, veluti commentationem de iis quae inter Persica bella et Peloponnesiacum gesta sunt, hoc volumine comprehensa edere potui, cum aliis commentationibus

13.723

CONCORDIA LIBRARY,
BRONXVILLE, N. Y.

eiusdem argumenti, si quando meliora mihi contingant tempora, separato volumine publicaturus, iis quoque libris usus qui ex quo hic excudi coeptus est de iisdem rebus prodierunt.

Ceterum satis dolere nequeo quod A. Meinekius quum olim spem mihi fecisset fore ut quae ad poetas pertinerent, sua opera aucta et emendata prodirent, muneris sui molestiis impeditus huic promisso non stetit. Gratus tamen profiteor quae in Prooemio comicorum indici addita sunt maiorem partem Meinekio deberi. Eorum quae de philosophis addidi magnam partem H. Ritteri amicitiae accepta refero, qui non modo multos locos qui me fugissent mihi indicavit, sed etiam compluribus de rebus disputatiunculas mecum communicavit, quas ego conversas nomine eius adscripto proposui.

Restat ut memorem quod iis qui de huiusmodi rebus Latine scribunt concedi solet, ut quaedam minus Latine dicant, id me non dubitasse quin mihi quoque aequi censores daturi essent. Quam ego veniam nisi me impetraturum esse sperarem, complura hic enumerare possem quae correcta vellem. Sed haec fere leviora sunt quam quibus recensendis hic immorandum esse censeam.

Scribebam Berolini 1mo Martii die 1830.

C. G. Krügerus.

PRAEFATIO
PRIORIS EDITIONIS.

In hoc volumine quod iam publico conscribendo id egi ut veterum Graecorum civiles et litterarias res a Pisistrati aetate ad Ptolemaei Philadelphi regni initium illustrarem, non modo quae bella gesta quaeque in rebus publicis administrandis acta essent, sed etiam quae ad litteras pertinerent temporum ordine digesta explicando. Proposui testimonia quibus quaeque res nititur ipsaque scriptorum verba quantum brevitatis ratio permitteret exscripsi.

Conscribendi huius libri consilium iam multis ante annis inii, quum veterum scriptorum libros versans idoneum ducem qui tempora monstraret decsse viderem. Etenim oratorum et comicorum poetarum quae constant, ut satis intelligantur, eo ordine quo scripta aut acta sunt iisque rebus quibuscum coniuncta fuerunt respectis legenda sunt. In his rebus inquirendis diligentissime studium collocaverunt veteres critici optimorum temporum[a]). Ita Apollodorus et Dionysius accurate quo quidque tempore scriptum esset notaverunt. Sed posteriorum aetatum grammatici, quorum manibus antiquitatis reliquias traditas accepimus, hoc nomine tam negligentes fuerunt ut nullum Aristophanis exemplar hodie exstet in quo fabulae eo quo datae sunt ordine positae compareant. Non magis Demosthenis exemplar habemus in quo orationes temporum ordine respecto digestae sint. Principio equidem veterum orationes atque fabulas quae exstant suo quamque loco disponere et quibus opus esset testimoniis quidque confirmare consti-

a) *Illa praecipua scriptorum cura fuisse videtur, ut tempus quo fabulas suas comici tragicique docuissent inquirerent, et quo archonte quave anni tempestate singula quaeque dramata acta fuissent diligenter notarent. Non vulgare sane opus; cum in eo elucubrando criticorum doctissimi industriam diligentiamque suam collocarint:* Dicaearchus *nimirum, Aristotelis discipulus,* Callimachus, Carystius, Aristophanes *grammaticus,* Apollodorus, Crates *et* Eratosthenes. *His* Aristoteles *ipse princeps praeiverat, qui tragicorum comicorumque nominibus et fabularum titulis collectis συναγωγὴν hanc apto et proprio vocabulo περὶ διδασκαλιῶν inscripserat.* Oderici Epistola p. VI.

tueram: id quod brevi expositione me confecturum esse speravi. Sed paulatim rem ampliorem esse vidi; quumque alii inquirendi loci accederent, sensim accrevit liber, donec ea qua nunc est forma iustum volumen factum est: quod ego nunc publicare audeo, sperans fore ut aliquatenus aliis suppeditet quae ipse ante requisiveram.

Appendici reservaveram scenicorum poetarum qui his temporibus fuissent historiam cum fabularum inscriptionibus. Sed eam vidi copiosiorem futuram esse quam quae huic appendici adderetur. Itaque misso hoc consilio breviorem tragicorum et comicorum poetarum recensum qui in prooemio propositus est substitui. A mutato consilio repetendum est quod incuria in tabulis a. 500 a. C. n. de Epicharmo non delevi promissum quod hoc volumine non solvi.

Pariter constitueram de veteris Graeciae magnitudine et frequentia huic volumini nonnulla addere, hominum multitudinis censu a Demetrio 317 acto Atticae tributae rationes expositurus. Sed hanc quoque disputationem omittere visum est.

Index tabularum brevis chronici forma eorum quae persequutus sum temporum conspectum offert. Monstrat ille archontis cuiusque et in altera columna gravissimae cuiusque rei locum. Minus copiosae sunt tertia et quarta columnae, in quibus charta angustior fuit quam ut singula quaeque enumerarentur. Sed hunc defectum explet qui in fine voluminis subiectus est index nominum litterarias res spectantium e litterarum ordine confectus. Continet ille quidquid ad hoc argumentum pertinet additis nonnullis quae suo loco memorare neglexeram.

Ceterum priusquam praefandi finem faciam, lubens gratias ago Delegatis qui universitatis litterariae Oxoniensis officinae praesunt omnibus, quod hunc librum excudendum receperunt; inprimis autem Thomae Gaisfordi, professoris regii Graecarum litterarum, humanitate me obstrictum esse profiteor, qui prompto animo huic libro publicando favèrit.

Scribebam 5to Ianuarii die 1824.

PRAEFATIO

ALTERIUS EDITIONIS.

In hac editione, quum accurate librum perscrutatus essem, complures errores tollere et aliquammulta quae omissa essent addere potui. Scriptorum loci saepe integriores deprompti sunt. Testimonia iusto copiosiora proposita esse non censebit qui quot commoda haec ratio afferat reputaverit. Nam ea modo excitasse fere non sufficit, quum auctores non cuique ad manus sint neque semper iis consulendis locos qui per multos dispersi leguntur colligere lubeat. Accedit quod scriptor ipse si testimonia quibus quae tradit nituntur tantum excitat, facilius errare potest, quum vel falsa proferat vel incuria falsam iis sententiam tribuat. Sin vero ipsa verba transscripta et in prospectu posita sunt, scriptor accuratius quae ex iis colligenda sint perspiciet, lectores quum omnia sine difficultate conspiciant facilius iudicabunt.

Compluribus de rebus copiosius quam in priore editione exposui, non veritus ne quis sine causa volumen auctum esse dicat iis quae in prooemio de poetis scenicis aut iis quae ad ultima quattuor Appendicis capita addidi. De veteris Graeciae magnitudine et frequentia huic editioni novum caput accessit, quo certe huius pars argumenti explicata est.

Quum favorem iterum factum iterum praedicare deceat, gratias agam oportet Delegatis qui universitatis litterariae Oxoniensis officinae praesunt, quod liberaliter huic libri editioni faverint.

Scribebam 25° Ianuarii die 1827.

EMENDANDA.

PROOEM. p. XXVIII ann. col. 1 v. 18 post *quod* adde *in.* — p. XXXIV ann. c. 1 v. 2 lege *feceram.* — p. XXXV ann. c. 1. v. 25 l. *Μελήτου.*

TABB. p. 48 c. 2 v. 6 et 13 l. *Oenophyta.* — p. 55 c. 1 v. 2 post *est* adde *Eusebius.* — p. 56 c. 2 v. 19 dele [At—*Kr.*]. — p. 85 c. 1 v. 8 post 37 adde XIII,. — p. 141 c. 2 v. 3 dele *Apolloniata.* — p. 147 v. ult. l. *Ἀθηναίους.* — p. 152 c. 2 v. 15 l. *Pythodoto.* — p. 162 c. 1 v. 8 l. *Din. p.* 649. — p. 168 c. 1 v. ult. adde Amm. p. 749. — Praeterea ex archontibus annorum 441—435 complures etiam in inscrr. apud Boeckh. I p. 352 et 349 memorari non annotavi.

APPEND. p. 237 ann. c. 2 v. 3 l. *τκς'.* — p. 245 v. 7 l. *mortem obiit* 29. — p. 326 ann. c. 1 v. 7 l. *regnavit adeptus sit, Xerxes.* — p. 334 v. 10 l. *tradat.* — p. 344 v. 17 l. *qua.* — p. 387 ann. c. 2. v. 8 et 9 l. *Leontem — Leonti.* — p. 393 v. 21 l. *autem.* — p. 397 ann. c. 2 v. 25 l. *quot.* — p. 405 ann. c. 1 v. 9 l. *Philippus Plataeas et.*

PROOEMIUM.

Inter Ol. 55 et 124 qui interiecti sunt anni ducenti octoginta, trium in quas universae Graecorum historiae tempora usque ad Christum natum describi possunt partium statuere licet alteram. Prima enim comprehendit tempora Pisistrati dominatum antegressa, altera a Pisistrati ad Ptolemaeum Philadelphum pertinet; Philadelphum inter et Christum natum interposita est tertia. Haec distributio non ad arbitrium facta est, sed rebus ipsis videtur accommodata esse. P. I ex. Angl.

Etenim multis nominibus insignis fuit ea aetas qua Pisistratus Athenis dominatus est. Ac primum temporum ratione respecta notabilis est eo quod ab hac demum aetate continua rerum series iusto ordine in historia Graeca detexi potest. Eadem aetate Cyrus fuit Persarumque imperium condidit; ac proinde eodem tempore sacra historia ad profanam se applicat. Deinde non minus memorabilis est haec aetas respectis litteris. Ea enim historiae soluta oratione componendae initium factum est; non multo post Athenis dicendi ars excoli et fabulae scribi coeptae, philosophiaeque qui fundamenta iecit Thales Pisistrato rerum potito aliquammultis annis superstes fuit.

Sed quemadmodum Ol. 55 apte huius temporis spatii initium ponitur, ita non minus congruenter eiusdem terminus statuitur Ol. 124. Hoc enim tempus tam in civilibus quam in litterariis Graecorum rebus insignem quendam locum obtinet. Tum enim exstincti sunt primi successores Alexandri, qui omnes fere eadem tempestate e vita excesserunt; tum Achaei foedus iungere instituerunt; tum quae post Seleuci mortem constituta sunt regna quattuor in Asia exstiterunt. Porro hoc tempus eo notabile est, quod, quum Pyrrhi bellum extremo huius Olympiadis anno commotum esset, tum primum Graeci cum Romanorum viribus conflixerunt. Itaque ab hoc tempore civitates regnaque antiquitatis mutatas rerum vicissitudines experta sunt, quum Romani gradatim magis magisque opibus augerentur, donec Romanum imperium orbem terrarum amplexum est. Idem tempus etiam in litterarum historia memorabile est. Tum enim fuerunt Epicurus, Arcesilaus, Strato, Zeno; tum comoedias Athenis docuit Posidippus; atque a Philadelphi regno, quum pro Athenis Alexandria 11

doctrinarum sedes facta esset, nova litterarum quasi aetas initium cepit. Illustrissima haec cognituque iucundissima historiae pars, de qua hoc libro exponemus, a superioribus temporibus cognitionis fide a posterioribus rerum diversitate discrepat. Nam de illis manca tantum sunt quae tradita habemus; in his genus humanum novum historiae curriculum est ingressum.

Temporum Pisistrato superiorum descriptio separatam requirit disquisitionem eaque alii loco reservata esto. Neque tamen supervacaneum hic videbitur horum temporum quae ratio sit paucis exposuisse. Omni in historia, cuius accuratiorem habemus notitiam, animum attendimus ad primaria quaedam eventa unde novus rerum ordo incipit, atque argumentum nostrum distribuimus ex factorum proprietate. Sed in antiquiore Graecorum historia describenda qualem eius notitiam habeamus intueri cogimur. A Pisistrato ad Augustum qui praeterierunt anni quingenti quinquaginta, in eis magna eademque certa testimoniorum fide nixa rerum copia suppetit, ut unicuique anno deinceps factum aliquod suum adscribere possis. Sed a Cecrope ad Pisistratum qui numerantur mille anni, in eis hoc adeo fieri non potest, ut satis habere cogamur, si comparatis quae manca rerum memoria certaque auctoritate deficiente posteris tradita erant quaeque inferiorum aetatum litterati ut tempora describerent adhibuerunt, probabili coniectura paucorum quae maioris momenti sint factorum tempora eruere possimus. Hac ratione veteres ipsi antiquiorem historiam suam dispertierunt; quumque intellexissent minus certa esse quae de superioribus temporibus prodita essent quam quae de posterioribus, distinctionem tuebantur eam quae rebus ipsis accommodata et necessaria esse videretur. Gradus notavit Censorinus [a]): *Varro tria discrimina temporum esse tradit: primum ab hominum principio ad cataclysmum priorem, quod propter ignorantiam vocetur ἄδηλον; secundum a cataclysmo priore ad Olympiadem primam, quod quia in eo multa fabulosa referuntur μυθικὸν nominatur; tertium a prima Olympiade ad nos, quod dicitur ἱστορικόν, quia res in eo gestae veris historiis continentur.* Similem partitionem facit Africanus [b]), ab Olympiadibus se incipere professus, quia *μέχρι μὲν Ὀλυμπιάδων οὐδὲν ἀκριβὲς ἱστόρηται*
III *τοῖς Ἕλλησι πάντων συγκεχυμένων καὶ κατὰ μηδὲν αὐτοῖς συμφωνούντων* [c]).

---

a) De die nat. c. 21.

b) Apud Euseb. Praep. X, 10 p. 487, d.

c) Pariter Phlegon apud Phot. cod. 97: *ἄρχεται τῆς συναγωγῆς ἀπὸ τῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος, διότι τὰ πρότερα, καθὼς καὶ οἱ ἄλλοι σχεδόν τι πάντες φασίν, οὐκ ἔτυχεν ὑπό τινος* (f. *ἔτυχέ τινος*) *ἀκριβοῦς καὶ ἀληθοῦς ἀναγραφῆς, ἀλλ' ἄλλο τι ἄλλος τῶν ἐπιτυχόντων καὶ οὐ συμφώνως ἔγραψαν.*

Haec quum veteres ipsi testati sint, non mirari non possumus Dodwellum Atticorum regnorum annos ab Eusebio consignatos pro certis habuisse; Corsinum nulla dubitatione eiusdem Eusebii testimonium de eis advocasse; Halesium in libro quo de temporum ratione exposuit [d]) triginta regum et archontum Attiçorum regna certissimis et emendatissimis universae historiae profanae monumentis annumerasse. Sed etiamsi veterum testimonia de hoc loco nos defecissent, tamen manifestum esset temere nos confisuros esse eis quae posteriores annalium scriptores longa serie a Castore et Thallo ad Eusebium et Syncellum de Argivorum aut Atticorum regum regnis memoriae prodiderunt. Haec enim satis constat principio ex coniecturis manasse, captis illis a vetustioribus scriptoribus, qui quum accurata rerum notitia destituti essent, comparatis familiarum originibus subductisque inde probabilibus rationibus maiorum suorum tempora constituerunt. Iam quae ab initio non idonea auctoritate nixa fuerunt quomodo, quaeso, maiorem fidem adipisci potuerunt eo quod saepe repetita et per longum temporis spatium propagata sunt?

Troianam aeram Eratosthenis, 1183 a. C. n., et Appollodori, 1184 a. C. n., quae revera eadem est, quum alter tantum integros annos numeraverit, alter inchoatum addiderit, amplexi sunt posteriores auctores, veluti Dionysius Halicarnassensis [e]), Diodorus [f]), Tatianus [g]), Clemens [h]), Eusebius [i]); et omnino Romani, Cato [k]), Nepos, Lutatius, Solinus [l]). Sed haec temporis nota eo quod toties repetita est nullo modo certior fit evidentiorque. Nam si plures scriptores qui ex eodem omnes fonte hauserunt eandem rem referunt, non pro se quisque eius rei auctor laudari potest, sed omnium testimonia ad primarium ex quo repetita sunt fontem referantur necesse est. Quod quum manifestum sit, tum non satis respectum est ab eis qui Diodorum et Eusebium pro se utrumque Troianae aerae auctorem citant. Ita Petavius probare instituit Diodorum et Eratosthenem de ea consentire eorumque testimonia de hac re aequalia esse [m]). Eadem ratione loquitur Corsinus: *Primus Olympicus annus,* IV inquit, *in annum a Troia diruta* 408 *ex optima Diodori hypothesi convenit* [n]).

Primam Olympiadem hi scriptores omnes dicunt Coroebi a. C. n. 776. [Ceterum cf. de hac re Wagner.: die parische Chronik p. 80 ss. *Kr.*]

d) Vol. I p. 241.

e) Antiq. I p. 187 Reisk.

f) I, 5. [ubi cf. Wesseling. *Kr.*]

g) Or. ad Graecos p. 141, b.

h) Strom. I p. 332, b.

i) Praep. X, 9 p. 484, a.

k) apud Dionys. I p. 187.

l) I, 27. 28.

m) Rat. Temp. Parte II lib. II, 10.

n) Fast. Att. T. III p. 26.

Ab Ilii clade ad primam Olymp. 407 *anni intercessere; quod ex Diodoro quoque opportunius est observatum* [o]). Atque Halesius [p]) „Eratosthenes, ait, et Diodorus Siculus unius anni discrimine diversis uterque argumentis hoc confirmaverunt." Sed Diodorus [q]) argumenta non explicat, rationes non profert ac tantum profitetur sese Apollodorum sequi: *ἀπὸ τῶν Τρωικῶν ἀκολούθως Ἀπολλοδώρῳ τῷ Ἀθηναίῳ τίθεμεν κ. τ. λ.* Atqui quod Apollodorus posuit tempus, non aliud fuit nec aliis rationibus probatum erat quam quod Eratosthenes. Itaque haec Troiana aera a principio e mera *coniectura* ab Eratosthene constituta indeque posterioribus auctoribus propagata est.

Sed quamquam hanc tam certam quam alii arbitrati sunt praestare non possumus, tamen non licet nobis tam incertam ponere quam Newtonis rationes sumunt. Newtonis argumentatio fere haec est: Quoniam scriptores Graeci ipsum Troiae captae tempus ita ignoraverunt, ut quadraginta aut quinquaginta annorum discrepantia fallerentur, etiam fieri potuit ut trecentorum annorum errore ducerentur. Verum hoc concedi non potest. Nam quum Ionia litterarum monumenta fere prorsus interciderint, difficile dictu est qualia fuerint testimonia quae in Graecis Asiae civitatibus de earum originibus ex eisdem temporibus conservata fuisse probabile est. Quodsi haec monumenta, quibus Eratosthenes eiusque aequales usi sunt, etiamnum exstarent, melius eorum quae de temporum ordinibus constituendis coniecerunt veritatem aestimare possemus, hasque coniecturas probabilioribus videremus niti rationibus quam quas ipsi nunc exhibere possumus. Haud dubie in carminibus poetarum qui duobus quae Pisistratum antecesserunt saeculis fuerunt, eis de rebus quarum hi aequales erant aliquammulta continebantur quae ad res illustriores temporibus suis adscribendas adiuvarent. Ita Callinus [r]) Magnetas memorasse traditur, Asius [s]) poeta Samiorum luxum notavit, Archilochus et Mimnermus res suis temporibus actas memoraverunt. Circiter centum annis post Archilochum annales soluta oratione componi coepti sunt: qua qui utebantur primo
v in civitatum suarum rebus studium collocaverunt. Circiter quinquaginta annis post quam historiae soluta oratione scribi coeptae et quingentis quinquaginta annis post quam Asiaticae coloniae deductae esse statuuntur, *Deiochus* Cyzici annales composuit, *Hecataeus* Ionicarum rerum memoriam comprehendit, *Cha-*

---

o) Id. p. LXIV.
p) Vol. I p. 32.
q) I, 5.
r) Clem. Strom. I p. 133. Strabo XIV p. 647. [Athen. XII p. 525, c. *Kr.*]
s) Athen. XII p. 525, e. f.

ron Lampsaci origines tradidit, *Hellanicus* Aeolicae coloniae et Lesbi patriae insulae suae res persecutus est. Necdum sexcenti anni praeterierant ab eodem illo tempore, cum *Ion Chius* patriae suae origines explicare instituit. Num credibile est omnes hos auctores ita omni rerum memoria destitutos, eis quae locis quibusque tradita accepissent ita deceptos fuisse, ut quae coloniae ducentis aut paene ducentis ante annis missae essent, eas uno consensu quingentis ante annis deductas esse statuerent? Itaque quae utriusque sententiae media est, eam patet veram esse. Ipsum Troiae captae tempus intercideraat ita ut restitui non posset; sed ei prope accedere licuit ab eoque fortasse quinquaginta annorum discrimine distat quae vulgo ponitur aera Troiana.

Quod Mitfordus [t]) dicit antiquiorum scriptorum Graecorum neminem conatum esse Troiani belli tempus constituere, id si ipsum eius annum dicit haud dubie verum est. Sed quamquam annum constituere conati non sunt, tamen maioribus numeris et summatim tempus notaverunt. Isocrates tribus librorum suorum locis quando Heraclidas rediisse statuerit declarat. In Archidamo [u]), a. 366 composito, Lacedaemonios septingentis annis in Peloponneso sedes habuisse tradit, ut reditus adscribendus sit anno 1066. Pariter septingentos annos dicit in Panathenaico [x]), a. $3\frac{42}{40}$ scripto, ut exeat in $10\frac{42}{40}$. In oratione de pace [y]), a. 356 edita, rursus Lacedaemonios 700 annos Laconicam tenuisse affirmat [z]), ut reditus assignetur anno

---

t) Vol. I. p. 262.

u) c. 4 p. 118, b. [§. 12 Bekker.]

x) c. 82 p. 275, e. [§. 204 Bekk.]

y) c. 32 p. 178, c. [§. 95 Bekk.]

z) *τὴν Λακεδαιμονίων πόλιν διέφθειρεν (ἡ κατὰ θάλατταν ἀρχή) – τὴν γὰρ πολιτείαν ἣν ἐν ἑπτακοσίοις ἔτεσιν οὐδεὶς οἶδεν οὔθ' ὑπὸ κινδύνων οὔθ' ὑπὸ συμφορῶν κινηθεῖσαν, ταύτην ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ σαλευθῆναι [σαλεῦσαι] – ἐποίησεν.* De quo loco Hier. Wolf. annott. in Isocr. 535: *Plutarchus*, inquit, *de aetate Lycurgi legislatoris Lacedaemoniorum dubitat, sed Isocrates chronologiam illius hic diserte tradit, cuius fides sit penes auctorem.* Wolfium haec ad Lycurgum referenda esse censuisse, non ita mirandum est; permirum est recentiorem Isocratis editorem, Coraem, virum doctissimum, ei assentiri. Hic enim de numero *ἑπτακοσίοις ἔτεσιν — „Ἀπὸ Λυκούργου δηλονότι τοῦ συστήσαντος αὐτήν. καὶ σημειωτέα ἡ χρονολογία, καίπερ πολλὴν ἐχόντων ἀμφισβήτησιν τῶν χρόνων καθ' οὓς γέγονε Λυκοῦργος· ὡς φησι Πλούταρχος Λυκούργ. §. α'.“* (Schol. ad Isocr. T. II p. 138.) Profecto de tempore quo Lycurgus fuerit satis magna est auctorum dissensio; sed haec dissensio finibus continetur suis et fortasse discrepantia testimonia inter se conciliari possunt, modo ad diversa Lycurgi vitae tempora referantur. Certe nemo veterum ita numeros exaggeravit, ut Lycurgum 1056 a. C. n. fuisse tradiderit; omnium minime hoc fecit Isocrates: qui quum duobus aliis librorum suorum locis eodem illo tempore Heraclidas rediisse prodat, ex ista verborum quae proposui-

VI 1056. Ephorus secundum Diodorum [a]) eum adscripserat anno 1090 secundum nostra Clementis [b]) exempla anno 1070. Si, quod probabili ratione sumere licet, eos inter Troiam captam et Heraclidarum reditum octoginta annos interposuisse statuamus [bb]), Troianae aerae hos annos habebimus: 1146, 1120, 1136, 1170, 1150. Democritus Troianum bellum circiter anno 1150 assignavit. V. tabulas a. 460. Horum numerorum omnium medius est 1145, qui Eratosthenico ferme quadraginta annis minor est. Sed alii scriptores qui ante Eratosthenem fuerunt etiam superius tempus posuerunt. Ita Herodotus 1270, Marmor Parium 1209 statuunt. Quid quod Duris Samius [c]) adeo a. 1335 Troiam captam esse sumpserat. Itaque Eratosthenes ex maioribus minoribusque numeris superiorum scriptorum medium quendam videtur elegisse [cc]).

---

mus interpretatione Lycurgum Eurystheni et Procli aequalem faceret: quae ratio perturbatior est quam ut Isocratem ea usum fuisse statuere liceat. Iam quum aliis locis eadem tempestate Heraclidas revertisse dicat atque ubi de Lacedaemoniis loquitur hoc facto quasi pro norma uti soleat, dubitare non possumus quin orator id tempus significet quo Dores Peloponneso expugnata hanc sibi sedem delegerunt, non illud quo Lycurgus Lacedaemoniis leges instituit. Neque dubitabimus ita statuere, quod Isocratis verba parum congruere videntur cum eis quae de Lacedaemoniorum reipublicae statu ante Lycurgum perturbato ab aliis traduntur, veluti a Thuc. I, 18. [et ipso Isocr. Panath. c. 73. §. 177 Bekk. Cf. Manson. Spart. I, 1 p. 75 s. *Kr.*] Sed concedendum est aliquid oratori oratorio utenti artificio. Omnino iam ab initio Spartani regibus e duabus stirpibus oriundis paruerunt, neque Lycurgus in hac re quidquam mutavit. Ac videntur excusari posse oratoris verba ut ad externam hanc reipublicae formam relata.

a) XVI, 76.

b) Strom. I p. 337, a. Secundum Diod. XVI, 76. Ephorus ab Heraclidarum reditu usque ad a. 340 fere 750 annos computaverat: *χρόνον σχεδὸν ἐτῶν ἑπτακοσίων καὶ πεντήκοντα.* V. tabb. 340, 3. Sed secundum Clementem Strom. I p. 337, a reditu ad a. 335 a. C. annos numeraverat: *ἀπὸ τῆς Ἡρακλειδῶν καθόδου ἐπὶ Εὐαίνετον ἄρχοντα, ἐφ' οὗ φασὶν Ἀλέξανδρον εἰς τὴν Ἀσίαν διαβῆναι, ὡς Ἔφορος, ἔτη ἑπτακόσια τριάκοντα πέντε.* Itaque aut Diodorus ex Clemente aut Clemens e Diodoro corrigendus est. Illum si emendandum esse statuas, scripseris licet *σχεδὸν ἐτῶν ἑπτακοσίων καὶ τριάκοντα*, ut anno 340 fere 730 anni fuerint; si hunc, correxeris *ἑπτακόσια πεντήκοντα πέντε*, ut anno 335 expletum fuerit intervallum annorum 755.

bb) Nam ita qui numeris hoc temporis intervallum expresserunt Thuc. I, 12. Apollod. apud Diod. I, 5. (cl. Heyn. ad Apollod. I p. 409 s. et II p. 204 ss.) Eratosth. apud Clem. Alex. Strom. I p. 336, b. (Eratosthen. ed. Bernhard. p. 239, ubi etiam alia collata videas.) Vita Homeri T. V p. 152 ed. Ern. Vellei. I, 2, 1. Atque hunc numerum a logographis repetendum esse suspicatur Müllerus de Dorr. II p. 501. Exiguo discrimine Pausan. IV, 3, 3 duas aetates interponit, Strabo XIII, 1 p. 80 Tauchn. sexaginta annos. Timaeus apud Censor. de die nat. 21 bellum Troianum 417 annis ante Ol. 1 posuit, fortasse initium significans. Cf. Müller. l. l. p. 501 s. *Kr.*

c) Clem. Alex. Strom. I p. 337, a.: *ὡς δὲ Δοῦρις ἀπὸ Τροίας ἁλώσεως ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρου εἰς Ἀσίαν διάβασιν* ($33\frac{5}{4}$ a. C.) *ἔτη χίλια.*

cc) Cf. tamen Müller. l. l. I p. 129 ss. *Kr.*

Quibus rationibus Troiani belli et Heraclidarum reditus aerae nitantur non recordati sunt recentiores critici, qui veterum scriptorum locos numeris ex arte confectis adstringere conantur. Ita Langius [d]) in Isocratis editione sua ad numerum ἐτῶν ἑπτακοσίων Panathen. c. 82 haec annotat: „*Numerus rotundus pro definito* 764, *incipiens a reditu Heraclidarum ad annum* 339 *a. C. quo tempore haec oratio scripta est.*“ Audacior Coraes [e]) verba corrupta esse statuit: „τῷ ἀπηρτισμένῳ, inquiens, *Λάγγιος χρήσασθαί φησιν Ἰσοκράτην ἀριθμῷ ἀντὶ τοῦ ἀκριβοῦς κ. τ. λ. — ἐνδέχεται μέντοι καὶ ἀντὶ τοῦ ἑπτακοσίων γεγράφθαι πάλαι ὀκτακοσίων· οὕτω γὰρ ἂν ἔγγιον εἴη τοῦ ἀληθοῦς ὁ ὑπολογισμός.*“ Quasi vero Isocrati obversatus sit numerus quem Eratosthenes centum annis post ex artis rationibus constituerat. Eadem mente Ephori fragmentorum editor [f]) de discrepantia qua Diodorus et Clemens eum quem diximus numerum rettulerunt disputat. „*His* 750 *annis*, inquit, *apud Diod. XVI*, 76 *ad Ol.* 109, 4 *subtractis annus* 314 *ante primam Olympiadem Heraclidarum reditui obtingit: ut igitur Ephori ratio* 13 *vel* 14 *annis distet ab Eratosthenis ratione. Clemens igitur p.* 337, *cum Ephorum dicit ab Heraclidis ad Ol.* 111, 3 *numerasse annos* 735 *aut suo aut librariorum errore falsus deprehenditur.*“ Corsinus [g]) ubi de tempore quo Timaeus Corcyram conditam esse tradit loquitur, „*Praeclare*, inquit, *fallitur Timaeus, qui Corcyram* 600 *annis post Troica deductam memorat: etenim — si* 600 *anni a Troicis supputentur, deductio illa in Ol.* 65 *incidisset.*“ Profecto hoc verum est de Eratosthenis aera Troiana; sed Timaeus alia computatione usus est. Simili ratione de tempore quodam a Philisto notato disputat Goellerus [h]). Enimvero manifestum est ipsum annum quo Heraclidae redierunt iam antiquitus prorsus ignotum fuisse de eoque magnam fuisse opinionum discrepantiam, atque tempus ab Eratosthene constitutum tanquam ad verum prope accedens oblatum fuisse: quod qui pro norma adhibent ad quam veterum scriptorum locos exigant, eos VII

---

d) p. 471.

e) Isocr. T. II p. 209.

f) p. 79.

g) Fast. Att. T. III p. 28.

h) de situ Syrac. p. 125 s.: *Philisti historiae Siculae in duas partes divisae erant: altera septem libris plus quam octingentos annos complexa est ad Ol.* 93, 3. *a. C.* 348 *ad captumque Agrigentum deducta exordium ducere debuit a Troia capta. Nam si ad annum* 348 *plus quam octingentos annos addideris haud longe abfueris a Troia capta a. C.* 1184. Sed nullum exstat argumentum ex quo Philistum Troiam a. 1184 captam esse statuisse appareat. Quid quod si historiam suam ab hoc tempore exorsus fuerit, aperte contrarium probare possumus. Nam Agrigenti expugnatio et Ol. 93, 3, non in a. 348 exit, ut Goellerus opinatur, sed in a. 406, cui si „plus quam octingentos annos“ addideris, Philistus historiam suam prius quam ab anno 1206 exorsus fuerit.

patet rerum ordinem pervertere, coniectura pro argumento, argumento pro coniectura abutentes. Immo vetustiorum auctorum loci pro testimoniis adhibendi sunt ad quae ipsius Eratosthenis rationes exigantur. In antiquissimis
VIII his temporibus notandis singulari ratiocinandi peccato Eratosthenis auctoritati adstrinxerunt superiores scriptores, quum illis qui post eum fuerunt in eis ipsis rebus in quibus hi sua ab eo repetierunt tanquam primariis fontibus, non aliunde derivatis, usi sint. Sed verus et certus est Isocratis numerus annorum septingentorum, ter in eius libris repetitus, eumque confirmat Ephorus cum magistro suo in tempore universe notato consentiens. Atque omnes hi loci coniuncti docent circa exitum Agesilai regis regni Dores septingentos annos in Peloponneso sedes habuisse creditos esse [i]). Iidem loci commonstrant accu-

---

i) Apud Plutarchum Agesil. c. 31 nunc sexcentos annos legimus: *ἦν μὲν δὴ χρόνος* (quum Epaminondas in Laconicam invasit a. C. 369) *οὐκ ἐλάττων ἐτῶν ἑξακοσίων ἀφ' οὗ κατῴκουν τὴν Λακεδαίμονα Δωριεῖς.* Sed ex tempore quod Lycurgo assignat colligere licet hanc non ipsius Plutarchi computationem esse. Quo tempore Lycurgum fuisse statuerit, hoc modo coniici potest. Aliquot locis 500 annorum spatium complectitur, cuius initium a Lycurgi aetate ducit, finem aliis locis Agidis mortem 399 a. C., aliis impressionem quam Epaminondas in Laconicam fecit 369, statuit. Altera ratio Lycurgum a. 900, altera 870 fuisse ponit. Vita Lycurgi c. 29: *χρόνον ἐτῶν πεντακοσίων τοῖς Λυκούργου χρωμένη νόμοις οὓς δεκατεσσάρων βασιλέων μετ' ἐκεῖνον εἰς Ἄγιν τὸν Ἀρχιδάμου οὐδεὶς ἐκίνησεν.* Comp. Lyc. et Num. sub finem: *ὥστε πεντακοσίων ἐτῶν πλείω χρόνον τὰ κυριώτατα καὶ μέγιστα διαμεῖναι τῆς νομοθεσίας.* Instit. Lac. p. 239, f.: *τοῖς μὲν οὖν Λυκούργου χρωμένη νόμοις ἡ πόλις καὶ τοῖς ὅρκοις ἐμμείνασα ἐπρώτευε τῆς Ἑλλάδος χρόνον ἐτῶν πεντακοσίων.* Apophthegm. p. 194, b: *Θηβαίους Ἐπαμινώνδας ἠνάγκασε τὴν Λακωνικὴν πυρπολῆσαι πεντακοσίοις ἐνιαυτοῖς ἀδήωτον οὖσαν.* [Eisdem fere verbis utitur Aelian. V. H. XIII, 42, ubi cf. Perizon. *Kr.*] Alio loco idem Plutarchus a Lycurgo ad ephoros a Theopompo institutos 130 annos fuisse dicit. Vita Lycurgi c. 7: *ἔτεσί που μάλιστα τριάκοντα καὶ ἑκατὸν μετὰ Λυκοῦργον πρώτων τῶν μετὰ Ἔλατον ἐφόρων καταστάντων ἐπὶ Θεοπόμπου βασιλεύοντος.* Theopompum circiter quinquaginta annos regnasse statuunt, inde ab anno 770: cui eius regni initio si 130 annos addideris, Lycurgum a. 900 fuisse videas. Eosdem 130 annos si anno 740, qui Theopompi regni fere medius est annumeraveris, a. 870 habeas: quae computatio cum altera quam modo proposuimus congruit. Iam etsi quae Plutarchus parum finita proposuit accurate exigere non possumus, tamen eum non inferiori tempori quam Eratosthenem Lycurgi aetatem assignasse statuere licet. Quumque Lycurgum a Procle sextum ponat (Vita Lycurgi c. 2), ab Hercule undecimum (Vita Solonis c. 16), i. e. minimum ducentis annis post Heraclidarum reditum, *ἑξακοσίων* in vita Agesilai c. 31 corruptum esse coniecteris. Quodsi scriptori hoc loco Isocrates et Ephorus obversatus sit, *ἑπτακοσίων* scripserit; si Eratosthenem secutus sit, *ὀκτακοσίων* posuerit. [Prius iam coniecit Meursius Miscell. Lac. III, 10. Cf. Perizon. l. l. Sed ipse Plutarchus in temporibus notandis non semper diligens esse reperitur. Omninoque cavendum est ne scriptorum peccata librariis imputemus. De Lycurgi aetate cf. Manson. Spart. I, 1 p. 78 s. ac Müller. de Dorr. I p. 132 et II p. 503. *Kr.*]

ratam illorum temporum notationem tum non affectatam ac sufficere visum esse si summatim et maioribus numeris describerentur.

Quae Graeci a maioribus tradita acceperant ad tempora quattuor saeculis Troiano bello priora pertinent. Expleverunt has aetates *Pelasgi* atque *Hellenes*, et qui proximo ante hoc bellum saeculo fuerunt *heroes*. Inde descendimus ad Peloponnesum a Doribus occupatam, ad *colonias Aeolias Ioniasque*. Heraclidarum reditu Achaeorum et Ionum bellum commotum est: quo ex- IX
actae Ionum familiae Athenas migraverunt. Tum Athenis consecuta sunt illustria Melanthi et Codri regna. Codro vita defuncto coloniam in Asiam deduxerunt eius filii. Harum ordo rerum convenit cum ea computatione qua inter Troianum bellum et Ionum migrationem 140 anni interiecti fuisse statuuntur. Ad hoc tempus descendere licet; atque Troiani belli primaria quaedam temporis nota est unde ad superiores aetates revecti quattuor saeculorum res usque a Phoroneo et Inacho, ad inferiorem progressi 140 annorum facta usque ad Codrum et Neleum describere possumus. Tum sequitur spatium inane quod explere non licet. Nulla enim exstant testimonia quibus usi eorum quae inter coloniam a Neleo deductam et Coroebi Olympiadem acta sunt tempora describere possimus, quamquam his aetatibus res maximae continentur. Eis enim fuerunt Iphitus et Lycurgus, Homerus et Hesiodus. Sed quantum hoc intervallum fuerit finire non licet. Qui 268 annorum posuerunt, Eratosthenes et Apollodorus haud accuratam temporum notationem affectaverunt, sed huius spatii probabiliter ex coniectura constituti rationem proposuerunt. Paulatim certior fit temporum descriptio a primo bello Messenio; ac suis annis adscribere possumus hoc bellum ipsum [k]), regna Lydia et Medica, colonias in Siciliam deductas, Battiadas Cyrenae, Cypselidas Corinthi dominatos, donec ad Cyri et Croesi atque Pisistrati tempora pervenimus. Hoc libro annorum 281 spatium persequi instituimus, quod Olympiadibus 55 et 124 circumscribitur. Incipit illud a Comia archonte, cuius magistratus in annum 560 incidit; concluditur Gorgia archonte, qui Iulio 280 magistratum iniit. Distinximus autem quattuor columnas quas vulgo dicunt, quarum quaeque alias res separatim persequitur. Et prima quidem assignata est archontibus, altera civilibus militaribusque rebus, tertia philosophis, historicis et oratoribus, quarta poetis. Contra primam columnam anni ante Christum natum positi sunt.

---

k) Tenendum est tamen huius belli quod traditur tempus haudquaquam tam certum esse quam earum quae deinceps enumerantur rerum tempora.

Primo constituendus erat qui ad Graecorum et praecipue Atticorum tempora notanda gravissimus est archontum Atheniensium ordo: quorum nobis contigit ut propemodum continuam seriem circiter 200 annorum eorumque cognitu dignissimam historiae partem complectentium habeamus. Horum in-
x dices archontum compluribus in libris publicati sunt. Sed omnes illi usque ad Corsinum non satis accurati fuerant et hac ratione ad antiquitatem illustrandam parum utilitatis attulerunt. Exhibuerunt huiusmodi indicem Stanleius in libro de vitis philosophorum [l]), Du Fresnoius [m]) et Halesius volumine primo [n]).

Hi indices quod parum emendati sunt una fuit causa quod non animadversum est in marmore Pario annuos archontas qui Peloponnesiacum bellum antecesserunt non ei anno Iuliano quo magistratum gesserunt, sed proxime superiori adscriptos esse [nn]). Ita saepe ex uno archonte facti sunt duo. Porro qui hoc monumento usi sunt non semper distinxerunt quae marmor ipsum testatur et quae ubi in marmore lacunae exstiterant ex coniectura suppleta sunt: quare saepe quae ab editoribus addita sunt pro marmoris testimoniis adhibuerunt. Interdum etiam variae formae aut corruptiones nominum pro diversorum nominibus archontum admissi sunt. Has ob causas archontum indices non tam emendati accuratique sunt quam fieri potuissent. Nonnunquam auctores non consultis fontibus negligenter aliorum indices exscribentes errores propagaverunt. Haec ut monstrentur pauca quaedam exempla sufficiant.

HALESIUS.

		a. C. n.
Philombrotus.	*Plut.*	595.
Critias I.	*Marm. Par.*	594.
Dropides.	*Philostr.*	593.

De Dropide Philostratus tantum dicit: ὃς μετα Σόλωνα ἦρξεν. Atque quum Solon 594 archon fuerit, Dropidi a. 593 assignatur. At Philostrati testimonium hic dum citatur pervertitur. Nam Dropidis decessor non ponitur Solon, sed Critias I, scilicet ex auctoritate marmoris Parii. Sed marmoris [o]) hic nulla est auctoritas, quoniam temporis nota deleta est et Halesius ipse in sua marmoris editione [p]) Critiae annum 592 assignat. Itaque hoc loco editoris coniecturam eamque falsam incaute pro marmoris ipsius testimonio adhibitam videas.

---

l) p. 938 ss.
m) Tabl t. I p. 66 — 78.
n) p. 230 — 233.
nn) Cf. Ideler. Handbuch der Chron. I p. 381 s. *Kr.*
o) Nr. 37.
p) p. 223.

Halesius.	Stanleius.	Du Fresnoius.
a. C. n.	a. C. n.	a. C. n.
495. Pythocrates. *Marm. Par.*	495. (Ol. 71, 2.) Pythocritus. *Marm.*	495. Philippus *aut* Pythocritus, *sec. Marm.*
494. Philippus. *Schol. Soph.*		495. Philippus *aut* Lacratides.

Haec tria exempla omnia vitio laborant ex eodem fonte exorto. Nam non memores fuerunt viri docti in marmore archontas anno prius quam debuerint collocatos esse. Annum 495 Philippi fuisse ostendit auctor vitae Sophoclis: *ἑβδομηκοστῇ πρώτῃ ὀλυμπιάδι κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθήνησι Φιλίππου.* Halesius duorum archontum sedes permutavit; Du Fresnoius inter scholiastae et marmoris testimonium, ut ipse quidem hoc accepit, fluctuat. Sed ambo inter se conciliata egregie consentiunt, modo memineris a marmore archontas anno Iuliano superius quam debeant adscribi solere. Ex coniunctis eorum testimoniis anni hoc modo explendi sunt:

a. C. n.
495. Ol. 71, 2. Philippus.
494. Pythocritus.

Halesius.	Stanleius.	Du Fresnoius.
a. C. n.	a. C. n.	a. C. n.
490. Phaenippus. *Plut.*	491. Ol. 72, 2. Phaenippus. *Plut.* Hybrilides. *Dion. Hal. Pausan.*	491. Hybrilides aut Phaenippus.
489. Aristides. *M. Par.*	490. Ol. 72, 3. Aristides. *Plut. Marm.*	490. Aristides. *Pugna Marathonia.*
		489. Aristides.

Phaenippum modo memorat Plutarchus [q]) pugnae Marathoniae anno archontem fuisse eique Aristidem successisse significat: *μετὰ Φαίνιππον, ἐφ' οὗ τὴν ἐν Μαραθῶνι μάχην ἐνίκων, εὐθὺς Ἀριστείδης ἄρχων ἀναγέγραπται.* Hoc testimonium confirmatur marmore Pario [r]), Phaenippum pugnae Marathoniae anno, proximo Aristidem adscribente. Ut nunc habemus hoc monumentum, Phaenippi nomen deletum, eius temporis nota conservata est; contra Aristidis nomen conservatum, eius temporis nota deleta est. Quae conservata est temporis nota in annum 491 exit, cui pugna Marathonia adscripta est: quod manifesto demonstrat in Marmore haec anno prius quam debuerint posita esse. Sed Stanleius et Du Fresnoius haec testimonia ita dispensaverunt, ut Phaenippum a pugna Marathonia disiunxerint eique eum annum adscripserint qui iam Hybrilidi assignatus erat. Horum errorem emendavit Halesius.

---

q) Aristid. c. 5.

r) Nr. 49. 50.

XII HALESIUS.		STANLEIUS.		DU FRESNOIUS.
a. C. n.		a. C. n.		a. C. n.
481. Calliades. *Herod. Marm. Par.*		480. Ol. 75, 1. Xanthippus. *Marm.* Calliades. *Dionys. Diod.*		481. Callias.
480. Callias. *Diod.*		479. — Timosthenes. *Marm.* Xanthippus. *Diod.*		480. Callias. *Pugna Salaminia.*
		478. — Adimantus. *Marm.* Timosthenes. *Diod.*		
		477. — Adimantus. *Diod.*		

Calliadem vel Calliam, quae diversae eiusdem nominis formae sunt [rr]), memorant Herodotus, Marmor, Diodorus, ad eiusdem rei, pugnae Salaminiae, tempus notandum. Incidit ea in annum Olympicum, a. C. 480. Sed quum Marmor more suo anno prius pugnam posuerit, h. e. 481, Callias a re quacum coniunctus fuit disiunctus est et ex uno archonte duo facti sunt. Quod quum Stanleius non animadverterit, notabilis Marmoris et Diodori consensus in sedibus trium deinceps archontum constituendis oblitteratus est sublatusque.

Non est quod plura ex hoc genere proferamus. Neque tamen supervacaneum fuerit uno quidem exemplo monstrare quam lubricum sit alios exscribere ipsis auctoribus non inspectis.

a. C. n.
393. Arches. *Diodor.*

Huius erroris originem optime explicant haec Wesselingii verba: „*A Dion. Petavio huius anni archon ex Diodoro constituitur Arches: quem si penitus cognoscere velis atque unde natales acceperit, Rhodomanni Latina inspice. — Nos inconsiderantiam hanc viro doctissimo, ex inspecta obiter Rhodomanni versione invisitatum archontem exstruenti, condonamus* [s])." Scilicet Rhodomannus vertit: „*Athenis Arches, quam appellitant, dignitatem accepit Demostratus.*" Eiusmodi via *Arches* in Halesii indicem irrepsit.

Laudabili opera hos errores sustulit Corsinus, cuius diligentiae debemus quod emendatiorem archontum indicem habemus quam quos superiores publicaverant. Neque tamen sua laudis parte fraudandus est Wesselingius. Etenim praestantissimus hic criticus in annotationibus ad Diodorum tam copiose archontas illustravit, tanta evidentia et diligentia testimonia composuit

---

rr) Hoc equidem dubito. *Kr.*

s) ad Diod. XIV, 90.

omnia, ut in eis temporibus quae Diodori libri qui supersunt complectuntur ipsum Corsinum superaverit. Atque Corsino carere potest qui Wesselingii Diodoro utitur. XIII

Annis 123 inter *Creontem*, primum archontem annum 684 a. C. n., et *Comiam* interiectis qui archontes fuerunt, eorum circiter quattuor et viginti nomina conservata sunt. Aliorum ferme quattuor et viginti archontum nomina sedesque repertae sunt annis octoginta a Comia ad Xerxis expeditionem (560 — 480). Sed ab anno 480 ad 303 coniunctis Diodori et Dionysii Halicarnassensis testimoniis continuam archontum seriem nacti sumus, quam ex Dionysio usque ad 292 [t]) producere possumus, ut, uno loco, de quo deinceps dicetur, excepto, per ducentorum annorum spatium non interruptum archontum ordinem habeamus. In perpetuo hoc indice una exsistit difficultas in duodecim annis Ol. 113. 114. 115, ubi et Diodorus et Dionysius mutilatus est. Sed utroque comparato alterum alterius ope emendare possumus.

	a. C. n.	Diodorus.	Dionysius [u]).
Ol. 113.	328.	Euthycritus	Euthycritus.
	327.	*Hegemon.*	Hegemon.
	326.	Chremes.	Chremes.
	325.	Anticles.	Anticles.
		[Sosicles.]	
Ol. 114.	324.	Hegesias.	*Hegesias.*
	323.	Cephisodorus.	Cephisodorus.
	322.	Philocles.	Philocles.
	321.	*Archippus.*	Archippus.

---

t) Post hoc tempus Corsin. F. A. T. II p. 93 — 96 coll. Plutarchi Demetr. c. 46 et vit. X or. p. 851 *Diphilum* Ol. 123, 1 et *Dioclem* Ol. 123, 2 adscripsit. *Diphilus* archon fuit quo tempore Demetrius Poliorcetes maxima illa calamitate accepta gradu deiectus est. Plutarch. Demetr. c. 46: *Ἀθηναῖοι δ' ἀπέστησαν αὐτοῦ· καὶ τόν τε Δίφιλον, ὃς ἦν ἱερεὺς τῶν σωτήρων ἀναγεγραμμένος* (cf. Plutarch. Demetr. c. 10), *ἐκ τῶν ἐπωνύμων ἀνεῖλον, ἄρχοντας αἱρεῖσθαι πάλιν, ὥσπερ ἦν πάτριον, ψηφισάμενοι, τόν τε Πύῤῥον ἐκ Μακεδονίας μετεπέμποντο.* Ex eo quod simul Pyrrhus ex Macedonia, quam medio anno 287 occupaverat, arcessitus esse dicitur, Diphili annum in Ol. 123, 1 vel potius, ut videtur, Ol. 123, 2 fuisse colligi potest, ei quem Corsinus statuit proximum. Non tam certus est annus *Dioclis*, qui archon fuit quo tempore Democharis de exsilio venit. Hanc rem disceptatam videas in Append. c. 21 p. 379 s.

u) Dinarch. p. 650 Reisk.

Ol. 115. 320.	*Neaechmus.*	Neaechmus.
319.	Apollodorus.	Apollodorus.
318.	Archippus.	Archippus.
317.	Demogenes.	Demogenes.

XIV Prima Diodori lacuna qua Hegemon omittitur manifesta et ante Corsinum a Rhodomanno notata est; Hegemonem addiderunt Palmerius et Wesselingius. Copiose hunc locum tractat Corsinus dissertatione nona [x]): quo prior subditicium archontem *Sosiclem* reiecit Wesselingius [y]), quemadmodum duos archontas inter Philoclem et Apollodorum omissos iam adiecerant Rhodomannus, (qui eos suo loco ante Apollodorum interposuit, proinde male intellectus a Corsino [z])) Dodwellus et Wesselingius [a]).

Apud Dionysium *Hegesiam* excidisse Corsinus docuit, Dionysii indicem minutatim accurateque examinans [b]). Demonstrat enim ex septuaginta archontibus nunc ibi tantum octo et sexaginta nominatos legi et ex ipso Dionysio docet inter priores sex et viginti in eius indice nullam interesse lacunam. Porro *Cephisodorum* [323 a. C. n.] ab *Euaeneto* tertium decimum archontem esse e Dionysio ipso [c]) probat, cum in hoc septuaginta archontum indice [d]) duodecimus ab Euaeneto numeretur. Itaque unus archon ante Cephisodorum excidit isque fuit Hegesias.

Sed vel sic septuaginta archontum numerus nondum plenus est ad eumque explendum unius archontis nomen deest. Hunc defectum Corsinus [e]) ita sarcit ut uno anno *duos archontas eponymos* fuisse statuat: quae ratio parum probabilis est nec difficultatem tollit. Quasi Dionysius septuaginta annos numerans unius anni archontas pro duobus annis posuisset. Neque vero Corsinus ullum exemplum affert duorum *archontum eponymorum* unius anni [f]). Itaque post Philoclem archontem [322] aliud nomen excidit. Ex Diodoro cum Dionysio comparato colligere licet a Philocle proximorum viginti archontum indicem

---

x) Sect. 15, ubi tamen quod dicit „*Munychione mense Porus victus*," non animadvertit Arrhianum ubi pugnae mensem notat aut corruptum esse aut errasse. V. tabulas 327, 2.

y) Ad Diod. XVII, 112.

z) P. 14 Tom. II dissert. 9.

a) V. Wesseling. ad Diod. XVIII, 44.

b) P. 24—29 dissert. 9.

c) Ad Ammaeum p. 728 Reisk.

d) Dionys. Dinarch. p. 648—651 Reisk.

e) P. 29.

f) Biag. de decret. Athen. p. 38: *Nullum afferri potest exemplum quo probetur plures in iisdem fastis eodem anno adnotatos fuisse archontes eponymos.* Verissime dicit: *Quot consules Romae eponymis consulibus suffecti fuere! Attamen qui primi electi sunt consules annui eponymi exstitere.*

integrum esse; ideoque defectus in posterioribus annis inest. Corsinus quidem in extremorum quindecim archontum ordine lacunam esse negat, quod Dionysius inter *Anaxicratem* [307] et *Philippum* quindecim annos interfuisse statuat. Inter hos igitur defectum esse non putat. Verum hoc dubitari potest. Nam ex verbis Philippus ab Anaxicrate *sextus decimus* fuerit, non quintus decimus. xv
Alioquin exsilium non quindecim, sed quattuordecim annorum fuisset. Rediit Dinarchus de exsilio Philippi anno; abfuerat quindecim annos revertitque sexto decimo [g]). Itaque septuagesimum nomen excidisse videtur alicubi in postremis decem seriei annis post eum terminum quo nunc Diodori historia concluditur. Hoc uno loco excepto ab anno 481 usque ad 292 continuam archontum seriem habemus, plerumque secundariis aliquot testimoniis confirmatam.

In his tabulis anni 481 archontem addidimus Themistoclem: quem quia Corsinus excludit, quo iure admissus sit dispiciendum est. Et Corsinus [h]) quidem censet Piraeeum exaedificatum fuisse duobus annis, 479. 478, quibus sui archontes adscripti sunt, neque Themistoclem ante 477 archontem esse potuisse, quoniam hoc anno choragus fuerit, de quo munere illa dignitate exemptus fuisset. Posterius argumentum gravissimum foret, si exploratum esset, qui archon fuisset, eum hoc nomine *λειτουργιῶν* quas ob facultates

---

g) V. tabb. 292, 3. Corsinus Fast. Att. T. IV p. 74. 76, quem Larcher. Herod. T. VII p. 717 sequitur, quum Philippum anno superius quam debebat posuerit, Ol. 121, 4. a. C. 293, alterum Philippum comminiscitur, quo archonte Menander mortem obierit, eique adscribit annum 290. Ol. 122, 3. Quod tempus assequitur ipsis 52 annis a Menandri natali anno 342 a. C. Ol. 109, 3 Sosigene archonte computatis. „*Si Menander*, inquit, 52 *aetatis anno e vivis excessit, atque Sosigene archonte natus erat*, 52*us ipsius annus adeoque Philippi magistratus in Ol.* 122, 3 *incidisse debuit. Id optime accurateque ex adiecto Ptolemaei anno confirmatur. Siquidem ille Ol.* 114, 4 *Archippo archonte regnum suscepit: ideoque* 32*us ipsius annus cum Ol.* 122, 3 *concurrit. Denique Ol.* 122 *Menandrum obiisse Eusebius etiam adnotavit, quamvis ipsius mortem non in* 30 *sed in* 1o *anno collocaverit.* Sed Ptolemaei ac reliquorum Alexandri successorum regnum veteres scriptores non ab Archippi, sed a Cephisodori anno computant, qui duobus annis superior fuit. V. tabb. 306, 2. Atque Eusebius, ut ipse Corsinus docet, anno quem Philippo adscripsit adversatur. Itaque utrumque testimonium in Ol. 122, 1 consentit, quod tempus eo quod Corsinus constituit duobus annis superius est. His testimoniis addendum est tertium (v. tabb. 291, 4) quod Menandri mortem 52 annis ante U. c. Varr. 514 collocat. Omnes hae temporis notae inter se congruunt, et Philippum $29\frac{2}{4}$ a. C. Ol. 122, 1 archontem fuisse monstrant. Atque hic est septuagesimus annus a Nicophemo archonte. V. tabb. 292, 1. Ex his apparet Philippum quo archonte Menander mortuus est eundem esse atque eum quo archonte Dinarchus de exsilio rediit.

h) T. I p. 336.

obire debuerit immunem fuisse postmodum. Sed archontes tantum immunes erant quamdiu magistratum gererent [i]). Quod ad prius argumentum attinet, neque a Plutarcho neque ab alio quoquam scriptore traditur Piraei aedificationem post Xerxis cladem esse inchoatam, sed tantum illis duobus annis maiore studio continuatam et absolutam esse. Opus aliquanto ante inchoatum et postmodum intermissum fuisse significare videtur Thucydides. Cumque Ol. 74 duo anni archontibus careant, horum annorum altero magistratum gesserit Themistocles [k]).

XVI

Thucydides [l]) de hac re haec scripta reliquit: *ἔπεισε τοῦ Πειραιῶς τὰ λοιπὰ ὁ Θεμιστοκλῆς οἰκοδομεῖν* (haec spectant ad a. 479. 478, *εὐθὺς μετὰ την Μήδων ἀναχώρησιν*)· *ὑπῆρκτο δ' αὐτοῦ πρότερον ἐπὶ τῆς ἐκείνου ἀρχῆς ἥς κατ' ἐνιαυτὸν Ἀθηναίοις ἦρξε.* Pausanias [m]): *ὁ Πειραιεὺς δῆμος πρότερον ἢ Θεμιστοκλῆς ἦρξεν ἐπίνειον οὐκ ἦν· Φαληρὸν δὲ — τοῦτό σφισιν ἐπίνειον ἦν· Θεμιστοκλῆς δὲ ὡς ἦρξε* (*τοῖς γὰρ πλέουσιν ἐπιτηδειότερον ὁ Πειραιεὺς ἐφαίνετο —*) *τοῦτό σφισιν ἐπίνειον εἶναι κατεσκευάσατο.* Itaque Themistocles archon fuit, et quidem ante Medicum bellum. Post illud eum archontem esse non potuisse Corsinus probavit, quando fasti sunt expleti. Cur igitur scholiastae testimonium [n]) reiiciamus,

---

i) Nihil amplius significat Demosth. [Lept. p. 465 Reisk. aut argumentatione] eiusdem orationis p. 463, ubi nonnisi quinque sexve cives immunes fuisse affirmat. At vero haud credibile est non plures fuisse, si quisquis archontis munere functus esset, per vitam immunitatem habuisset. [Illo numero duntaxat eos significari quibus praemii aut honoris causa immunitas data esset, vidit Boeckh. Staatshaushalt. d. Athener T. I p. 486. Cf. Wolf. Prolegg. p. LXXI. Altero Demosthenis loco p. 465 tantum de trierarchia sermo est. Nec ullum novi locum quo archontas choragia immunes fuisse tradantur, quamquam per officia sua vix potuerunt choragi esse. Atque etiamsi revera choragiae immunitatem habuissent, tamen dubitari non potest quin ea, quemadmodum alia beneficia aliis magistratibus, tantum ad tempus quo magistratum obtinebant concessa fuerit. Alioqui tam multi eius muneris vacationem adepti essent, ut relicui his oneribus ferendis vix ac ne vix quidem pares fuissent. *Kr.*]

k) Iterum de hac re agit Corsinus T. III p. 146 sed tantum priora argumenta repetit.

l) I, 93.

m) I, 1, 2.

n) ad Thuc. I, 93. [*κατ' ἐνιαυτὸν — ἦρξε*] *κατά τινα ἐνιαυτὸν ἡγεμὼν ἐγένετο· πρὸ δὲ τῶν Μηδικῶν ἦρξε Θεμιστοκλῆς ἐνιαυτὸν ἕνα.* Hic vel ex vocabulo *τινά* apparet scholiastem certum annum notare noluisse. Neque verba *πρὸ τῶν Μηδικῶν ἦρξε Θ. ἐνιαυτὸν ἕνα* significare possunt quod Clinton et nuperi Thucydidis editores opinati sunt, Themistoclem proximo ante Persicum bellum anno fuisse archontem. Boeckhius in ind. lectt. 1827/8 probare instituit hunc quem Thucydides dicit Themistoclis annum esse Ol. 71, 4, quo Themistoclem archontem fuisse tradit Dionys. Antiq. VI, 34. Quod quamquam mihi quidem non persuasit, tamen exspectandum censeo quibus argumentis sententiam suam in commentatione de archontibus pseudeponymis, quae nuper in Academia Boruss. recitata nunc ipsum excuditur, confirmaturus sit. *Kr.*]

qui eum anno ante Medicum bellum archontem fuisse tradit —*πρὸ δὲ τῶν Μηδικῶν ἤρξεν ἐνιαυτὸν ἕνα* — quum illud prorsus cum Thucydide de hac re consentiat.

Dodwellus quum de *Phaedone* et *Bione* atque *Apseude* archontibus infelicem coniecturam cepisset, inductus est, ut perturbatis horum temporum archontibus eorum ordinem ita confunderet, ut quinque et quadraginta annorum spatio [476—432] unum et viginti archontas suis sedibus moveret. Qui quum satis refutatus sit a Wesselingio [o]) et Corsino [p]), non est quod de hoc loco quaestionem habeamus. Quamvis enim audacter mutaverit Dodwellus, horum temporum ratio illibata est, atque coniunctis Diodori et Dionysii auctoritatibus, quibus multa secundaria testimonia accedunt, archontes suo quisque loco positi sunt.

Atticus annus post Apseudem archontem [433] media aestate ab Hecatombaeone mense incepit: quem ab hoc tempore primum Attici anni mensem fuisse cognovimus. De hac re inter omnes convenit. Minus facile dictu est quod anni initium fuerit ante hoc tempus. Fuerunt qui eum semper media aestate coeptum fuisse putarent; alii principio a solstitio hiemali incepisse statuerunt, primum mensem fuisse Gamelionem atque Pythodoro archonte Ol. 87, 1 rem immutatam et Hecatombaeonem primum mensem factum esse. Audiamus rationes utrorumque.

Iackson [q]) rem ita persequitur. „Attici, inquit, annum inceperunt a sol- XVII
„stitio aestivo vel circa illud vel intermenstruo quod proximum esset. De hac
„re consentiunt omnes. Sed Scaliger Atheniensibus duo anni principia fuisse
„putat, quorum antiquius in hiemale, posterius in aestivum solstitium inci-
„disse. Sed haec sententia neque testimoniis neque rationibus nititur ullis.
„Scaligerum qui sequitur, doctissimus Dodwellus, nostras, anni ab aestivo sol-
„stitio inchoandi occasionem dedisse putat Metonis magnum annum s. cyclum
„undeviginti lunarium annorum, quem ab hoc principali anni tempore initium
„cepisse. — Metonem probabile est lunaris cycli sui initium fecisse eodem tem-
„pore quo vetus solaris annus coeptus est. — Satis apertum esse censeo veterem
„Atticum annum circa aestivum solstitium incepisse quo tempore cyclus Metonis
„et Euctemonis nondum notus erat.“ — Laudat Thuc. II, 1. Plat. de legg. VI [qq]),

---

o) Ad Diod. XI, 48. 79.

p) Dissertatione nona Fastt. Att. tom. II p. 51 — 58.

q) Chron. Ant. vol. I p. 23. 24. 25.

qq) c. 13. p. 767 Steph. Cf. Ideler. Handbuch d. Chron. p. 293. *Kr.*

ubi magistratus munera inire vult *ἐπειδὰν μέλλῃ ὁ νέος ἐνιαυτὸς μετὰ τὰς θερινας τροπὰς τῷ ἐπιόντι μηνὶ γενέσθαι*, et Theod. Gazam de mensibus: *Ἀθηναῖοι τοῦ ἐνιαυτοῦ ἤρχοντο ἀπο Ἑκατομβαιῶνος κ. τ. λ.* — „Quodsi res tunc immutata „esset, hoc non notare non potuissent qui de eisdem temporibus loquuntur „Thucydides et Plato.“ Alio libri sui loco [r]) sic argumentatur: „Dodwellus „secundum Scaligerum veterem Atticorum annum ante Metonis cyclum a „solstitio hiemali initium cepisse censet. — Petavius (Doctr. temp. I, 12) „contra Scaligerum satis probavit antiquissimum Atticorum annum ab aestivo „solstitio coeptum esse, idque idoneis demonstravit testimoniis — Festi „Avieni:

Sed primaeva Meton exordia sumsit ab anno
Torreret rutilo quum Phoebus sidere Cancrum.

„Theod. Gazae de mensibus: *ἀρχὴ τοῦ ἔτους ἀπὸ τροπῶν θερινῶν Ἀθηναίοις ὡς „Σιμπλίκιος λέγει· — ἀρχὴ τοῦ ἔτους ὁ Ἑκατομβαιὼν τροπικὸς ὢν θερινός. ἀλλα „μὴν καὶ ἑορτὴν Ἀθηναῖοι τότε ἦγον δημοτελῆ καὶ ἔθυον μεγαλοπρεπῶς τῷ ἡλίῳ „ὡς περὶ τροπὰς ὄντι· ὅθεν καὶ τοὔνομα τῷ μηνὶ Ἑκατομβαιών, Κρονίῳ πρότερον „καλουμένῳ, ὡς Πλούταρχός φησι* [s]).“

Ex altera parte Corsinus [t]), qui cum Dodwello annum ante 432 a Gamelione incepisse statuit, quamquam Dodwelli errorem eo evitat, quod Apseudem octodecim, non sex menses [u]) magistratum obtinuisse sumit, Corsinus
XVIII igitur hoc modo ratiocinatur: „*Civiles Atheniensium annos* [ante Ol. 87] *a Gamelione mense incepisse plurima ostendunt quae Dodwellus accurate complectitur* (*Dissert. I*, 5. 6) *atque illud inprimis quod embolimus mensis „Posideon II“ appellari consueverit. Clariori tamen longeque certiori argumento esse poterit quod Cleostrati simulque Harpali cyclus quo Athenienses ante Metonem utebantur a solstitio hyberno ducebatur, ut ex Avieno erudimur*

Nam quae solum hyberna novem putat aethere volvi
Ut lunae spatium redeat, vetus Harpalus, ipsa
Ocyus in sedes momentaque prisca reducit.

---

r) Vol. II p. 44.

s) Plutarchus hoc dixit vita Thes. 12. t. I p. 23 Reisk.: *Κρονίου μηνός, ὃν νῦν Ἑκατομβαιῶνα καλοῦσι.*

t) Fastt. Att. t. I p. 91 s.

u) Dodwellus *Apseudem* statuit magistratum inisse Gamelione s. Ianuario 432, remotum ab eo esse sex mensibus post eique Phythodorum successisse Hecatombaeone s. Iulio 432. Hac descriptione in difficultatem incurrit, ex qua frustra se expedire conatur. V. Annal. Thuc. p. 139.

Sed primaeva Meton exordia sumpsit ab anno
Torreret rutilo quum Phoebus sidere Cancrum [x]).

Scaligerus vetus illud anni principium a Gamelione ad Hecatombaeonem translatum esse putavit Ol. 53, 3 [566 a. C. n.] *quo maiora Panathenaea festa sunt instituta. Petavius fatetur se ignorare quando Gamelion primus anni mensis esse desierit, longe tamen antiquius hoc institutum esse putavit quam Scaligero videbatur.*" Ipse Corsinus cum Dodwello mutationem a. 432 a. C. factam esse censet. — „*Licet perspicua veterum testimonia deesse ego videam, quibus annus usque ad Ol.* 87 *semper a Gamelione incepisse ostendatur, facile tamen id ex ipso periodorum initio, quibus Athenienses ante Metonem utebantur, inferri posse putaverim.*"

Primum argumentum [y]) repetiit ex Socratis aetate: „quem septuaginta annos vixisse, natum Thargelione Apsephionis archontis: qui si Hecatombaeone s. media aestate magistratum ingressus esset, Thargelionem fore anni 468, nec Socratem Lachete archonte defunctum, quo tempore excesserit septuaginta annos habere potuisse. Itaque hunc fuisse Thargelionem a. 469 et Apsephionem magistratum inisse Gamelione.

Deinde marmor Parium adhibet [z]): Hoc monumentum in temporibus anno 432 superioribus notandis ubique archontas anno prius quam debeat collocare, quum in posterioribus temporis sua quemque sede posuerit. „*archontes omnes,* inquit, *ante Ol.* 87, 1 *exeuntibus, post Olympiadis eius initium ineuntibus Olympicis annis adscribit. Sic Phaenippus archon exeunti anno Ol.* 72, 2 *adscribi debet; quamvis in Dionysii sententia anno tertio ineunti adscribatur, quod revera Phaenippus primis etiam anni tertii mensibus imperaverit.*" XIX

Tum Calliadem Gamelione mense magistratum inisse colligit [a]). „*Xerxis transitus in Hellesponto pugnaque ad Thermopylas quae Calliadis archontis anno adscribuntur ante Ol.* 75, 1 *contigere: Salaminia vero pugna quae eodem Calliade archonte commissa fuit, Boedromione adeoque Ol.* 75, 1 *incepto pugnata fuit. Ergo Calliadis annus postremos sex anni quarti totidemque proximos anni primi menses complectitur.*"

Freretus ante Ol. 87 rem immutatam putat [b]). „*Non constat,* inquit, *quo*

---

x) Ita hi versus in Fastt. Att. proferuntur; emendatius in Buhlii editione Arati t. II p. 177:

Nam qui solem hiberna novem — —
— — — — Harpalus ipsam
Ocius et q. s.

y) Tom. II p. 46 dissert. IX.

z) Tom. III p. XL s.

a) Tom. III p. 164.

b) Mem. Acad. Tom. XXVI p. 163 s.

tempore ea mutatio facta sit qua civilis anni initium ab hiemali ad aestivum solstitium translatum est. — Dodwellus eam fere in Metonis tempus incidisse statuit. — Sed hoc posuit potius quam probavit. — Iure Dodwellus Attici anni initium immutatum esse sumit, sed iniuria, opinor, hoc demum Ol. 87, 1 factum esse censet.“ Larcherus [c]) Corsinum sequitur neque tamen argumentis rem persequi instituit.

Itaque hic duo sunt disceptanda, primum num omnino unquam Atticus annus hiemali solstitio inceperit; deinde num Gamelione incipere desierit anno 432: quae posterior quaestio sola ad rem nostram pertinet.

Argumentorum a Dodwello et Corsino prolatorum nonnullis facile videas quae opponi possint. 1. Ac primum quod intercalaris mensis post Posideonem interpositus est, id non probat cycli a Metone descripti tempore mutationem factam esse, quandoquidem Posideon secundus non minus *post* Metonis tempora quam antea intercalaris mensis fuit: „*Perspicue ex Ptolemaei testimonio colligitur Olymp.* 99, 3“ [Evandro archonte] „*embolimum tamen mensem Posideonem adhuc fuisse: idque sequioribus etiam temporibus obtinuisse ex Sponiana inscriptione manifestissime demonstratur* [d]).“ Ex intercalaris mensis sede nihil amplius colligi potest quam Posideonem olim ultimum anni mensem fuisse: *quando* desierit esse non est significatum; minus etiam probatur Posideonem usque ad Metonis cyclum postremum fuisse mensem. 2. Deinde argumentum ex Avieno ductum ambiguum est, quoniam vocabulum *primaeva* potius significare vide-
xx tur Metonem vetus anni initium, abs quo Harpalus recesserit, amplexum esse. Atque sic accepit Iackson [dd]). 3. Tum ad Corsini rationem confirmandam nihil probat *Calliades* archon. Parum certum est Diodori testimonium: cuius scriptoris historiam qui diligentius versaverit non ignorabit eum in unum annum cogere solere quae duobus deinceps acta sint. Militaris tempestas, certe post Metonis cyclum, ut inter omnes convenit, non congruit cum Attico anno atque expeditio uno archonte coepta ad exitum perduci solebat primis successoris mensibus. Ita factum est ut Diodorus non tam negligentia quam necessitate quadam saepe rem eodem archonte inchoatam tradat quo confecta est. Idque etiam in Xerxis expeditione fecit. Cuius exitus quum in Ol. 75, 1 incidat, Diodorus [e]) ubi de hoc anno agit etiam initium enarrat. Eodem loco

---

c) Chron. Herod. p. 543. 558 s.

d) Fastt. Att. tom. I p. 94 s. [Cf. Ideler. Handb. d. Chron. I p. 275. *Kr.*]

dd) Sic etiam Gatterer. Abriss d. Chron. p. 128. Ceterum cf. de hoc loco Ideler. l. l. I p. 287 s. *Kr.*

e) XI, 1.

quo archontem, Olympicum quoque annum memorat, utrumque praecipiens. At vero Herodotus Calliadis archontis mentionem facit. Sed ita facit ut eum *Salaminiae* pugnae tempore magistratum gessisse ostendat. Itaque Herodotus Calliadem *Boedromione* 480 archontem fuisse probat, id quod nunquam dubitatum est; Calliadem novem mensibus ante archontem fuisse non probat. Atque Herodotum annum non a solstitio hiemali exorsum fuisse ex eis quae ipse alio librorum suorum loco dicit collegeris [f]). Qui et ipse a Corsino citatus est, Dionysius [g]) tantum hoc tradit, Calliadem Ol. 75 archontem fuisse *καθ' ὃν χρόνον ἐστράτευσε Ξέρξης ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα:* quod quum universe dictum sit, nullo modo efficit eum quo tempore Xerxes Hellespontum traiecit archontem fuisse. 4. Postremo argumentum ex Socratis aetate repetitum hoc est: Si Thargelione 468 natus erat, Lachetis archontis Thargelione i. e. Maio s. Iunio 399 tantum undeseptuaginta annos compleverat. Itaque collegeris natum esse 469, i. e. Thargelione Ol. 77, 3, non Thargelione Ol. 77, 4. Sed hanc rationem evertunt quae de Socratis natali tempore tradiderunt Apollodorus et Thrasyllus, qui ambo *quarto*, non *tertio* huius Olympiadis anno natum posuerunt: *ἐγεννήθη ἐπὶ Ἀψηφιῶνος — ἐν τῷ τετάρτῳ ἔτει τῆς ἑβδομηκοστῆς ἑβδόμης ὀλυμπιάδος* [h]). — *γέγονε (Δημόκριτος), ὡς Θράσυλλος, κατὰ τὸ τρίτον ἔτος τῆς ἑβδόμης καὶ ἑβδομηκοστῆς ὀλυμπιάδος, ἐνιαυτῷ, φησί, πρεσβύτερος ὢν Σωκράτους* [i]). Uterque igitur Socratem Thargelione Ol. 77, 4 s. Maio 468 natum statuit atque Apsephionis annus ex eorum sententia cum Olympico anno congruit. Ita Socrates quo tempore excessit, Thargelione Lachetis archontis, ipsum septuagesimum ingressus esset: quae ratio satis congruit cum aetatis notatione ab Apollodoro et Demetrio [k]) proposita, *γεγονὼς ἑβδομήκοντα ἔτη*, si de septuagesimo anno inchoato intelligatur. Huic quidem rationi adversari videtur quod Plato [l]) dicit: *πλείω ἑβδομήκοντα.* Sed Platonis auctoritati fortasse non multum tribuendum est, quum in eiusmodi rebus eum minus diligentem esse constet. Quippe animo ad graviores res intento annorum et temporum negligens est neque omnino diligentiorem rerum notationem curat xxi

---

f) IX, 121. V. tabb. 479, 2. [Ex hoc loco cl. Thuc. I, 89 vix certi quidquam colligi potest. Verum Herodotus omnino in bellis enarrandis non civilis anni rationem sequitur, sed eius initium ponit ver iniens. Cf. VI, 31. 42 s.: *κατὰ τοῦτο τὸ ἔτος —. Ἅμα δὲ τῷ ἦρι. Kr.*]

g) Ant. IX p. 1739 Reisk.

h) Apollodor. apud Laert. II, 44.

i) Laert. IX, 41.

k) Apud Laert. II, 44.

l) Apol. p. 17, d.

Praeterea animadvertendum est, etiamsi Socratis aetas ut annum Gamelione incepisse statuamus cogere videatur, alia occurrere quae archontem media aestate magistratum inisse doceant. *Lysias* natus erat Philocle archonte atque duobus et viginti annis maior fuit quam Isocrates, qui Ol. 86, 1 natus est, archonte Lysimacho. Iam quum inter Philoclem et Lysimachum duo et viginti archontes interfuerint, Lysiam patet Philoclis anno exeunte natum esse et Philoclem usque ad mediam aestatem 458 magistratum obtinuisse. Porro Lysias quum Thuriis rediit, Calliae anno exeunte, septem et quadraginta annos habuit; quumque inter Philoclem et Calliam sex et quadraginta archontes interfuerint, hoc quoque argumento est Lysiam Philoclis anno exeunte natum esse et Philoclem usque ad mediam aestatem 458 magistratum habuisse. Alioqui Lysias quum Athenas rediit, 411 octavum et quadragesimum, non septimum et quadragesimum annum egisset. *Euripides*, qui Boedromione 480 natus erat, *Dionysiis* Calliae archontis quinque et viginti annos habuit. Quodsi hic archon Gamelione magistratum inisset, haec Dionysia non in *nonum*, sed in *tertium* mensem s. Martium 456 incurrissent, quo tempore Euripides demum tres et viginti annos complevisset. *Peliades* igitur data est nono Calliae mense s. Martio 455, atque hic archon magistratum iniit Hecatombaeone. Etiam eius quem supra memoravimus *Philoclis* archontis *Dionysia* extremo eius anno s. Martio 458 fuisse collegeris, quandoquidem Aeschyli *Agamemnon* acta est *ἐπὶ Φιλοκλέους ἄρχοντος ὀλυμπιάδι ὀγδοηκοστῇ ἔτει δευτέρῳ*. Nam si Philocles Gamelione magistratum ingressus esset, data foret haec fabula tertio huius archontis mense ac proinde antegresso Olympiaco anno s. Ol. 80, 1. Verum quum extremo eius anno acta sit, Ol. 80, 2 s. vere 458, Philocles Hecatombaeone munus inierit necesse est: quo confirmatur quod
XXII ex Lysiae aetate collegimus. Possent etiam alia quae idem docerent exempla proferri; sed quae proposuimus sufficiunt, ut demonstretur argumentum ex Socratis aetate ductum huic loco conficiendo parum esse idoneum.

Itaque ex Corsini argumentis duntaxat unum restat quod marmoris Parii auctoritate nititur: cuius quidem argumenti non leve momentum est quo quis Atticum annum ante Metonis cyclum Gamelione mense incepisse probet. Attamen Marmoris auctoritas vix id satis probaverit, si aliae quibus idem doceretur rationes desint: quanto minus hoc ea effici potest aliis testimoniis adversantibus. Atque argumento ex Marmore repetito opposueris quod scriptores qui illorum temporum aequales fuerunt ubi aptissima rei significandae occasio oblata esset eam silentio praetereunt. Etenim quemadmodum Romani scri-

ptores, si quid mutatum esset in temporis describendi ratione, diligenter id notatum reliquerunt, ita Graecos aut Atticos scriptores idem facturos fuisse statuere licet, si ipsorum aetate eiusmodi immutatio facta esset.

Corsinum et Dodwellum qui sequitur Larcherus [m]), quamquam nova argumenta non protulit, tamen observationem addidit notatu haud indignam. „Quum civilis, inquit, Atheniensium annus tum [post Metonis cyclum] cum Olympico anno congrueret, scriptores de superioribus aetatibus loquentes semper ita notaverunt tempora, ut si nulla civilis anni immutatio facta esset, isque semper una cum Olympico anno incepisset.“ Haec observatio ad nonnullos eorum quos proposuimus locorum adhiberi potest: v. c. ad *Arg. Agamemnonis*, ubi Philoclis archontis Dionysia in Ol. 80, 2 incidisse ponuntur; vel ad Laert. II, 44, ubi Thargelion Apsephionis in Ol. 77, 4 producitur. Sed manifestum est eiusmodi locos Corsini rationi non favere: immo impedimento sunt. Nam removendi sunt ita ut scriptores non diligentes fuisse nec immutatae temporum describendorum rationi animum advertisse statuantur. Profecto id fieri potuit atque eiusmodi locos certis testimoniis cedere necesse esset, talibus quidem quale est illud quod de consulibus Romanis exstat [n]): „*Iii primi consules Calendis Ianuar. magistratum inierunt.*“ Sed quum nullum exstet eiusmodi testimonium, Atticum et Olympicum annum congruisse sumendum est, siquidem hoc confirmant veterum scriptorum loci. Praeterea Larcheri observatio parum sibi constat. Nam totum hoc argumentum quod ex marmore Pario repetitum est hac opinione nititur, ut huius auctor monumenti mutatae temporum descriptioni animum advertisse statuatur, quum Apollodoros XXIII
et Thrasyllos eam non curasse sumendum sit. At cui tandem probabile videbitur gravissimam hanc Attici anni immutationem Ol. 87 factam ab omnibus scriptoribus adeoque ab eis qui optime temporum rationes exposuerint neglectam ac demum ab obscuro auctore qui Timaei aetate vixit notatam esse [nn])?

Igitur prima harum tabularum columna *archontas* recenset et testimonia quibus cuiusque sedes nititur proponit, magistratum eos Hecatombaeone s. Iulio inisse statuens. De hac re si qui etiam nunc cum Dodwello et Corsino sentiant, ii anno antecedenti adscribant Lysiam et Socratem natos et fabulas aliquot ante Medeam 431 actas.

---

m) Herodot. tom. VII p. 543.

n) Cassiodor. Chron.

nn) Omnino de hac re cf. Ideler. Chron. I p. 286 ss. cl. 325 ss. *Kr.*

Recentiores critici verum auctorem a Bentleio discere potuissent, qui pluribus locis dissertationis de Phalaride Scaligerum esse docuit [y]). Ante eum idem fecerat Stanleius in annotatione ad Aeschylum: „*Viris doctis*, inquit, *erratum comperimus; qui Iosephi Scaligeri Graeca Eusebio adiuncta quasi anonymi cuiusdam antiqui auctoris* (*aliquando non sine infelicissimo eventu*) *adducunt* [z]). Alio loco [a]) haec dixit: *Quod si animandvertisset Meursius, Diogenem Laertium non temere correxisset: neque ut Leo Allatius* (*de script. Socrat.*) *errorem secutus fuisset Iosephi Scaligeri* (*quem pro anonymo auctore sumit uterque*) *Aphepsionem ad Ol. 74 constituentis.* Fortasse hac Stanleii annotatione monitus Bentleius disputavit quae de Meursii errore dixit [b]). Post Bentleium accuratius hunc librum eiusque auctorem descripsit ac de errore quem admissum esse miratur eruditos docuit Kuesterus [c]). Nihilominus idem error usque ad nostra tempora propagatus est; atque recentiorum criticorum aliquammulti, ex parte etiamnum superstites „anonymum Olympiadum auctorem" excitare perrexerunt. Ita pro antiquo monumento adhibet Dukerus; pariterque Heynius in posteriore Apollodori editione „*anonymum descript. Olympiadum*" 80, 1 de Apollodori fragmento auctorem laudat. Eaedemque *Anonymi Olympiades* identidem in indice veterum auctorum comparent. Eodem modo Antimachi fragmentorum editor: „*Floruit Antimachus, ut Diodorus prodidit, cui auctor τῆς Ὀλυμπιάδων ἀναγραφῆς assentitur*" et q. s. [f]). Atque Goellerus in libro *de ortu Syracusarum* [g]), posteaquam Diodorum citavit, auctorem *ἀναγραφῆς Ὀλυμπιάδων ad calcem Eusebii* addit, ut videtur ignorans quae huius verba proposuit ipsius Diodori esse, ex quo Scaliger transscripsit [h]). Vix credideris hos omnes qui tam mira ratione de huius libri auctoritate se decipi passi sunt ipsos eum inspexisse.

Haec Scaligeri collectio haudquaquam omnino accurata est. Aliquammultos eius errores investigavit Bentleius [i]), docuitque virum maximum passim falsum esse, quod nimis vel festinaverit vel memoria confisus sit. Quod saepe parum diligens est, ex parte inde repetendum videtur, quod scriptorum au-

---

y) V. locos 214. 158. 282 ed. 1699.
z) Ad Choeph. 1.
a) Ad Aeschyl. p. 706.
b) Diss. Phalar. p. 282.
c) In annot. ad Suid. v. *Λάσος* t. II p. 417.
d) Ad Thuc. V, 49.
e) Vol. I p. 412.
f) *Antimachi reliquiae* p. 9. Sed monuit eum de errore Wolfius p. 124 s.
g) P. 126.
h) His addideris Biagium de decretis Atheniensium p. 232—234 qui sua „*ex anonymo veteri scriptore Olympiadum atque ex Athenaeo*" hausit.
i) Diss. Phal. p. 214.

ctoritatem non satis ponderaverit. Ita non raro neglectis melioribus Xenophontis vel oratorum testimoniis Diodorum aut Eusebium sequitur. Attamen debitam laudem ei tribuemus, si reputaverimus neminem superius huiusmodi opus, quod Scaliger adhibere posset, condidisse eiusque rationem et dispositionem ei propriam fuisse. Aptissime archontas recensuit et ipsa Diodori aliorumque verba proposuit ubi id permitteret libri ratio.

Litterarios annales instituerat Graius: quos quales animo informasset epistola ad Whartonum [k]) exponit: „Quaeris de annalibus meis. Instituti sunt, ut tibi narravi, admodum duos abhinc annos, quum ad medium Diogenem Laertium progressus eram" et q. s. „In his tabulis componendis non tam res civiles spectabo, quamquam his quoque columna assignata erit: sed potius litterarum rationem habebo, eorum qui in his excelluerunt tempora notaturus quaeque scripserunt egeruntque explicaturus. Produxi hoc opus ab Ol. 30, unde incipit, ad Ol. 113, ut 332 annos [660 — 328 a. C.] comprehenderim. Adiutores tantum habui ex recentioribus Marshamum, Dodwellum Bentleiumque." Eiusmodi librum si Graius — quanti vir iudicii, doctrinae, diligentiae! — composuisset, haud dubie non esset quod alius quispiam eiusdem- XXVII
modi opus institueret. Sed quoniam eorum quae congessit nihil exstare videtur, eius componendi consilium tantummodo monstrat quantopere tali libro egeamus.

Quod Graius quum instituisset infectum reliquit, ex parte perfecit Musgravius: qui in „*chronologia scenica*" Euripidis editioni praemissa quinque et septuaginta annos complexus fabularum datarum tempora persecutus est. Est hoc egregium litterariorum annalium specimen. Proposita sunt testimonia totusque libellus longe accuratius exploratiusque compositus est quam Scaligeri *ἀναγραφὴ* aliorumve similes tabulae. Huic *chronologiae scenicae* aliquammulta debet noster hic liber. Fuerunt tamen in quibus a Musgravio dissentiendum esse videretur: cuius dissensionis rationes suis quasque locis exposuimus.

Igitur in tertia et quarta harum tabularum columna propositum fuit mihi, ut Graii verbis utar, „eorum qui in litteris excelluerunt tempora notare quaeque scripserunt egeruntque explicare." Et tertia quidem columna de

---

k) Data 25 Aprilis die a. 1749. Has tabulas novem columnis constare voluit: „quarum prima Olympiadibus, altera archontibus, tertia rebus civilibus Graecorum, tres proximae philosophis, postremae tres poetis et historicis et oratoribus assignatae sunt."

philosophis et historicis atque oratoribus exponit. De philosophis quae tradenda essent angustius concludere licuit quam ex Graii consilio. Parum enim constat de eorum temporibus qui superioribus fuerunt temporibus. Ita magnis difficultatibus impedita est quaestio de Solonis aetate: de qua quae cognita habemus eorum summam exhibuimus in appendice [l]). Porro quum *Anaxagorae, Socratis, Platonis, Aristotelis* tempora accurate notare possimus, dubium est incertumque quando nati sint excesserintque *Pythagoras, Xenophanes, Anaximenes.* In eiusmodi locis diligenter repugnantia vel dubia testimonia adnotavi, quo quatenus quidque incertum sit intelligatur. Neque enim qui ad vetera monumenta excutienda accedit animum inducere debet quidquid dubium sit sibi removendum, quidquid difficile, expediendum esse; sed potius id sibi agendum censeat, ut quo nomine quave ratione quidque incertum sit accurate explicet et ubi cum certis dubia commixta sint, haec diligenter distinguat notetque; nec obliviscatur, sicubi altera cum alteris confusa reperiantur, eadem utraque auctoritate nixa videri; et quae probabilia sint, eorum fidem falsorum dubiorumve contagione imminui [m]).

---

l) C. 17 de Lydiae regibus ubi de Croeso agitur.

m) Iackson Chronol. Antiq. Vol. II p. 372—375 qui de Pythagorae aetate Dodwellum sequitur, Porphyrium et Iamblichum laudat, quorum auctoritate Dodwelli computatio nititur [v. tabb. 539, 3. 472, 3.]; Eratosthenem et Antilochum, qui hanc computationem pervertunt, non memorat. Contra Larcherus Chron. d' Herod. c. 21 p. 549 — 554, qui Bentleii rationes praefert, Eratosthenis et Antilochi testimonia proponit, quibus Bentleii rationes nituntur; Iamblichi et Aristoxeni apud Porphyrium auctoritates his adversantes silentio transit. Talia non sunt committenda.

Sed quum id egerim ut nihil celarem, nimis multa interdum enarrasse insimulatus sum. Quippe censor quidam magnopere se offensum esse professus est quod redundantiae cuiusdam crimen incurrerim, quum nonnullos homines diversis annis viguisse rettulerim; notavitque, si Pythagoras 539 fuerit ac 472 mortem obierit, eum per omne quod interiectum esset tempus aetatem egisse apparere neque fuisse cur id singulis annis consignaretur, quemadmodum ego eum annis 533. 531. 525. 520. 510 floruisse posuerim. Pariter Hipponactem annis 546 et 539 viguisse scriptum esse. Sed quum propositum mihi fuerit per totum librum quidquid ad unamquamque rem constituendam suppeteret colligere, ubi Pythagorae tempora designanda erant, non potui non notare quibus annis veteres scriptores eum fuisse posuerint. Ita ad 533, 1 lectoribus a Diodoro eum Ol. 61, ad 531 a Clemente et Cyrillo Ol. 62 floruisse referri demonstravi; ad 525 ab Eusebio eum Ol. 63, 4 viguisse tradi et ad 520 ab eodem Eusebio Ol. 65 iterum memorari notavi. Haec omnia proponenda duxi, quippe quibus coniunctis aetatem Pythagorae constituere possimus. Pariter ad 546 Hipponactem Croesi et Cyri temporibus a Marmore, ad 539 a Plinio Ol. 60mae adscribi docui; quorum testimoniorum inter se congruentium alterum alterius auctoritatem confirmat. In eiusmodi locis nihil est quod redundet, sed proposita sunt quae ad rem accuratius probandam perti-

De historicis ubi exposuimus duo erant praestanda. Primum ipsorum hi- xxviii
storicorum aetates notandae, deinde quae tempora libris suis persecuti essent tradendum erat. Neque enim semper haec cum illis congruunt. Ita Herodotus a. 478, quo historias suas concludit, memoratus est; sed de eius vita paene quinquaginta annis posterius exponendum erat. Ephorus historias suas anno 340 terminavit; sed in eis conscribendis quo tempore Alexander in Asiam traiecit elaboravit [n]). Pariter Callisthenis libri a. 387 et 357 notati sunt, quum scriptor ipsa Alexandri aetate floruerit [o]).

Ex oratorum libris qui etiamnum exstant aliquammultae orationes vel argumentis ex ipsis depromptis vel veterum testimoniis quo tempore scriptae habitaeve sint accurate definitum est. Aliarum quamquam ipsos annos demonstrare non possumus, tamen his proxime accedere licet, ut quum anni dubii videantur, certe quibus terminis tempora earum circumscribenda sint probare possimus. Ita, ut his exemplis utar, Demadis oratio, cuius fragmentum exstat, inter a. 326 et 318; oratio in Aristogitonem post pugnam Chae- xxix
ronensem et ante Harpali fugam; Lysiae oratio *ὑπὲρ Μαντιθέου* aliquanto post a. 394 habitae sint necesse est. Itaque hae orationes non longe a vero loco positae sunt. Idem de compluribus fabulis quarta columna enumeratis dictum esto. Non constat quando Strattidis *Ἀνθρωποθύτης* et Sannyrionis *Δανάη* datae sint; constat datas esse post Dioclem archontem. Itaque eas a. 407 adscripsi. Talia ubi inciderunt, non mihi sumo ut ipsum annum definiverim, sed id tantum egi ut quatenus tempora certa essent monstrarem [p]).

Quarta eademque extrema columna poetae recensentur. Huius partem longe maximam explent tragici et comici poetae Atheniensium [q]). Quorum

---

nent. Alia de hoc genere dicta videas in ephemeridibus quae inscribuntur Classical Iournal No. LXIII p. 114.

n) V. tabb. 340. 333.

o) In Append. c. 21 philosophorum et histostoricorum oratorumque in tabulis memoratorum nomina ex temporum ordine recensuimus.

p) Hi loci in tabulis notati sunt his signis ( ).

q) Poetarum non scenicorum qui tabulis inserti sunt nomina haec sunt:

1. Stesichorus. a. 553.
2. Ibycus. 560. 539.
3. Anacreon. 559. 531. 525.
4. Hipponax. 546. 539.
5. Theognis. 544.
6. Phocylides. 544.
7. Simonides Ceus. 556. 525. 476. 467.
8. Melanippides. 520.
9. Telesilla. 510.
10. Lasus. 504.
11. Pindarus. 518—446. 439.
12. Timocreon Rhodius. 471.
13. Bacchylides. 450. 431.
14. Choerilus Samius. 479.
15. Melanippides iunior. 520.
16. Panyasis. 489. 457.

aliquammultas fabulas suis annis adscribere possumus notationum quae ex veterum criticorum libris conservatae sunt et antiquarum inscriptionum auctoritate adiuti; aliarum tempora rationibus quae ex ipsis argumentis depromi possunt definire licet. Sed multi sunt poetae quorum aetates tantum in universum a scriptoribus proditae sint, sed quorum de temporibus quae notata habemus tam vaga et incerta sint, ut singulis quibusdam annis assignari non possint. Qui quum in tabulis sedem non sint nacti suam, consentaneum videtur eos hoc loco enumerare.

Quos Fabricius [r]) tragicorum et comicorum confecit indices, pluribus de causis non satisfaciunt. Quorum nomina recepit, eorum non pauca iniuria locum suum inter scenicos poetas obtinent; alia ex corruptione repetenda
xxx sunt, ut *Amorphi* [s]), de quo nihil dici potest nisi scripturam corruptam esse pro Phormide. Interdum *comici* qui *tragici*, aut *tragici* qui *comici* vocantur Suidae vel scholiastae alicuius errore aut per ambiguam fabulae inscriptionem a Fabricio in utroque indice et utroque nomine recensentur. Ita *Cephisodorus*, *Anaxandrides*, *Cantharus*, *Callias*, comici, iam inter tragicos producti sunt, quum iterum inter comicos compareant qui iam in tragicorum indice enumerati sunt, *Philocles*, *Agathon*, *Iophon*, *Dionysius*. Adauxit numeros nominibus *actorum scenicorum*, veluti Archiae, Aristodemi, Athenodori, Callippidis; *lyricorum*, veluti Ibyci et Arionis; *grammaticorum*, veluti Eratosthenis. Comicum offendimus *Cleonem oratorem*, quoniam in Aristophanis Equitibus memoratus est; tragicum, *Aeschinem oratorem*, quia actor scenicus nominatur. Haec nomina si ex Fabricii indicibus exterminaveris solaque ea quae iure suo recensentur reliqueris, vix dimidius quem nunc offert numerus remanserit. Praeterea quod litterarum ordine usus est, haec ratio neutiquam satis accommodata est, ut quantopere paulatim ars scenica exculta sit et quibus quique poetae temporibus floruerint cognoscatur. Nullo discrimine mixti sunt scriptores

---

17. Antimachus. 405.
18. Telestes. 401. 398.
19. Philoxenus. 398. 380.
20. Timotheus. 398. 357.
21. Polyidus. 398. His addatur licet Sappho, de qua dictum est ad 559.

r) Biblioth. Gr. lib. II c. 19 Notitia tragicorum deperditorum. lib. II c. 22 Notitia comicorum deperditorum.

s) Amorphus an ex ipsius Fabricii auctoritate positus sit dubitari potest. In ed. Hamburg. a. 1718 *Amorphum* non invenio, quamquam in ed. Harlesii comparet, qui Bentleii crisin laudat Diss. Phalar. p. 201. Itaque nuperus editor si hoc nomen auctoris indici non *addidit*, at certe ex priore Bibliothecae Graecae editione *restituit*: quod Fabricius ipse in altera editione prudenter omisit.

omnium aetatum a Periclis temporibus usque ad Ptolemaeorum et Romanorum: Lycophro, Sositheus et *Pleias* in eodem indice inveniuntur quo Thespis et Pratinas; veteris, mediae et novae comoediae poetae eadem serie producti sunt.

Scenicorum Graeciae poetarum annales plane alia ratione quam qua Fabricius usus est instituendi sunt. Tam auctorum quam fabularum indices a corruptis nominibus et inscriptionibus purgandi, poetaeque ex temporum ordinibus digerendi sunt. Ita tragici qui ante Alexandri tempora Athenis fuerunt ab iis disiungendi sunt qui Ptolemaeis regnantibus floruerunt. Proinde in tragicorum indice qui ea de qua nunc exponimus aetate fuerunt omittendi sunt Lycophro, Sositheus eorumque aequales. De his explicandum est ubi de Ptolemaeorum temporibus dicitur. Eodem modo ex temporum ordi- xxxi
nibus digerendi sunt comici. Quorum qui ad ea quae hic persequimur tempora pertinent, eorum primi sunt Epicharmus, Chionides et Phormis; postremus est Posidippus, quem ex hoc genere in scenicis Atheniensium poetis ultimum numerare licet. Quodsi qui Posidippo posteriores fuerunt comici quorum vel memoria vel fragmenta conservata sint, veluti Macho, Apollodorus Carystius, Epinicus, alii, hi Ptolemaeorum saeculi sunt. Porro comicorum tria genera sunt distinguenda: primum vetus comoedia ab Epicharmo et Phormide usque ad Strattidem et Theopompum; deinde mediae comoediae scriptores, quorum principes fuerunt Eubulus et Araros atque Antiphanes, postremi, Xenarchus et Dromo; denique nova comoedia, quae a Philippide et Philemone incipit et Posidippo concluditur.

In tragicis, qui ab initiis artis tragicae usque ad Aristotelis tempora floruerunt, hi numerandi sunt:

1. *Thespis.* in tabulis memoratus a. 535.
2. *Choerilus.* 523. 499. 483.
3. *Phrynichus* [t]. 511. 483. 476.

---

t) Phrynichus tragicus Polyphradmonis vel Phradmonis erat filius. Pausan. X, 31, 2: *Φρύνιχος ὁ Πολυφράδμονος ἐν δράματι Πλευρῶνι.* [*Πλευρωνίαις* cum aliis praefert Hermann. *Kr.*] Suid.: *Φρύνιχος Πολυφράδμονος ἢ Μινύρου, οἱ δὲ Χοροκλέους.* Schol. Aristoph. Av. 750: *τέσσαρες δὲ ἐγένοντο Φρύνιχοι· ὁ μὲν εἷς οὗ νῦν μνημονεύει, Πολυφράδμονος παῖς, ποιητὴς ἡδὺς ἐν μέλεσιν* [cf. Schol. Ran. 941. 1334]· *ὁ ἕτερος Χοροκλέους παῖς, ὑποκριτής* [a Suida cum tragico confusus]· *τρίτος Φρύνιχος ὁ κωμικός,* qui Eunomidis filius erat. Schol. Ran. 13: *Φρύνιχον τὸν κωμικόν· ἔστι δὲ πατρὸς Εὐνομίδου.* Inde perspicuum est ad tragicum Phrynichum pertinere quod per errorem ad comicum relatum est in prolegg. ad Aristoph. p. XXIX Beck.: *Φρύ-*

4. *Aeschylus.* 525. 499. 484. 472. 458. 456.
5. *Pratinas.* 499.
6. *Sophocles.* 495. 468. 447. 440. 438. 431. 409. 405. (401.)
7. *Aristarchus.* 454.
8. *Ion Chius.* 451. 428. 419.
9. *Achaeus.* 484. 447.
10. *Neophron*, *ante* Euripidem. Vide idoneum Elmsleii argumentum ad Argum. Eurip. Med. p. 68.
11. *Euphorion.* 431. *υἱὸς Αἰσχύλου τοῦ τραγικοῦ, Ἀθηναῖος, τραγικὸς καὶ*
XXXII *αὐτός· ὃς καὶ τοῖς Αἰσχύλου τοῦ πατρός, οἷς μήπω ἦν ἐπιδειξάμενος, τετράκις ἐνίκησεν. ἔγραψε δὲ καὶ οἰκεῖα.* Suid. *Εὐφορ.*
12. *Cleomachus*, indignus Sophoclis aemulus. *Athen.* XIV p. 638, f.
13. *Euripides.* 480. 455. 447. 441. 431. 428. 415. 408. 406.
14. *Aristeas*, Pratinae filius, cum Sophocle, Aeschylo et Euripide certavit. *Vita Sophocl.* [ubi sicuti *Pausan.* II, 13, 5, ad quem locum Siebelisium confer, *Aristias* scribitur. *Kr.*]
15. *Chaeremon. Cf. Aristot. Poet.* 2. 25. *Rhet.* II, 23, 29. III, 12, 2. *Problem.* III, 16 p. 697, b. *Theophrast. Hist. Plant.* V, 9, 5. *Theophrast. apud Athen.* XIII p. 562, e [u]). [V. Hermann. ad Aristot. Poet. I, 12 p. 98. *Kr.*]
16. *Theognis*, ante *Ἀχαρνέας* [425]. *Acharn.* 11. 140. Rursus memoratus in *Θεσμοφοριαζούσαις* [411]. *Thesmoph.* 170.
17. *Nicomachus.* — *παραδόξως Εὐριπίδην καὶ Θέογνιν ἐνίκησε. Suid. Νικόμ.*
18. *Philocles*, memoratus in *Σφηξίν* [422]. *Aristoph. Vesp.* 462 *et schol. ad loc.* in *Ὄρνισιν* [414]. *Av.* 281 [x]). in *Θεσμοφοριαζούσαις* [411]. *Thesmoph.* 168. Aeschyli sororis filius: *Αἰσχύλου ἀδελφιδοῦς· καὶ ἔσχεν υἱὸν Μόρσιμον τὸν τραγικόν. Suid.* [Sophoclis Oedipum regem *ἠττηθῆναι ὑπὸ Φιλοκλέους φησὶ Δικαίαρχος. Arg. Oed. T.* Cf. *Aristid.* t. II p. 422. *Kr.*]

νιχος Φράδμονος ἔθανεν ἐν Σικελίᾳ. Itaque Phrynichum tragicum ut Aeschylum aliosque aequalium poetarum probabile est ad Hieronem regem se contulisse et quemadmodum Aeschylum in Sicilia mortem obisse, fortasse aliquanto post quam Athenis fabula commissa victor exstiterat, Adimanto archonte 476. V. tabb. [Cf. Perizon. ad Aelian. V. H. III, 8 et Meinek. Quaestt. scen. spec. II p. 6 s. *Kr.*]

u) *Chaeremonem* iam memoraverat *Eubulus* comicus. Athen. II p. 43, c.: *τὸ ὕδωρ ποταμοῦ σῶμα φησί που Εὔβουλος ὁ κωμῳδοποιὸς εἰρηκέναι Χαιρήμονα τὸν τραγικόν.* Hoc videtur antiquissimum esse testimonium quod de Chaeremonis aetate exstat.

x) Iam ante Aves acta est Philoclis *Πανδιονίς.* Schol. Av. 282: *οὗτος ὁ Φιλοκλῆς Ἔποπα ἐσκεύασεν ἐν τῇ Πανδιονίδι τετραλογίᾳ. — Φιλοκλεῖ ἐστὶ δρᾶμα Τηρεὺς ἢ Ἔποψ. ὁ Σοφοκλῆς πρῶτον τὸν Τηρέα ἐποίησεν, εἶτα Φιλοκλῆς.*

19. *Agathon* γ), 416.

20. *Antiphon*, Dionysii superioris aequalis. *Aristot. Rhet.* II, 6, 27. xxxiii

21. *Carcinus*, notatus in *Σφηξίν* [422.] *Vesp.* 1501 — 1512, in *Νεφέλαις* [422.] *Nub.* 1261, in *Εἰρήνῃ* [419.] *Pac.* 782. 864. Cf. *schol. Pac.* 778 et *schol. Nub.* 1264. [V. Meinekii Comment. Miscell. I p. 24. *Kr.*]

22. *Nothippus* ab Hermippo comico derisus. *Athen.* VIII p. 344, c. d.

23. *Acestor*, derisus in *Σφηξίν* [422]. *Vesp.* 1216 *et schol. ad loc.* et in *Ὄρνισιν* [414]. *Av.* 31 *et sch. ad loc.*

24. *Pythangelus*, notatus in *Βατράχοις*. [405.] *Ran.* 87 *et schol. ad loc.*

25. *Xenocles* 415. Carcini filius. *Aristoph. Thesmoph.* 440. *Vesp.* 1511. *Schol.*

γ) Agathon, qui primum Euphemo archonte 416 fabulam docuit, ad Archelaum Macedoniae regem se contulit, ubi vitam degebat quo tempore *Βάτραχοι* acta est a. 405. Eo referendum videtur quod Aristophanes dicit Ran. 85: *ἐς μακάρων εὐωχίαν.* Schol. ad locum: *ἢ ὡς περὶ τετελευτηκότος λέγει, ὥσανεὶ περὶ τὰς Μακάρων νήσους· ἢ ὅτι Ἀρχελάῳ τῷ βασιλεῖ μέχρι τελευτῆς μετὰ ἄλλων πολλῶν συνῆν ἐν Μακεδονίᾳ. καὶ μακάρων εὐωχίαν ἔφη τὴν ἐν βασιλείοις.* Posteriorem interpretationem veram esse probabile fit ex tempore, quod nonnisi undecim annis eo quo primam fabulam docuit posterius est, atque ex Aeliani V. H. II, 21. XIII, 4 et eis quae Schol. Plat. cod. Clark. apud Gaisford. Lectt. Plat. p. 173 tradit: *Ἀγάθωνος) τραγωδι . . . . . ἐπὶ μαλακίᾳ . . . τάδη. ἦν δ' οὗτος . . παῖς Ἀθηναῖος (γένος) παιδικὰ Παυσανίου τοῦ τραγικ . . καὶ πρὸς Ἀρχέλαον τὸν βασιλέα ᾤχετο, ὡς Μαρσύας νεώτερος. ἐμιμεῖτο δὲ τὴν κομψότητα τῆς λέξεως Γοργίου τοῦ ῥήτορος.* Secundum schol. Aristoph. Thesmoph. apud Aristoph. Dindorf. t. X. p. 945 Agatho primum fabulam docuit tribus annis ante *Θεσμοφοριαζούσας* actam: [*ἐπ*] *ειδὴ οὐ πάλαι ἤρξατο διδάσκειν, ἀλλὰ τρισὶν πρὸ τού* [*του*] *ἔτεσιν.* Ex hac computatione aut Agathon 414 primum vicerit aut Thesmophoriazusae 413 data fuerit. Sed Agathonem novimus Euphemo archonte vicisse (v. tabb. 416, 4) atque eorundem scholiorum alio loco hanc Aristophanis fabulam sexto anno ante quam Euripides mortem obierit actam fuisse traditur, quod tempus alia testimonia confirmant. V. tabb. 411, 4. Itaque inter primam Agathonis victoriam et *Θεσμοφοριαζούσας* actam quinque, non tres anni interjecti fuerunt. Ac fortasse lacuna in verbis *τρισὶν πρὸ τον . . ἔτεσιν* aliter explenda est, ut Scholiastes non ad *Θεσμοφοριάζουσας*, sed ad aliam fabulam respexerit. [At ita vereor ne inepte locutus videretur. Ceterum Agathonem aliquot annis post 450 natum esse collegeris ex Ael. V. H. XIII, 4; quod Platonis Protag. p. 315, d confirmari dixeris, siquidem hoc loco ut aliquot aliis (cf. Heindorf ad §. 5.) hunc sermonem paullo ante bellum Peloponnesiacum habitum fingi statuere licet. Confirmat etiam Xenophontis Symposium, quod Ol. 89, 3 habitum fingitur, ut alio loco docebo. Nam ibi (VIII, 32) quum Agathon jam poeta dicatur, efficitur eum compluribus annis ante 440 natum esse: cui argumento nonnihil tribuendum censeo, quum in Xenophontis convivio omnia rerum veritati accommodata esse reperias. Quo tempore mortuus sit, equidem definire non audeo, quamquam Aristophanem non loqui de ejus obitu ipso loco accuratius excusso probari posse censeo. *Kr.*]

ad Nub. 1264. *ad Vesp.* 1493. 1501. *ad Ran.* 86. Vivus memoratur 405. *Aristoph. Ran.* 86.

26. *Sthenelus*, notatus in *Σφηξίν* [422]. *Vesp.* 1313 et in *Γηρυτάδῃ*. *Schol. Vesp.* 1303. [ubi *τραγικὸς ὑποκριτὴς* dicitur. *Kr.*]

27. *Morsimus*, ante *Ἱππεῖς* [424]. *Aristoph. Equit.* 401. *et schol. ad loc.* Philoclis filius, Astydamantis pater. *V. Tabb.* 398 *et No.* 38. *Astydamas posterior*, annot. d.

28. *Melanthius*, derisus in *Εἰρήνῃ* [419]. *Pac.* 803 et in *Ὄρνισιν* [414]. *Av.* 151 [z]).

29. *Morychus*, notatus in *Ἀχαρνεῦσι* [425]. Acharn. 887 *et schol. ad loc.* in *Εἰρήνῃ* [419]. *Pac.* 1008. *cf. schol. cod. Rav. ad loc.*

30. *Iophon.* 428. 405. *υἱὸς Σοφοκλέους. Suid. Schol. Ran.* 73. 78.

31. *Cleophon* [a]), *Ἀθηναῖος, τραγικός.* Suid. (qui decem fabularum nomina enumerat.)

---

z) Emendavi errorem in quem a Fabricio inductus *Melanthium Morsimi* fratrem fecieram ex hoc Aristophanis ejusque Scholiastae loco, Pac. 803: *χορὸν δὲ μὴ 'χῃ Μόρσιμος μηδὲ Μελάνθιος· οὗ δὴ | πικροτάτην ὅπα γηρύσαντος ἥκουσ', | ἡνίκα τῶν τραγῳδῶν | τὸν χορὸν εἶχον ἀδελ | φός τε καὶ αὐτός.* Schol.: *ἀδελφός τε καὶ αὐτός*] *ὡς καὶ τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ Μελανθίου τραγικοῦ ὄντος ἀσήμου.* Unde Morsimum Melanthii fratrem fuisse colligi non potest. Hunc errorem ut emendarem monuit me Elmsleius ad Eurip. Med. 96, qui relicua testimonia quibus Melanthius memoratur congessit.

a) In priore editione Cleophontem Critiae aequalem dixeram auctore Aristot. Rhet. I, 15, 13: quod num hoc loco probetur jam dubito. Aristoteles Cleophontem his locis memorat, Poet. III, 3. [II, 5. Herm.]: *Ὁμηρος μὲν βελτίους (μιμεῖται), Κλεοφῶν δὲ ὁμοίους, Ἡγήμων δὲ ὁ Θάσιος χείρους.* XXIII, 2. [XXII, 2]: *σαφεστάτη ἐστὶν ἡ ἐκ τῶν κυρίων ὀνομάτων (λέξις), ἀλλὰ ταπεινή· παράδειγμα δὲ ἡ Κλεοφῶντος ποίησις καὶ ἡ Σθενέλου.* Sophist. Elench. I, 15, 14 tom. III. p. 581. Buhl.: *Οἷον ὁ Κλεοφῶν ποιεῖ ἐν τῷ Μανδροβούλῳ.* Rhet. III, 7, 2: *τὸ ἀνάλογόν ἐστιν, ἐὰν μήτε περὶ εὐόγκων αὐτοκαβδάλως λέγηται μήτε περὶ εὐτελῶν σεμνῶς· μηδ' ἐπὶ τῷ εὐτελεῖ ὀνόματι ἐπῇ κόσμος· εἰ δὲ μή, κωμῳδία φαίνεται· οἷον ποιεῖ Κλεοφῶν· ὁμοίως γὰρ ἔνια ἔλεγεν καὶ εἰ εἶπειεν ἂν „πότνια συκῆ."* His locis omnibus aperte Cleophon tragicus dicitur. Rhet. I, 15, 13 Aristoteles hoc tradit: *Κλεοφῶν κατὰ Κριτίου τοῖς Σόλωνος ἐλεγείοις ἐχρήσατο, λέγων ὅτι πάλαι ἀσελγὴς ἡ οἰκία κ. τ. λ.* Sed hoc sine dubio referendum est ad Cleophontem oratorem [cum Ruhnkenio hist. crit. oratt. Gr. p. 129. T. VIII. oratt. Gr. Reisk. *Kr.*] ejusque de republica administranda contentiones cum notissimo illo Critia qui postmodum trigintavirorum fuit. Sed quum Cleophontem oratorem eundem fuisse qui tragoedias composuit satis probari nequeat, quod in priore editione posueram satius duxi omittere. [Recte. Nam qui quae veteres de oratore tradiderunt meminerit vix ac ne vix quidem credibile esse censebit eundem fabularum scriptorem fuisse. *Kr.*]

32. *Astydamas.* 398.

33. *Meletus.* 399. ante *Βατράχους* [405]. Schol. Ran. 1337: *τραγικὸς ποιητὴς ὁ Μέλητος. οὗτος δέ ἐστιν ὁ Σωκράτη γραψάμενος. κωμῳδεῖται δὲ καὶ ὡς ψυχρὸς ἐν τῇ ποιήσει καὶ ὡς πονηρὸς τὸν τρόπον* [b]). xxxiv

34. *Aphareus.* 368. 341. V. etiam 355, 3.

35. *Diogenes, γέγονεν ἐπὶ τῆς τῶν λ' καταλύσεως.* Suid. *Διογένης.*

36. *Euripides posterior. Εὐριπίδης τραγικός, τοῦ προτέρου ἀδελφιδοῦς, ὡς Διονύσιος ἐν χρονικοῖς* [c]). Suid. *Εὐριπίδης — νίκας εἴλετο ε'. — μίαν μετὰ*

---

b) Meletum Aristophanes in aliis quoque comoediis notaverat. Schol. Plat. Catal. codd. mss. Clark. p. 72, 4 et Gaisford. Lectt. Plat. p. 170: *Μέλητος δὲ τραγῳδίας φαῦλος ποιητής, Θρᾷξ γένος, ὡς Ἀριστοφάνης Βατράχοις Πελαργοῖς, Λαΐου υἱὸν αὐτὸν λέγων· ἐφ' ᾧ ἔτει οἱ Πελαργοὶ ἐδιδάσκοντο καὶ ὁ Μέλητος Οἰδιπόδειαν ἔθηκεν, ὡς Ἀριστοτέλης διδασκαλίαις· ἐν δὲ Γεωργοῖς ὡς Καλλίαν περαίνοντος αὐτοῦ μέμνηται· μέμνηται αὐτοῦ καὶ Λυσίας ἐν Σωκράτους ἀπολογίᾳ.* Ex hoc scholio corrigere licet Suidam v. *Μέλιτος. Μέλιτος Λάρου,* [*leg. Μέλητος Λαΐου*] *Ἀθηναῖος ῥήτωρ. οὗτος ἐγράψατο Σωκράτην μετὰ Ἀνύτου· πεποίηνται δὲ αὐτῷ καὶ τραγῳδίαι. κατελιθώθη δὲ ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων.* Quod *Μέλητος Λαΐου* dicitur repetitum est ex Aristophane, quum vere dicendus esset *Μέλητος Μελήτου Πιτθεύς.* Laert. II, 40. Alia de Meleto scripta reliquit Athen. XII. p. 551 c: *Ἀριστοφάνης ἐν Γηρυτάδῃ λεπτοὺς τούσδε καταλέγει·*

— πρῶτα μὲν Σαννυρίων
ἀπὸ τῶν τρυγῳδῶν· ἀπὸ δὲ τῶν τραγικῶν
χορῶν Μέλητος. —
περὶ δὲ Μέλητον καὶ αὐτὸς ὁ Σαννυρίων
ἐν Γέλωτι·
— Μέλητον τὸν ἀπὸ Ληναίου
νεκρόν.

[Cf. Aelian. V. H. X, 6. *Kr.*] *Μέλητος* scribendum esse abunde docetur testimoniis a Dobraeo ad Porsonis Aristophanic. p. (124) congestis. Quibus addatur quod in Paris. ed. Theodoreti t. IV. p. 603, c et apud Platonem ex cod. Clark. [aliisque codd. Bekkeri] *Μέλητος* scriptum est. (Cf. Gaisford. Lectt. Plat. p. 1, 2, 6) atque Bekkerus apud Andocidem ex libris hanc scripturam restituit. Cf. Bekker. ad Andoc. p. 103 = p. 2, 41.

Num idem Meletus fuerit is qui a. 415 cum Alcibiade Hermarum dejectarum crimine accusatus (Andoc. de myst. p. 2, 41. 3, 1.) et eorum quae triginta viri a. 404 commiserant particeps fuerat (Andoc. p. 12, 34.) incertum est. Temporum quidem ratio non obstat, quandoquidem Meletus ubi Socrates mortem obiit triginta annis major, quadraginta minor fuit: id quod ex tabb. 399, 4 cognoscere licet. [Quae Suidas de Meleti aetate tradit, ad Melissum philosophum pertinent. Cf. ad a. 440. Meletum Socratis accusatorem eundem esse qui *ἀπήγαγεν ἐπὶ τῶν τριάκοντα Λέοντα* (Andoc. de myst. §. 94.) etiam Taylor. vita Lysiae p. 133. Reisk. statuit. Haud scio an injuria. Nam illi neque Xenophon neque Plato hoc facinus crimini dederunt, quamquam maxime Plato aptissime facere poterat Apol. 20 p. 32. *Kr.*]

c) Secundum Dionysium ejus fratris filius; ipsius filius secundum alios. Schol. Ran. 67: *αἱ διδασκαλίαι φέρουσι τελευτήσαντος Εὐριπίδου τὸν υἱὸν αὐτοῦ δεδιδαχέναι ὁμωνύμως ἐν ἄστει Ἰφιγένειαν τὴν ἐν Αὐλίδι, Ἀλκμαίωνα, Βάκχας.* Vita Eurip. ap. Elmsl. ad calc. Bacch.: *Εὐριπίδης υἱοὺς κατέλιπεν τρεῖς, Μνησαρχίδην πρεσβύτερον, ἔμπορον· δεύτερον δὲ Μνησίλοχον, ὑποκριτήν;*

τελευτήν, ἐπιδειξαμένου τὸ δρᾶμα τοῦ ἀδελφιδοῦ αὐτοῦ Εὐριπίδου. [Cf. Boeckh. de Gr. trag. princip. p. 225 ss. *Kr.*]

37. *Dionysius tyrannus.*

xxxv 38. *Astydamas* posterior. 372 [d]).

39. *Sophocles*, ὁ Σοφοκλέους υἱδοῦς [e]) — 401. 396. [Cf. Boeckh. l. l. p. 116 ss. *Kr.*]

νεώτερον δὲ Εὐριπίδην, ὃς ἐδίδαξεν [οἳ ἐδίδαξαν in Miscell. crit. I, p. 396 et ephemer. schol. II Nr. 2. 1828. *Kr.*] τοῦ πατρὸς ἔνια δράματα. [Cf. Boeckh. de tragg. princc. p. 226 ss., qui non dubitat quin Aristophanis scholiastes erret, quum filium vocet, nisi forte a patre adoptatus fuerit, cl. Suida in *Εὐριπίδης Μνησάρχου* [*νίκας δὲ εἴλετο έ, τὰς μὲν τέσσαρας περιών, τὴν δὲ μίαν μετὰ τελευτήν, ἐπιδειξαμένου τὸ δρᾶμα τοῦ ἀδελφιδοῦ αὐτοῦ Εὐριπίδου.*] et Moschop. vit. Eurip. Quod idem Boeckhius apud Aristophanis scholiasten ὁμώνυμον pro ὁμωνύμως legendum esse censet, ita, opinor, certe ὄντα addendum fuisset. Mihi ὁμωνύμως eo referendum videtur quod fabulam nomine non mutato docuerit. *Kr.*]

d) Astydamanti posteriori addatur Philocles posterior, frater ejus. Schol. Aristoph. Av. 282: ἔστι δὲ Φιλοκλῆς τραγῳδίας [*sic leg. cum Küstero ad locum*] ποιητὴς καὶ Φιλοπείθους υἱὸς ἐξ Αἰσχύλου ἀδελφῆς. — γεγόνασι δὲ Φιλοκλεῖς δύο, τραγῳδιῶν ποιηταί· εἷς μὲν Φιλοκλέους ἀπόγονος· ἐκείνου μὲν γὰρ [Ἄρης] Μόρσιμος· ἐκ τούτου δὲ Ἀστυδάμας· ἐκ τούτου δὲ Φιλοκλῆς καὶ ἕτερος ὁ κατὰ τὴν αὐτὴν ἡλικίαν περιπεπτωκὼς τῷ νεωτέρῳ Φιλοκλεῖ. Suidas: Φιλοκλῆς Ὁλυπείθους, (*sic*) Ἀθηναῖος, τραγικός, τοῖς χρόνοις μετὰ [*leg.* κατὰ] Εὐριπίδην. ἐπεκαλεῖτο δὲ χολὴ διὰ τὸ πικρόν. ἔγραψε τραγῳδίας ρ΄. Αἰσχύλου δὲ τοῦ τραγικοῦ ἦν ἀδελφιδοῦς καὶ ἔσχεν υἱὸν Μόρσιμον τὸν τραγικόν· οὗτινος γίνεται Ἀστυδάμας ὁ τραγικός· τούτου δ' ἕτερος Φιλοκλῆς στρατηγός. [leg. τραγικός.] Pro *μετά* irrepsit *κατά*. Contrario errore loco 364, 3 proposito de Isaeo *κατά* pro *μετά* scriptum est. Atque ex τραγικός factum est στρατηγός, quemadmodum in Arg. III Sophoclis Oed. Col. apud Elmsl. τοὺς στρατηγούς legitur pro vera scriptura τοὺς τραγικούς. Astydamantis posterioris et Philoclis posterioris familiae originem sic subtexueris:



e) Qui accurate quae Attici sermonis propria sunt investigavit, Elmsleius ὑϊδοῦς scribendum esse censet. Is enim ad Sophocl. Oed. Col. p. 83. „*Diphthongus υι*, inquit, *neque ante vocalem ι neque ante consonam stare potest in eadem voce. Scribendum igitur ὑϊδοῦς. Sic etiam ὑΐδιον apud Aristoph. Vesp.* 1347. Idem tradit ad Eurip. Heracl. 84. Hujus praecepti partem posuit Etymol. v. *ἀλνίω: οὐδέποτε μετὰ τὴν υι δίφθογγον σύμφωνον ἐπιφέρεται.* Rursus v. *νίεύς: τοῦ ὗϊς ἡ εὐθεῖα οὐ συναιρεῖται· οὐδέποτε γὰρ μετὰ τὴν υι δίφθογγον ἐπάγεται σύμφωνον.* Sed quum Bekkerus apud Demosth. adv. Macart. p. 1057 libros sequutus υἱδοῦς praetulerit, equidem dubito. Isocrates p. 424, a υἱιδεῖς habet, quod perperam in aliquot edd. υἷδεῖς scriptum est. De posteriore Sophocle Suidas haec tradit: Σοφοκλῆς Ἀρίστωνος, υἱωνὸς δὲ τοῦ προτέρου Σοφοκλέους, τοῦ πρεσβυτέρου, τραγικός· ἐδίδαξε

40. *Dicaeogenes* [f]). Cf. *Harpocr.* v. *Δικαιογένης. Aristot.* c. 17 Bip. [VI, 8. Herm.] *Schol. Medeae* 169.

41. *Theodectes.* 352. 333.

Inter antiquissimas comoedias *Epicharmi* — nam ad rudes Susarionis fabulas xxxvi
memorandas Aristoteles non regreditur — et eas quas Posidippus ultimas docuit fabulas circiter 250 anni intercesserunt. Horum dimidium *veteris*, dimidium *mediae* et *novae* comoedias fuit.

Veteris comoediae scriptores hi fuerunt:

1. *Epicharmus* [g]). V. Tabulas 500. 485. 477.

δὲ δράματα μ'. οἱ δέ φασιν ια'. νίκας δὲ εἶλεν ζ'. Hos numeros ex mera conjectura mutat Boeckh. de tragg. princc. p. 116, Petitum sequutus: *ἐδίδαξε δὲ δράματα μ'. οἱ δέ φασιν ια'.* [*leg. να'.*] *νίκας δὲ εἶλεν ζ'.* [*leg. ιβ'.*] *Quod legendum dico να' Wesselingius* [annot. ad Petiti legg. Att. p. 143.] *Petitum ait fecisse „nemine jubente;" cui qui jusserit nescio: mihi Diodorus jussit, qui duodecies minorem Sophoclem vicisse tradit: non potest igitur tantum undecim fabulas scripsisse. Eodem duce pro εἶλεν ζ scripsi εἶλεν ιβ', a quo facilis ad illud lapsus erat. Nam apud Diodorum disertis verbis duodenarius numerus legitur* XIV, 53. Quasi Diodorum et Suidam consentire necesse sit, neque quemadmodum de majore Sophocle, quem Diodorus duodevicies, Suidas quattuor et vicies vicisse refert, hic quoque diversos auctores sequi potuerint. Suidae locus facili transponendi ratione emendandus est hoc modo: *ἐδίδαξε δὲ δράματα μ'. νίκας δὲ εἶλεν ζ', οἱ δέ φασιν ια'.* Similiter idem Suidas v. *Αἰσχύλος: νίκας δὲ εἶλεν κη', οἱ δὲ τρισκαίδεκά φασιν.* Itaque Sophoclem posteriorem septies aut undecies aut duodecies vicisse traditum habebimus, quemadmodum Aeschylum duodetricies aut tredecies, et Sophoclem superiorem duodevicies aut vicies aut quater et vicies victorem exstitisse proditum legimus.

f) Dicaeogenem memorat schol. Aristoph. Eccles. 1: *ὑποπτεύεται ὁ ἴαμβος ἢ τοῦ Ἀγάθωνος ἢ τοῦ Δικαιογένους.* Unde colligere licet Dicaeogenem certe jam ante hanc fabulam actam [392] notum fuisse tragicum.

g) Mitchell. Vol. I. p. LI ad Aristophanis interpretationem suam haec annotat: „Twiningius in annotatione ad Aristotelem se mirari significat si Epicharmus ad philosophiae praecepta tradenda non aptioribus numeris usus sit quam trochaicis. Quum antiquiores Graecorum philosophi decreta sua hexametris explicare soliti fuerint, suspicari licet quos versus (Laert. III, 10) Twiningius et Aldobrandinus Epicharmi, Helothalis filii, philosophi, esse consenserunt, eos Epicharmi veteris comoediae parentis esse. Nam aperte dialogi partes sunt ac satis aptum est metrum ad philosopha carmina irridenda." Epicharmum Helothalis filium ex eis cognovimus quae Diog. Laert. VIII, 78 tradidit: *Ἐπίχαρμος Ἡλοθαλοῦς, Κῷος, καὶ οὗτος ἤκουσε Πυθαγόρου. τριμηνιαῖος δ' ὑπάρχων ἀπηνέχθη τῆς Σικελίας εἰς Μέγαρα· ἐντεῦθεν δὲ εἰς Συρακούσας, ὥς φησι καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς συγγράμμασι· καὶ αὐτῷ ἐπὶ τοῦ ἀνδριάντος ἐπιγέγραπται τόδε·*

εἴ τι παραλλάσσει φαέθων μέγας ἅλιος ἄστρων,
καὶ πόντος ποταμῶν μεῖζον' ἔχει δύναμιν,
φαμὶ τοσοῦτον ἐγὼ σοφίᾳ προέχειν Ἐπίχαρμον
ὃν πατρὶς ἐστεφάνωσ' ἅδε Συρακοσίων.

οὗτος ὑπομνήματα καταλέλοιπεν, ἐν οἷς φυσιολογεῖ, γνωμολογεῖ, ἰατρόλογεῖ. — βιοὺς δὲ ἔτη ἐνενήκοντα κατέστρεψε τοῦ ζῆν. [Cf. Lucian.

XXXVII 2. *Phormis, σύγχρονος Ἐπιχάρμῳ, οἰκεῖος Γέλωνι τῷ Σικελίας τυράννῳ.* Suid. v. *Φόρμος.*

Macrob. 25: *Ἐπίχαρμος ὁ τῆς κωμῳδίας ποιητὴς ἐνενήκοντα καὶ ἑπτὰ ἔτη λέγεται βιῶναι. Kr.*] Sed quamquam comoediae mentio hic facta non est, tamen Epicharmum Pythagoreum et Epicharmum veteris comoediae parentem eundem fuisse facile probari potest. Statuerunt ita Menag. ad Laert. VIII, 78. Perizon. ad Aelian. V. H. II, 34. Bentlei. diss. Phal. p. 201. Fabricius, Ernest. clav. Cicer. v. Epicharmus, Barthelem. Anachars. t. III p. 140. VI p. 46. Buhl. ad Aristot. t. V, p. 300 et Wyttenbach. ad Plutarchi Mor. p. 175, c. Quorum sententia testimoniis confirmatur gravissimis, Plutarchi vita Numae c. 8: *Πυθαγόραν τῇ πολιτείᾳ Ρωμαῖοι προσέγραψαν, ὡς ἱστόρηκεν Ἐπίχαρμος ὁ κωμικὸς ἔν τινι λόγῳ πρὸς Ἀντήνορα γεγραμμένῳ, παλαιὸς ἀνὴρ καὶ τῆς Πυθαγορικῆς διατριβῆς μετεσχηκώς.* Iamblichi vita Pythag. s. 266: *τῶν δ' ἔξωθεν ἀκροατῶν γενέσθαι καὶ τὸν Ἐπίχαρμον, ἀλλ' οὐκ ἐκ τοῦ συστήματος τῶν ἀνδρῶν· ἀφικόμενον δὲ εἰς Συρακούσας διὰ τὴν Ἱέρωνος τυραννίδα τοῦ μὲν φανερῶς φιλοσοφεῖν ἀποσχέσθαι, εἰς μέτρον δ' ἐνεῖναι τὰς διανοίας τῶν ἀνδρῶν, μετὰ παιδιᾶς κρύφα ἐκφέροντα τὰ Πυθαγόρου δόγματα.* Dicitur *τῇ ποιήσει γνωμικός* prolegg. Aristoph. p. XXVIII, quod non desunt qui confirment: Theodoret. t. IV p. 748, d: *κατὰ τὸν Ἐπίχαρμον τὸν Πυθαγόρειον „νοῦς ὁρᾷ καὶ νοῦς ἀκούει, τἄλλα κωφὰ καὶ τυφλά.“* Cf. Clem. Alex. Strom. II p. 369, d. Plutarch. Mor. p. 336, b. p. 98, c. Stob. flor. 4, 42. Ttzetz. Chil. VII, 874. II. Clemens Strom. V p. 597, c: *ὁ μὲν Ἐπίχαρμος, Πυθαγόρειος δὲ ἦν, λέγων·*

οὐδὲν ἐκφεύγει τὸ θεῖον· τοῦτο γιγνώσκειν σε δεῖ·
αὐτὸς ἔσθ' ἁμῶν ἐπόπτης· ἀδυνατεῖ δ' οὐδὲν θεός.

Theodoret. t. IV p. 564, d: *Ἐπίχαρμος ὁ Πυθαγόρειος — λέγει· „οὐδὲν διαφεύγει τὸ θεῖον — ἀδυνατεῖ δ' οὐδὲν θεῷ.“* III. Plutarch. Mor. p. 110, a: *καλῶς ὁ Ἐπίχαρμος·*

συνεκρίθη καὶ διεκρίθη,
κἀπῆνθεν ὅθεν ἦνθεν πάλιν·
γᾶν μὲν εἰς γᾶν, πνεῦμα δ' ἄνω·
*τί τῶνδε χαλεπόν; οὐδὲ ἕν. *)*

IV. Dio t. II p. 394 Reisk.: *ὀρθῶς ἔγραψεν ὁ τοῦτο γράψας τὸ ἔπος·*

νᾶφε καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν· ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν. Lucian. Hermot. 47 t. IV p. 64: *τινὸς τῶν σοφῶν τὸ νῆφε καὶ μέμνησ' ἀπιστεῖν.* Schol. *Ἐπιχάρμου ἀπόφθεγμα τοῦτο.* Polyb. XVIII, 23: (exscriptus a Suida v. *νῆφε. πρόχειρος*) *τὸ παρ' Ἐπιχάρμῳ καλῶς εἰρημένον· νᾶφε καὶ μέμνασ',“ κ. τ. λ.* Quod etiam Cic. ad Att. I, 19 et Clemens Strom. IV p. 477, a Epicharmo tribuunt. Alias sententias ex Stobaeo collegeris licet, veluti Serm. I, 14: *οὐ μετανοεῖν* — 29, 8: *τῶν πόνων πωλοῦσιν* — [cf. Xen. Mem. II, 1, 20 ibique Ruhnken. *Kr.*] 29, 54: *ἃ δὲ μελέτα* — 37, 16: *ὁ τρόπος ἀνθρώποισι* — Fragmenta ejus propositurus Laert. III, 9 — 16: *πολλὰ δὲ καί*, inquit, *παρ' Ἐπιχάρμου τοῦ κωμῳδοποιοῦ προσωφέληται (Πλάτων)* — *καθά φησιν Ἄλκιμος* — *„φαίνεται δὲ καὶ Πλάτων πολλὰ τῶν Ἐπιχάρμου λέγων“ κ. τ. λ.* Sequuntur tetrametri trochaici quibus Epicharmus *περὶ τῶν αἰσθητῶν καὶ νοητῶν* explicat; deinde dialogi pars Iambis comprehensa qua locum *περὶ τοῦ ἀγαθοῦ καὶ περὶ τῶν ἰδεῶν* tangit. Paullo post Laertius vel potius Alcimus aliis versibus collatis haec subjicit: *καὶ ταῦτα μὲν καὶ τὰ τοιαῦτα* — *παραπήγνυσιν ὁ Ἄλκιμος, παρασημαίνων τὴν ἐξ Ἐπιχάρμου Πλάτωνι περιγενομένην ὠφέλειαν. ὅτι δ' οὐδ' αὐτὸς Ἐπίχαρμος ἠγνόει τὴν αὑτοῦ σοφίαν, μαθεῖν ἔστι κἀκ τούτων, ἐν οἷς τὸν ζηλώσοντα προμαντεύεται.*

---

*) [Sunt duo versus troch. tetram. *Kr.*]

3. *Dinolochus.* 487.
4. *Euetes.* 485.
5. *Euxenides.* 485.
6. *Mylus.* [Immo Myllus, de quo vide Meinek. Quaest. scen. I p. 8. II p. 1. *Kr.*] 485.
7. *Chionides.* 487.
8. *Magnes*, post Epicharmum et ante Cratinum: *ἐπιβάλλει Ἐπιχάρμῳ νέος ὢν πρεσβύτῃ.* Suid. *Μαγν.* [Chionidem et Magnetem circa Ol. 80. floruisse probat Meinek. Quaestt. scenicc. I p. 8 ss. *Kr.*]
9. *Cratinus.* 519. 454. 448. 436. 424. 423. 422. [Cf. Meinek. l. l. p. 14—25. *Kr.*]
10. *Crates.* 450. [Cf. Meinek. l. l. p. 25—29. *Kr.*]
11. *Ecphantides.* Is hoc loco collocatur auctoribus *Schol. Vesp.* 1182. (*ubi corrupte Φραντίδης*) qui eum cum Cratino et Teleclide conjungit, et *Hesych.* v. *Χορίλον* cl. *Hesych.* v. *Ἐκκεχοιριλωμένη*, unde apparet Ecphantidem comicum a Cratino irrisum fuisse. His addatur *Aspasii* testimonium ad Aristot. Eth. Nicom. p. 53: *Ἐκφαντίδης παλαιότατος τῶν ἀρχαίων ποιητής*, et ipsius *Cratini* versus ab Hephaestione p. 96 conservatus [h]). xxxvi

---

ὡς δ' ἐγὼ δοκέω, δοκεῖ γε μὰν σάφ' ἄμμι τοῦθ' ὅτι
τῶν ἐμῶν μνᾶμα ποκ' ἐσσεῖται λόγων τούτων ἔτι.
καὶ λαβών τις αὐτὰ περιδύσας τὸ μέτρον ὃ νῦν ἔχει
εἶμα δοὺς καὶ πορφυρᾶν λόγοισι ποικίλοις καλοῖς,
δυσπάλαιστος αὐτὸς ἄλλους εὐπαλαίστους ἀποφανεῖ.

In primo versu emendo *δοκεῖ γε μὰν σαφ' ἄμμι* pro *δοκέω γὰρ σαφὲς ἄμμι.* Ita *γὲ μάν* legitur apud Theocr. I, 95. 139 et Aristoph. Lysistr. 144. 170. In ultimo versu *αὐτός* pro *ὢν τούς* scripsi. [Ita etiam Toupius ad Longinum. *Kr.*] Ceterum hos versus parabasis particulam esse probabile est.

Perspicuum est igitur Epicharmum Pythagoreum et Epicharmum comicum eundem esse, atque his fragmentis quae Diogenes conservavit non ludi philosophorum poesin, sed ipsius philosophi decreta esse quibus explicandis comoedias adhibuerit. Atque eundem esse Epicharmum poetam et philosophum ipse Diogenes confirmat VIII, 78, quo auctore Epicharmus Cous idem erat et Megarensis et Syracusius et Crastius. (Suid. *Ἐπίχαρμος — Συρακούσιος ἢ ἐκ πόλεως Κραστοῦ τῶν Σικανῶν.* Steph. Byz. v. *Κραστός. — ἐκ ταύτης ἦν Ἐπίχαρμος ὁ κωμικός.*) Quum infans ex Co insula abductus esset, ipsa patria cessit ei loco ubi postmodum aetatem egit et quamquam in Co insula natus tamen Syracusius dictus est, quemadmodum Apollonio, quamquam Alexandriae, et Posidonio quamquam Apameae nato tamen Rhodiorum cognomen inditum est.

h) V. Naek. Choerili fragment. p. 51—55, qui docte de Ecphantidis tempore rebusque

12. *Pisander*, ante Platonem, qui eum irrisit *ὁμωνύμῳ δράματι*. Cf. *Suid. Ἀρχάδ. μιμούμ. Schol. Av.* 1555. [Nullum unquam Pisandrum poetam comicum fuisse docet Meinek. *Kr.*]
13. *Epilycus. Κράτης — οὗ ἦν ἀδελφὸς Ἐπίλυκος ποιητὴς ἐπῶν. Suid. Κράτης.* Epilycus *ποιητὴς ἐπῶν* non videtur alius esse atque Epilycus comicus. Quod si ita est, ejus aetas Cratetis tempore finita est.
14. *Callias.* V. Tabulas 432. 394. [Cf. Meinek. l. l. II p. 49.]
15. *Hermippus.* 432. 430. 426. [Cf. Meinek. l. l. p. 30 — 32. *Kr.*]
16. *Myrtilus, Ἀθηναῖος, κωμικός, υἱὸς μὲν Λύσιδος, ἀδελφὸς δὲ τοῦ κωμικοῦ Ἑρμίππου.* Suid. *Μυρτῖλος* [l. *Μυρτίλος*. Cf. Meinek. p. 32 ss. *Kr.*]
17. *Lysimachus. Cf. Lucian. Jud. Vocal.* c. 7. t. I p. 65. Bipont. *Schol. ad locum* et *Hemsterhusii notam.*
18. *Hegemon.* 413. [Cf. Meinek. l. l. II p. 50. *Kr.*]
19. *Sophron, τοῖς χρόνοις ἦν κατὰ Ξέρξην καὶ Εὐριπίδην. Suid. Σώφρων.* [Is plane omittendus erat in recensu poetarum comicorum. *Kr.*]
20. *Phrynichus.* 435. 429. 414. 405. [V. Meinek. l. l. II p. 6. *Kr.*]
21. *Lycis*, ante *Βατράχους* [405]. *Ran.* 14 *et schol. ad locum.*
22. *Leucon, γεγονὼς ἐν τοῖς Πελοποννησιακοῖς. Suid. Λεύκων.* V. Tabulas 422. [Cf. Meinek. l. l. II p. 51. *Kr.*]
23. *Lysippus.* 434. [V. Meinek. l. l. II p. 50.]
24. *Eupolis.* V. Tabulas 429. 425. 421. 420. [Cf. Meinek. l. l. p. 35 — 59. *Kr.*]
25. *Aristophanes.* 427. 426. 425. 423. 422 [i]). 419. 414. 411 [k]). 405. 392. 388.

---

exposuit; et Gaisford. ad Hephaest. p. 96. qui Aspasii locum exhibet. [Adde Meinek. l. l. p. 12 — 14. *Kr.*]

i) In tabb. 422, 4 Aristophanis Vesparum *διδασκαλίαν* emendatiorem proposuimus quam adhuc edita erat. Quae ibi omisimus verba, quum ad rem non pertinerent, ea in Küsteri et Brunckii exemplaribus ita leguntur: *ἐπὶ ἄρχοντος Ἀμυνίου διὰ Φιλωνίδου ἐν τῇ πόλει Ὀλυμπίων ἦν β', εἰς Λήναια κ. τ. λ.* Corruptus hic locus ridiculos errores genuit. Ita Ionsius de scriptt. hist. philos. I, 16 p. 88 Vespas *Olympiae Elidis* datam esse statuit; Petitus Miscell. I, 7 *Olympiis* Athenis actis; Larcher. Chron. Herod. t. VII p. 668, ut videtur deceptus verbis *ἐν τῇ πόλει*, hanc fabulam *magnis Dionysiis Martio mense* datam esse sumit, tametsi eam *Lenaeis* actam esse in argumento traditur. Ex cod. Rav. scriptura colligere licet hoc loco duntaxat Olympiadis annum notatum fuisse, quemadmodum factum est in Aeschyli *Ὀρεστείᾳ*. V. tabb. 458. Itaque locus sic videtur emendandus esse: — *διὰ Φιλωνίδου ἐνάτης καὶ π' ὀλυμπιάδος β' ἔτει εἰς Λήναια κ. τ. λ.* Qua ratione illud *ἐν τῇ πόλει* ortum sit manifestum est. Videlicet librarius ex *π' ὀλυμπ.* fecit *πόλει ὀλυμπ.* [Occupavit hanc emendationem Kanngiesser.: die alte kom. Bühne in Athen p. 267 ss. Cf.

26. *Aristomenes.* 431. 424. 388. [Cf. Meinek. l. l. II p. 48. *Kr.*] XXXIX
27. *Amipsias.* 423. 414. [V. Meinek. l. l. II p. 42. *Kr.*]

Boeckh. in Abhandl. der historisch-philol. Kl. der K. Pr. Ak. der Wiss. J. 1816 p. 72. *Kr.*] — Ex hoc corrupto Vesparum argumenti loco alii quoque errores orti sunt. Ita *Philonidem Προάγωνι* dato vicisse statuerunt; secundum fuisse Aristophanem; tertium Glauconem. Petitus Miscell. I, 7: „*In hac commissione vicit Philonides Proagone; secundus fuit Aristophanes; tertius Glaucon Presbesi.*“ Barthelem. in Comment. Acad. t. XXXIX p. 81: *Aristophanem cum Philonide et Glaucone certantem videmus.* Boeckh. de tragg. princc. p. 36 locum sic edidit: „*Argum. Vesp. καὶ ἐνίκα πρῶτος Φιλωνίδης προάγων, Γλαύκων πρέσβεσι τρίτος.*“ Sed in tabulis docuimus Glauconem non esse diversum a *Leucone* [v. Meinekii Comment. Misc. I p. 34. *Kr.*], Philonidem non aemulum, sed actorem Aristophanis fuisse ac primas *Σφηξὶ* delatas esse. Et hoc quidem quod postremum posuimus coniectura assequutus est Palmerius (laudatus a Corsino Fast. Att. l. III p. 241) cuius interpretationem: „*vicit primus Philonides, secundus ..... Προάγωνι,*“ confirmat, si confirmatione opus est, Brunckii liber. Gravissimum est illud quod Aristophanes primas tulit; atque inde partim explicueris quare *Νεφέλας* anno post quam victa erat iterum in scenam producere ausus sit. Nempe non modo Cratino, sed adeo Amipsia inferior discesserat: *οὐ Κρατίνου, ἀλλ' Ἀμειψίου δεύτερος ὤφθη.* Schol. Nub. 525. Sed haud dubie et ipse et amici sui quibus virtutibus haec fabula ornata esset probe intellexerunt, nec fugit eum se non cessisse aemulis praestantioribus, sed victum esse opera eorum qui Socrati et philosophis favissent. Atque quamquam hoc tempore victus erat, tamen multum ei tributum fuisse necesse est. Nam *Ἱππεῖς* tanta felicitate acta erat quanta simili rerum condicione nullam unquam fabulam alius ante dederat; primasque tulit *Ἀχαρνεῖς*. *Νεφέλαις* quidem acta victus est; sed proximo anno Lenaeis rursus vicit *Σφηξὶν* data. Atque hac fabula non exiguo periculo suo audacter litigiosos civium suorum animos perstrinxerat. Itaque de quo gradu deiectus fuerat, eum rursus erat consequutus; videturque opportunitate oblata sibi utendum et *Dionysiis magnis*, quo tempore aemulum suum Cratinum excessisse probabile est, fabulam in qua maxima ingenii contentione plurimum studii posuisset, rursus in scenam producendam esse censuisse. Quam iterum docuit non tam ut alius iudicum collegii sententias exploraret, quam ut lite quodammodo facta experiretur, utrum ipsius amici et fautores an ii qui adversarios suos adiuvissent superiores futuri essent. Haec qui reputaverit, non satis causae esse intelliget cur cum nonnullis Scholiastae testimonium reiiciatur, qui *Νεφέλας* Aminia archonte iterum actam esse tradit.

k) Rationibus in tabulis expositis *αἱ προτέραι Θεσμοφοριάζουσαι* Calliae anno a. C. 411 adscripta est, quo eodem anno Palmerius quoque datam esse statuit: quod quamquam argumentis acute excogitatis confirmavit, tamen non tanta est eorum vis quantam ipse iis tribuit. Sunt autem duo quae protulit Exercitt. p. 760 s. I. Thesmoph. 811: (804. Br.) *Ναυσιμάχης μὴν ἥττων ἐστὶν Χαρμῖνος* —] „*Innuit Charminum „victum fuisse ab Astyocho Lacone anno 20° „belli Pel. hieme; paucis igitur mensibus ante „huius dramatis didascaliam: quod validissime „firmat nostram de eius tempore sententiam. V. „Thuc. VIII. Unde sequitur inter eam pugnam „navalem hieme anni vicesimi factam et mortem „Charmini quae sequenti aestate evenit hoc drama „prodiisse vivente adhuc Charmino. Non enim „licebat τοὺς τεθνηκότας κωμῳδεῖν, et ioci in „mortuos lege prohibiti, ut notat Schol. ad Pacem. „II. Thesmoph.* 815: (808. *Br.*) *ἀλλ' Εὐβούλης τῶν πέρυσίν τις βουλευτὴς* —] *Exagitat τοὺς*

XL 28. *Teleclides*, Aristophanis aequalis. Cf. Schol. Av. 1126. Athen. VI p. 267, e. — 269, e. [Cf. Meinek. l. l. p. 29 s. *Kr.*]

„*βουλευτάς, senatores anterioris anni, qui „ignave sibi passi sunt eripi dignitatem a qua„dringentis viris — παραδόντες ἑτέροις τὴν βου„λείαν. — quod factum est anno belli* 20°. *Nam „licet eam narrationem inseruerit Thucydides in„ter alia acta anni* 21*i, tamen ait districte ea „prius evenisse. Sic enim ille in anni* 20*i initio: „ὑπὸ τοῦτον τὸν χρόνον καὶ ἔτι πρότερον ἢ ἐν „ταῖς Ἀθήναις δημοκρατία κατελύετο. Ergo se„cundum Thucydidem facta fuit ea mutatio anno „*20° *et ideo Aristophanes optime πέρυσι dixit „et ex hoc loco optime firmatur rursus nostra „de temporis huius didascaliae sententia.*“ Charminus cladem accepit (Thuc. VIII, 42) Calliae anno ineunte, auctumno 411, [*χειμῶνος*. Cf. c. 29. *Kr.*] aliquot mensibus ante fabulam datam. Occisus Sami est una cum infamato illo *Hyperbolo* (Thuc. VIII, 73) vere anni 411, Calliae magistratu ad finem vergente. Iam probabiliter statuere licet quod rei ipsi accommodatum est, factum quod illic significatur recentis memoriae fuisse atque hominem etiam tum vixisse. Sed aliquanto plus quam debuit Palmerius tribuit verbis Schol. Pac. 647: *οὐκ ἐξῆν τοὺς τεθνηκότας κωμῳδεῖν*, ratus ille de hac re legem fuisse. Nam mortui perstringuntur *Cleon* Ran. 569. et *Hyperbolus* ibid. 570. atque tota haec fabula quasi perfusa est Euripidis irrisione, *καὶ ταῦτα τοῦ τεθνηκότος*. [Cf. Süvern: Ueber Aristophanes Wolken. p. 45. *Kr.*] Itaque sola Charmini mentione non probatur hominem etiam tum vixisse. Alterum Palmerii argumentum errore nititur. Nam quod ille ex Thucydide (VIII, 63) colligit, quadringentos viros vicesimo belli anno rerum potitos fuisse ac *πέρυσι* civitatem rexisse, i. e. anno Calliae magistratu superiore, quo *Cleocritus* archon fuit: ex tabulis 411, 2 apparet quadringentos viros Calliae anno exeunte rempublicam capessivisse, haud dubie non ante octavum huius archontis mensem. Atque cum hac temporis notatione congruit Thucydidis narratio. Quadringentorum virorum dominatum constitutum antecessit Pisandri conatus reipublicae formae mutandae: de quo exposuit Thuc. VIII, 50—56. Sed hae Pisandri machinationes incidunt in hiemem Calliae archontis, *ἐν τῷ αὐτῷ χειμῶνι* c. 55, easque consequuta est tertia Lacedaemoniorum et Tissaphernis pactio. c. 57: *Τισσαφέρνης εὐθὺς μετὰ ταῦτα καὶ ἐν τῷ αὐτῷ χειμῶνι παρέρχεται* —. Quam pactionem ex tabulis cognoscas factam esse circiter Februario 411, octavo Calliae mense, ut Pisandri conatus quem diximus in Calliae annum medium, quadringentorum dominatus in eundem exeuntem incidat. Proinde verba *ἔτι πρότερον* (VIII, 63) referenda non sunt ad superiorem belli annum, sed ad res ab Astyocho, Lacedaemoniorum navibus praefecto, actas, quas scriptor ibi enarravit: *παραπλεύσας Ἀστύοχος ἐς Χίον κομίζει αὐτόθεν τὰς ναῦς καὶ ξυμπάσαις ἤδη ἐπίπλουν ποιεῖται ἐπὶ τὴν Σάμον· καὶ ὡς αὐτῷ διὰ τὸ ἀλλήλοις ὑπόπτως ἔχειν οὐκ ἀντανήγοντο, ἀπέπλευσε πάλιν ἐς τὴν Μίλητον. Ὑπὸ γὰρ τοῦτον τὸν χρόνον καὶ ἔτι πρότερον* [ante Astyochi profectionem] *ἢ ἐν ταῖς Ἀθήναις δημοκρατία κατελύετο.* Atque verbo *κατελύετο* rerum conversionem nondum perfectam fuisse significatur. [Haackius tamen et Bekkerus *κατελέλυτο* receperunt, quod cur improbandum esse censeam dixi Commentatt. Thucc. p. 370, ibidem *ἐν τοῖς Ἀθηναίοις* pro *ἐν ταῖς Ἀθήναις* legendum esse suspicatus: quae coniectura quibus rationibus nitatur non intellexit Goeller. *Kr.*] Perspicuum est igitur voce *πέρυσιν* Thesmoph. 815 quadringentorum dominatum respici non posse, quandoquidem is fortasse eodem mense institutus est quo poeta hanc fabulam docuit.

29. *Pherecrates.* 420. Platonis, Aristophanis, Phrynichi Eupolidisque aequalis. *Suid. Πλάτων.* [Cf. Meinek. l. l. II p. 31 s. *Kr.*]

30. *Plato.* 428. 405. 391. *γεγονὼς τοῖς χρόνοις κατὰ Ἀριστοφάνην, Φρύνιχον, Εὔπολιν καὶ Φερεκράτην. Suid.* [V. Meinek. l. l. II p. 11 sqq. *Kr.*]

31. *Diocles, σύγχρονος Σαννυρίωνι καὶ Φιλυλλίῳ. Suid. Διοκλῆς.* [Cf. Meinek. l. l. II p. 57. *Kr.*]

32. *Sannyrio.* 407. Cf. *Aristoph. ἐν Γηρυτάδῃ ap. Athen.* XII p. 551, b. [Cf. Meinek. l. l. II p. 63. *Kr.*]

33. *Philyllius.* 394. *Ἀθηναῖος, κωμικὸς τῆς παλαιᾶς κωμῳδίας. Suid. Ἵππαρχος.* [V. Meinek. l. l. II p. 60. *Kr.*]

34. *Hipparchus, κωμικὸς τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας. Suid. Ἵππαρχος.* [Fuit novae Com. poeta. V. Meinek. l. l. II p. 75. *Kr.*]

35. *Archippus.* 415. [Cf. Meinek. l. l. II p. 45. *Kr.*]

36. *Polyzelus.* 364. [Cf. Meinek. l. l. II p. 62. *Kr.*]

37. *Philonides, Ἀθηναῖος, κωμικὸς ἀρχαῖος, πρότερον ἦν γναφεύς. Suid. Φιλωνίδης.* Nicocharis pater. *Suid. Νικοχάρης.* [Cf. Meir ek. l. l. II p. 39. *Kr.*] XLI

38. *Xenophon, κωμῳδίας ἀρχαίας ποιητής. Laert.* II, 59 [1]). [Cf. Meinek. l. l. II p. 75. *Kr.*]

---

l) Fabricius B. G. t. II p. 505. Harles.: „*Xenophon antiquae comoediae memoratus Laertio II*, 58." [59.] Quod difficile dictu est cur reprehenderit Burmannus vel qui eum laudat Harles. ad Fabric. ibid.: „*At Burmannus — id negat. Xenophontem Laertius dicit fuisse θαυματοποιὸν et πεπραγματευμένον τερατείαν. — Fabricius vero* [*nostro loco*] *properanter nimis eum antiquae comoediae poetam facit.*" At apud Laertium inter eos quibus Xenophontis nomen fuerit memorantur *πέμπτος μυθῴδη τερατείαν πεπραγματευμένος· ἕκτος Πάριος ἀγαλματοποιός· ἕβδομος κωμῳδίας ἀρχαίας ποιητής.* Verissime igitur Fabricius, ut potius eius vituperator festinantius egisse insimulandus sit. Ac si quis Diogenis testimonium in dubium vocet, quod comicum postremo loco posuerit, quum ex temporis ordine primum nominare debuerit: Diogenem temporis ordinem non semper accurate consequi meminerit. Ita ubi quattuor *Platones* enumerat III, 109, postremum ponit veteris comoediae poetam, qui relicuis antiquior erat omnibus. Nec temporis ordinem videtur sequi ubi eos quibus *Xenocratis* nomen fuerit recenset IV, 15. Nam ultimus Aristoxeno prior fuit. Atque IV, 58 quem quartum *Bionem* dicit, *τὸν Δημοκρίτειον*, eum verisimile est tertio superiorem fuisse, et omnibus, nisi forte primus est excipiendus, antiquior fuit decimus, *οὗ μέμνηται Ἱππώναξ.* Similiter ex *Demetriis* V, 85 *τὸν τρίτον, Ταρσικὸν σατυρογράφον* paullo ante Strabonis aetatem fuisse probabile est, (v. Casaub. de satyr. poesi I, 5.) ut inferior fuerit quinto, qui ante Polemonem viguit. Denique V, 61, ubi plures Stratones enumerat, memoratur *ἕβδομος, ἰατρὸς ἀρχαῖος, ὡς Ἀριστοτέλης φησίν.* Atqui hic septimus si ante Aristotelem floruerat, relicuis sex quibus idem nomen fuisse dicit, omnibus antiquior fuit. Hi Laertii locì maxime ex *Demetrii Magnetis* libro *περὶ ὁμωνύμων* hausti sunt.

39. *Arcesilaus, ποιητὴς ἀρχαίας κωμῳδίας.* Laert. IV, 45.
40. *Autocrates, κωμικὸς ἀρχαῖος. Suid. Αὐτοκράτης.* [Cf. Meinek. l. l. II p. 74. *Kr.*]
41. *Eunicus*, Philyllii et Aristophanis aequalis. Cf. *Athen.* III p. 86, e. XIII p. 567, c. 586, e. [V. Meinek. l. l. II p. 56. *Kr.*]
42. *Apollophanes*, Strattidis aequalis. Cf. Harpocrat. v. *Ἀδελφίζειν* et *Bekker. Anecd. Gr.* p. 83, 27 [m]). [Cf. Meinek. l. l. II p. 73. *Kr.*]
43. *Nicomachus*, Pherecratis aequalis. V. Harpocrat. v. *Μεταλλεῖς.* [Fallitur; v. Meinek. l. l. II p. 33. *Kr.*]
44. *Cephisodorus.* 402. [Cf. Meinek. l. l. II p. 74. *Kr.*]
45. *Metagenes*, Pherecratis, Aristophanis et Nicophontis aequalis. Athen. VI p. 267, e. — 270, a. [V. Meinek. l. l. II p. 52. *Kr.*]
46. *Nicophon.* 388. [V. Meinek. l. l. II p. 59. *Kr.*]
XLII 47. *Cantharus. Πλάτων ἢ Κάνθαρος Συμμαχίᾳ. Harpocrat.* v. *Ὀρνιθευτής.* Itaque Plato et Cantharus aequales fuerunt, quoniam eadem fabula ab aliis huic, ab aliis illi adscribebatur. [V. Meinek. l. l. II p. 57. *Kr.*]
48. *Nicochares* [n]). 388. — *Φιλωνίδου τοῦ κωμικοῦ, σύγχρονος Ἀριστοφάνους. Suid. Νικοχάρης.* [Cf. Meinek. l. l. II p. 58. *Kr.*]
49. *Strattis.* 407. 394. [Cf. Meinek. l. l. II p. 64. *Kr.*]
50. *Alcaeus.* 388. [V. Meinek. l. l. II p. 64.]
51. *Xenarchus.* 393. *ὁ μιμογράφος*, Sophronis filius. [Cf. infra annot. *u. Kr.*]

Atque Demetrium ipsum nomina enumerantem non semper temporis ordinem sequutum esse docet locus a Dionysio de Dinarcho p. 631 conservatus.

m) A Suida v. *Στράττις* in Strattidis comoediis enumeratur *Ἰφιγένων* atque in Anecd. Gr. p. 83 *Στράττις Ἰφιγένοντι* laudatur. Quare apud Harpocrat. prò *ἀδελφίζειν — παρὰ Στράττιδι καὶ Ἀπολλοφάνει ἐν Ἰφιγένοντι* fortasse leg. est *Στράττιδι ἢ Ἀπολλοφάνει ἐν Ἰφιγένοντι.* Probabile videtur eandem fabulam ab aliis Strattidi, ab aliis Apollophani adscriptam esse ac proinde utrumque iisdem temporibus vixisse. [Vide tamen ne potius emendandum sit *παρ' Ἀπολλοφάνει καὶ (παρὰ) Στράττιδι ἐν Ἰφιγένοντι. Kr.*]

n) Nicochares ex pago *Κυδαθηναίου* oriundus erat. Steph. Byz. v. *Κυδαθηναῖον· ὁ δῆμος τῆς Πανδιονίδος φυλῆς. — ἐντεῦθεν ἦν Νικοχάρης ὁ κωμικὸς καὶ Κύων Κυδαθηναιεύς.* Postrema verba, quae librarius compendiaria scriptura usus cum antecedentibus coniunxit, ex Aristoph. Vesp. 895 videntur allata esse, ut verbi *Κυδαθηναιεύς* exemplum proponeretur. Itaque hoc modo scripseris: N. *ὁ κωμικός· καὶ κύων Κυδαθηναιεύς.* [Vereor tamen ne aliquot verba interciderint, v. c. *τὸ ἐθνικὸν Κυδαθηναιεύς, ὡς Ἀριστοφάνης ὁ κωμικός*, ut *ὁμοιοτέλευτον* corruptioni originem dederit. *Kr.*]

52. *Theopompus.* [Cf. Meinek. l. l. II p. 68. *Kr.*]
[53. *Aristonymus*, de quo v. Meinek. l. l. II p. 40. Fuit Amipsiae aequalis.
54. *Demetrius.* V. Meinek. l. l. II p. 72.
55. *Euthycles.* V. Meinek. l. l. II p. 74.
56. *Menander.* V. Meinek. l. l. II p. 75.
57. *Alcimenes.* V. Meinek. l. l. I p. 33.
58. *Demostratus.* V. Meinek. l. l. I p. 39.
59. *Tolynus.* V. Meinek. l. l. I p. 14. *Kr.*]

Mediae comoediae poetae fuerunt:

1. *Eubulus.* V. tabulas 375.
2. *Araros.* 388. 375.
3. *Antiphanes.* 407. 387. 343. 333.
4. *Anaxandrides.* 376. 347.
5. *Calliades*, Aristophontis oratoris aequalis. *Athen.* XIII p. 577, c.
6. *Nicostratus*, *μέσης κωμῳδίας ποιητής.* *Athen.* p. 587, d. Philetaeri aequalis [o]). *V. Suid.* v. *Νικόστρατος.* Aristophanis filius ex aliquorum testimoniis. *Thom. Mag. Vita Aristoph.*
7. *Philippus*, Aristophanis filius. *Ἔσχε τρεῖς υἱούς, Φίλιππον, Νικόστρατον καὶ Ἀραρότα. Thom. Mag. Vita Aristoph. Παῖδας καταλιπὼν (Aristophanes) τρεῖς, Φίλιππον, ὁμώνυμον τῷ πάππῳ καὶ Νικόστρατον καὶ Ἀραρότα. Anon. Vita Aristoph.* p. XXXVIII. Beck. [p])

---

o) Posteaquam hic locus scriptus erat, Gaisfordus notabilem hunc de historia scenica locum eruit qui est ex Catal. codd. mss. Clark. p. 72. Oxon. 1812: (*Ἀριστοφάνης*) *τρεῖς ἔσχεν υἱούς, Φίλιππον τὸν τοῖς Εὐβούλου δράμασιν ἀγωνισάμενον, καὶ Ἀραρότα, ἰδίοις τε καὶ τοῦ πατρὸς δράμασι διηγωνισμένον, καὶ τρίτον, ὃν Ἀπολλόδωρος μὲν Νικόστρατον καλεῖ, οἱ δὲ περὶ Δικαίαρχον Φιλέταιρον.* Itaque utroque nomine unus idemque homo significatur. Verum ego quae scripseram mutanda esse non censui, hac annotatione cui lectores illam emendationem debeant demonstraturus.

p) *Philippum* comicum agnoscit Aristot. de anim. I, 3 p. 622, d: *Δημόκριτος παραπλησίως λέγων Φιλίππῳ τῷ κωμωδιδασκάλῳ. φησὶ γὰρ τὸν Δαίδαλον κινουμένην ποιῆσαι τὴν ξυλίνην Ἀφροδίτην, ἐγχέαντα ἄργυρον χυτόν. ὁμοίως δὲ καὶ Δημόκριτος κ. τ. λ.* Eundem bis laudat Stobaeus, qui quinque versus profert ex *Φιλίππου Ὀλυνθιακῷ* Serm. 113, 17; et rursus duo versus Serm. 62, 35. Utroque loco Meinekius ad Menandri fragmenta p. X *Φιλιππίδου* pro *Φιλίππου* emendat. Prioris loci correctionem confirmat Porso Adv. p. 297, *Ὀλυνθιακὸν* Philippidi tribuens. Sed quum Photius cod. 167. p. 373 *Philippum* in poetis a Stobaeo memoratis numeret, has emendationes amplecti certe dubitaveris, quamquam Photii auctoritati non nimium est tribuendum. Certior est alia eiusdem Mei-

XLIII (*Philetaerus*, *κωμικός, υἱὸς Ἀριστοφάνους τοῦ κωμικοῦ. Suid. Φιλέταιρος.* V. No. 6. *Nicostratus* annot. [o]).)

8. *Anaxilas.* 343. Platonis philosophi aequalis. Laert. III, 28.
9. *Ophelion*, Platonis aequalis et ipse. *Athen.* II p. 66, d.
10. *Callicrates*, Sinopae aequalis: *μνημονεύει τῆς Σινώπης — Καλλικράτης ἐν Μοσχίωνι. Athen.* XIII p. 586, a.
11. *Heraclides.* 348. [Cf. Meinek. l. l. II p. 5.]
12. *Alexis.* 356. 316. 312. 306.
13. *Amphis.* 336. Platonis philosophi aequalis. Laert. III, 27. 28.
14. *Axionicus*, Philoxeni et Corydi aequalis. *Athen.* VI p. 241, e. 239, f.
15. *Cratinus ὁ νεώτερος*, Platonis philosophi temporibus — *Laert.* III, 28 — et Corydi [q]). *Athen.* VI p. 241, c. [Cf. Meinek. l. l. I p. 24. *Kr.*]
16. *Eriphus*, qui Antiphanis fabulas compilavit. *Athen.* III p. 84, b. c.

XLIV 17. *Epicrates*, qui Antiphanem exscripsit. *Athen.* VI p. 262, d. e. *μέσης κωμῳδίας ποιητής. Athen.* X p. 422, f. [Platonis et Speusippi aequalis fuit. *Mke.*]

18. *Stephanus.* V. tabulas 332.

---

nekii correctio p. XI, *Φιλιππίδου* apud Athenaeum in *Φιλίππου* mutantis. Athen. XIII p. 568, f.: *ἐν Ναννίῳ. (Εὐβούλου τὸ δρᾶμα καὶ μὴ Φιλιππίδου.)* De quo loco Meinekius: „*Corrigendum Φιλίππου. Philippus enim, Aristophanis filius, ταῖς Εὐβούλου δράμασιν ἠγωνίσατο, ut est apud Schol. Platonis ineditum.*“ [Catal. cod. Clark. p. 72. V. antecedentem annotationem.] Confirmat emendationem utriusque aetas poetae. Eubulus, mediae comoediae scriptor, fabulas docere coepit a. C. 376, Philippides, novae, primam dedit 335. Quum actarum fabularum tempora ex didascaliis notae essent, utri duorum poetarum fabula aliqua adscribenda esset dubitari non potuit, nisi illi aequales fuissent. Itaque multo probabilius est *Νάννιον* fuisse Philippi, qui eodem tempore quo Eubulus floruit, quam Philippidis qui quadraginta annis post viguit. Sed nondum persanatus est Athenaei locus: ad quem Schweighaeuserus: „*Perspecte*, inquit, *Corayus monuit εἰ Εὐβούλου legendum videri.*“ Vera est haec emendatio, quoniam scriptor libero enunciato *οὔ* potius quam *μή* dicturus fuisset. [Accedit quod ut vulgo leguntur verba abruptior est parenthesis. *Kr.*] Perspicuum est igitur Athenaeum non affirmare quod Meinekius censuit, Eubuli esse fabulam, non Philippi, sed conditionali enunciato contrarium significare, Philippo potius quam Eubulo adscribendam esse. De Philippo haec tradit Suidas: *Φίλιππος κωμικός. τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστὶ Κωδωνιασταί,* [*Κωνιασταί* Eudocia p. 427.] *ὡς Ἀθήναιος ἐν Δειπνοσοφισταῖς.* Quae inscriptio quum apud Athenaeum non reperiatur, videtur error subesse, cuius originem acute indagavit Casaub. ad Athen. VIII p. 358, f. Cf. Athen. Schweigh. tom. IX p. 647 s.

q) Corydus Ptolemaeum noverat — Athen. VI p. 242, b. 245, f. — et Athenis fuit quo tempore Harpali causa acta est. Athen. VI p. 246, a. Inde constituere licet Cratini posterioris aetatem, qui eum memoraverat.

19. *Strato* r), *τῆς μέσης κωμῳδίας. Suid. Στράτων.* Philetae Coi temporibus. *Athen.* IX p. 382, b. — 383, b.
20. *Aristophon*, Philippidis aequalis, qui ab *Alexide* derisus erat, in eumque orationem composuerat *Hyperides. Athen.* XII p. 552. d — f.
21. *Euphron*, Callimedontis *τοῦ Καράβου ἐπικαλουμένου* temporibus. *Athen.* III p. 100, d.
22. *Sotades ὁ τῆς μέσης κωμῳδίας. Athen.* VII p. 293, *a. Suid. Σωτάδης.*
23. *Augeas, τῆς μέσης κωμῳδίας. Athen.* VII. *Suid. Αὐγέας.*
24. *Ephippus, τῆς μέσης κωμῳδίας. Suid. Ἔφιππος.* Memoraverat Menecratem medicum. *Athen.* VII p. 289, b.
25. *Heniochus, τῆς μέσης κωμῳδίας. Suid. Ἡνίοχος.*
26. *Epigenes.* 340.
27. *Mnesimachus, ποιητὴς τῆς μέσης κωμῳδίας. Suid.* [*Eudocia* p. 303 habet *τῆς νέας κωμῳδίας.*]
28. *Timotheus, τῆς μέσης κωμῳδίας. Suid. Τιμόθεος.*
29. *Sophilus, τῆς μέσης κωμῳδίας. Suid. Σώφιλος.*
30. *Antidotus*, Alexidis aequalis. *Athen.* XIV p. 642, c. d. XLV

---

r) Stratonem et Strattidem nonnulli eundem putaverunt; eaque opinio Casaubono et Valesio est adscripta. „*Strato. — Verisimile est* [*ut iam Casaubon. ad Athen. p.* 567 *s. et Valesius ad Harpocrat. v. ἐπίσχοπος observarunt.* Harles.] *Suidam deceptum — et pro Στράτων legendum Στράττις.*“ Fabric. ed. Harles. lib. II. B. Gr. c. 22. „*Hanc* (Stratonis *Φοινικίδην*) *nullam aliam esse nisi Strattidis Φοινίσσας statuerunt doctissimi viri.*“ Schweigh. Athen. t. IX p. 458. „*Strattidem* pro *Stratone corrigendum censuerunt viri docti in Athen. IX. p.* 382, b. — *sed aut Stratonis nomen tenendum* [ob Philetae mentionem] *aut Strattis non veteris, sed mediae comoediae fuerit poeta.*“ Schweigh. in ind. v. *Strato.* Hoc verum esse non potest. Nam Strattis non modo semper veteris comoediae scriptor dicitur, sed verisimile est etiam eum iam ante 415 fabulas docere coepisse: quarum unam ante 392 actam esse novimus. V. tabb. 394. Quare qui hanc composuerat non potuit eius scriptor esse qua, minimum sexaginta septuagintave annis posterius, Philetae Glossae memoratae erant. Itaque *Strato* non erat *Strattis.* Sed Valesii Casaubonique sententiae non satis accurate propositae sunt. Valesius quidem ad Harpocrat. p. 166 apud Schol. Av. 1568 verissime *Στράττις ἐν Κινησίᾳ* pro *Στράτων ἐν Κινησίᾳ* emendat. Sed neque Suidam neque *Φοινικίδην* memorat neque vero Stratonem esse Strattidem affirmat. Pariter Casaubonus ad Athen. p. 567 [t. IV p. 456 Schweigh.] *Κινησίαν* vero eius scriptori restituit. De Stratone dubius est; sed tamen eo inclinat ut Stratonem Strattidem esse opinetur, etsi neutiquam certi quid affirmat. Enarrationis suae p. 659, ad Athen. IX p. 382, b, hanc quaestionem declinat et Stratonis nomen silentio transmittit. [Cf. Meinek. Quaestt. II p. 68. *Kr.*]

31. (*Nausicrates* s. *Naucrates*. De eius tempore nihil pro certo constat ac fortasse hoc loco non est interponendus.)
32. *Xenarchus* [s]), Timoclis aequalis. *Athen.* VII p. 319, a. X p. 431, a.
33. *Dromo*, Tithymalli temporibus — *Athen.* VI p. 240, d. — qui ab Alexide, Timocle et Antiphane memoratus erat.

Novae comoediae poetae fuerunt hi:

1. *Philippides* [t]), memoratus in tabulis a. 335. 301.

---

s) Xenarchus *comicus* qui Attica dialecto scripsit et Alexandro regnante vixit diversus est a Xenarcho *Sophronis filio*, qui Dorica dialecto usus est et Dionysii superioris temporibus floruit, sexaginta aut septuaginta ante annis. Confudit eos qui hos duos Xenarchos unum eundemque esse opinatus est Fabric. B. Gr. l. II c. 22. [Cf. Hermann. ad Aristot. Poet. I, 7 p. 94. *Kr.*]

t) Meinek. Menandri fragm. p. XLIV. Philippidem Ol. 124 floruisse statuit. „*Philippidis florem*, inquit, *certissimis indiciis incidere colligitur in aetatem Lysimachi. Suidas igitur s. v.* Φιλιππίδης *aut scripsit aut certe scribere debuit:* ἦν δὲ ἐπὶ τῆς ρκδ' ὀλυμπιάδος *pro* ρια'." Hac ratione Philippides, quod Lysimachi amicus fuerit 283 a. C. viguisse ponitur, eadem Olympiade qua Lysimachus provecta aetate mortem obiit, postquam amplius quadraginta annos regnaverat. Sed novimus Philippidem circiter viginti annis ante hoc tempus fabulas scripsisse, a. C. 301, eumque iam tum amicum fuisse Lysimacho, abs quo commoda impetravit Atheniensibus. Itaque Philippidis cum Lysimacho coniunctio huius regni initio, non exitu inchoata est. Accommadatius Meinekius ριδ' coniecisset, i. e. 323 a. C. n., quod tempus eo quod Suidas posuit duodecim annis posterius est. Sed non est opus mutatione. Nam Lysimachus regnare coepit 323 et regis nomen sibi assumpsit 306, quorum temporum illud duodecim, hoc undetriginta annis posterius est eo quo Philippides fabulas docere coepit. Itaque quod Suidas posuit tempus eis quae de Philippide et Lysimacho tradita accepimus nullo pacto repugnat. Similiter Antiphanes Alexandri familiaris fuit, (Athen. XIII p. 555, a) quamquam fabulas dedit quinquaginta annis ante quam Alexander rex factus est. Accedit quod Philippidem vitam longe produxisse ex Gellio III, 15 colligere licet: *Philippides comoediarum poeta haud ignobilis aetate iam edita cum in certamine poetarum praeter spem vicisset, — inter illud gaudium repente mortuus est.*

Dubitatum est num idem fuerit Philippides is quem Alexis et Aristophon ac Menander perstrinxerunt et in quem orationem composuit Hyperides atque is qui comoedias scripsit. Eundem fuisse affirmat Valesius ad Harpocrat. p. 270: „*Philippidis comici: hic enim Atheniensis fuit et in republica versatus est, teste Athenaeo et Suida. Contra hunc Philippidem comicum exstabat oratio Hyperidis.*" Dubius est Perizon. ad Aelian. X, 6: „*Comicus Philippides sive is idem fuit sive diversus ab hoc homine.*" Pariter Schweighaeuserus ad Athen. VI p. 230, c.: „*Philippides incertum idemne comicus poeta, qui eadem certe aetate vixit, an a poeta diversus.*" Magis affirmate idem alio loco (Indice rer. et pers.): „*Philippides comicus poeta; gracilis admodum homo, unus ex iis qui rempublicam administrarunt.*" Sed diversos fuisse homines docet veterum testimoniorum ratio, Athen. XII p. 552, d — f.: λεπτὸς δ' ἦν καὶ Φιλιππίδης, καθ' οὗ λόγος ἔστιν Ὑπερείδῃ τῷ ῥήτορι, λέγων αὐτὸν ἕνα τῶν πολιτευομένων εἶναι. ἦν δ' εὐτελὴς τὸ σῶμα διὰ τὴν λεπτότητα, ὡς ὁ Ὑπερεί-

2. *Philemon.* 330.
3. *Menander.* 344. 321. 291.
4. *Apollodorus Gelous, σύγχρονος τοῦ κωμικοῦ Μενάνδρου. Suid. Ἀπολλόδωρος.*
5. *Diphilus.* 320.
6. *Dionysius* [u]) *ὁ Σινωπεύς*, post Archestratum, quem memorat *apud Athen.* IX p. 404, f. — 405, d.
7. *Timocles.* 324.
8. *Theophilus*, Callimedontis aequalis [x]). *Athen.* VIII p. 340, d.
9. *Sosippus*, Diphili aequalis. V. *Athen.* IV p. 133, f.
10. *Anaxippus.* 303.
11. *Demetrius.* 299.
12. *Archedicus.* 302.
13. *Sopater.* 283. (Primas fabulas docuit Alexandro regnante.)

δης ἔφη. — ὅτι δὲ καὶ περιλιππιδῶσθαι ἔλεγον τὸ λελεπτύνθαι Ἄλεξις ἐν Μανδραγοριζομένῃ φησὶν κ. τ. λ. Hic locus quasi communis fons fuit ex quo hauserunt Ael. V. H. X, 6. Eustath. ad Odyss. p. 1646, 17. Phot. et Suid. in *Φιλιππίδης*, qui Athenaei testimonio nihil quidquam adiiciunt. Sed hunc Philippum esse comicum saepe aliis locis citatum nullo modo significatur. Non esse eundem censuit Aelian. l. l.: *ἐκωμῳδοῦντο εἰς λεπτότητα Σαννυρίων ὁ κωμῳδίας ποιητὴς καὶ Μέλητος ὁ τραγῳδίας ποιητὴς καὶ Κινησίας κυκλίων χορῶν καὶ Φιλήτας ποιητὴς ἑξαμέτρων· — ἀλλὰ καὶ Φιλιππίδης, καθ' οὗ λόγος ἔστιν Ὑπερείδῃ, λεπτότατος ἦν κ. τ. λ.* Quodsi hic Philippides *ὁ κωμῳδίας ποιητὴς* fuisset, Aelianus hoc addidisset. Philippus comicus tantummodo ut comoediarum scriptor notus est; ac Plutarchus Demetr. c. 12 eum Stratocli oratori opponit ut diversum vitae genus sectato: *τοῦτον μὲν οὖν ἐπιτηδὲς ἐκείνῳ παρεθήκαμεν τῷ ἀπὸ τοῦ βήματος τὸν ἀπὸ τῆς θυμέλης.* Ita alio quoque loco (Moral. p. 785, c.) *τοῖς ἀπὸ τῆς σκηνῆς τοὺς ἀπὸ τοῦ βήματος* opponit. Itaque Philippides *εἷς τῶν πολιτευομένων*, quem Harpocrat. v. *ὅτι χιλίας* legem tulisse tradit, a Philippide comico diversus est.

u) Fabricio probabile videtur Dionysium Ol. 100 [a. C. 380] floruisse i. e. mediae tempore comoediae: „*circa Ol.* 100 *vixisse verisimile est.*“ Quod verum esse non potest propter aetatem Archestrati, *γαστρονομίας* scriptoris. Nam ab Archestrato Bentleius Diss. Phal. p. 85 docuit memoratum fuisse Diodorum Aspendium, Pythagoricum, (Athen. IV p. 163, d. e.) qui Stratonici, musici apud Ptolemaeum Lagi f., familiaris erat. Athen. IV p. 163, d. e. coll. VIII p. 350, c. Eo Archestrati tempus minimum ad Alexandri aetatem producitur. Proinde Dionysii *Θεσμοφόρος*, quo Archestrati carmen memoratum erat, ante novae comoediae tempora scriptum esse non potuit, ut Dionysius Sinopeus Diphili aequalis fuerit.

x) Callimedon *ὁ Κάραβος*, etiam a Timocle, Antiphane, Eubulo et Alexide perstrictus, (v. Athen. VIII p. 339. s.) fuit *εἷς τῶν κατὰ Δημοσθένη τὸν ῥήτορα πολιτευομένων.* Athen. III p. 100, c. Vivus fuit resque publicas administravit a. 322. — Plutarch. Phoc. 27. — superstes fuit Phocioni Plutarch. Phoc. 35.

14. *Damoxenus*, Epicuri temporibus, quem memoravit. *Athen.* III p. 102, a.

XLVII 15. *Hegesippus* [y]) s. *Crobylus*, post Epicurum. *Athen.* VII p. 279, d. Crobyli nomine memoratus ab Athen. X p. 429, e. 443, f. *Harpocr.* v. *ὅτι χιλίας*, aliisque locis, veluti *Athen.* I p. 5 s. VI p. 248, b. VIII p. 365, a.

16. *Philemon ὁ νεώτερος.* Athen. VII p. 291, d. *υἱὸς Φιλήμονος τοῦ κωμικοῦ. Suid. Φιλήμων.*

17. *Plato posterior*, post Epicurum. Athen. III p. 103. c. VII p. 279, a. [Fallitur: V. Meinek. ad Menandr. p. 150. *Kr.*]

18. *Theognetus*, Stoicorum temporibus — *Athen.* III p. 104. b. c. — et Pantaleontis *τοῦ πλάνου.* — *Athen.* XIV p. 616, a. — cuius mortem Chrysippus memoraverat. *Athen. ibid.*

19. *Bathon*, Cleanthis et Arcesilai aequalis. *Plutarch. de adul. et amico* p. 55, c. [v. Meinek. ad Menandr. l. l. *Kr.*]

(20. *Diodorus* [z]) *ὁ Σινωπεύς.* De eius tempore nihil constat.)

21. *Posidippus.* 289.

In primo horum trium indicum fortasse iniuria veteris comoediae poetis additi sunt Sophron et Xenarchus *οἱ μιμογράφοι.* Hegemon quo iure receptus sit Athenaeus docet [a]). Ultimus veteris comoediae scriptorum, quorum quidem certior conservata est memoria, fuit Theopompus, Strattide fortasse excepto. Veteris quidem comoediae scriptorem fuisse Grammaticorum consensus testatur: *Θεόπομπος Θεοδέκτου ἢ Θεοδώρου, Ἀθηναῖος, κωμικός· ἐδίδαξε δράματα κδ'. ἔστι δὲ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας κατὰ Ἀριστοφάνην* [b]). —

---

y) *Ἡγήσιππος· οὗτός ἐστιν ὁ Κρώβυλος ἐπικαλούμενος, οὗ δοκεῖ εἶναι ὁ ζ' Φιλιππικός, Δημοσθένει ἐπιγραφόμενος.* Haec Etymolog. Harpocrat. Phot. Lex. et Suidas. Suidas addit: *τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστὶ Φιλέταιρος.* At enim quum Hegesippus orator rempublicam administraverit a. 343, (v. tabulas) et Hegesippus comicus Epicureos non ante a. 300 memorare potuerit, temporis intervallum vix videtur permittere ut oratorem et comicum eundem fuisse statuamus.

z) Fortasse *Diodorus* Sinopeus cum popularibus suis *Diphilo* et *Dionysio* ex eadem poetarum schola profectus fuit eisdemque temporibus floruit. Quod si ita fuerit, novae comoediae assignandus est.

a) I p. 5, b.

b) Suid. *Θεόπ.* et Eudoc. p. 232. [V. de h. l. Meinek. Quaestt. II p. 68 s. *Kr.*]

Τῶν τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας ποιητῶν ὀνόματα καὶ δράματα. Θεοπόμπου δράματα ιζ'. Στράτιδος δράματα ισ'. Φερεκράτους δράματα ιη', κ. τ. λ. [c])

Conservatae sunt viginti comoediarum Theopompo tributarum inscriptiones: quarum tamen una [d]) dubia est. Sed in relicuis undeviginti fabulis sunt quae post primas quas Anaxandrides et Eubulus docuerunt compositae esse videantur. *Ἀλθαίαν*, in qua Telestem [e]) memoravit, prius quam Plutum XLVIII alterum datam esse probabile est. Nam Telestes primum dithyrambo vicit 401. Sed *Ἡδύχαρις*, in quo Platonis philosophia derisa erat [f]), vix ante Ol. 99 [a. C. 384] scripta esse potuit. In *Μήδῳ* Callistratus notatus erat [g]), qui Iphicratis et Chabriae temporibus floruit, 373. 371. In *Θησεῖ* Isaeum oratorem memoraverat: *μνημονεύει δὲ Ἰσαίου Θεόπομπος ὁ κωμικὸς ἐν Θησεῖ* [h]). Isaeus autem prioribus Demosthenis annis viguit, fortasse circa 370. Plutarchus fragmentum conservavit quo Theopompus de Lacedaemoniorum imperio eis verbis loquitur quae vix multo ante Olynthium bellum scripta esse possunt: *ἀλλὰ καὶ ὁ κωμικὸς Θεόπομπος ἔοικε λῆρεῖν, ἀπεικάζων τοὺς Λακεδαιμονίους ταῖς καπηλίσι·*

Λακεδαιμόνιοι δὲ ταῖς καπηλίσιν
Εἴξασ' ὅτι τοὺς Ἕλληνας ἥδιστον ποτὸν
Ἐλευθερίας γεύσαντες ὄξος ἐνέχεαν [i]).

Antalcidae pax facta est 387; Phoebidae facinus in a. 382 incidit. Quumque Theopompus Lacedaemoniorum imperium initio gratum, postea grave fuisse dicat, hos versus probabile est hoc tempore scriptos esse [ii]). Itaque ex rebus a Theopompo spectatis verisimile fit eum non cum Suida Aristophani, sed potius Strattidi et ultimis veteris comoediae temporibus aequalem ponendum esse.

---

c) Prolegg. Aristoph. p. XXXIV. Beck.

d) *Πανταλέων*. V. Polluc. X, 41.

e) Athen. XI p. 502, a.

f) Laert. III, 26. [ubi *Ἡδυχάρει* pro *Αὐτοχάρει* emendavit Casaubonus. Nominativus est *Ἡδυχάρης*. V. Meinek. Quaestt. scen. II p. 70 s. *Kr.*]

g) Athen. XI p. 485, c.

h) Vit. X or. p. 839, f.

i) Plutarch. Lysandr. 13. Hos versus ita restituit Porso Adversar. p. 300.

[*ii*) Hoc parum certum videtur. Nam aliquanto ante Graecos a Lacedaemoniis vexatos esse satis apparet ex Thebanorum oratione apud Xenoph. Hell. III, 5, 10. Nolo plura congerere. Videntur igitur spectari tempora Corinthio bello superiora, ut hoc nomine quae Suidas tradit in dubium vocari non debeant. Cf. Meinek. Quaestt. scen. II p. 68 s. *Kr.*]

Mediae et novae comoediae terminos constituere difficile est. Haec initium cepit Alexandro regnante: *ἡ μὲν νέα κωμῳδία ἐπὶ Ἀλεξάνδρου* [k]). Quod confirmant tempora Philippidi et Philemoni assignata. Et tamen mediae comoediae scriptorem cognovimus Alexidem, qui fabulas composuit triginta annis post quam primas docuerunt Philippides et Philemon [l]). Itaque Alexis, cuius fabulae mediae comoediae quasi norma et exemplar fuerunt, per triginta annos aequalis fuit Philippidis, Philemonis, Menandri et Diphili. Qui et ipse
XLIX mediae comoediae scriptor erat, *Sophilus* Stilponis tempore fabulas fecit [m]), ut Sophili fabulae in eandem aetatem quam Alexidis producantur.

Non magis verba *mediae* et *novae* comoediae semper satis accurate dicta sunt. Aristoteles [n]) duo tantum comoediae genera agnoscit, veterem et novam: *ἴδοι ἄν τις ἐκ τῶν κωμῳδιῶν τῶν παλαιῶν καὶ τῶν καινῶν· τοῖς μὲν γὰρ ἦν γελοῖον ἡ αἰσχρολογία, τοῖς δὲ μᾶλλον ἡ ὑπόνοια, κ. τ. λ.* Dorotheus [o]) Antiphanem *τοῖς νεωτέροις κωμικοῖς* annumeravit: *Δωροθέῳ τῷ Ἀσκαλωνίτῃ σύγγραμμα ἐκδεδόσθαι ἐπιγραφόμενον „περὶ Ἀντιφάνους καὶ περὶ τῆς παρὰ τοῖς νεωτέροις κωμικοῖς Ματτύης.“* Recte Schweighaeuserus [p]) notavit eum Graecae comoediae duo genera posuisse, veterem et novam: *„universam Graecam comoediam in τὴν παλαιὰν et τὴν νεωτέραν distinctam intellexerat.“* Pariter Nicostratus, Aristophanis filius, (unde eius aetatem constituere licet) Eubuli et Ararotis aequalis, ab Harpocratione [q]) scriptoribus *τῆς νέας κωμῳδίας* annumeratur: *Ὀρνιθευτής.* — *Πλάτων ἢ Κάνθαρος Συμμαχίᾳ. ἔστι δὲ καὶ ἐν τῇ νέᾳ κωμῳδίᾳ δρᾶμα Ὀρνιθευτὴς Νικοστράτου.* Epigenes *τῶν νέων τις κωμικῶν*, Timocles *τῶν νεωτέρων*, Theophilus *τῶν νεωτέρων τις*, Eudoxus *τὶς τῶν νέων κωμῳδῶν* dicitur a Polluce [r]). Et tamen hos omnes novae comoediae scriptores fuisse non constat. Epigenes

---

k) Prolegg. Aristoph. p. XXXII. Beck. [Cf. Meinek. l. l. II p. 2. *Kr.*]

l) V. tabulas 306. Mediae comoediae principes *Antiphanes* et *Alexis* circiter per triginta annos coniuncti viguerunt; sed Alexis ferme triginta annis post quam Antiphanes excesserat fabulas scribere perrexit, ut hi duo poetae octoginta annorum spatium expleverint. Hunc numerum confectum videas ex tabb. 387. 356. 333. 306.

m) Laert. II, 120. Fuerunt tamen critici qui pro *Σωφίλου τοῦ κωμικοῦ* suaderent: *Διφίλου τοῦ κ.*

n) Eth. Nicom. IV, 8.

o) Athen. XIV p. 662, f.

p) Athen. t. XII p. 693.

q) Harpocrat. v. *Ὀρνιθευτής.*

r) *Epigenem* sic appellat Pollux VII, 29. *Timoclem* X, 154. *Theophilum* IX, 15. *Eudoxum* VII, 201.

Antiphani aequalis fuit. Qui Callimedontem, quem Demosthenis aetate viguisse novimus, perstrinxit, Theophilus fortasse rectius secundae quam tertiae classi adscribatur. De Eudoxi tempore prorsus nihil constat neque definire licet utrum mediae an novae comoediae scriptor fuerit. Athenis eum fabulas docuisse a Laertio [s]), inter Antiphanem et Posidippum, incertum quo tempore, viguisse ex Polluce discimus. Sed notandum est, quamquam mediae comoediae poetae saepe vocantur *νέας κωμῳδίας*, tamen novae comoediae quae proprie dicitur nunquam appellari potuisse *μέσης κωμῳδίας ποιητάς*: quomodo ubi loquuntur Grammatici necessario quos dicunt significant. Statuendum est igitur Alexidem, quamquam magnam fabularum suarum partem, postquam nova comoedia exculta et perfecta erat, scripsit, tamen eas componentem mediae comoediae exempla sequi perrexisse.

Erunt fortasse qui has tabulas eo nomine mancas esse dicant, quod L
legem *περὶ τοῦ ὀνομαστὶ κωμῳδεῖν* non notavimus, quam quis quaesierit in annis Ol. 97, ubi non reperitur. Causa fuit quod mihi nondum satisfecerat neque interpretatio huius legis vulgo proposita neque tempus ei assignatum. Memoriae proditum est fabularum commissiones tribus annis [440—438] intermissas et licentiam coercitam fuisse constituta lege *τὸν ἄρχοντα μὴ κωμῳδεῖν*: quam legem Petitus Isarchi archontis anno [424] adscribit. Postremo omnino vetitum fuisse narratur *κωμῳδεῖν ἐξ ὀνόματος*. De hac lege ita Petitus [t]): *Postea*, inquit, *omnino vetitum est cuiquam expresso nomine in comoedia convicium facere, μὴ κωμῳδεῖν ἐξ ὀνόματος. Meminit huius legis, sed non solus, Hermogenes περὶ στάσεων*: (*Sect.* 13 *p.* 75.) *ὀνομαστὶ κωμῳδεῖν ὁ νόμος ἐκώλυσεν. Horat. ep. ad Augst.* 145: „*Fescennina per hunc*“ *etc. Idem ad Pisones* 281: „*Successit vetus his*“ *etc. Donatus* [u]). — *Legem hanc tulit Antimachus poeta Aristophanis aequalis. Comici interpres ad Acharn.* 1149: *ἐδόκει δὲ ὁ Ἀντίμαχος οὗτος ψήφισμα — imo potius legem — πεποιηκέναι μὴ δεῖν κωμῳδεῖν ἐξ ὀνόματος. Idque intra Ol.* 97. *Nam post Ol.* 97 *Cocalum et Aeolosicona fabulas scripsit Aristophanes. Plutus enim postrema est fabularum quas ipse docuit,*

---

s) Laert. VIII, 90: *Εὔδοξος — Σικελιώτης, παῖς Ἀγαθοκλέους, ποιητὴς κωμῳδίας, νίκας ἑλὼν ἀστικὰς μὲν τρεῖς, Ληναϊκὰς δὲ πέντε, καθά φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν χρονικοῖς.* Novimus duarum fabularum inscriptiones. Pollux VII, 201: *τὶς τῶν νέων κωμῳδῶν Εὔδοξος ἐν Ναυκλήρῳ δράματι.* Zenob. Adag. I, 1 p. 1: *Εὔδοξος ἐν Ὑποβολιμαίῳ.*

t) De legg. Att. p. 151—153. Wessel.

u) Donati locum postea annotatione p) exhibebimus.

acta Ol. 97, 4. — *Atqui ἔγραψε Κώκαλον, inquiunt veteres magistri, ψηφίσματος γενομένου ὥστε μὴ ὀνομαστὶ κωμῳδεῖν τινα. Praeterea ipse Πλοῦτος δεύτερος — propter hanc legem χορῶν ἐστέρηται, chorum non habet, (quem tamen habebat ὁ πρῶτος Πλοῦτος) ut neque Cocalus et Aeolosicon neque nova comoedia omnis: nam „lex est accepta chorusque Turpiter obticuit sublato iure nocendi.“ Quia haec praecipue erant chori, λοιδορεῖν, τοὺς κακῶς πράττοντας διαβάλλειν καὶ ὥσπερ δημοσίᾳ μάστιγι τῇ κωμῳδίᾳ κολάζειν. Quare intra Ol.* 97 *videtur scripta haec lex ante editionem τοῦ δευτέρου Πλούτου. Ante Ol.* 97 *lata non est, quia τὰς Ἐκκλησιαζούσας drama quod chorum habet et τωθασμὸν ἐξ ὀνόματος, docuit Ol.* 96, 4. — *Ergo non ante neque post Ol.* 97, *sed intra ipsam rogata et lata est haec lex. Cui qui impune fraudem facere volebant, nomina omittebant personas servabant, id est larvas quibus singuli quos traducebant exprimebantur; quod αὐτοπροσώπως κωμῳδεῖν dicebant: non nominabatur enim ea ratione, sed repraesentabantur tantum; unde lites saepe et controversiae. Hermogenes l. l.: αὐτοπροσώπως εἰσάγων τις τοὺς κωμῳδουμένους ὑπάγεται τῷ νόμῳ ὡς ὀνομαστὶ κωμῳδῶν. Quamquam etiam, dum licebat ὀνομαστὶ κωμῳδεῖν, licebat quoque αὐτοπροσώπως, at-*
LI *que id ita fiebat.“* De sententia legis Kuesterus [x]) haec annotat: „*Ex priore Pluto oportet desumpta esse loca illá in quibus ὀνομαστὶ quidam perstringuntur, ut Pamphilus v.* 174, *Agyrrhius* 176, *Philepsius* 177, *Philonides* 179. 303, *Aristyllus* 314. *Nam tempore Pluti posterioris lege lata iam vetitum erat expresso nomine quemquam in scena comico sale perfricare, ut testatur Anon. in vita Aristophanis et pluribus probat Petitus Legg. Att. p.* 80. [151. *Wess.*] *Eadem autem licentia comicis adhuc concessa erat tempore Pluti prioris.*“ Similiter loquitur Odericus [y]): „*κωμῳδεῖν ἐξ ὀνόματος — latam intra Olympiadem* 97 *putat Petitus, cuius ego rationes, quando nihil obstare video, non invitus amplector.*“ Interpretatur legem: „*neminem expresso nomine laedi.*“ Hac ratione lex accepta est atque ita omnino critici de eius tempore et sententia videntur statuisse. Qui ipsam verborum vim non distincte explicat, Petitum eadem ratione qua Kuesterum interpretatum esse ex *Ecclesiazusarum* commemoratione apparet, quippe qua fabula ex Petiti opinione singuli homines nominatim irrideantur, quod ante alterum Plutum lege vetitum fuerit. At vero talem legis sententiam nullo modo confirmant quae etiamnum exstant mediae et novae comoediae reliquiae. Itaque haec lex qua Kuesterus accepit sententia aut omnino nunquam fuit aut in desuetudinem abierat Anaxandridis tempore, qui, ut videtur, decem duodecimve annis post quam lata esse sumitur Plato-

---

x) ad Plutum, initio fab. y) De marmorea didascalia epistola p. XLV.

tonem nominatim irrisit [z]). Alexis eam certe non moratus est, si quidem etiam per mediae comoediae tempora obtinuerit, quum eundem philosophum in quattuor fabulis nominaverit [a]). Non magis curavit Anaxilas qui in tribus comoediis Platonem nominavit [b]).

At vero mediae comoediae temporibus, quae quo tempore exorta est „*democratia in oligarchiam mutata divites imperare coeperunt*," philosophi derisi sunt, principes civitatis tuti erant. Haec est Ionsii opinio [c]). Illi igitur nominatim perstricti fuerint, sed his post legem constitutam abstinuerint poetae. At LII enim Anaxandrides [d]) nominatim memoraverat Polyeuctum; Demosthenem nominaverat Antiphanes [e]). Eiusdem Antiphanis fragmentum exstat [f]) quo multos nominatim irridet. Hyperidem oratorem nominavit Philetaerus [g]); Timocles [h]) in comoedia extremo Alexandri regno scripta quinque principum oratorum una perstrinxit: qui locus ipsam veteris comoediae indolem refert. Qui Athenaeum evolverit, multis ex locis quantum hoc nomine mediae et novae comoediae scriptores sibi indulserint cognoscet.

Iam quae sunt veterum de hac lege testimonia? Memoravit eam Hermogenes [i]): qui loco a Petito laudato ut exemplum iudicialis quaestionis habendae ponat, hanc argumentationem profert: *ὀνομαστὶ κωμῳδεῖν ὁ νόμος ἐκώλυσεν. αὐτοπροσώπως εἰσάγων τις τοὺς κωμῳδουμένους ὑπάγεται τῷ νόμῳ ὡς ὀνομαστὶ κωμῳδῶν·* — „*Παρὰ τὸν νόμον κωμῳδεῖς τοὺς πολίτας.*" — „*καὶ μὴν οὐκ ὠνόμασα οὐδένα.*" Quaeritur *τί βουλόμενος ἐκώλυσε τοῦτο ὁ νο-*

---

z) Laert. III, 26.

a) Laert. III, 27 s.

b) Laert. III, 28.

c) *Postquam democratia in oligarchiam mutata divites imperare coeperunt, comoedia multis partibus est mutata. Etenim χορηγοὶ deficiebant, hypothesis mutabatur, neque quenquam aperte traducere cuiquam in scena impune licebat: atque haec erat media comoedia. Poetae tamen, ut solenne suum servarent, idque impune, traducendos sibi sumebant priores poetas.*" Postquam aliquammultos locos protulit quibus poetae philosophos deriserunt, haec addit: „*Ita nimirum poetae mediae comoediae, cum magnates vellicare edicto prohibebantur, philosophos et poetas traducebant. Plato comicus iunior Epicurum — traduxit. Sed prolixum foret omnia poetarum dramata quibus philosophos eorumque vitam perstrinxerunt recensere.*" Ionsius Scriptt. Hist. Philos. lib. I, 5 p. 28. — 6 p. 34.

d) Athen. IV p. 166, d.

e) Athen. VI p. 223, e. Plutarch. Demosth. c. 9. Demosthenem etiam nominat aequalis comicus apud Laert. II, 108. Suid. v. *ῥομβοστωμυλήθρα.*

ὀὐριστικὸς δ' Εὐβουλίδης, κερατίνας ἐρωτῶν,
καὶ ψευδαλάζοσιν λόγοις τοὺς ῥήτορας κυλίων,
ἀπῆλθ' ἔχων Δημοσθένους τὴν ῥομβοστωμυλήθραν.

f) Athen. VIII p. 339.

g) Athen. VIII p. 342, a.

h) Athen. VIII p. 341, f. V. tabb. 324.

i) *περὶ συλλογισμοῦ* p. 97. ed. Crispin. = p. 75. ed. Laurent.

μοθέτης. ὁ μὲν διώκων ἐρεῖ ὅτι ἀνελεῖν βουλόμενος τὸ ἁπλῶς καὶ ἀνευθύνως διαβάλλειν ὁντιναοῦν τῶν πολιτῶν· ὁ δ' αὖ φεύγων οὐ διὰ τοῦτο ἐρεῖ, ἀλλ' ἐπιστρέφεσθαι μὲν αὐτοὺς διὰ τῆς κωμῳδίας ἐβούλετο· οὔκουν ἀνεῖλε παντάπασι τὴν κωμῳδίαν, ὑπομνήματα δὲ τοῖς μετὰ ταῦτα γενησομένοις ἢ τοῖς οὖσιν ἀνθρώποις λοιδορίαν ἔχοντα τῶν πολιτῶν τινὸς οὐκ ἐβούλετο. μὴ ὄντων δὲ τῶν ὀνομάτων ἡ μὲν ἐπιστροφὴ γίνεται διὰ τῶν προσώπων, ἡ δὲ εἰς τὸν μετὰ ταῦτα χρόνον μνήμη περιῄρηται καὶ ἡ πρὸς τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους διαβολή. Respicit legem Aristides [k]): *θαυμάζω εἰ κωμῳδίαν ἔξεστι ποιεῖν, κἂν μὴ ὀνομαστὶ κωμῳδεῖν ἐξῇ.* Et alio loco [l]): *κωμῳδίας ἤδη ποιηταὶ τῶν ὀνομάτων ἀπέσχοντο καὶ ἐδυνήθησαν ἀντὶ τοῦ ὀνομαστὶ κωμῳδεῖν τὸ δρᾶμα ἀπεργάσασθαι.* Atque Iulianus [m]): *ἐμοὶ δ' ἀπαγορεύει ὁ νόμος ἐπ' ὀνόματος — αἰτιᾶσθαι τοὺς ἀδικουμένους μὲν οὐδέν, εἶναι δ' ἐπιχειροῦντας δυσμενεῖς.*

Sed quomodo certum hoc testimonium cum ipsorum poetarum quae iam laudavimus fragmentis est conciliandum? Haud dubie non ita ut cum Kuestero aliisque ne quis civis nominaretur vetitum fuisse statuamus. Her-
LIII mogenis ratiocinatio aperte declarat modo prohibitum fuisse ne *poetae cives suos ut fabularum personas producerent*, qua ratione Cleon in Ἱππεῦσι, in Νεφέλαις Socrates productus erat. Sumit Hermogenes disceptari quid discriminis sit utrum quis *hominem ita ut facies eius persona expressa sit in scenam producat* (*αὐτοπροσώπως εἰσάγειν*) [n]) *an partes eius agendas curet ipso nominato* (*ὀνομάζειν*). Statuitur poeta pugnare illud significatum non fuisse verbis legis, quoniam etsi hominis facies expressa fuerit, tamen eum non nominaverit; neque mentem hanc fuisse legislatoris, qui non id egerit ut salutarem comoediae disciplinam prorsus tolleret, sed tantum ut caveret ne, si quis perstrictus esset comoedia, nomen eius infamatum proderetur posteris. Spectatores, quis derideatur, cum hominem noverint, haud difficulter ex facie quam persona exprimat (*διὰ τῶν προσώπων*) [o]) intelligere posse, etiamsi, quis dicatur, non significetur addito nomine: *μὴ ὄντων τῶν ὀνομάτων*, quum omisso nomine tanquam *fabulae personae* tantum caveatur ne derisio ad lectores pro-

---

k) De quattuorviris p. 117. Jebb. = 196. Canter.

l) p. 288. Jebb. = 496. Canter.

m) Misopogon. initio.

n) Schol. Nub. 146: *ἰστέον ὅτι αὐτοπροσώπως εἰσῆγον τοὺς κωμῳδουμένους.*

o) Hermogenes *πρόσωπον personam* s. *larvam* dicere videtur, ut optimi optimorum temporum scriptores, v. c. Aristot. Poet. c. 6. Bip. Demosth. p. 433. Reisk. Fortasse tamen scriptum fuit *διὰ τῶν προσωπείων.*

pagetur. Ex huius argumentationis ratione perspicuum est legem *τοῦ μὴ ὀνομαστὶ κωμῳδεῖν τινὰ* hanc vim habuisse, ut vetuerit ne quis nominatus ut fabulae persona in scenam produceretur, quandoquidem lex evitari potuisse statuitur, si quis tacito nomine faciei similitudinem actoris persona exprimendam curaverit. Hac legis interpretatione maiorem vim accipiunt Aristidis eam respicientis verba; aperteque eodem spectat Donati locus a Petito laudatus [p]).

Itaque haec lex *περὶ τοῦ μὴ ὀνομαστὶ κωμῳδεῖν*, modo recte eius sententia constituatur, neutiquam magnae comoediae libertati repugnavit nec prohibuit quo minus, quod revera saepissime factum legimus, illustrium nomina hominum a comicis notarentur. Profecto de comoediae historia quae Grammatici tradunt sane quam caute recipienda sunt. Quod, quem iam laudavimus, Ionsius statuit, licentiam coercitam fuisse tum quum *democratia in oligarchiam mutata divites imperare coeperunt*, id ex Platonio [q]) ductum est: *τῆς δημοκρατίας ὑποχω-* LIV *ρούσης ὑπὸ τῶν κατὰ τὰς Ἀθήνας τυραννούντων καὶ καθισταμένης ὀλιγαρχίας καὶ μεταπιπτούσης τῆς ἐξουσίας τοῦ δήμου εἰς ὀλίγους καὶ κρατυνομένης τῆς ὀλιγαρχίας ἐνέπιπτε τοῖς ποιηταῖς φόβος. — τὰ τὰς παραβάσεις οὐκ ἔχοντα* [mediae comoediae fabulae] *ἐδιδάχθη τῆς ἐξουσίας ἀπὸ τοῦ δήμου μεθισταμένης καὶ τῆς ὀλιγαρχίας κρατούσης.* At vero triginta virorum dominatio post octo menses sublata est: quo facto populus perquam suspiciose recuperatam libertatem custodivit. Triginta tyrannorum exactionem qui proxime insequuti sunt anni viginti, his quae rationes apud populares Athenis obtinuerint evidentissime depinxit Lysias. Huius eiusque aequalis Andocidis orationes qui examinatas persequitur, Mitfordus acute sagaciterque res civiles Atheniensium explicuit [r]). Qui quae disputavit nemini non persuadebunt exiguae auctoritatis fuisse divites reique publicae formam prorsus abhorruisse a paucorum dominatu. Neque vero inter Euclidem archontem et Alexandri mortem, quo spatio tota media et

---

p) Donatus: *Vetus comoedia ἐτεώνυμος dicta est, quia inest in ea velut historica fides verae narrationis et denominatio omnium de quibus libere describebatur. Etenim per priscos poetas non, ut nunc penitus ficta argumenta, sed res gestae a civibus palam cum eorum saepe qui gesserant nomine decantabantur. Sed cum poetae abuti licentius stylo et passim laedere ex libidine coepissent plures bonos, ne quisquam in alterum carmen infame proponeret, lege lata si luere.*

q) *περὶ διαφ. κωμῳδ.*

r) Hist. Gr. c. XXII. sect. 1. 2 quum alias, tum Lysiae orationes *κατὰ Ἀλκιβιάδου* et *ὑπὲρ τῶν Ἀριστοφάνους χρημάτων* atque Andocidis *περὶ μυστηρίων* excutit: quae habitae sunt annis 400. 388. 387, ea ipsa aetate cui scenica haec lex assignatur.

nova comoedia ex parte continetur, ullum tempus nominari potest quo *democratia in oligarchiam mutata divites imperare coepisse* dicere liceat. Comoediae igitur, quamquam eius forma mutata erat, tamen res publicas et viros principes perstringere concessum fuit, atque Isocrates media hac tempestate de licentia comoediae conquestus reperitur [s]).

Non magis exploratum est tempus huius legis. Ab Antimacho quodam latam tradit quod Petitus proposuit testimonium [t]): *Ἀντίμαχον τὸν συγγραφέα] ψακὰς δὲ οὗτος ἐκαλεῖτο, ἐπειδὴ προσέῤῥαινε τοὺς συνομιλοῦντας διαλεγόμενος. — ἐδόκει δὲ ὁ Ἀντίμαχος οὗτος ψήφισμα πεποιηκέναι μὴ δεῖν κωμῳδεῖν ἐξ ὀνόματος. καὶ ἐπὶ τούτῳ πολλοὶ τῶν ποιητῶν οὐ προσῆλθον ληψόμενοι τὸν χορόν. καὶ δῆλον ὅτι πολλοὶ τῶν χορευτῶν ἐπείνων. ἐχορήγει δὲ ὁ Ἀντίμαχος τότε ὅτε εἰσήνεγκε τὸ ψήφισμα. οἱ δὲ λέγουσιν ὅτι ποιητὴς ὢν καλὸς χορηγῶν ποτὲ μικρολόγως τοῖς χορευταῖς ἐχρήσατο.* Alius Scholiastes [u]) eam Syracusio cuidam tribuit: *Συρακόσιος] οὗτος τῶν περὶ τὸ βῆμα· καὶ Εὔπολις ὡς λάλον ἐν Πύλαις* [lege cum Kuestero *ἐν Πόλεσι*] *διασύρει·*

LV *Συρακόσιος δ' ἔοικεν, ἡνίκ' ἂν λέγῃ,*
τοῖς κυνιδίοισι τοῖσιν ἐπὶ τῶν τειχέων·
ἀναβὰς γὰρ ἐπὶ τὸ βῆμ' ὑλακτεῖ περιτρέχων.

δοκεῖ δὲ καὶ ψήφισμα τεθεικέναι μὴ κωμῳδεῖσθαι ὀνομαστί τινα, ὡς Φρύνιχος ἐν Μονοτρόπῳ φησί. ψῶρ' ἔχε Συρακόσιον· ἐπιφανὴς γὰρ αὐτῷ καὶ μέγα τύχοι. ἀφείλετο γὰρ κωμῳδεῖν οὓς ἐπεθύμουν. διὸ πικρότερον αὐτῷ προσφέρονται. Si Phrynichus *Μονοτρόπῳ* hanc legem respexisse recte traditur, proposita fuerit a Syracusio ante *Ὄρνιθας* datam [415]. Sed quum eiusmodi lex tam mature perlata esse non potuerit, hoc quidem tempore repudiatam hominemque propter conatum, licet irritum, a poetis castigatum esse statuendum est. Itaque etiam nunc nec de auctore nec de tempore legis constat, etiamsi et Syracusius et Antimachus talem quampiam rogaverint [x]). Quod si quid tribuendum est Platonii testimonio, constituta fuerit triginta viris regnantibus. Nam cum hoc solo tempore congruunt quae notavit: *τῆς ἐξουσίας ἀπὸ τοῦ δήμου μεθισταμένης καὶ τῆς ὀλιγαρχίας κρατούσης — καθισταμένης ὀλιγαρχίας καὶ μεταπιπτούσης τῆς ἐξουσίας εἰς ὀλίγους κ. τ. λ.*, ut lex Ol. 94. a. C. n. 404 ac

---

s) V. tabb. 356.
t) Schol. Acharn. 1149.
u) Schol. Av. 1297.
x) Antimachum notandum est iam ante 425 fuisse. Aristoph. Acharn. 1154: *χορηγὸν ὃς ἐμὲ τὸν τλήμονα Λήναια χορηγῶν ἀπέλυσ' ἄδειπνον.* Neque tamen inde sequitur legem ab eo tum rogatam esse. Nam hoc munus plus semel obibant.

proinde ante Ἐκκλησιαζούσας datam perlata fuerit. Atque hoc sane fieri potest ut verum sit. Nam in hac fabula *fabulae personae* omnes fictae sunt atque sicubi res verae significantur, id eadem ratione fit eodemque temperamento quo in *Pluto altero*. In hac fabula quibus locis nomina leguntur, eorum nonnulli vix in priore Pluto videntur esse potuisse, veluti hic versus: ἐρᾷ δὲ Λαΐδος οὐ διὰ σὲ Φιλωνίδου; Ob aetatem huius meretricis, quae ἐλήφθη ὑπὸ Νικίου ἑπτέτις ἐπὶ Χαβρίου [y]), ideoque nata erat 421, haec verba in priore Pluto [408] esse non potuerunt. Memoratus est etiam Thrasybulus ille clarissimus [z]), qui per tempora nondum eo nomine quo hic praedicatur clarus esse potuit quum prior Plutus scriptus est. Sed huius loci diversam esse rationem dixeris, quum Thrasybulus ut laudaretur memoratus sit [a]).

Hoc loco operae pretium esse censeo de alia lege ad res scenicas per- LVI
tinente exponere. Actorum enim legitimam aetatem triginta annorum esse statuerunt auctore Aristophanis Scholiaste [b]): *νόμος ἦν μὴ εἰσελθεῖν τινὰ εἰπεῖν μήπω τεσσαράκοντα ἔτη γεγονότα· ὡς δέ τινες τριάκοντα.* Quem locum Petitus [c]) hoc modo interpretatur: „*Histrio fabulam ne agito annorum triginta minor;*“ additque: „*referendam esse hanc legem ad histriones omnino constat.*“ Paulo latius eam patere censet Boeckhius [d]): „*Lex fuit quae tenuit et poetas et histriones, (a quibus poetae tum non differebant, ut qui suarum ipsi fabularum primas partes agere solerent,) lex, inquam, fuit, μὴ εἰσελθεῖν τινὰ εἰπεῖν κ. τ. λ. Minus bene ad solos histriones refert Petitus, — eandemque aetatem etiam Choragus habere debebat. Vid. Hemsterhus. ad Plut. p.* 332. *cf. Auger. ad Demosth. t. II. p.* 2. *p.* 661.“ Parum huic sententiae congruit quod Boeckhius nonnisi eiusmodi exempla subiicit quibus haec lex neglecta fuisse docetur [e]). Videlicet Sophocles viginti septem [f]), Euripides

---

y) Schol. Plut. 179.

z) Aristoph. Plut. 550.: ὑμεῖς γ' οἵπερ καὶ Θρασυβούλῳ Διοννσίῳ εἶναι ὅμοιον. Thrasybulus a Thuc. VIII, 75 memoratur a. C. n. 411. Sed clarissimum eius facinus in a. 404 incidit. Quumque Dionysio Syracusio opponatur, hic versus alteri Pluto soli vindicatur.

a) Thrasybulum Aristophanes videtur non invitus laudasse, quod ille quum mortem obisset, non amplius invidiae subiectus erat. Caesus est ad Aspendum (v. tabb. 390, 2) ferme anno ante quam Plutus alter acta est. [Ceterum de istis legibus nuper admodum disputaverunt etiam Süvern.: Ueber Aristophanes Wolken p. 45 s. Meinek. Quaestt. scen. I p. 34 s. Wachsmuth.: Hellenische Alterthumskunde II p. 441 ss. et M. H. E. Meier. in Ephemm. litt. Hal. 1827. Nr. 122. Qui etiam de altera lege, de qua Clinto deinceps exponit, nonnulla protulit. Fortasse de utraque accuratius alio loco disputabit Meinekius. *Kr.*]

b) Schol. Aristoph. Nub. 530.

c) Legg. Att. p. 145. Wess.

d) Gr. tragg. princc. p. 103.

e) Ibid.: „*In Sophocle videtur facta exceptio esse, ut in Aeschylo qui annos natus quinque et viginti fabulas docuit: atque idem de Euripide*

et Aeschylus viginti quinque annos nati fabulas docuerunt; atque Agatho *νεανίσκος* vicit. Nec desunt alia exempla quae eodem sint referenda. Namque Eupolis [g]) primam fabulam docuit septemdecim, Menander [h]) duo et viginti annos natus; atque Aristophanes, qui pestis tempore [i]) *σχεδὸν μειρακίσκος* erat, vix quinque annis post, Stratocle archonte, quum ipse in *Ἱππεῦσι* Cleonis partes egit, triginta annos habere potuit. Enimvero ex verbis quibus lex concepta est apparet eum qui hoc scholion conscripsit aliunde assumpsisse quod ab re abhorreret eoque revera legitimam *oratorum* [k])
LVII aetatem finitam fuisse, ut recte interpretantur non modo Palmerius et Wesselingius [l]), sed ipse quoque Petitus, qui ubi iterum hunc locum affert [m]), ita reddit: „*Ne quis annis triginta minor in senatu aut populo orato*," additque:

---

narrat Thom. Mag. Igitur de Aeschylo vit. script. dicit νέος ἤρξατο τῶν τραγῳδιῶν. Plato etiam tetralogiam edere voluit multo ante legitimam aetatem, tum cum nondum penitus se tradidisset Socrati. Agatho cum vinceret tragoediâ dicitur νεανίσκος aut iocose aut similem quandam ob causam."

f) Sophocles septem et viginti annos habuit ex nostris rationibus, ex quibus Philippo archonte natus est. Secundum marmor Parium, quod anno prius natum ponit, octo et viginti annos habuit quo tempore primum tragoedia vicit. V. tabb. 495, 4.

g) V. tabb. 429, 4.

h) Ibid. 321, 4.

i) Ibid. 427, 4.

k) i. e. *τῶν ῥητόρων*, qui numero decem sorte educebantur, in curia comitiisque de rebus publicis verba facturi. V. Potter. Archaeol. Vol. I p. 102 et Petit. Legg. Att. p. 345—349. Sed quod Potterus alio loco (Vol. I p. 112) illam legem quum iterum protulerit, ad aetatem qua in comitiis orationes habere licuerit refert, in eo falsus est. Nam per legem in comitiis verba facere concessum fuit omnibus quibus suffragia ferre liceret, i. e. omnibus qui viginti annos haberent. Petit. Legg. Att. p. 292: „*Apud populum orationem habere licebat omnibus ἐκκλησιάζουσι, qui concioni intererant; intererant autem ex quo inscripti fuerant Lexiarchico, anno aetatis vicesimo.* [Cf. Schoemann. de comitiis Athen. p. 76. *Kr.*] Ita Alcibiades viginti annos natus concionem habuit. V. tabb. 423, 2. [Cf. tamen quae ibi de Alcibiadis aetate adiiciam. *Kr.*] Demosthenes orationem *περὶ συμμοριῶν* dixit quum octo et viginti annos habuit (v. tabb. 354, 3), atque iam ante hoc tempus in comitiis fecisse irrita illa dicendi pericula quae Plutarch. Demosth. c. 6 et Mor. p. 795, c enarrant manifestum est. Porro idem Plutarchus Lysandr. c. 14 *τῶν νέων τινὸς δημαγωγῶν* mentionem facit, quem Theramenes *ὦ μειράκιον* compellet, atque Glauco apud Xenoph. Memor. III, 6, 1: *ἐπεχείρει δημηγορεῖν οὐδέπω εἴκοσιν ἔτη γεγονώς.* [Cf. Schoemann. de comitiis Athen. p. 105 s. et de denis quotannis *ῥήτορσι* sive *συνηγόροις* p. 107 s. *Kr.*]

l) Ad Petiti Legg. Att. p. 146: „*Non moveor Scholiastae Aristophanis auctoritate, ut credam τὸ εἰπεῖν referendum potius ad scenam esse quam suggestum oratorum; quorum εἰπεῖν, quando de populo agebant, solenne verbum.*" *Jac. Palmer.* His suam sententiam subiicit Wesselingius: „*Recte vir doctus. Sophocles quem in scenam prodiisse Petitus agnoscit, suo exemplo contrarium docet: annorum enim 28 tragoedia vicit, teste marmoris Arundeliani auctore. Petitus ipse aut sui oblitus est aut sententiam mutavit, quando hac lege oratorum aetatem finitam profitetur L. III tit. 3, 1.*"

m) Legg. Att. p. 345.

„*Ad oratores hanc legem esse referendam dubium esse non potest* n).“ Nec de choragi aetate satis recte statuit Boeckhius: qui quod Hemsterhusium citat, is tantum quasi praeteriens rem tangit nec de triginta annis loquitur, sed choragum quadraginta annis maiorem fuisse tradit: „*Aliam apud Atticos huius esse vocabuli* (χορηγὸς) *rationem, apud Dores aliam; his enim* χοραγὸς *saepe qui* χοροστάτης *sive* χοροποιός. — *illis qui lectus a senatu, annis quadraginta maior, ornando suae tribus choro sumptus subministrat.*“ Quod si Hemsterhusius rem accurate persequi voluisset, testimonia non omisisset et diversa Choragorum genera, quae ne- LVIII cessario discernenda sunt, distinxisset o). Sed quod tradit ex Aeschine desumptum est p): *κελεύει* (ὁ *νόμος*) *τὸν χορηγὸν τὸν μέλλοντα τὴν οὐσίαν τὴν ἑαυτοῦ ἀναλίσκειν ὑπὲρ τετταράκοντα ἔτη γεγονότα τοῦτο πράττειν, ἵν' ἤδη ἐν τῇ σωφρονεστάτῃ αὐτοῦ ἡλικίᾳ ὦν οὕτως ἐντυγχάνῃ τοῖς ὑμετέροις παισίν.* — Mox ipsam legem profert q): *οἱ δὲ χορηγοὶ οἱ καθιστάμενοι ὑπὸ τοῦ δήμου ἔστωσαν τὴν ἡλικίαν ὑπὲρ τετταράκοντα ἔτη.* Sed et oratoris verba et Harpocrationis interpretatio r) commonstrant hanc legem nonnisi ad *χορηγοὺς παισὶν* pertinuisse neque ad alia chori genera aut fabulas ullas spectasse s).

Comici quorum nomina memoravimus, numero centum amplius, pars tantummodo sunt eorum qui inter Epicharmum et Posidippum floruerunt.

---

n) Aliud scholion quod in Aldi exemplari non reperitur, legitur in Dindorfii schol. ad Aristoph. Nub. 510: *νόμος ἦν Ἀθηναίοις μήπω τινὰ ἐτῶν λ' γεγονότα μήτε δρᾶμα ἀναγινώσκειν ἐν θεάτρῳ μήτε δημηγορεῖν. τούτῳ τῷ νόμῳ καὶ ὁ κωμικὸς οὗτος εἰργόμενος πρότερον διὰ τὸ μὴ τριακονταέτης ἔτι ὑπάρχειν ποιῶν δράματα καὶ* [l. *διὰ*] *Φιλωνίδου καὶ Καλλιστράτου ἀνεγίνωσκεν εἰς τὸ θέατρον· ὧν ἓν ἦν τὸ τῶν Λαιταλέων λεγόμενον, ἐν ᾧ δύο εἰσήγαγε μειράκια διαλεγόμενα, σῶφρόν τε καὶ αἰσχρόν· καὶ πολλοῖς τῶν θεατῶν ἐπῆνέθη, οὐ μέντοι καὶ νενίκηκεν ἐν τούτῳ ὁ ποιητής. ἐπιβὰς δ' ἤδη τοῦ λ' ἔτους καὶ τοῦτο δὴ τὸ τῶν Νεφελῶν ποιήσας δι' ἑαυτοῦ διδάσκει.* Quod scholion qui conscripsit antiquioris illius Scholiastae verba: *μὴ εἰσελθεῖν τινα εἰπεῖν*, suis verbis qua ipse accepit ratione videtur reddidisse. Qui quod omnino legem de iure in comitiis dicendi, *δημηγορεῖν*, intellexit, aperte falsus est. V. annotationem *k*. Nec verum esse quod de poetarum aetate tradit rebus factis propositis docuimus. Non magis probabilia sunt quae postremo loco prodidit: quippe ad *Νεφέλας* refert quae rectius de *Ἱππεῦσι* dicerentur. Denique manifesta exstant vestigia ex quibus hoc scholion recentioris temporis esse appareat.

o) De hac re quae Boeckhius in Augeri Demosthene, quem et ipsum confert, invenerit dicere nequeo, quum hunc librum consulere non potuerim.

p) In Timarch. p. 2, 23.

q) Ibid.

r) Harpocrat.: *ὅτι νόμος ἐστὶν ὑπὲρ τετταράκοντα ἔτη γενόμενον χορηγεῖν παισὶν Αἰσχίνης τε ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου φησὶ καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ.*

s) Ita Demosthenes duo et triginta annos natus fuit *χορηγὸς ἀνδρικῷ χορῷ*. V. tabb. 350, 4.

Praeter hos multorum nomina conservata sunt quorum tempora omnino non licet constituere ex testimoniis memoriae proditis. Ferme sexaginta poetas, ut verisimile est, scenicos colligere possis qui qua aetate vixerint quaque poesis forma scripserint non constat. Quorum de aliis definire non licet utrum veteris an mediae an novae comoediae fuerint; de aliis dubium est num omnino huius aetatis fuerint, an vero *post* Posidippum Alexandriae aliove loco floruerint; de aliis denique dicere non licet utrum tragici an comici fuerint. Fortasse posthac exorietur qui his rebus diligentius pervestigatis illum numerum minuat et certa testimoniorum fide horum nonnullis poetarum sedem in eis quos exhibuimus indicibus vindicet.

Quae tabulas sequitur appendix reservata est persequendis eiusmodi rebus quae copiosius explicandae essent quam pro tabularum ratione. Maior eius pars ad res quae secunda columna continentur spectat illustratque res civiles et militares. Bis terve disputatio ultra illud temporis spatium quod hoc libro comprehendimus producta est. Ita in capite de Macedoniae regibus historiam usque ad ultimum, Persea, persequuti sumus et in percensendis Spartae regibus utriusque stirpis, *Agidis* et *Proclidis*, ad tempus quo eorum familiae exstinctae sunt [circiter 219] processimus, ut omnia sub uno adspectu ponerentur. Neque praetereundum est in tabulis duos annos [279. 278] additos esse qui proprie tertii temporis spatii sunt: quod necessarium erat, quoniam *Anaxicratis* et *Democlis* archontum sedes Gorgiae locum constituunt et Gallorum in Graeciam irruptio et in Asiam transitus, Ptolemaei Cerauni cladem insequuta, eiusdem rerum seriei fuerunt.

LIX

Restat ut de temporum notis quibus in hoc libro usi sumus dicatur. Olympiadis cuiusque expressus est annus primus: quo posito relicuos tres nullo negotio reperire licet [t]). Ne paginae pars nihil contineret, Olympicos annos non proposuimus separata columna. Eandem ob causam tabulas non oneravimus additis Nabonassaris vel Romae conditae vel Iulianae aerarum annis: qui facile inveniri possunt in tabulis omnia tempora complexis accurateque positae reperiuntur in Blairianis quae omnium eruditorum in manibus sunt. Non necessario cum Graecis annalibus coniuncti sunt Nabonassaris

---

t) Ego cur unumquemque Olympiadis cuiusque annum exprimendum curaverim facile perspicient qui hunc librum usurpabunt. *Kr.*

u) Quam male habeat eorum ratio qui artificiosis temporum notis tabulas complent intelliget qui Larcheri „*canonem chronologicum*," in septimo eius Herodoti volumine inspexerit: ubi propter copiosam diversarum aerarum et Olympicorum annorum repetitionem dimidia quaeque pagina vacua relicta est.

aerae anni. Qui quatenus nostrum argumentum contingunt, exposuimus de iis eo capite quo de Persarum regibus disputavimus. Minus etiam necessarii sunt Iulianae aerae anni. Varroniana aera Romana principem locum obtinet in tertio temporis spatio, a Philadelpho ad Christum natum; sed iis quae explicuimus Graeciae temporibus Roma minus nota erat, eiusque historia sua ipsius via progreditur; nec omnino utriusque populi res ante Pyrrhi bellum sese contingunt. Omnino optandum fuerit, ut universae antiquitatis historia ex annis ante Christum natum computaretur eaque aera communis quasi meta poneretur abs qua ad vetustissima tempora revecti singularum quarumque terrarum civitatumque temporum rationes computationesque inter se comparatas exigeremus. Est haec aera dudum constituta, quae a noto certoque termino ducta, sive superiora sive inferiora tempora spectas, accommodatissima est ad quam referantur ceterae [x]). Qui noverit Nabonassaris aeram ab a. 747, Roma- LX
nam ab a. 753, Iulianam periodum ab a. 4713, Seleucidarum aeram ab a. 312 ante Christum natum initium capere, facile unumquemque annum ex harum aliqua aerarum positum computaverit.

---

x) Hales. vol. I p. 8.

CHRONOLOGIA GRÆCA.

A. C. n. 560—278.

A. C. n.	Archontes	Res gestae
560	Ol. 55, 1. *Comias.* Plutarch. Solon. c. 32. Marm. Par. No. 41.	*Pisistratus* Athenis primum rerum potitur, septuaginta annis ante pugnam Marathoniam. Thuc. VI, 59 cl. Aristot. Polit. V, 12. [9, 23 Schn. p. 192 Goettl.] De tyrannidis annis consentit Herod. I, 64. V, 55. 65; de universo Pisistratidarum dominatus tempore Eratosthenes ap. Schol. Aristoph. Vesp. 500. Aristophanes grammaticus ap. Schol. Vesp. 500 et Isocrates de bigis p. 351, d a diverso tempore annos computant. Marm. Par. n. 41: *Ἀφ' οὗ Πεισίστρατος Ἀθηνῶν ἐτυράννευσεν ἔτη* HH[Γ]ΔΔΔΔΠΙΙ *ἄρχοντος .... ι Κ... ου.* Plutarch. Sol. 32. *Ἐπὶ Κωμίου ἤρξατο τυραννεῖν Πεισίστρατος.* [Cf. Schultz. Appar. ad annales critt. rer. Gr. p. 39 s. *Kr.*]
559	Ol. 55, 2. *Hegestratus.* Plutarch. Sol. 32.	*Cyrus* Persarum regno potitur Ol. 55, 1. African. apud Euseb. Praep. X, 10 p. 488, c: *Κῦρος Περσῶν ἐβασίλευσεν ᾧ ἔτει ὀλυμπιὰς ἦχθη νέ, ὡς ἐκ τῶν βιβλιοθηκῶν Διοδώρου καὶ τῶν Θάλλου καὶ Κάστορος ἱστοριῶν, ἔτι δὲ Πολυβίου καὶ Φλέγοντος ἔστιν εὑρεῖν· ἀλλὰ καὶ ἑτέρων οἷς ἐμέλησεν ὀλυμπιάδων. ἅπασι γὰρ συνεφώνησεν ὁ χρόνος. Κῦρος οὖν τῷ πρώτῳ τῆς ἀρχῆς ἔτει, ὅπερ ἦν ὀλυμπιάδος νέ ἔτος τὸ πρῶτον, κ. τ. λ.* Tempus quo Persidis imperium obtinuit consentientibus auctorum testimoniis constitutum est, quamquam qui illa conservavit Africanus imperite primo quo Cyrus Persis imperavit anno res tribuit quae ad primum Babylonis expugnatae annum pertinent, viginti annis posteriores. [Satis congruit Curt. IV, 14, 20 Persarum imperium per ducentos triginta annos stetisse referens. Cf. interprr. ad h. l. *Kr.*]
558	Ol. 55, 3.	
557	Ol. 55, 4.	
556	Ol. 56, 1. *Euthydemus.* Marm. Par. N. 42. Laert. I, 68.	

PHILOSOPHI etc.	POETAE.
Thales hoc tempore ferme octoginta annos habebat, quandoquidem omnium consensu auctorum Ol. 35 natus erat. Laert. I, 37: *Φησὶν Ἀπολλόδωρος-γεγενῆσθαι αὐτὸν κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος τῆς τριακοστῆς πεμπτῆς ὀλυμπιάδος.* [a. C. n. 639.] Cyrill. adv. Iulian. I p. 12 c: *Τριακοστῇ πεμπτῇ ὀλυμπιάδι Θαλῆς Μιλήσιος-γενέσθαι λέγεται.* Suidas: *Θαλῆς Μιλήσιος-γεγονὼς πρὸ Κροίσου ἐπὶ τῆς λε΄ ὀλυμπιάδος.* Eusebius Thalen memorat Ol. 35, 1. [Cf. tamen H. Ritteri: Gesch. der Ion. Philos. p. 6 s. *Kr.*] Secundum Sosicratem ap. Laert. I, 38 mortuus est nonagesimo aetatis anno Ol. 58. Proinde Sosicrates statuisse videtur natum esse Ol. 36, 1. a. C. n. 636. *Cf. an.* 546.	*Ibycus* floruit Croeso regnante, Ol. 54. *Ἴβυκος-γένει Ῥηγῖνος ἐνθένδε εἰς Σάμον ἦλθεν ὅτε ταὐτῆς ἦρχε Πολυκράτης ὁ τοῦ τυράννου πατήρ· χρόνος δὲ οὗτος ὁ ἐπὶ Κροίσου, ὀλυμπιὰς νδ΄.* Suid. Apud Eusebium Ibycus Ol. 60 memoratur. *Cf. an.* 539.
	Anacreon florere coepit Ol. 55, Cyri regni initio. Posterius fuit quam Sappho: — *τὸν μὲν κατὰ Κῦρον καὶ Πολυκράτην γενόμενον, τὴν δὲ κατ' Ἀλυάττην τὸν Κροίσου πατέρα.* Athen. XIII p. 599, c. Triginta post annis Sami fuit apud Polycratem. *Cf. an.* 531. *Sappho Pittaci* et *Alcaei* aequalis erat; Strabo XIII p. 617; floruitque Ol. 42. [*cf. a.* 553.] a. C. n. 610, qui est Alyattis annus octavus. Consentit marmor Parium No. 37: *ἀφ' οὗ Σαπφὼ ἐκ Μιτυλήνης εἰς Σικελίαν ἔπλευσε φυγοῦσα..... — ..... τος Ἀθήνησι μὲν Κριτίου τοῦ προτέρου, ἐν Συρακούσαις δὲ τῶν ... μόρων κατεχόντων τὴν ἀρχήν.* Antecedente notatione No. 36, ubi temporis nota item deleta est, quando Alyattes rex factus sit dictum fuit; quae proxime sequitur notatio No. 38 in a. 591 a. C. n. incurrit. Itaque *Critiam I* aut ante 595, qui *Philombroti*, aut post 593, qui *Dropidis* annus est, archontem fuisse statueris. Non potest igitur fieri ut Marmor Sappho posuerit in Siciliam esse profectam post 592, qui Alyattis fuit 26us: ac decem duodecimve annis prius statuerint qui oblitterati sunt numeri. [Cf. Plehn. Lesb. p. 180 ss. et Neue Sapph. fragm. p. 3. *Kr.*]
Chilon ephorus Spartae. Laert. I, 68: *Χείλων Δαμαγήτου Λακεδαιμόνιος-γέγονε δὲ ἔφορος κατὰ τὴν πεντηκοστὴν ἕκτην ὀλυμπιάδα· Παμφίλη δέ φησι κατὰ τὴν πέμπτην. (Sic legit Scal.) Καὶ πρῶτον ἔφορον γενέσθαι ἐπὶ Εὐθυδήμου, ὥς φησι Σωσικράτης.* Cyrill. adv. Iulian. I p. 13 a: *Πεντηκοστῇ ἕκτῃ ὀλυμπιάδι, Κύρου διέποντος τὰ κράτη Περσῶν, προεφήτευον Ἀγγαῖος καὶ Ζαχαρίας, γνώριμοι δὲ ἦσαν ἤδη Σιμωνίδης (legunt Ἐπιμενίδης) καὶ Χίλων, τῶν*	*Simonides* nascitur. *Σιμωνίδης Λεωπρεποῦς Ἰουλιήτης τῆς ἐν Κέῳ τῇ νήσῳ πόλεως, λυρικός, μετὰ Στησίχορον τοῖς χρόνοις· ὃς ἐπεκλήθη Μελικέρτης διὰ τὸ ἡδύ. — Γέγονε δ' ἐπὶ τῆς πεντηκοστῆς ἕκτης ὀλυμπιάδος καὶ παρέτεινε μέχρι τῆς ἑβδομηκοστῆς ὀγδόης, βιοὺς ἔτη πθ΄.* Suidas ex Schol. Aristophanis Vesp. 1402. Haec omnia confirmantur aliis testimoniis. Natus est a. C. 556 [Ol. 56, 1], mortuus nonagesimo aetatis anno a. C. 467

A. C. n.	Archontes	Res gestae
555	Ol. 56, 2.	
554	Ol. 56, 3.	
553	Ol. 56, 4.	
552	Ol. 57, 1.	
551	Ol. 57, 2.	
550	Ol. 57, 3.	
549	Ol. 57, 4.	*Phalaridis* Agrigentinorum tyranni obitus. Hieron.: — Ol. 53, 4. (a. C. 565.) *Phalaris tyrannidem exercet annos* 16; ut terminus sit (a. C. n. 549) Ol. 57, 4. Alia exemplaria habent Ol. 52, 2, quo anno si rerum potitus sit Phalaris, regnaverit 571—555. Eusebius ejus imperii initium ponit Ol. 31, 2 (a. C. 655), ejus mortem Ol. 38, 2 (a. C. 627), 38 annorum regnum ei tribuens, ut 78 annis prius terminatum fuerit quam ponit Hieronymus. Sed hujus rationem confirmat Suidas: *Φάλαρις Ἀκραγαντῖνος τυραννήσας Σικελίας ὅλης κατὰ τὴν νβ' ὀλυμπιάδα.* Phalaris tribus aetatibus posterior fuit quam *Theron* et *Xenocrates*, quorum proavus *Telemachus* Phalarim imperio privavit. — *Τηλεμάχου [τοῦ] καταλύσαντος τὸν τῶν Ἀκραγαντίνων τύραννον Φάλαριν παῖς γίνεται Ἐμμενίδης, οὗ Αἰνησίδαμος, οὗ Θήρων καὶ Ξενοκράτης.* Schol. Pind. Ol. III, 68. (Cf. Schol. Pyth. VI, 4.) Hoc confirmant Suidae et Hieronymi rationes. De *Therone* v. a. 472, 2. 4, de *Xenocrate* a. 490, 4. [Cf. Schultz. Appar. ad ann. critt. p. 35 s. *Kr.*]
548	Ol. 58, 1. *Erxiclides.* Pausan. X, 5, 5.	Templum Delphicum deflagrat. Pausan. X, 5, 5: *κατεκαύθη δὲ Ἐρξικλείδου μὲν Ἀθήνησιν ἄρχοντος, πρώτῳ δὲ τῆς ὀγδόης ὀλυμπιάδος ἔτει καὶ πεντηκοστῆς.* Incendii accusabantur Pisistratidae. Pindar. Pyth. VII, 9: — *λέγεται ὅτι τὸν Πυθικὸν ναὸν πρησθέντα ὥς φασιν ὑπὸ τῶν Πεισιστρατιδῶν οἱ Ἀλκμαιωνίδαι φυγαδευθέντες ὑπ' αὐτῶν ὑπέσχοντο ἀνοικοδομῆσαι. — Φιλόχορος ἱστορεῖ.* [Sed ibi recte Boeckh.

PHILOSOPHI etc.	POETAE.
ἑπτὰ σοφῶν ὄντες. *Πρῶτος ἔφορος* cum Menagio et Palmerio intelligendus est ephorus *ἐπώνυμος* [Cfr. Manso: Sparta II p. 379 et F. W. Tittmann.: Darstellung der griech. Staatsverf. p. 115. *Kr.*]	(Ol. 78, 1). *Cf. ann.* 476, 467. Eumque posteriorem fuisse Stesichoro ipsius versus testantur: *οὕτω γὰρ Ὅμηρος ἠδὲ Στασίχορος ἄεισε λαοῖς.* Apud Athen. IV p. 172, e.
	Stesichorus moritur aet. 80. *Στησίχορος-Ἱμεραῖος, τοῖς χρόνοις ἦν νεώτερος Ἀλκμᾶνος τοῦ λυρικοῦ, ἐπὶ τῆς λζ' ὀλυμπιάδος γεγονώς· ἐτελεύτησε δὲ ἐπὶ τῆς νστ'.* Suid. Vixisse traditur annos 85: *πέντε καὶ ὀγδοήκοντα — Στησίχορος ὁ μελοποιός.* Lucian. Macrob. c 26. Itaque ut Suidae et Luciani dissensionem minorem faciamus, si natum statuimus Ol. 37, 1 [a. C. 632], mortuum Ol. 56, 4 [a. C. 553], octogesimo aetatis anno decesserit. Vixit Stesichorus Phalaridis temporibus; Aristot. Rhet. II, 20, 5 Bip.; atque aequalis fuit *Sapphus*, *Alcaei* et *Pittaci*. Suid. *Σαπφώ*. Floruit Ol. 42 [a. C. 610]: *Κατὰ τὴν μβ' ὀλυμπιάδα, ὅτε Ἀλκαῖος ἦν καὶ Στησίχορος.* Suid. *Σαπφώ. Μβ' ὀλυμπιάδι Στησίχορος ὁ ποιητὴς ἐγνωρίζετο.* Cyrill. adv. Iulian. I p. 12. *Ol.* 42, 1 *Stesichorus poeta clarus habetur.* Euseb. [Cf. Klein. Stesich. fragm. p. 4 ss. *Kr.*]
[Circiter hoc anno *Hecataeum* natum esse cum Larchero statuit Creuzerus Historicorum Graecc. antiquiss. fragmm. p. 3 s. Cf. Dahlmanni Herodot. p. 113. *Kr.*]	
Anaximenes floruit. — *ἤκμασε περὶ ἔτος πρῶτον τῆς πεντηκοστῆς ὀγδόης ὀλυμπιάδος.* Origen. ap. Menag. ad Laert. II, 3. [Pseudo-Orig. philos. c. 7 p. 66. *Kr.*] Suidas: — *γέγονεν ἐν τῇ νε' ὀλυμπιάδι ἐν τῇ Σάρδεων ἁλώσει, ὅτε Κῦρος ὁ Πέρσης Κροῖσον καθεῖλεν.* Si numeros ad verum tempus *νη'* redigas	

A.C.n.	Archontes	Res gestae
		emendavit: *ἐμπρησθέντα, ὡς φ. οἱ Ἀλκμ. φυγ. ὑπὸ τῶν Πεισιστρατιδῶν ὑπέσχοντο* —, cl. Wesseling. ad Herod. V, 62. *Kr.*] Sed Herodotus II, 180 templum fortuito deletum esse testatur [*αὐτομάτως κατεκάη*]; novum aedificasse Amphictyones, adjuvisse Amasim, quamquam hujus majorem pulchritudinem Alcmaeonidis deberi confitetur V, 62: *οἱ Ἀλκμαιωνίδαι παρ' Ἀμφικτυόνων τὸν νηὸν μισθοῦνται τὸν ἐν Δελφοῖσι, τὸν νῦν ἐόντα τότε δὲ οὔκω, τοῦτον ἐξοικοδομῆσαι· οἷα δὲ χρημάτων εὖ ἥκοντες — τόν τε νηὸν ἐξεργάσαντο τοῦ παραδείγματος κάλλιον κ. τ. λ.*
547	Ol. 58, 2.	
546	Ol. 58, 3.	*Sardes a Cyro* captae. Solin. I, 112: *Olympiade octava et quinquagesima Cyrus intravit Sardes.* „Quadraginta annis post Periandri mortem Ol. 58, 4." Sosicrates ap. Laert. I, 95. Dionysius tom. VI p. 820 Reisk.: *Ἡρόδοτος — ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς τῶν Λυδῶν δυναστείας μέχρι τοῦ Περσικοῦ πολέμου κατεβίβασε την ἱστορίαν, πάσας τὰς ἐν τοῖς τεσσαράκοντα καὶ διακοσίοις ἔτεσι γενομένας πράξεις — περιλαβών.* [Sed p. 774 *διακοσίοις καὶ εἴκοσι*, quod Scaliger ad Euseb. ann. MCCCXVIII defendit. *Kr.*] Hoc 240 annorum spatium quum a. C. 478 terminatum sit, primus Gygis annus est 718, ac proinde Croesi postremus 548. Plinius H. N. XXXV, 8: *Candaules interiit, ut quidam tradunt, eodem anno quo Romulus.* Secundum Varronis aeram Romanam, Romulus mortem obiit 717 a. C. n. Itaque ex hac computatione Candaules anno diutius regnaverit quam e Dionysii ratione. Atque postremum Croesi annum habemus 545 aut 547 aut 548. (Uberius hunc locum tractavimus in *Appendice* c. 17 *de Lydiae regibus.*) Croesus patre moriente annos habuit 35; Herodot. I, 26; regnavit-

PHILOSOPHI etc.	POETAE.
et *γέγονεν floruit* interpretere, Suidas cum Origene consentit. [V. tamen quae ad Append. c. XXI de Anaximene addentur. *Kr.*] Propter errorem aut corruptionem Laertii II, 3 neque quo anno natus neque quo mortuus sit Anaximenes definire licet. Sed magistro usus est *Anaximandro* [quod tamen dubitat Ritter. l. l. p. 23 s. *Kr.*]; — Laert. II, 3: *ἤκουσεν Ἀναξιμάνδρου.* [*ejus auditor Anaximenes.* Cic. Ac. II, 37. *Kr.*] Euseb. Praep. X, 14 p. 504, a: *Ἀναξιμάνδρου γνώριμος ἐγένετο.* Suid.: *μαθητὴς καὶ διάδοχος Ἀναξιμάνδρου.* — ac proinde floruit Ol. 58. Ejus discipulus fuit *Anaxagoras;* — Laert. II, 6: *Ἀναξαγόρας ἤκουσεν Ἀναξιμένους.* Clem. Strom. I p. 301, a: *Ἀναξίμανδρος Θαλῆν διαδέχεται· τοῦτον δὲ Ἀναξιμένης· μεθ' ὃν Ἀναξαγόρας.* Cic. Nat. Deor. I, 11: *Anaxagoras qui accepit ab Anaximene disciplinam.* Strabo XIV p. 645, d: *Ἀναξαγόρας Ἀναξιμένου ὁμιλητὴς τοῦ Μιλησίου.* — ac proinde ad Ol. 74 vixerit necesse est. *Cf. ann.* 580.	
Anaximandri aetatis an. 64. *Ἀπολλόδωρός φησιν αὐτὸν ἐν τοῖς χρονικοῖς τῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς πεντηκοστῆς ὀγδόης ὀλυμπιάδος ἐτῶν εἶναι ἑξήκοντα τεσσάρων καὶ μετ' ὀλίγον τελευτῆσαι, ἀκμάσαντά πη μάλιστα κατὰ Πολυκράτην τὸν Σάμου τύραννον.* Laert. II, 2. Itaque natus erat a. C. 610. [Consentit Euseb.: *Ol.* 51, 2. „*Anaximander Milesius physicus agnoscitur.*“ *Kr.*] Thale magistro suo 29 annis minor fuit. Sed quum Polycrates, cujus temporibus floruisse dicitur, regno potitus sit a. C. 532, hic in mortis tempore notando (*μετ' ὀλίγον*) erratum videtur, nisi forte statuendum est intelligi *majorem* Polycratem, qui Ol. 54 floruit et de quo loquitur Suidas v. *Ἴβυκος.*	
Thales (aet. 90, Sosicrat. 94, Apollodor.) adhuc vivus Croeso cum Persis bellante. Herod. I, 75. Secundum Sosicratem mortem obiit Ol. 58. — *τελευτῆσαι ἐπὶ τῆς πεντηκοστῆς ὀγδόης ὀλυμπιάδος.* Laert. I, 38. Potuit Lydio bello superstes esse et tamen Ol. 58 excedere. Ejus aetatem alii aliter constituunt. Lucian. Macrob. c. 18: *Σόλων καὶ Θαλῆς καὶ Πιττακὸς - ἑκατὸν ἕκαστος ἔζησεν ἔτη.* Euseb. Scaligeri ad Ol. 35, 1: *λέγεται ζῆσαι ὑπὲρ τὰ ρ'.* Id. ad Ol. 57, 3: *ἀπέθανε ζήσας ἔτη στά'.* Laert. I, 38: *ἐτελεύτησε δ' ἐτῶν ἑβδομήκοντα ὀκτώ, ἤ, ὡς Σωσικράτης φησίν, ἐνενήκοντα.* Laert. I, 38. *Septuaginta octo* anni natum facerent 624 aut mortuum 559, quorum prius omnibus de ejus natali tempore testimoniis, posterius Herodoto I, 75 repugnat. Probabile est igitur leg. esse: — *ἐνενή-*	*Hipponax* — *Ἱππώναξ πατρὸς Πύθεω καὶ μητρὸς Πρωτίδος, Ἐφέσιος, ἰαμβογράφος, ὤκησε δὲ Κλαζομενάς.* Suid. — floruit Croesi et Cyri temporibus: *ἀφ' οὗ Κῦρος ὁ Περσῶν βασιλεὺς Σάρδεις ἔλαβε καὶ Κροῖσον . . . . (ἦν δὲ) καὶ Ἱππώναξ κατὰ τοῦτον ὁ ἰαμβοποιός.* Marm. Par. n. 43. Quod satis consentit cum Plinii testimonio, ex quo Hipponax Ol. 60 fuit. *Cf. a.* 539.

A.C.n.	Archontes	Res gestae
		que annos 14; Id. I, 68. Si cladem ejus assignamus a. 546, sequitur eum natum fuisse 595, patri mortuo successisse 560. Natus est 22do Alyattis, extremo Cyaxaris Mediae regis anno.
545	Ol. 58, 4.	
544	Ol. 59, 1.	
543	Ol. 59, 2.	
542	Ol. 59, 3.	
541	Ol. 59, 4.	
540	Ol. 60, 1.	
539	Ol. 60, 2.	

PHILOSOPHI etc.	POETAE.
κοντα ὀκτώ, ἤ, ὡς Σ. φ. ἐνενήκοντα, ut ejus aetas 100, 98, 91, 90 annorum posita fuerit. Itaque nec quando natus sit nec quamdiu vixerit accurate definire licet. Si 20 aut 21 annos vixit, natus est 636; si 98 aut 100, ad a. 542 aut 540 vitam produxit.	
Pherecydes Syrius floruit — *γέγονε κατὰ τὴν πεντηκοστὴν ἐννάτην ὀλυμπιάδα.* Laert. I, 121 —, Servii Tullii aequalis. — *Meo regnante gentili.* Cic. Tusc. I, 16. Suidas: *Φερεκύδης Βάβιος Σύριος (ἔστι δὲ νῆσος μία τῶν Κυκλάδων ἡ Σύρος, πλησίον Δήλου)· γέγονε δὲ κατὰ τὸν τῶν Λυδῶν βασιλέα Ἀλυάττην, ὡς συγχρονεῖν τοῖς ἑπτὰ σοφοῖς καὶ τετέχθαι περὶ τὴν μέ ὀλυμπιάδα. διδαχθῆναι δὲ ὑπ' αὐτοῦ Πυθαγόραν λόγος.* — *Γέγονεν* apud Suidam fortasse interpretandum est: *natus est.* Natus est a. 600, decimo octavo Alyattis anno; atque hoc tempore 56 annos habuit. *Bias Prienensis* nondum excesserat quum Persae Ioniam expugnarunt; Herod. I, 170; quod factum 544—539. Bias ab aequali suo Hipponacte memoratus est: *καὶ δικάζεσθαι Βίαντος τοῦ Πριηνέως κρέσσων.* Laert. I, 84. Strabo XIV p. 636, d. Suid. *Βίαντος Πρ. δ.*	*Theognis Megarensis* floruit, Ol. 59. *Θέογνις Μεγαρεὺς - γεγονὼς ἐν τῇ νϑ' ὀλυμπιάδι.* Suid. Quum Medico bello superstes fuerit [490], censueris eum Ol. 59 potius *natum fuisse*, quam *floruisse.* Sed magnae auctoritatis testimonia ut verbum altera sententia accipiatur cogunt. Cyrill. adv. Iulian. I p. 13, a: *πεντηκοστῇ ὀγδόῃ ὀλυμπιάδι Θέογνις ὁ ποιητὴς ὠνομάζετο.* Id. VII p. 225: *πεντηκοστῇ καὶ ὀγδόῃ ὀλυμπιάδι Φωκυλίδης καὶ Θέογνις ἐγενέσθην.* Eusebius: *Ol.* 58, 1. *Theognis floruit.* Suidas: *Φωκυλίδης Μιλήσιος, φιλόσοφος, σύγχρονος Θεόγνιδος· ἦν δὲ ἕκάτερος μετὰ χμιζ' ἔτη τῶν Τρωϊκῶν.* (a. C. 1184 — 647 = 537.) *γεγονότες ὀλυμπιάδι νϑ'. Φωκυλίδ.* His rationibus a. 490 ferme nonaginta annos natus fuisse statuitur. Harpocratio (v. *Θέογνις*) contra Platonem Leg. I p. 630, a Theognidem Megaris *τοῖς πρὸς τῇ Ἀττικῇ* oriundum fuisse pugnat. Hanc quaestionem accurate exposuit et bene diiudicavit Corsini ad Ol. 58.
Pythagoras ἤκμαζε κατὰ τὴν ἑξηκοστὴν ὀλυμπιάδα. Laert. VIII, 45. Sunt hic de Pythagorae aetate duae rationes fere 40 annis diversae: ex altera 539 a. C. n. 31 annos habebat; ex altera prope 70. Posterior ratio Eratosthenis auctoritate ap. Laert. VIII, 47 nititur, qui Pythagoram ludis Olympicis 588 a. C. n. *ἐν παισὶν* nomen suum professum esse statuit, atque Antilochi testimonio ap. Clem. Strom. I p. 306, qui ad a. 270 a Pythagorae *ἡλικίᾳ* 312 annos numerat. Hos auctores sequuti Bentleius et Larcherus natum esse statuunt 608 aut 605. Altera ratio Aristoxeni ap. Porphyr. et Iamblichi testimoniis nititur. Secundum Aristoxenum 40mo aetatis anno Samum reliquit, regnante Polycrate, secundum Iamblichum 513 a. C. 57 annos habebat. Inde natum esse efficitur 570, quam rationem amplexus est Dodwell. *Cf. ann.* 510. 472. [V. Meiners Gesch. der Wis-	*Hipponax* floruit — *Hipponactis poetae aetate, quem certum est LX Olympiade fuisse.* Plin. H. N. XXXVI, 5. *Cf. an.* 546. *Ibycus* floruit, *Ol.* 60, 1 *Hibicus* (sic) *carminum scriptor agnoscitur.* Euseb. Iam viginti annis ante notus erat, Cyri regni initio. *Cf. an.* 560. Cyrill. adv. Iulian. I p. 13, a eum Ol. 59 fuisse statuit: *πεντηκοστῇ ἑνάτῃ ὀλυμπιάδι Ἴβυκος ὁ μελοποιός.*

A.C.n.	Archontes	Res gestae
538	Ol. 60, 3.	*Babylon* a Cyro capta: N. A. 210. Syncell. p. 207, c: ὁ μαθηματικὸς κανὼν ϑ' μόνον ἔτη Κύρῳ νέμει. p. 231, c: τῷ δὲ Κύρῳ ὁ αὐτὸς ἀστρονομικὸς κανὼν ϑ' μόνα λογίζεται. p. 261, c: εὗρον Κῦρον τὸν πρῶτον βασιλέα Περσῶν ἐν τοῖς ἀπὸ Ναβονασάρου καταγομένοις ἐπὶ Ἀλέξανδρον ἔτεσιν ἐννέα μόνον ἔτη βασιλεύσαντα Περσῶν ἐν πᾶσι τοῖς ἀκριβέσι κανονίοις. Huic rationi consentiunt Herodotus et Xenophon. Uterque Cyrum Sardibus captis ceterisque subactis Babylona expugnasse tradit. Herodotus I, 178: Κῦρος δὲ ἐπεὶ τὰ πάντα τῆς Ἠπείρου ὑποχείρια ἐποιήσατο — Ἀσσυρίοισι ἐπετίθετο. Secundum Xenophontem Sardibus captis (Cyrop. VII, 2) et expeditione in Cariam facta (VII, 4) ac Phrygia minore ab Hystaspe domita (VII, 4, 8) προιὼν τὴν ἐπὶ Βαβυλῶνος κατεστρέψατο κ. τ. λ. VII, 4, 16.
537	Ol. 60, 4.	
536	Ol. 61, 1.	
535	Ol. 61, 2.	
534	Ol. 61, 3.	
533	Ol. 61, 4. *Thericles.* Dionys. Ant. IV p. 745 Reisk. Diod. fragm. lib. IX, t. IV p. 49 Bip.	
532	Ol. 62, 1.	*Ol.* 62, 1. *Apud Samum tyrannidem exercent tres fratres, Polycrates, Sylus* (sic) *et Pantagnostus.* Euseb. Polycrates Lygdamidis auxilio usus est: μεταπεμψάμενος παρὰ Λυγδάμιδος τοῦ Ναξίων τυράννου στρατιώτας. Polyaen. I, 23, 2. Lygdamis a Pisistrato tertium Athenis potito Naxi tyrannus factus erat. Herod. I, 64: Πεισί-

PHILOSOPHI etc.	POETAE.
senschaften in Griechenl. u. Rom t. I p. 304 — 372, qui postquam copiose aliorum rationes exposuit expositasque refutavit, ipse Pythagoram aliquot annis ante Ol. 50 natum esse, aliquot annis ante Ol. 60 in Italiam venisse, ineunte Ol. 69 vel exeunte 68 mortem obiisse probare instituit. Adde Bernhard. Eratosthen. p. 255 et H. Ritter. Gesch. d. Pythag. Philos. p. 3 ss. et I. M. Schultz. Appar. ad annales critt. rer. Gr. p. 32 s. *Kr.*]	
Xenophanes Colophonius floruit. *ἤκμαζε κατὰ τὴν ἑξηκοστὴν ὀλυμπιάδα.* Laert. IX, 20. *Ol.* 60, 3. [*Simonides Lyricus*] *et Phocylides clari habentur et Xenophanes* —. Euseb. Xenophanem jam nominaverat Ol. 56, 1 [556]. *Xenophanes Eleaticorum princeps* [Cic. Ac. II, 42. *Kr.*] aequalis erat *Thaletis*; *Anaximandri* et *Pythagorae* atque Parmenidis magister. Plato Sophista p. 242, d: *τὸ Ἐλεατικὸν ἔθνος ἀπὸ Ξενοφάνους καὶ ἔτι πρόσθεν ἀρξάμενον.* [Sed v. ibi Heindorf. p. 366. *Kr.*] Clem. Strom. I p. 301, c: *τῆς Ἐλεατικῆς ἀγωγῆς Ξενοφάνης κατάρχει. — Παρμενίδης τοίνυν Ξενοφάνους ἀκουστὴς γίνεται· τοῦτον δὲ Ζήνων. εἶτα Λεύκιππος· εἶτα Δημόκριτος.* Aristot. Metaphys. I, 5 p. 846, e: *Ξενοφάνης — ὁ γὰρ Παρμενίδης τούτου λέγεται μαθητής.* Laert. IX, 18: *ὡς Σωτίων φησὶ κατ' Ἀναξίμανδρον ἦν· ἀντιδοξάσαι τε λέγεται Θαλῆ καὶ Πυθαγόρᾳ.* De Xenophanis tempore aliter notata v. a. 527. 477.	
	Thespis primum tragoedias dedit. *Θέσπις, Ἰκαρίου πόλεως Ἀττικῆς, τραγικὸς — ἐδίδαξε δὲ ἐπὶ τῆς πρώτης καὶ ξ' ὀλυμπιάδος.* Suid. *Θέσπις.* Marmor Par. No. 44, ubi numeri oblitterati sunt, fabulas docuisse ponit inter Sardium expugnationem (No. 43) et tempus quo Darius rerum potitus est (No. 45), quod Suidas posuit tempus confirmans.
Pythagoras floruit. *ἐπ' ἄρχοντος Ἀθήνησι Θηρικλέους κατὰ τὴν ξα' ὀλυμπιάδα Πυθαγόρας ὁ φιλόσοφος ἐγνωρίζετο. — γέγονε δὲ Σάμιος τὸ γένος.* Diod. fragm. l. IX t. IV p. 49 s. Bip.	

A.C.n.	Archontes	Res gestae
		στρατος τὸ τρίτον σχὼν Ἀθήνας ἐῤῥίζωσε τὴν τυραννίδα. καὶ — Νάξον — κατεστρέψατο πολέμῳ καὶ ἐπέτρεψεν Λυγδάμι. Pisistratus Athenas tertium recepit circiter 537. *V. Append. c. 2 de Pisistratidis.* Lygdamis igitur Polycratem non potuit adjuvare ante hoc tempus: id quod Eusebii rationem confirmat. Herod. III, 39. 120. Polycratem rerum potitum esse paucis tradit, nulla tamen temporis nota addita. [Cf. Schultz. Appar. ad ann. critt. p. 30 ss. *Kr.*]
531	Ol. 62, 2.	
530	Ol. 62, 3.	
529	Ol. 62, 4.	*Cyri* obitus: aer. Nabonass. 218. nonum post annum quam Babylon capta est. *Cf. an.* 538. Ptolemaei canonem in Cyri mortis anno constituendo confirmat Herodotus. Nam ab hoc facto ad tempus quo Xerxes rerum potitus est [485], annos 44 fuisse dicit. *Cf. an.* 521. Cyrus triginta annos Persarum rex fuerat Iustin. I, 8, 14: *Cyrus regnavit annos triginta.* Dinon apud Cic. Div. I, 23: *Triginta annos Cyrum regnaturum, — quod ita contigit: nam ad septuagesimum pervenit, cum quadraginta natus annos regnare coepisset.* — aut undetriginta secundum Herodotum I, 214: *βασιλεύσας τὰ πάντα ἑνὸς δέοντα τριάκοντα ἔτεα.* Secundum Sulpicium Severum II, 13 p. 281 Cyrus 31 annos regnavit: *Cyrus uno et triginta annis rerum potitus est:* ubi Wesselingius ad Herod. I, 114 *undetriginta* emendat: *Bene pro mente Herodoti Sulpicius Severus: „Cyrus undetriginta annis rerum potitus est.“ Sic enim scripsisse videtur. In edd. uno et triginta.* Sed fortasse Sulpicius cum aliis qui res sacras scripserunt unum et viginti annos computavit: *ἅπανταχοῦ γὰρ λά΄ ἔτος κεῖται βασιλεύσας παρὰ τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ἱστορικοῖς.* Syncell. p. 261, c.
528	Ol. 63, 1.	
527	Ol. 63, 2.	*Pisistrati* obitus: 33mo anno postquam primum rerum potitus erat. Aristot. Polit. V, 12 [c. 9, 23 ed. Schn.]: *ἐν ἔτεσι τριάκοντα καὶ τρισὶν ἑπτακαίδεκα ἔτη ἐτυράννησε.* Thuc. VI, 54: *Πεισιστράτου γηραιοῦ τελευτήσαντος ἐν τῇ τυραννίδι — Ἵππίας πρεσβύτατος ὢν ἔσχε τὴν ἀρχήν. V. Append. c. 2 de Pisistratidis.*

PHILOSOPHI etc.	POETAE.
Pythagoras floruit, *κατὰ Πολυκράτην τὸν τύραννον, περὶ τὴν ἑξηκοστὴν δευτέραν ὀλυμπιάδα.* Clem. Strom. I p. 302, b: *ἑξηκοστῇ δευτέρᾳ ὀλυμπιάδι Πυθαγόρας γενέσθαι λέγεται.* Cyrill. Iulian. I p. 13, a. Fortasse uterque sua a Tatiano mutuatus est, qui p. 141: *Πυθαγόρας περὶ ξβ'.* Pythagoram omnia testimonia Polycratis aequalem faciunt. Plutarch. de decretis philos. I, 3: *μετέστη ἀπὸ Σάμου τῆς πατρίδος τῇ Πολυκράτους τυραννίδι δυσαρεστήσας.* Strabo XIV p. 638, b: *Πολυκράτην — ἐπὶ τούτου δὲ καὶ Πυθαγόραν ἱστοροῦσι φυομένην ἰδόντα τὴν τυραννίδα ἐκλιπεῖν τὴν πόλιν καὶ ἀπελθεῖν εἰς Αἴγυπτον καὶ Βαβυλῶνα — ἐπανιόντα δ' ἐκεῖθεν ὁρῶντα ἔτι συμμένουσαν τὴν τυραννίδα πλεύσαντα εἰς Ἰταλίαν ἐκεῖ διατελέσαι τὸν βίον.*	*Anacreon* floruit. Euseb. *Ol.* 62, 1. (ed. Scalig.) [Ol. 61, 3 ed. Pontac.] *Anacreon lyricus poeta agnoscitur.* Aequalis erat *Cyri*, *Cambysis* et *Polycratis Samii.* *Ἀνακρέων Τήϊος, λυρικὸς — γέγονε κατὰ Πολυκράτην τὸν Σάμου τύραννον ὀλυμπιάδι νβ' (leg. ξβ'). οἱ δὲ ἐπὶ Κύρου καὶ Καμβύσου τάττουσιν αὐτὸν κατὰ τὴν κε' (leg. νε') ὀλυμπιάδα.* Suid. *Ἀνακρ.* Itaque alii eum Ol. 55, Cyri regni initio, alii Ol. 62 Polycrate regnante fuisse tradiderunt. Utrique consentiunt, quoniam 85 annos vixit. *Ἀνακρέων ὁ τῶν μελῶν ποιητὴς ἔζησεν ἔτη πέντε καὶ ὀγδοήκοντα.* Lucian. Macrob. c. 25. De Anacreonte et Polycrate v. Herod. III, 121. [Cf. Schultz. Appar. ad ann. critt. p. 23. *Kr.*]
Xenophanes 92 annos natus fuerit (v. ipsius versus ap. Laert. IX, 19) Ol. 63, secundum Apollodorum. Clem. Strom. I p. 301: *Ἀπολλόδωρός (φησι) κατὰ τὴν μ' ὀλυμπιάδα (619) γενόμενον παρατετακέναι ἄχρι τῶν Δαρείου τε καὶ Κύρου χρόνων.* [Ibi *τὴν ν' ὀλ.* legendum esse bene conjicit H. Ritter. Ita demum recte Ol. 60, 3 floruisse dici	

A.C.n.	Archontes	Res gestae
526	Ol. 63, 3.	
525	Ol. 63, 4.	*Cambyses* Aegyptum obtinet, quinto regni sui anno: *Ol.* 63, 3. *Cambyses obtinuit Aegyptum anno quinto regni sui.* Euseb. — post sex menses quam *Amasis* excesserat; Herod. III, 14; qui Ol. 63, 3 [$52\frac{5}{6}$] mortem obiit. Diod. I, 68. Hae temporis notae concurrunt in a. 525. Lacedaemoniorum bellum cum Polycrate Samio: *Καμβύσεω ἐπ' Αἴγυπτον στρατευομένου.* Herod. III, 39. 44. Thucydides navalem Polycratis potentiam ad Cambysis regnum refert I, 13: *Πολυκράτης Σάμου τυραννῶν ἐπὶ Καμβύσου ναυτικῷ ἰσχύων ἄλλας τε τῶν νήσων ὑπηκόους ἐποιήσατο καὶ Ῥήνειαν κ. τ. λ.*
524	Ol. 64, 1. *Miltiades.* Dionys. Ant. VII p. 1316 R.	
523	Ol. 64, 2.	
522	Ol. 64, 3.	*Polycrates* necatus esse traditur: *κατά κου μάλιστα τὴν Καμβύσεω νοῦσον.* Herod. III, 120.
521	Ol. 64, 4.	*Cambyses* moritur: *βασιλεύσας μὲν τὰ πάντα ἑπτὰ ἔτεα καὶ μῆνας πέντε.* Herod. III, 66. *ὁ μὲν δὴ μάγος τελευτήσαντος Καμβύσεω ἀδεῶς ἐβασίλευσε μῆνας ἑπτὰ τοὺς ἐπιλοίπους Καμβύσῃ ἐς τὰ ὀκτὼ ἔτη τῆς πληρώσιος.* Id. 67. *Δαρεῖος βασιλεύσας τὰ πάντα ἓξ τε καὶ τριήκοντα ἔτεα ἀπέθανε.* Herod. VII, 4. Herodotus a Cyri morte ad Xerxis regni initium 44 annos computat. Consentit Canon — *Κύρου ἔτη θ'.* N. A. 210 — 218. *Καμβύσου ἔτη η'.* N. A. 219 — 226. *Δαρείου ἔτη λστ'.* N. A. 227 — 262. Apud Syncell. p. 208. Et Eusebius Praep. X, 9. *Δαρείου τὸ δεύτερον κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος τῆς ξε' ὀλυμπιάδος* [520] *καταντᾷ.*
520	Ol. 65, 1.	[*Τῶν ὁπλιτῶν ὁ δρόμος ἐδοκιμάσθη ἐπὶ τῆς πεμπτῆς Ὀλυμπιάδος καὶ ἑξηκοστῆς.* Pausan. V, 8, 3. *Kr.*]

PHILOSOPHI etc.	POETAE.
potuit. *Cf. an.* 538, 3. *Kr.*] Apollodorum sequitur Sextus Empiricus adv. Gramm. I, 12 p. 270: *Ξενοφάνης Κολοφώνιος ἐγένετο περὶ τὴν μ΄ ὀλυμπιάδα.* Haec natalis ejus temporis ratio eum 98 annos natum fecerit primo Darii regni anno. Sed Timaeus, Plutarchus et Athenaeus Xenophanem etiam Persici belli temporibus et Hierone regnante vixisse tradunt. *Cf. an.* 477.	
Pythagoras floruit. *Ol.* 63, 4. *Pythagoras physicus clarus philosophus habetur.* Euseb. Ex alia computatione 45, ex alia 80 annos habebat. *Cf. ann.* 539. 510. 472.	*Aeschylus* nascitur, quandoquidem 500 viginti quinque, 490 triginta quinque, 456 undeseptuaginta annos habuit. *Cf. ann.* 499. 456. [Adde Boeckh. de tragg. p. 47—50 et Hermanni opuscc. II p. 159 ss. *Kr.*] *Anacreon* et *Simonides* Athenas veniunt Hipparcho regnante. Plato Hipparch. p. 228, c: *Ἱππάρχῳ — ὃς ἐπ᾽ Ἀνακρέοντα τὸν Τήϊον πεντηκόντορον στείλας ἐκόμισεν εἰς τὴν πόλιν. Σιμωνίδην δὲ τὸν Κεῖον περὶ αὐτὸν ἀεὶ εἶχε μεγάλοις μισθοῖς καὶ δώροις πείθων.*
	Choerilus primum tragoedias docuit. *Χοιρίλος Ἀθηναῖος, τραγικός, ξδ΄ ὀλυμπιάδι καθεὶς εἰς ἀγῶνας. καὶ ἐδίδαξε μὲν δράματα πεντήκοντα καὶ ρ΄. ἐνίκησε δὲ ιγ΄.* Suidas *Χοιρίλλος.*
	[*Aeschylus* nascitur hoc anno secundum quosdam. V. Hermanni opuscc. II p. 159 ss. *Kr.*]
Hecataeus et Dionysius Milesius historici floruerunt: *Ἑκαταῖος Ἡγησάνδρου Μιλήσιος γέγονε κατὰ τοὺς Δαρείου χρόνους τοῦ μετὰ Καμβύσην βασιλεύσαντος, ὅτε καὶ Διονύσιος ἦν ὁ Μιλήσιος, ἐπὶ τῆς ξε΄ ὀλυμπιάδος, ἱστοριογράφος.* De Hecataeo v. a. [549 et] 501. *Pythagoras* rursus memoratur Ol. 65, 1 ab Euseb.	*Melanippides* floruit. *Μελανιππίδης Κρίτωνος, γεγονὼς κατὰ τὴν ξε΄ ὀλυμπιάδα, Μήλιος. Ἔγραψε δὲ διθυράμβων βιβλία πλεῖστα.* Suid. Ejus nepos, Melanippides minor, Perdicca regnante floruit [430]. — *Μελανιππίδης θυγατριδοῦς τοῦ πρεσβύτου — ὃς ἐν τῇ τῶν διθυράμβων μελοποιΐᾳ ἐκαινοτόμησε πλεῖστα, καὶ διατρίψας παρὰ Περδίκκᾳ τῷ βασιλεῖ*

A.C.n.	Archontes	Res gestae
519	Ol. 65, 2.	*Plataeenses* se in fidem Atheniensium tradunt: anno 93° — *ἔτει τρίτῳ καὶ ἐνενηκοστῷ* — priusquam Lacedaemoniis se dediderunt. Thuc. III, 68. Plataeenses hoc tempore *ἐδίδοσαν πρῶτα παρατυχοῦσι Κλεομένεΐ τε τῷ Ἀναξανδρίδεω καὶ Λακεδαιμονίοισι σφέας αὐτούς.* Herod. VI, 108. — eoque auctore ad Athenienses se converterunt. De *Cleomene v. Append. c. 3 de Spartae regibus.*
518	Ol. 65, 3.	
517	Ol. 65, 4.	
516	Ol. 66, 1.	
515	Ol. 66, 2.	(*Miltiades* Cimonis filius Stesagorae fratri in Chersoneso succedit; ante Hippiae mortem. Herod. VI, 39: *τελευτήσαντος Στησαγόρεω ἐνθαῦτα Μιλτιάδεα τὸν Κίμωνος, Στησαγόρεω τὸν τοῦ τελευτήσαντος ἀδελφεόν, καταλαμψόμενον τὰ πρήγματα ἐπὶ Χερσονήσου ἀποστέλλουσι τριήρεϊ οἱ Πεισιστρατίδαι — Μιλτιάδης τε δὴ ἴσχει τὴν Χερσόνησον, — καὶ γαμέει Ὀλόρου τοῦ Θρηΐκων βασιλῆος θυγατέρα Ἠγησιπύλην.* [Cf. Marcellin. vita Thuc. §. 3 ss. *Kr.*] Mansit in hoc imperio minimum viginti duo annos. *Cf. an.* 493.)
514	Ol. 66, 3.	*Hipparchi* obitus: Panathenaeorum magnorum tempore. Thuc. VI, 56. 57: *Περιέμενον Παναθήναια τὰ μεγάλα — καὶ ὡς ἐπῆλθεν ἡ ἑορτὴ — ὁ Ἁρμόδιος καὶ ὁ Ἀριστογείτων ἐς τὸ ἔργον προῆεσαν.* Herod. V, 56: *ἐν τῇ προτέρῃ νυκτὶ τῶν Παναθηναίων ἐδόκεε ὁ Ἵππαρχος, κ. τ. λ. — μετὰ δὲ ἀπειπάμενος τὴν ὄψιν ἔπεμπε τὴν πομπὴν ἐν τῇ δὴ τελευτῇ,* Itaque Hipparchus interfectus est Hecatombaeone i. e. Iulio v. Augusto, arguente Panathenaeorum tempestate, quae Hecatombaeone tertii Olympiadis cuiusque anni celebrata sunt.
513	Ol. 66, 4.	Primus *Hippiae* annus, completus Hecatombaeone s. Iulio a. 513.

PHILOSOPHI etc.	POETAE.
Chron. Sedem fixit in Italia Superbo regnante. Cic. Tusc. I, 16: *Pythagoras quum Superbo regnante in Italiam venisset, tenuit magnam illam Graeciam* et q. s. Id. IV, 1: *Pythagoras, qui fuit in Italia temporibus iisdem quibus Brutus patriam liberavit.* [Cf. Liv. I, 18 et Commentatt. m. p. 262, n. *Kr.*] Gell. XVII, 21, 6: *In Italiam venit Tarquinii filio regnum obtinente, cui cognomentum Superbus fuit; iisdemque temporibus occisus est Athenis ab Harmodio et Aristogitone Hipparchus Pisistrati filius.* Quae temporis notatio si accurate accipitur in a. 514 incurrit.	ἐκεῖ τὸν βίον κατέστρεψεν. Suid. — Eratque posterior quam *Diagoras Melius*, qui Ol. 78 floruit. *Cf. a.* 466, 3.
	Cratinus comicus nascitur; quandoquidem mortuus est 422, ἑπτὰ πρὸς τοῖς ἐνενήκοντα βιώσας ἔτη. Lucian. Macrob. c. 25. *Cf. ann.* 423. 422. [Cf. Meinek. Quaestt. Scen. I p. 14. *Kr.*]
	Pindarus nascitur: Ol. 65. — γεγονὼς κατὰ τὴν ξέ ὀλυμπιάδα. Suid. Πίνδαρ. — Pythiorum tempore: — Πίνδαρος ἐν Πυθίοις γενόμενος. Plutarch. Symp. VIII, 1 — et circiter quadraginta annis ante Xerxis expeditionem: κατὰ τὴν Ξέρξου στρατείαν ὢν ἐτῶν τεσσαράκοντα. Itaque natus est Augusto aut Septembri mense 518. [Boeckh. tamen Pind. II, 1 p. 14 Ol. 64, 3 natum esse probat. *Kr.*] *Cf. an.* 480.

A.C.n.	Archontes	Res gestae.
512	Ol. 67, 1.	Secundus *Hippiae* annus.
511	Ol. 67, 2.	Tertius *Hippiae* annus Hecatombaeone a. 511.
510	Ol. 67, 3.	*Pisistratidae* exacti: antequam quartus Hippiae annus completus fuit. Herod. V, 55: *ἐτυραννεύοντο Ἀθηναῖοι ἐπ' ἔτεα τέσσερα οὐδὲν ἧσσον.* Thuc. VI, 59: *τυραννεύσας ἔτη τρία Ἱππίας ἔτι Ἀθηνῶν καὶ πανθεὶς ἐν τῷ τετάρτῳ.* Plato Hipparch. p. 229, b: — *τρία ἔτη* — Schol. Lysistr. 619: — *ἐπὶ ἔτη γ', οἱ δὲ δ'.* — ideoque ante *Hecatombaeonem* s. Iulium a. 510; et tamen viginti annis ante pugnam Marathoniam; Thuc. VI, 59: *ἐς Μαραθῶνα ὕστερον ἔτει εἰκοστῷ μετὰ Μήδων ἐστράτευσεν.* Proinde non ante *Boëdromionem* s. Septembrem. Haec ut inter se concilientur, statuendum est aliquamdiu inter factiones pugnatum esse. Hippias imperio privatus est ante Hecatombaeonem; sed abiit Athenis (*ἐχώρει ὑπόσπονδος* Thuc. VI, 59) demum post Boëdromionem. Pisistratidae expulsi sunt octodecim annis post Pisistrati mortem, — (*ὀκτωκαίδεκα οἱ παῖδες.* Aristot. Polit. V, 9, 23. Schn.) et circiter centum annis — (*ἔτει ἑκατοστῷ μάλιστα.* Thuc. VIII, 68) — ante *Quadringentorum* virorum imperium. *Cf. a.* 411. *V. Append. c.* 2 *de Pisistratidis.* *Amyntas* tunc rex erat Macedoniae. Herod. V, 94: *Ἱππίᾳ — ἐδίδου μὲν Ἀμύντης ὁ Μακεδὼν Ἀνθεμοῦντα.*
509	Ol. 67, 4.	
508	Ol. 68, 1. *Isagoras.* Dionys. I p. 190. V, p. 844 R. Marm. Par. No. 47.	
507	Ol. 68, 2.	
506	Ol. 68, 3.	
505	Ol. 68, 4.	
504	Ol. 69, 1. *Acestorides.* Dionys. Ant. V p. 927. (*τὸ δεύτερον.*)	

PHILOSOPHI etc.	POETAE.
	Phrynichus tragicus — *Φρύνιχος Πολυφράδμονος, Ἀθηναῖος, τραγικός, μαθητὴς Θέσπιδος· — ἐνίκα ἐπὶ τῆς ξζ΄ ὀλυμπιάδος.* Suid. Eudocia eundem numerum habet p. 428. Floruit ante Aeschylum. Schol. Aristoph. Ran. 941: *Φρύνιχον τὸν τραγῳδίας ποιητήν. τοῦτον δὲ ἐπαινοῦσιν εἰς τὴν μελοποιίαν. ἦν δὲ πρὸ Αἰσχύλου.*
Pythagoras quo tempore Tarquinius ejectus est 96 annos habuit, secundum Eratosthenem et Antilochum: mortuus est 99 annos natus, paulo post. Eratosthenes apud Laert. VIII, 47: *Ἐρατοσθένης δέ φησι τοῦτον εἶναι τὸν πρῶτον ἐντέχνως πυκτεύσαντα, ἐπὶ τῆς ὀγδόης καὶ τεσσαρακοστῆς ὀλυμπιάδος· — ἐκριφθῆναί τε ἐκ τῶν παίδων καὶ αὐτίκα προσβῆναι πρὸς τοὺς ἄνδρας καὶ νικῆσαι.* Antilochus apud Clem. Strom. I p. 309, b: *Ἀντίλοχος ὁ τοὺς ἱστορας πραγματευσάμενος ἀπὸ τῆς Πυθαγόρου ἡλικίας ἐπὶ τὴν Ἐπικούρου τελευτήν, Γαμηλιῶνος δὲ δεκάτῃ γενομένην, ἔτη φέρει τὰ πάντα τριακόσια δώδεκα. Cf. a.* 539. Ex aliis testimoniis Pythagoras nunc 60 annos natus fuit; ac si 99 annos vixit, superstes fuerit 472. *Cf. a.* 472. Sed tametsi eius natale tempus prorsus incertum est, tamen consentiunt auctores eum floruisse 540 — 510, Polycratis et Tarquinii Superbi temporibus.	*Telesilla* Argiva, poetria — *Τελέσιλλα ἡ ποιήσασα τὰ ᾄσματα.* Pausan. II, 20, 7 — floruit *Cleomenis et Demarati* Spartae regum temporibus, celebrata quod Argos defenderat eo bello quod enarrat Herodot. VI, 75 — 83. Plutarchus Virt. mul. p. 245, d. e: *ὁ πρὸς Κλεομένην περὶ Ἄργους ἀγών, ὃν ἠγωνίσαντο Τελεσίλλης τῆς ποιητρίας προτρεψαμένης· — ἡγουμένης δὲ τῆς Τελεσίλλης ὅπλα λαμβάνουσιν (αἱ γυναῖκες)· τὸν μὲν οὖν Κλεομένην ἀπεκρούσαντο, τὸν δὲ ἕτερον βασιλέα Δημάρατον — ἐξέωσαν.* Pausanias II, 20, 7: *ἦν δὲ ἡ Τελέσιλλα καὶ ἄλλως εὐδόκιμος καὶ μᾶλλον ἐτιμᾶτο ἔτι ἐπὶ τῇ ποιήσει· συμβάντος δὲ Ἀργείοις ἀτυχῆσαι πρὸς Κλεομένην τὸν Ἀναξανδρίδου, — Τελέσιλλα τὰς ἀκμαζούσας ἡλικίᾳ τῶν γυναικῶν ὥπλιζεν.* Rem confirmat Herodotus VI, 77 memorato oraculo cui occasionem dedit. Cf. Suid. v. *Τελέσιλλα.* Male Plutarchi testimonium reddit Fabric. B. Gr. lib. II. c. 15 qui Telesillam Cleomene III regnante [236] viguisse ab eo traditum esse statuit. Sed Plutarchus quum Demaratum nominet, de tempore plane consentit cum Pausania. Eusebius Telesillae Ol. 82, 2 [450] assignat, fere quinquaginta annis aberrans. Quo tempore Telesilla floruit Argivi *ἤκουον μουσικὴν εἶναι Ἑλλήνων πρῶτοι.* Herod. III, 131.
	Instituitur *χορὸς ἀνδρῶν. — Ἀφ᾽ οὗ χοροὶ πρῶτον ἠγωνίσαντο ἀνδρῶν, ὧν διδάξας Ὑπο . . . κος Χαλκιδε . . ἐνίκ . . . ἔτη ΗΗΗΔΔΔ . . . . . ἄρχοντος Ἀθήνησι . . σαγόρου.* Mar. Par. No. 47.
Charon Lampsacenus — Χάρων ὁ Πύθεω, Λαμψακηνός. Pausan. X, 38, 6 — floruit. Vetustioribus historicis annumeratur a Dionysio De Thuc. p. 769. 817 R.; prior Herodoto. Tertullian. de	

A. C. n.	Archontes	Res gestae
503	Ol. 69, 2.	
502	Ol. 69, 3.	
501	Ol. [illegible], 4.	Bellum Naxium: verno tempore, ἅμα τῷ ἔαρι. Herod. V, 31. Naxos quattuor menses obsessa est a Megabate et Aristagora. Herod. V, 34: ἐπολιόρκεον μῆνας τέσσερας. Infecta re Aristagoras ἐβουλεύετο μετὰ τῶν στασιωτέων, V, 36, decrevitque deficere, exercitu qui e Naxo reverterat etiamtum Myunte versante. — Μυοῦντα ἐς τὸ στρατόπεδον τὸ ἀπὸ τῆς Νάξου ἀπελθόν, ἐὸν ἐνταῦθα. Herod. V, 36. De eis quae ante Dario regnante gesta sunt, — de Samo expugnata, — de Babylone obsessa, — de Scythica expeditione, — *v. Append. c. 18 de regibus Persarum.*
500	Ol. 70, 1. *Myrus.* Dionys. Ant. V p. 961.	*Aristagoras* auxilium petit a Spartanis et Atheniensibus. Herod. V, 37. 38: ἐκ τοῦ ἐμφανέος ὁ Ἀρισταγόρης ἀπεστήκεε. καὶ — αὐτὸς ἐς Λακεδαίμονα τριήρεϊ ἀπόστολος ἐγίνετο. V, 55: ἀπελαυνόμενος δὲ ἐκ τῆς Σπάρτης ἦιε ἐς τὰς Ἀθήνας. V. 97. 98: Ἀθηναῖοι μὲν δὴ ἀναπεισθέντες ἐψηφίσαντο εἴκοσι νέας ἀποστεῖλαι βοηθοὺς Ἴωσι. Ἀρισταγόρης δὲ προπλώσας καὶ ἀπικόμενος ἐς τὴν Μίλητον ἐξευρὼν βούλευμα ἀπ᾽ οὗ Ἴωσι ἔμελλε οὐδεμίη ὠφελίη ἔσεσθαι — ἔπεμψε ἐς τὴν Φρυγίην ἄνδρα ἐπὶ τοὺς Παίονας. — V, 99: ἐπειδὴ δὲ οἱ Ἀθηναῖοι ἀπικέατο εἴκοσι νηυσὶ ἅμα ἀγόμενοι Ἐρετριέων πέντε τριηρέας — ἐποιέετο στρατηΐην ὁ

PHILOSOPHI etc.	POETAE.
anima c. 46: *Charon Lampsacenus Herodoto prior.* Suidas: *Χάρων — γενόμενος κατὰ τὸν πρῶτόν Δαρεῖον οϑ' ὀλυμπιάδι· (recte corrigunt ξϑ'.) μᾶλλον δὲ ἦν ἐπὶ τῶν Περσικῶν κατὰ τὴν οε' ὀλυμπιάδα.* [Cf. Creuzer. Hist. Gr. antiquiss. fragm. p. 89 ss. *Kr.*] *Cf. a.* 464.	
Heraclitus ἤκμαζε κατὰ τὴν ἐνάτην καὶ ἑξηκοστὴν ὀλυμπιάδα. Laert. IX, 1. Posterior fuit *Pythagora, Xenophane et Hecataeo*, quos memorat ib. De tempore consentit Suidas: *Ἡράκλειτος — ἦν ἐπὶ τῆς ξϑ' ὀλυμπιάδος, ἐπὶ Δαρείου τοῦ Ὑστάσπου.* Secundum Aristotelem mortem obiit sexagenarius — *ἐτελεύτα βιοὺς ἔτη ξ'.* Laert. IX, 3 cl. VIII, 52. *Parmenides* ἤκμαζε κατὰ τὴν ἐνάτην καὶ ἑξηκοστὴν' ὀλυμπιάδα. Laert. IX, 23. [ἑβδομηκοστὴν pro ἑξακοστὴν cum Scaligero emendatum vult Füllborn.: Beiträge z. Gesch. d. Philos. VI p. 12. ss. Cf. Schleiermacher. interpret. Plat. II p. 99 s. Mire Diog. IX, 21: *τοῦτον Θεόφραστος ἐν τῇ Ἐπιτομῇ Ἀναξιμάνδρου φησὶν ἀκοῦσαι. Cf. ad* Append. c. XXI ann. b. *Kr.*] Magistro usus erat *Xenophane: Ξενοφάνης — ὁ γὰρ Παρμενίδης τούτου λέγεται μαθητής.* Aristot. Metaphys. I, 5 p. 846, e instituitque *Empedoclem et Zenonem.* Suidas: *Παρμενίδης — Ἐλεάτης, φιλόσοφος· μαθητὴς γεγονὼς Ξενοφάνους τοῦ Κολοφωνίου· αὐτοῦ δὲ διάδοχοι ἐγένοντο Ἐμπεδοκλῆς τε καὶ Ζήνων ὁ Ἐλεάτης.* De *Parmenide v. Append. c.* 21.	*Lasus Hermionius*, Simonidis aequalis. Aristoph. Vesp. 1401. Schol. Vesp. 1402. — Pindari praeceptor erat. Thom. Mag. Vita Pind. (*Σκοπελῖνος*) *τὴν αὐλητικὴν διδάσκων τὸν Πίνδαρον, ἐπεὶ εἶδε μείζονος ἕξεως ὄντα, παρέδωκε Λάσῳ τῷ Ἑρμιονεῖ, μελοποιῷ, παρ' ᾧ τὴν λυρικὴν ἐπαιδεύθη.* Prior erat tempore quam Melanippides minor. Plutarch. Music. p. 1141, c: *Μελανιππίδης ὁ μελοποιὸς ἐπιγενόμενος.* Familiari usus est Xenophane; Plutarch. Mor. p. 530, f; floruit Hipparcho Athenis dominante; Herod. VII, 6; et Dario regnante. Schol. Vesp. 1401: *Λᾶσος Χαρβίνου Ἑρμιονεύς, γεγονὼς κατὰ τὴν νε' ὀλυμπιάδα, ὅτε Δαρεῖος ὁ Ὑστάσπου.* Scholiasten qui exscripsit Suidas *τὴν νη' ὀλυμπιάδα* habet (in ed. Küst.). Sed Ol. 55 vel 58 non congruunt cum Darii regno: quare Larcher. Chronol. Herod. p. 635 *ξη' ὀλ.* [508] emendat. Vossius, quum olim apud Suidam legeretur *τὴν η' ὀλ.*, coniecit *τὴν ο' ὀλ.* [500 a. C.]: quae rationes magis concinunt cum eis quae de Laso commemorantur.
Hecataeus historicus — *Ἑκαταῖος ὁ Ἡγησάνδρου, ἀνὴρ λογοποιός.* Herod. V, 125 — interfuit Ionum consilio 501. Herod. V, 36. Iterum memoratur tempore quo fugam capessivit Aristagoras, 497; Herod. V, 125; cui suasit *ἐν Λέρῳ τῇ νήσῳ τεῖχος οἰκοδομησάμενον ἡσυχίην ἄγειν, ἢν ἐκπέσῃ ἐκ τῆς Μιλήτου, ἔπειτα δὲ ἐκ ταύτης ὁρμεώμενον κατελεύσεσθαι ἐς τὴν Μίλητον.* Quod consilium Anaxagoras sequutus non est atque in Thracia periit. *Cf. a.* 497, 2.	
Anaxagoras nascitur. Aetas eius congruenter est constitutum. Laert. II, 7: *λέγεται κατὰ τὴν Ξέρξου διάβασιν εἴκοσιν ἐτῶν εἶναι, βεβιωκέναι δὲ ἑβδομήκοντα δύο.* Natus igitur 500, mortuus 428. — *φησὶ δὲ Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς χρονικοῖς γεγενῆσθαι αὐτὸν τῇ ἑβδομηκοστῇ ὀλυμπιάδι, τεθνηκέναι δὲ τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ὀγδοηκοστῆς ὀγδόης. (sic leg.)* Itaque etiam secundum hoc testimonium 500 natus est. Laert. ibid.: *ἤρξατο δὲ φιλοσο-*	*Epicharmus* comoediam perfecit in Sicilia, *multo* ante quam Chionides Athenis fabulas docuit. Aristot. Poet. c. 4 Bip. [III, 5 Herm.]: *Ἐπίχαρμος ὁ ποιητὴς — πολλῷ πρότερος ὢν Χιωνίδου καὶ Μάγνητος.* Ibid. c. 6 [V, 5]: *τοῦ μύθους ποιεῖν Ἐπίχαρμος καὶ Φόρμις ἦρξαν.* Pervexit fabulas dare Hierone regnante. *Cf. a.* 477. Epicharmus ad septimum et nonagesimum aetatis annum vixit; Lucian. Macrob. c. 25; aut ad nonagesimum. Laert.

A.C.n.	Archontes	Res gestae
		Ἀριστα γόρης ἐς Σάρδις. Charon Lampsacenus apud Plutarch. Mor. [de Herod. mal.] p. 861, d: εἴκοσι τριήρεσιν ἔπλευσαν ἐπικουρήσοντες τοῖς Ἴωσι. [„Olympiae institutus et Olymp. seq. ut videtur, coeptus rhedae mularis cursus. V. ad Pind. Schol. p. 118. sed cf. ad Ol. VI. Introd.“ *Boeckh.*]
499	Ol. 70, 2.	*Sardes* a Ionibus combustae. Primus annus Ionii belli. Herod. V, 99. 100: Ἀπικόμενοι οἱ Ἴωνες ἐς Ἔφεσον — ἀνέβαινον χειρὶ πολλῇ — ἐνθεῦτεν — αἱρέουσι Σάρδις. Persae Iones persequuti caedunt ad Ephesum. V, 102. Quo facto Athenienses socios deserunt. Herod. V, 103: Ἴωνες δὲ, τῆς Ἀθηναίων συμμαχίης στερηθέντες οὐδὲν δὴ ἧσσον τὸν πρὸς τὸν βασιλῆα πόλεμον ἐσκευάζοντο. Huius belli tempus solus recte constituit Dodwellus Ann. Thuc. p. 42. 43. Vulgo Naxium bellum et Ionum defectio quattuor annis prius quam debebant posita sunt, quum pro trium annorum spatio, quod inter Miletum captam et Datidis expeditionem fuisse dicit Herodotus, *septem annos* posuerint. *V. Append. c. 5 de Ionico bello.*
498	Ol. 70, 3.	Secundus annus belli Ionici. Cyprus a Persis recepta (secundo belli anno). Herod. V, 116. — Κύπριοι μὲν δή, ἐνιαυτὸν ἐλεύθεροι γενόμενοι, αὖτις κατεδεδούλωντο. [Delphis coeptus armatus cursus. Pausan. X, 7, 3. *Kr.*]
497	Ol. 70, 4.	*Aristagoras* in Thracia occisus. Herod. V, 126: ἔπλεε ἐς τὴν Θρηΐκην· καὶ ἔσχε τὴν χώρην ἐπ' ἣν ἐστάλη. ἐκ δὲ ταύτης ὁρμεώμενος ἀπόλλυται ὑπὸ Θρηΐκων αὐτός τε ὁ Ἀριστα γόρης καὶ ὁ στρατὸς αὐτοῦ. Tempus constituit Thucydides. *Cf. a.* 465. Aristagoras Mileto aufugit Cypro recepta, V, 116, et bello in Caria gesto, V, 118 — 121, atque Clazomenis et Cyme captis — ἁλισκομένων τῶν πολίων, V, 123. 124, quod convenit cum tertio belli anno vel 497. Itaque Herodotus et Thucydides alter alterum confirmat. [Quomodo hae res cum tertio belli anno conveniant non assequor. Nam factae narrantur paullo post quam Sardes combustae erant (Herod. V, 116) nec multo post aufugit Aristagoras. c. 124. Neque vero Thucydidis rationes Clintonis computationi favere alio loco monstrabo. *Kr.*]
496	Ol. 71, 1. *Hipparchus.* Dionys. Ant. V p. 1035. VI initio.	Quartus annus belli Ionici: Histiaeus ad oram maritimam venit; post Aristagorae mortem. — μεμετιμένος ὑπὸ Δαρείου παρῆν ἐς Σάρδις. Herod. VI, 1. Cf. V, 108. [At enim Histiaeum paulo post defectionem Ionum a rege dimissum esse tradit Herod. V, 106. Itaque vix fieri potest ut post a. 498 in Ioniam pervenerit. *Kr.*]

PHILOSOPHI etc.	POETAE.
φεῖν Ἀθήνησιν ἐπὶ Καλλίου, ἐτῶν εἴκοσιν ὤν, ὡς φησι Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς ἐν τῇ τῶν ἀρχόντων ἀναγραφῇ. Uterque Apollodorus et Demetrius natum ponunt 500. [Cf. H. Ritter. Gesch. d. Ion. Philos. p. 203 et Schaubach. Anax. fragmm. p. 2 ss. *Kr.*]	VIII, 78. Confirmat Aelian. V. H. II, 34. Ἐπίχαρμον πάνυ σφόδρα πρεσβύτην ὄντα. — ac proinde statuas licet eum per 25 vel 30 annos fabulas docuisse. De argumentis quae Epicharmum comicum et Epicharmum philosophum Pythagoreum eundem fuisse probant v. Prooem. p. XXXVI.
[*Gorgias* floruit Ol. 70 secundum Plin. H. N. XXX, 4, quem sequitur Ruhnken. de Antiph. p. 798 Reisk. Cf. tamen a. 495. *Kr.*]	*Aeschylus* aet. a. 25 fabulas docere coepit, Ol. 70. Αἰσχύλος, Ἀθηναῖος, τραγικὸς — ἠγωνίζετο δὲ αὐτὸς ἐν τῇ ο' ὀλυμπιάδι, ἐτῶν ὢν κέ. Suid. Αἰσχύλ. — Πρατίνας — Φλιάσιος, ποιητὴς τραγῳδίας, ἀντηγωνίζετο δὲ Αἰσχύλῳ τε καὶ Χοιρίλῳ ἐπὶ τῆς ἑβδομηκοστῆς ὀλυμπιάδος καὶ πρῶτος ἔγραψε Σατύρους. Suid. Πρατίνας. Alter Suidae locus ubi verus est numerus, ἑβδομηκοστῆς, alterius emendandi copiam facit: legendum ο' ὀλ. pro θ' ὀλ. cum Meursio aliisque. V. Küsteri ann. ad Suid. I p. 663. Quomodo ἐν τῇ Ο' in ἐν τῇ Θ corruptum sit manifestum est notavitque Petit. Miscell. III, 14 t. I p. 165.
[Inter Ol. 70 et 95 Philolaum vixisse probat Boeckh.: Philolaos des Pythagoreers Lehren p. 5 cl. Plat. Phaed. p. 61, d et Diog. L. IX, 39: φησὶν Ἀπολλόδωρος ὁ Κυζικηνὸς Φιλολάῳ αὐτὸν (Δημόκριτον) συγγεγονέναι. *Kr.*]	*Pindar. Pyth.* X. Ἱπποκλέᾳ Θεσσαλῷ — ἐνίκησε δὲ τὴν εἰκοστὴν δευτέραν Πυθιάδα [Ol. 70, 3], ἐνίκησε δὲ καὶ οβ' καὶ ογ' ὀλυμπιάδα. Scholiastes. [Imo Ol. 69, 3 ex Boeckhii computatione Explicc. ad Ol. XII p. 206 ss. *Kr.*]
Ol. 70, 4 *Pythagoras philosophus moritur.* Euseb. Ex alia computatione hoc tempore fuerit 73, ex alia 108 annorum. Quot annos expleverit non magis convenit inter auctores quam quo tempore natus sit. 80 annos vixit secundum Heraclidem Lembum; Laert. VIII, 44; 90 secundum plerosque, ὡς οἱ πλείους; Laert. ibid.; 99 secundum Tzetzen Chil. XI, 95; 104 secundum Photium Cod. 249. Iamblicho teste c. 36 scholae suae praefuit 39 annos vixitque fere 100: ἀφηγήσασθαι λέγεται ἑνὸς δέοντος ἔτη τεσσαράκοντα, τὰ πάντα βιώσαντα ἔτη ἐγγὺς τῶν ἑκατόν. *Cf. ann.* 539. 510. 472.	[Hoc anno aut insequenti [Ol. 77, 4] Sophoclem natum esse cum Lessingio et Hermanno probare instituit Reisig. ad Oed. Col. p. XI ss. *Kr.*]
Hellanicus nascitur. *Hellanicus initio belli Peloponnesiaci* [431] *quinque et sexaginta annos natus videtur; Herodotus tres et quinquaginta; Thucydides quadraginta. Scriptum hoc libro undecimo Phamphilae.* Gell. XV, 23. [Quod de Thucydide tradit ex parte iam refutavi ad Dionysii historiogrr. p. 91, ubi quae proposui propediem novis argumentis confirmaturus sum simulque quod Pamphila de Hellanico scriptum reliquit probabile non esse docebo. *Kr.*]	

A.C.n.	Archontes	Res gestae
495	Ol. 71, 2. *Philippus.* Auctor vit. Sophocl.	Quintus belli annus. Circa exitum huius anni apparatus fiunt ad Miletum expugnandam. Herod. VI, 6: *ἐπὶ Μίλητον αὐτὴν ναυτικὸς πολλὸς καὶ πεζὸς ἦν προσδόκιμος.* Sed navales copiae (VI, 6. 7) non moverunt ante ver proximum, quandoquidem 494 primus erat maritimi belli annus. Posthac hiemaverunt prope Miletum. VI, 18. 31.
494	Ol. 71, 3. *Pythocritus.* Mar. Par. No. 48. *hoc anno, ob* Philippum *antecedentem.* V. Prooem. p. XI.	Ultimus belli annus. Socii navali pugna ad Miletum profligati. Herod. V, 6—17. Miletus capta, sexto belli anno. VI, 18: *οἱ Πέρσαι, ἐπεὶ τῇ ναυμαχίῃ ἐνίκων τοὺς Ἴωνας, τὴν Μίλητον πολιορκέοντες — αἱρέουσι κατ' ἄκρης ἕκτῳ ἔτεϊ ἀπὸ τῆς ἀποστάσιος τῆς Ἀρισταγόρεω.* Herod. VI, 18. Aeaci, Sylosontis, Polycratis fratris, filio Sami tyrannidem restituunt Persae. Herod. VI, 25 cl. VI, 13. [Caria subacta. 25. *Kr.*]
493	Ol. 71, 4. *Themistocles.* Dionys. Ant. VI p. 1117 R. (*μελλούσης εἰς τοὐπιὸν τῆς ἑβδομηκοστῆς καὶ δευτέρας ὀλυμπιάδος.*)	*Ὁ ναυτικὸς στρατὸς ὁ Περσέων, χειμερίσας περὶ Μίλητον, τῷ δευτέρῳ ἔτεϊ ὡς ἀνέπλωσε, αἱρέει ἐυπετέως τὰς νήσους — Χίον καὶ Λέσβον καὶ Τένεδον.* Herod. VI, 31 *καὶ κατὰ τὸ ἔτος ἐκ τῶν Περσέων τοῦτο οὐδὲν ἐπὶ πλέον ἐγένετο τουτέων ἐς νεῖκος φέρον Ἰωσι.* VI, 42. Quo tempore Phoenissae naves Tenedi in statione erant, Miltiades ex Chersoneso Athenas revertitur. Herod. VI, 41: *πυνθανόμενος εἶναι τοὺς Φοίνικας ἐν Τενέδῳ πληρώσας χρημάτων τριήρεας πέντε ἀπέπλεε ἐς τὰς Ἀθήνας.* Rediit autem post viginti duo minimum annos quam rerum in Chersoneso potitus erat, fratre Stesagora mortuo. *Cf. a.* 515.
492	Ol. 72, 1. *Diognetus.* Dionys. Ant. VI p. 1151.	Prima Persarum expeditio duce Mardonio. Herod. VI, 43—45: *ἅμα τῷ ἔαρι Μαρδόνιος κατέβαινε ἐπὶ θάλασσαν. — ὡς δὲ παραπλέων τὴν Ἀσίην ἀπίκετο ἐς τὴν Ἰωνίην, ἐνθαῦτα — τοὺς τυράννους τῶν Ἰώνων καταπαύσας — δημοκρατίας κατίστα. ταῦτα δὲ ποιήσας ἠπείγετο ἐς τὸν Ἑλλήσποντον. — ἐπιπεσὼν δέ σφι περιπλέουσι (τὸν Ἄθω) βορῆς ἄνεμος — κάρτα τρηχέως περιέσπε πολλὰς τῶν νεῶν. — Μαρδονίῳ δὲ καὶ τῷ πεζῷ στρατοπεδευομένῳ ἐν Μακεδονίῃ νυκτὸς Βρύγοι Θρήϊκες ἐπεχείρησαν — τούτους μέντοι καταστρεψάμενος ἀπῆγε τὴν στρατιὴν ὀπίσω. οὗτος μέν νυν ὁ στόλος αἰσχρῶς ἀγωνισάμενος ἀπαλλάχθη ἐς τὴν Ἀσίην.* Haec expeditio anno prius facta est quam Darius misit qui terram et aquam a Graecis peterent. VI, 46. [48.] ac tempestas ad montem Atho anno alterius expeditionis Datide duce factae initium antecedente fuisse dicitur. Herod. VI, 95. *V. Append. c.* 5 *de Ionio bello.*
491	Ol. 72, 2. *Hybrilides.* Pausan. VI, 9, 2. Dionys. Ant. VII p. 1313.	Darius *δευτέρῳ ἔτεϊ τουτέων* [post Mardonii expeditionem] *πρῶτα μὲν Θασίους — ἐκέλευε τὸ τεῖχος περιαιρέειν — μετὰ δὲ τοῦτο διέπεμπε κήρυκας ἀνὰ τὴν Ἑλλάδα.* — Herod. VI, 46—48. *Cleomenes* etiamtum Spartae rex. VI, 48—50. *Demarato* regno exuto succedit *Leotychides.* VI, 61—67. Atheniensium et Aeginetarum bellum. VI, 87—93. Respicit Thuc. I, 41: — *πρὸς τὸν Αἰγινητῶν ὑπὲρ τὰ Μηδικὰ πόλεμον παρὰ Κορινθίων εἴκοσι ναῦς ἐλάβετε.* — confirmat Herod. VI, 89: *Κορίνθιοι Ἀθηναίοισι δίδοῦσι εἴκοσι νέας.* Gelon Gela urbe potitur. Dionys. Ant. VII p. 1310—1313: *τύραννοι δὲ τότε ἦσαν κατὰ πόλεις*

PHILOSOPHI etc.	POETAE.
	Sophocles nascitur. *γεννηθῆναι αὐτόν φασιν ἐβδομηκοστῇ πρώτῃ ὀλυμπιάδι, κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος, ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθήνησι Φιλίππου.* Auctor vit. Sophocl. Sophocles 57^{mum} annum agebat 438; 90^{mum} 406. *Cf. ann.* 438. 405. Haec eum Philippo archonte natum esse confirmant. Anno prius natum ponit marmor Parium [*cf. a.* 497] quod eum Apsephione archonte [cf. a. 468.] 28, Callia [cf. 405] 91 annos natum fuisse tradit. [Cf. Boeckhii Comm. de Antig. c. 7. *Kr.*]
	[*Pindari Pyth.* XII. Aut hoc anno, Pyth. 24, aut Ol. 72, 3, Pyth. 25, Boeckhio ad Pind. Explicc. p. 343 scriptum videtur. *Kr.*]
	[*Phrynichi Μιλήτου ἅλωσις* fortasse hoc anno acta. Herod. VI, 21 et quos excitat Perizon. ad Aelian. XIII, 17. *Kr.*]
[Circa hunc annum Zenonem natum esse suspicatur Meiners. t. I p. 727. Cf. 455, 3. *Kr.*]	

A.C.n.	Archontes	Res gestae
		[*in Sicilia*] · ἐπιφανέστατος δὲ Γέλων ὁ Δεινομένους νεωστὶ τὴν Ἱπποκράτους τυραννίδα παρειληφὼς — κατὰ τὸν δεύτερον ἐνιαυτὸν τῆς ἑβδομηκοστῆς καὶ δευτέρας ὀλυμπιάδος, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ὑβριλίδου. Pausan. VI, 9, 2: Γέλων Συρακούσας ἔσχεν Ὑβριλίδου μὲν Ἀθήνησιν ἄρχοντος, δευτέρῳ δὲ ἔτει τῆς δευτέρας καὶ ἑβδομηκοστῆς ὀλυμπιάδος. Bene coniicit Larcher. Chron. Herod. t. VII p. 452 — 455 Pausaniam per errorem Syracusarum occupationem pro Gelae occupatione posuisse: quod tollit difficultatem. Pausanias ipse alio loco (VIII, 42, 4) notat Gelonem Syracusis regnasse κατὰ τὴν Ξέρξου διάβασιν. [Cf. Boeckh. ad Pindar. Explicc. p. 100. *Kr.*]
490	Ol. 72, 3. *Phaenippus.* Plutarch. Aristid. c. 5.	Altera expeditio Datide et Artapherne ducibus: Darius Μαρδόνιον μὲν — παραλύει τῆς στρατηγίης, ἄλλους δὲ στρατηγοὺς ἀποδέξας ἀπέστειλε ἐπὶ τε Ἐρέτριαν καὶ Ἀθήνας, Δάτίν τε — καὶ Ἀρταφέρνην. Herod. VI, 94. Pugna Marathonia: decem annis ante Xerxis expeditionem — Thuc. I, 18. Plato Legg. III p. 698, c — quinto ante quam Xerxes rex factus est, 485. Herod. VII, 1. 3. 4. *V. Append. c.* 5. — μηνὸς Βοηδρομιῶνος ἕκτῃ. Plutarch. Camill. c. 19. — ἕκτῃ ἱσταμένου Βοηδρομιῶνος. Plutarch. [de Herod. mal. 26.] Glor. Ath. [c. 7.] p. 349, f. [Sept. 490.] Nono mensis die Spartani auxilio vocati sunt. Herod. VI, 106. Post plenam lunam profecti — μετὰ τὴν πανσέληνον — triduo advenerunt, posterius quam ut pugnae participes essent. VI, 120. Advenerint duodevicesimo mensis die. Itaque sextus Boedromionis nono mensis die posterior fuit neque inter se congruerunt civilis mensis et cursus lunae. [Contra Boeckhius Ind. lectt. Univ. Berol. aest. 1816 docere instituit pugnatum esse XVIII (Ms. XVI aut XVII) Metagitnionis die, VI Boedromionis sacra Dianae facta esse. Cf. Ideleri Handbuch. d. Chron. I p. 291 s. *Kr.*]
489	Ol. 72, 4. *Aristides.* Mar. Par. No. 50. Plutarch. Aristid. c. 5.	
488	Ol. 73, 1. *Anchises.* Dionys. Ant. VIII p. 1502.	[Circiter hoc anno Thero Agrigentum occupasse videtur Boeckhio Explicc. Pind. p. 117. *Kr.*]

Philosophi etc.	Poetae
	Aeschylus Marathoniae pugnae interfuit, aet. 35. *ἐν μάχῃ συνηγωνίσατο Αἰσχύλος ὁ ποιητὴς (ἐτ)ῶ(ν) ὢν ΛΛΛΠ.* Mar. Par. No. 49. *Pindar. Pyth.* VI. — *Ξενοκράτει Ἀκραγαντίνῳ νενικηκότι κατὰ τὴν κδ' Πυθιάδα. — ὁ δὲ Ξενοκράτης Θήρωνος ἦν ἀδελφός.* Schol. Pyth. VI, 1. *— νενίκηκε τὴν κδ' Πυθιάδα, ὡς Ἀριστοτέλης ἀναγράφει.* Schol. Isthm. II, 1. [Ex Boeckhii computatione hoc carmen Ol. 71, 3, Pyth. 24, compositum est. V. Explicc. p. 296 cl. p. 206. *Kr.*]
	Panyasis poeta, Herodoti patruus, floruit: *Ol.* 72, 4. *Panyasis poeta habetur illustris.* Euseb. *Πανύασις — Ἡροδότου τοῦ ἱστορικοῦ ἐξάδελφος. γέγονε γὰρ Πανύασις Πολυάρχου, ὁ δὲ Ἡρόδοτος Λύξου τοῦ Πολυάρχου ἀδελφοῦ. τινὲς δὲ οὐ Λύξην ἀλλὰ Ῥοιὼ τὴν μητέρα Ἡροδότου Πανυάσιδος ἀδελφὴν ἱστόρησαν. ὁ δὲ Πανύασις γέγονε κατὰ τὴν οη' ὀλυμπιάδα. κατὰ δέ τινας πολλῷ τρεσβύτερος. γέγονε γὰρ ἐπὶ τῶν Περσικῶν. ἀνῃρέθη δὲ ὑπὸ Λυγδάμιδος τοῦ τρίτου τυραννήσαντος Ἁλικαρνασσοῦ.* Suid. *Πανύασις.* Hic quae traduntur non sunt repugnantia. Fuerit Panyasis 30 annis prior quam fratris filius Herodotus; inclaruerit Ol. 72, 4 [489]; eius fama crescit usque ad Ol. 78 [467]; interemptus esse ponitur a Lygdamide circiter 457. *Cf. a.* 457. [V. de eo Heyse Quaestt. Herod. p. 12 ss. *Kr.*]
	Pindar Olymp. IX. *Ἐφαρμόστῳ Ὀπουντίῳ — ἐνίκησε δὲ ὁ Ἐφάρμοστος καὶ Ὀλύμπια, ὡς προεῖπε, καὶ Πύθια, ἑβδομηκοστῇ καὶ τρίτῃ ὀλυμπιάδι. — καὶ γὰρ Πύθια ἐνίκησεν ὁ Ἐφάρμοστος τῇ τριακοστῇ Πυθιάδι.* [Ol. 78, 3.] Schol. Ol. IX, 17. 18.

A.C.n.	Archontes	Res gestae
487	Ol. 73, 2.	Post Marathoniam pugnam tribus annis novum bellum apparatur: *ἡ Ἀσίη ἐδονέετο ἐπὶ τρία ἔτεα.* Herod. VII, 1.
486	Ol. 73, 3.	Aegypti defectio quarto post Marathoniam pugnam anno, proximo ante Darii mortem. Herod. VII, 1, 4: *τετάρτῳ ἔτεϊ — Αἰγύπτιοι ἀπέστησαν ἀπὸ Περσέων. — μετὰ Αἴγυπτον ἀπόστασιν τῷ ὑστέρῳ ἔτεϊ — συνήγειρε αὐτὸν Δαρεῖον ἀποθανεῖν.*
485	Ol. 73, 4. *Philocrates.* Mar. Par. No. 51 cl. 61 — i. e. 43 annis ante *Diphilum*, qui archon fuit 442, a Marmore consueto more anno prius quam debebat positus.	*Xerxes* regno potitur, quinto post Marathoniam pugnam anno, quinque annis ante expeditionem in Graeciam factam 480. Herod. VII, 1 — 4 cl. VII, 20. Confirmat canon apud Syncell. p. 208. *Ξέρξου ἔτη κα'.* N. A. 263 [=485 a. C. n.]. *V. Append. c.* 5. Gelon Syracusis potitur hoc anno, quoniam regnavit septem annos eique octavo successit Hiero: Aristot. Polit. V, 9, 23 Schn. Successit autem Hiero Timosthenis anno, 478 a. C. n. Diodor. XI, 38. [*Cf. Append. c.* X.]
484	Ol. 74, 1. *Leostratus.* Dionys. Ant. VIII p. 1694.	Aegyptus recepta secundo Xerxis anno ineunte: *δευτέρῳ ἔτεϊ μετὰ τὸν θάνατον Δαρείου.* Herod. VII, 7. Eusebius — *Ol.* 74, 1. *Xerxes Aegyptum capit. Aristides cum ignominia eiicitur.* Hae res satis accurate tempore notatae sunt. Aegyptus recepta est Ol. 73, 4 exeunte, Aristides eiectus Ol. 74, 1 exeunte. *Cf. a.* 483.

PHILOSOPHI etc.	POETAE.
	[At. v. Boeckh. ad Pind. t. IV p. 186 s. hanc Epharmosti victoriam Ol. 81 assignantem. *Kr.*]
	Chionides fabulas docere coepit: *Χιωνίδης Ἀθηναῖος, κωμικὸς τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας· ὃν καὶ λέγουσι πρωταγωνιστὴν γενέσθαι τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας, διδάσκειν δὲ ἔτεσιν ὀκτὼ πρὸ τῶν Περσικῶν.* Suid. Eudocia p. 436 et ipsa habet *ὀκτὼ π. τ. Π.* [Cf. tamen Meinek. Quaestt. Scenicc. p. 9. *Kr.*] Dionysia vere a. 487, octavo anno ante Xerxis expeditionem erant. *Dinolochus Συρακούσιος ἢ Ἀκραγαντῖνος, κωμικός, ἦν ἐπὶ τῆς ογ' ὀλυμπιάδος, υἱὸς Ἐπιχάρμου, ὡς δέ τινες μαθητής. ἐδίδαξε δράματα ιδ' Δωρίδι διαλέκτῳ.* Suid. *Δεινόλ. Δεινόλοχος ὁ ἀνταγωνιστὴς Ἐπιχάρμου.* Aelian. H. A. VI, 51.
	Epicharmus comoedias scribere pergit. — *πρὸ τῶν Περσικῶν ἔτη ἕξ, διδάσκων ἐν Συρακούσαις· ἐν δὲ Ἀθήναις Εὐέτης καὶ Εὐξενίδης καὶ Μύλος ἐπεδείκνυντο.* Suid. *Ἐπίχ.* — Olympiade 73ma — *χρόνοις δὲ γέγονε κατὰ τὴν ογ' ὀλυμπιάδα.* Prolegom. Aristoph. p. XII Küst. XXVIII Beck. Iam excoluerat comoediam multo ante Chionidem; *Cf. a.* 500; et fabulas scribere perrexit Hierone regnante. *Cf. a.* 477. *Mylus* comicus (memoratus a Zenob. Adag. V, 14 p. 117. Diogenian. Adag. VI, 40 p. 232 et Hesych. v. *μύλλον*) cum *Magnete* componitur a Diomede III p. 486: *Poetae primi comici fuere Susarion, Mullus et Magnes*, quod Suidae rationem confirmat.
Herodotus nascitur. *Cf. a.* 496. [*γενόμενος ὀλίγῳ πρότερον τῶν Περσικῶν.* Dionys. Iud. de Thuc. p. 820. *Kr.*] Suidas. *Ἡρόδοτος. Λύξου καὶ Δρυοῦς, Ἁλικαρνασσεύς, τῶν ἐπιφανῶν — μετέστη δ' ἐν Σάμῳ διὰ Λύγδαμιν τὸν ἀπὸ Ἀρτεμισίας τρίτον τύραννον γενόμενον Ἁλικαρνασσοῦ.*	*Aeschylus* tragoedia acta vicit. Marm. Par. No. 51: *Αἰσχύλος ὁ ποιητὴς τραγῳδίᾳ πρῶτον ἐνίκησεν — ἔτη ΗΗΔΔΙΙ ἄρχοντος Ἀθήνησι Φιλοκράτους.* *Pindar. Olymp.* X. XI. *Ἀγησιδάμῳ Λοκρῷ Ἐπιζεφυρίῳ — ἐνίκησε δὲ οὗτος ὁ Ἀγησίδαμος τὴν ἑβδομηκοστὴν τετάρτην ὀλυμπιάδα.* Schol. X, 1. [*Olymp.* X Ol. 76 assignat Schol. Vrat.; *Olymp.* XI longo tempore post scriptam esse docet Boeckh. ad Pind. t. IV p. 198. *Kr.*] *Achaeus* nascitur: *Ἀχαιὸς Ἐρετριεύς, τραγικός, γέγονε κατὰ τὴν οδ' ὀλυμπιάδα — ἦν δὲ νεώτερος Σοφοκλέους ὀλίγῳ τινί.* Suid. *Ἀχαιὸς Ἐρετρ-*

A.C.n.	Archontes	Res gestae
483	Ol. 74, 2. *Nicodemus.* Dionys. Ant. VIII p. 1711.	Aristides ostracismo eiectus, quoniam revocatus est *τρίτῳ ἔτει, Ξέρξου διὰ Θετταλίας ἐλαύνοντος*; Plutarch. Aristid. c. 8; vel potius proximo anno. Videtur enim etiam Salaminiae pugnae tempore exsul fuisse 480. Herod. VIII, 79. Reversus Atheniensium copiis praefuit decem post mensibus in pugna Plataeensi. Herod. IX, 28. Itaque tempore his proeliis interiecto revocatus est.
482	Ol. 74, 3.	
481	Ol. 74, 4. *Themistocles.* Schol. Thuc. I, 93. V. Prooem. p. XV. XVI. [Mea sententia superiori anno adscribendus est. *Kr.*]	Quartus annus post Aegyptum receptam: *ἐπὶ τέσσερα ἔτεα πλήρεα παραρτέετο στρατιήν τε καὶ τὰ πρόσφορα τῇ στρατιῇ.* Herod. VII, 20. Quartus annus completus erat vere 481. *V. Append. c.* 5. Auctumno Xerxes Sardes venit; Herod. VII, 32—37; ubi hiemavit.
480	Ol. 75, 1. *Calliades.* Dionys. Ant. IX p. 1739. Herod. VIII, 51. Diodor. XI, 1. Mar. Par. No. 52. Laert. II, 45. *Callias.* Auct. vit. Euripid. Laert. II, 7.	*Ἅμα τῷ ἔαρι παρεσκευασμένος ὁ στρατὸς ἐκ τῶν Σαρδίων ὥρμᾶτο.* Herod. VII, 37. Proelia ad *Thermopylas* et *Artemisium*, Olympiorum tempore. *ἦν γὰρ κατὰ τὠυτὸ ὀλυμπιὰς τούτοισι τοῖς πρήγμασι συμπεσοῦσα. — οἱ δέ σφι ἔλεγον ὡς Ὀλύμπια ἄγοιεν.* Herod. VII, 206. VIII, 26. *Ὀλύμπια δὲ καὶ Κάρνεια παροιχώκεε ἤδη.* VIII, 72. *Salamis:* Mysteriorum tempore. Herod. VIII, 65: *περὶ τὰς εἰκάδας τοῦ Βοηδρομιῶνος — τὴν εἰκάδα — ἢ τὸν μυστικὸν Ἴακχον ἐξάγουσι.* Plutarch. Camill. c. 19. [Ipso XX die. V. Polyaen. III, 11 et cf. Ideler. Handb. d. Chron. p. 309. *Kr.*] Erat auctumno: *ἔδοξε γὰρ Μαρδονίῳ — ἀνωρίην εἶναι τοῦ ἔτεος πολεμέειν — χειμερίσαι τε ἄμεινον εἶναι ἐν Θεσσαλίῃ — καὶ ἔπειτα ἅμα τῷ ἔαρι πειρᾶσθαι.* VIII, 113. *ὁ δὲ ναυτικὸς ὁ Ξέρξεω περιγενόμενος φεύγων ἐκ Σαλαμῖνος — ἐχειμέρισε ἐν Κύμῃ.* VIII, 130. Errat igitur Plutarchus quum dicit *ἕκτῃ ἐπὶ δέκα τοῦ Μουνυχιῶνος μηνός.* Glor. Ath. [7] p. 349, f, ut pugna in *Aprilem* inciderit. Corsini Fast. Att. III p. 166 Plutarchum ita defendit ut pugnam ad Salamina Cypriam Cimone duce multis post annis factam dicere statuat. Sed totus sententiae tenor contextorumque ratio apud Plutarchum manifesto ostendit non aliam atque illustrem hanc ad Salamina pugnam intelligi. Atque eundem errorem Plutarchus alio quoque loco sequitur, Lysand. c. 15, ubi aperte hanc pugnam significat: *ἐν ᾗ τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν ἐνίκων τὸν βάρβαρον.* *Gelonis ad Himeram* victoria: *λέγουσι ὡς συνέβη τῆς αὐτῆς ἡμέρης ἔν τε τῇ Σικελίᾳ Γέλωνα καὶ Θήρωνα νικᾶν Ἀμίλκαν καὶ ἐν Σαλαμῖνι τοὺς Ἕλληνας τὸν Πέρσην.* Herod. VII, 166. Aristot. Poet. c. 24. [23, 3 Herm.] minus definite — *κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους ἥ τ' ἐν Σαλαμῖνι ἐγένετο ναυμαχία καὶ ἡ ἐν Σικελίᾳ Καρχηδονίων μάχη.* [Cf. Boeckh. ad Pind. Explicc. p. 117. *Kr.*] Maiorem in hac re fidem meretur Herodotus quam Diodorus XI, 24 qui pugnam Himeraeam eodem tempore quo proelium ad Thermopylas factam esse tradit.
479	Ol. 75, 2. *Xanthippus.* Diod. XI, 27. Mar. Par. No. 53. *Xanthip-*	*Mardonius* Athenas occupat decem mensibus post quam Xerxes ceperat anno superiore. Herod. IX, 3. *Plataeae*, *Mycale*, Septembri mense. Plutarch. Aristid. c. 19:

PHILOSOPHI etc.	POETAE.
	Ἐν ἑβδομηκοστῇ τετάρτῃ (ὀλυμπιάδι) Φρύνιχος καὶ Χοιρίλος. Cyrill. Iulian. I p. 13, b. *Ol.* 74, 2. *Choerilus et Phrynichus illustres habentur.* Euseb. De *Phrynicho* tragico *cf. an.* 511. 476. De *Choerilo cf. a.* 523. Choerilus iam quadraginta annis tragoedias docuerat; Phrynichus prope triginta.
Pherecydes Atheniensis, historicus, *floruit.* Φερεκύδης Ἀθηναῖος, ἱστορικός, γεγονὼς πρὸ ὀλίγου τῆς ὀ ὀλυμπιάδος. Suid. Eius fama continuatur ad 456. Ol. 81, 1. Φερεκύδης ὁ δεύτερος, ἱστοριογράφος, ἐγνωρίζετο. Euseb. in Graecis Scaligeri. Eusebium ut cum Suida conciliet Sturz. [p. 56.] γεγονὼς *natus* interpretatur et Pherecydem tribus annis minorem facit Herodoto. Sed Eusebii et Suidae verba nimis vaga sunt quam ut strictius accipere liceat. Sufficit statuere Pherecydem inter 480 et 456 floruisse verbo γεγονὼς *floruit* converso cum Vossio de Histor. Gr [? p. 445] et Heyn. ad. Apollod. [t. I p. XXXIV. Hanc ego interpretationem falsam esse puto. Nam γεγονὼς πρὸ — hac sententia non videtur dici posse, nisi forte hominem eo quod notatur tempore non amplius fuisse significandum est. *Cf. Append. c.* 21. *Histt.* 17. *Kr.*]	*Euripides* nascitur. τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ἑβδομηκοστῆς πέμπτης ὀλυμπιάδος ἐγεννήθη ἐπὶ Καλλιάδου. Laert. II, 45. — ἡμέρᾳ καθ' ἣν οἱ Ἕλληνες ἐναυμάχουν ἐν Σαλαμῖνι. Plutarch. Sympos. VIII, 1. — ἐτέχθη καθ' ἣν ἡμέραν Ἕλληνες ἐτρέψαντο τοὺς Πέρσας. Suid. Εὐριπίδης. Uterque Sophoclis vitae scriptor Thom. Mag. ap. Musgrav. et Ms. ap. Elmsl. ad calc. Bacch.: ἐπὶ Καλλίου [sic] ἄρχοντος κατὰ τὴν οε' ὀλυμπιάδα, ὅτε ἐναυμάχησαν, κ. τ. λ. Confirmant Eratosthenes et Philochorus. *Cf. a.* 406. His testimoniis refutatur Mar. Par. quod 485 natum ponit. Sibi tamen constat No. 51: ἄρχοντος Φιλοκράτους Εὐριπίδης ἐγένετο. [485.] No. 61. ἄρχοντος Λιφίλου Εὐριπίδης ἐτῶν ὢν τριῶν καὶ τεσσαράκοντα. [442.] Sunt ipsi 43 anni. *Pindarus* pugnae Salaminiae tempore 38mum a. compleverat iniitque 39mum. *Cf. a.* 518. Sequor Corsin. Fast. Att. II p. 64 natale Pindari tempus cum Plutarcho Pythiis Ol. 65 attribuens, quamquam Corsini Pythia in *nono* tertii Olympici anni mense ponit. non *primo* vel *secundo;* ideoque Pindari vitam tot mensibus deminuit. Quadraginta annorum aetas, quam Suidas tradit, κατὰ τὴν Ξέρξου στρατείαν ἐτῶν ὢν μ', paulo latius capienda est. De Pindaro 480 vigente cf. Diodor. XI, 26. [*Hellanicus* nascitur. Vita Eurip.: γεννηθῆναι τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ Ἑλλάνικον ἢ ἐνίκων τὴν περὶ Σαλαμῖνα ναυμαχίαν οἱ Ἕλληνες. Confirmat ipsum nomen. Adde Dionys. Iud. de Thuc. p. 818 et ad ann. 395. *Kr.*]
Anthiphon Rhamnusius γέγονε κατὰ τὰ Περσικὰ καὶ Γοργίαν τὸν σοφιστήν, ὀλίγῳ νεώτερος αὐτοῦ. Vit. X or. p. 832, e. — Suidas: Ἀντιφῶν· ἠρ-	*Choerilum Samium* Ol. 75 natum esse probabiliter statuas. *Posterior erat Herodoto;* Suid. Χοιρίλος Σάμιος. Sami domicilium habebat Ly-

A.C.n.	Archontes	Res gestae
	pides Plutarch. Aristid. c. 5.	*ταύτην τὴν μάχην* [*Plataeensem*] *ἐμαχέσαντο τῇ τετράδι τοῦ Βοηδρομιῶνος ἱσταμένου.* Idem Camill. c. 19: *Βοηδρομιῶνος τρίτῃ ἐν Πλαταιαῖς ἅμα καὶ περὶ Μυκάλην ἡττήθησαν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων.* Herod. IX, 101: *τὸ μὲν ἐν Πλαταιῇσι πρωΐ ἔτι τῆς ἡμέρας ἐγίνετο, τὸ δὲ ἐν Μυκάλῃ περὶ δείλην — τῆς δὲ αὐτῆς ἡμέρας συνέβαινε γίνεσθαι μηνός τε τοῦ αὐτοῦ.* [Boeckh. Ind. lectt. Univ. Berol. aest. 1816 p. 4 statuit proelium die XXVII Boeotii Panemi, qui Atticorum sit Metagitnio, factum esse, victoriae autem solennia Athenis in tertium quartumve diem Boedromionis dilata, ut Plataicae Marathoniaeque pugnae solennia continuo se exciperent. Cf. Ideler. Handb. d. Chron. I p. 364 s. *Kr.*] Xanthippi anno: Plutarch. Aristid. c. 5: *Ξανθιππίδην* (sic) *ἐφ' οὗ Μαρδόνιος ἡττήθη Πλαταιάσιν.* [Cf. Herod. VII, 80. *Kr.*] *Sestos* proximo auctumno obsessa insequente vere se dedidit [478]. Thucyd. I, 89: *Σηστὸν ἐπολιόρκουν — καὶ ἐπιχειμάσαντες εἷλον αὐτήν.* Sesto capta *κατὰ τὸ ἔτος τοῦτο οὐδὲν ἔτι πλέον τουτέων ἐγένετο.* Herod. IX, 121. Unde collegeris Herodotum anni initium non a bruma ducere. *V. Prooem. p. XX.*
478	Ol. 75, 3. *Timosthenes.* Diod. XI, 38. Mar. Par. No. 54.	*Hiero Geloni* succedit: Timosthenis anno. Diod. XI, 38. Regnavit *ἔτη ἕνδεκα καὶ μῆνας ὀκτώ.* Diod. ibid. Sed secundum Aristotelem decem annos. Polit. V, 9, 23: *Γέλων μὲν γὰρ ἑπτὰ τυραννήσας* (*ἔτη*) *τῷ ὀγδόῳ τὸν βίον ἐτελεύτησε· δέκα δ' Ἱέρων. Θρασύβουλος δὲ τῷ ἑνδεκάτῳ μηνὶ ἐξέπεσε.* Diodorus sibi constat; *cf. ann.* 467. 466; eumque confirmat Schol. Pindar. Pyth. III. Unde collegeris *regem* vicisse Hieronem Pythiade 27ma, Ol. 75, 3 [478]. Cf. etiam Schol. Pind. Pyth. I, 1: *ἔσχε δὲ ὁ Ἱέρων τὴν τῶν Συρακουσίων ἀρχὴν μετὰ τὴν τοῦ Γέλωνος τοῦ ἀδελφοῦ τελευτὴν τῇ ἑβδομηκοστῇ πέμπτῃ ὀλυμπιάδι.* [Cf. Boeckh. ad Pind. Explicc. p. 100 s. *Kr.*] [Athenienses muros suos restituunt et Piraeeum aedificant — *εὐθὺς μετὰ τὴν Μήδων ἀναχώρησιν.* Thuc. I, 93. Alterum Diodor. XI, 39 Ol. 75, 3; alterum c. 41 Ol. 75, 4 factum tradit. *Kr.*]
477	Ol. 75, 4. *Adimantus.* Diod. XI, 41. Mar. Par. No. 55. Plutarch. Themistocl. c. 5. Schol. in Hermogen. p. 410.	Atheniensium principatus v. imperii primordia: Adimanti anno. Diod. XI, 41. 48 — quinque et quadraginta annis ante bellum Peloponnesiacum; Demosth. Olynth. III p. 35 — sexaginta quinque ante cladem quam Athenienses in Sicilia acceperunt; Isocrat. Panath. c. 19 p. 244, b — tribus et septuaginta annis ante quam Lysander Athenas cepit; Demosth. Phil. III p. 116. — Universe septuaginta annos dicunt Isocr. Paneg. c. 30 p. 62, e. Lys. or. fun. p. 113 Reisk. Plato

PHILOSOPHI etc.	POETAE.
ξε τοῦ δικανικοῦ χαρακτῆρος μετὰ Γοργίαν. Natus igitur fere Calliadis anno. *Cf. a.* 412. [et Ruhnken. de Antiph. p. 796 s. Reisk. *Kr.*]	sandri tempore. Plutarch. Lysand. c. 18: τῶν δὲ πολιτῶν [i. e. *Sami civium*] Χοιρίλον μὲν ἀεὶ περὶ αὐτὸν εἶχε (Λύσανδρος), ὡς κοσμήσοντα τὰς πράξεις διὰ ποιητικῆς. Ab Archelao rege est receptus; Athen. VIII p. 345, d; ubi mortem obiit; Suid.: τελευτῆσαι ἐν Μακεδονίᾳ παρὰ Ἀρχελάῳ τῷ τότε βασιλεῖ. Itaque quod Suidas dicit Choerilum ἐπὶ τῶν Περσικῶν, ὀλυμπιάδι οε', νεανίσκον ἤδη εἶναι, falsum est, ut ex testimoniis modo propositis ad Choerili fragmenta ostendit Naekius. Sed non est quod has temporis notas plane reiiciamus. Si Ol. 75 apud auctores quos Suidas sequutus est cum Choerilo coniuncta reperiebatur, memorata fuerit tanquam eius natale tempus, quod eum sex septemve annis Herodoto iuniorem, septuaginta quinque annos natum facit quo tempore Lysander Samum venit. Mortuus est ante 399, qui annus Archelai extremus erat. [*Pindari Isthm.* VII aliquot mensibus post Plataeensem pugnam scriptum esse cum Boeckhio statuit Dissen. Explicc. p. 540. Post eandem pugnam iidem p. 500 compositum ponunt *Isthm.* III. *Kr.*]
Herodoti historia Sesti obsidione finitur [vere 478]. Diod. XI, 37: τῶν δὲ συγγραφέων Ἡρόδοτος, ἀρξάμενος πρὸ τῶν Τρωϊκῶν χρόνων, γέγραφε κοινὰς σχεδὸν τὰς τῆς οἰκουμένης πράξεις ἐν βίβλοις ἐννέα· καταστρέφει δὲ τὴν σύνταξιν εἰς τὴν περὶ Μυκάλην μάχην τοῖς Ἕλλησι πρὸς τοὺς Πέρσας καὶ Σηστοῦ πολιορκίαν. [Cf. Dionys. Ep. ad Pomp. p. 773 s. et Iud. de Thuc. p. 820. *Kr.*]	*Pindari Pyth.* III. Ἱέρωνι νικήσαντι κέλητι τὴν εἰκοστὴν ἕκτην καὶ εἰκοστὴν ἑβδόμην Πυθιάδα — ὥστε ἐπὶ ταῖς δύο νίκαις τὴν ᾠδὴν συντετάχθαι. συνάδει δὲ τὰ ἀπὸ τῶν χρόνων. ὡς γὰρ ἤδη βασιλεύοντός φησιν· „ὃς Συρακόσαισι νέμει βασιλεύς —“ καθίστατο δὲ ὁ Ἱέρων βασιλεὺς κατὰ τὴν ἑβδομηκοστὴν ἕκτην ὀλυμπιάδα, τῆς εἰκοστῆς ὀγδόης Πυθιάδος — συγχρόνου οὔσης. ὥστε — μετὰ τὴν ὕστερον Πυθιάδα, ἥτις γέγονε περὶ τὴν οστ' ὀλυμπιάδα, συντετάχθαι τόνδε τὸν ἐπινίκιον. Schol. Pyth. III, 1. Apud Schol. Pyth. I, 1 Hieronem Pyth. 26. 27 κέλητι et Pyth. 29 τεθρίππῳ victor fuisse legitur. Sed nulla victoria memoratur Pyth. 28. Quare in his numeris leg. est: καθίστατο βασιλεὺς — κατὰ τὴν οε' ὀλυμπιάδα τῆς εἰκοστῆς ἑβδόμης Πυθιάδος συγχρόνου οὔσης. ὥστε — περὶ τὴν οε' ὀλ. [Boeckhius ad Pind. Explicc. p. 254 hoc carmen Ol. 76, 3 scriptum esse statuit. Huic anno *Isthm.* IV assignat Dissen. ad Pind. Explicc. p. 391 cl. p. 519. — Adde 474, 4. *Kr.*]
Xenophanes etiam Hierone regnante vivus secundum Timaeum ap. Clem. Strom. I p. 301: ὃν φησι Τίμαιος κατὰ Ἱέρωνα τὸν Σικελίας δυναστὴν καὶ Ἐπίχαρμον τὸν ποιητὴν γεγονέναι. Athen. II p. 54, e: Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος ἐν Παρῳδαῖς — Ἡλίκος ἦσθ' ὅθ' ὁ Μῆδος ἀφίκετο. — Plutarch. Mor. p. 175, b. c: Ἱέρων ὁ μετὰ Γέλωνα	(*Epicharmi Nᾶσοι.* Schol. Pindar. Pyth. I, 98: ὅτι Ἀναξίλαος Λοκροὺς ἠθέλησεν ἄρδην ἀπολέσαι καὶ ἐκωλύθη πρὸς Ἱέρωνος ἱστορεῖ Ἐπίχαρμος ἐν Νάσοις. Anaxilaus mortem obiit 476. Diod. XI, 48, ferme duobus annis post quam Hiero rerum potitus erat. Itaque haec fabula non ante 477 acta est.) Epicharmum Hierone regnante floruisse

A.C.n.	Archontes	Res gestae
		epist. VII p. 332, b. Aristid. Panath. t. I p. 170 Iebb. et Demosthenes ipse Phil. III p. 117. *V. Append. c.* 6 *de Atheniensium imperio.* [Pausanias Cypri maxima parte subacta Byzantium oppugnat. Thuc. I, 94 cl. 128 et Diod. XI, 44, quem plura quam debuerit in hunc annum coegisse iam notavit Wesseling. p. 357, quamquam et ipse errore deceptus. *Cf. Append.* c. VIII. *Kr.*]
476	Ol. 76, 1. *Phaedon.* Dionys. Ant. IX p. 1791. Diod. XI, 48. Schol. Aeschinis p. 755 Reisk. Plutarch. Thes. c. 36.	*Anaxilaus* Rhegii tyrannus moritur. Diod. XI, 48: *ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθήνησι Φαίδωνος — ἐτελεύτησεν Ἀναξίλας ὁ Ῥηγίου καὶ Ζάγκλης τύραννος, δυναστεύσας ἔτη δεκαοκτώ* [494—476]. *τὴν δὲ τυραννίδα διεδέξατο Μίκυθος, πιστευθεὶς ὥστε ἀποδοῦναι τοῖς τέκνοις τοῦ τελευτήσαντος.* Anaxilaus regnabat 494, quum Iones exules Zancla potiti sunt; Herod. VI, 22. 23. Thuc. VI, 4; atque 480 vitrico suo Terillo Himeraeorum tyranno contra Theronem Carthaginiensium auxilium conciliavit. Herod. VII, 165. Anaxilai filiam in matrimonium duxit Hiero. Schol. Pind. Pyth. I, 112. His testimoniis confirmantur quae Diodorus tradit. Bentlei. diss. Phal. p. 146—160. Corsini Fast. Att. III p. 155 s. et Larcher. Herod. tom. V de Anaxilai aetate quaestionem prorsus profligaverunt ostenderuntque Pausaniae ceterorumque auctorum Anaxilaum eundem esse. [Cf. Boeckh. ad Pind. Explicc. p. 240 s. *Kr.*] *Scyros* a Cimone capta. Hanc rem Athenienses ex quo imperio potiti erant alteram gesserunt. Thuc. I, 98: *Πρῶτον μὲν Ἠιόνα τὴν ἐπὶ Στρυμόνι πολιορκίᾳ εἷλον, Κίμωνος στρατηγοῦντος. ἔπειτα Σκῦρον τὴν ἐν τῷ Αἰγαίῳ νῆσον, ἣν ᾤκουν Δόλοπες ἠνδραπόδισαν καὶ ᾤκισαν αὐτοί.* Phaedone archonte Plutarch. Thes. c. 36: *Μετὰ τὰ Μηδικά, Φαίδωνος ἄρχοντος, μαντευομένοις τοῖς Ἀθηναίοις ἀνεῖλεν ἡ Πυθία τὰ Θησέως ἀναλαβεῖν ὀστᾶ — ἦν δὲ καὶ ἀπορία — οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Κίμων, ἑλὼν τὴν νῆσον — ἀνέσκαψεν.* Bentlei. Diss. Phal. p. 281—283 [et Lessing. de Sophoclis vita, opp. t. X p. 62 ss. ed. 1826] pro *Φαίδωνος* corrigit *Ἀφεψίωνος*, quoniam Aphepsion eo anno quo Cimon ossa reportaverit archon fuerit, (Plutarch. Cim. 8) et alioquin quod oraculum iusserit septem annis post factum esset. Sed non opus est ut scriptura mutetur. Insula revera expugnata est Phaedonis anno. Id ex Thuc. I, 98 et Diod. XI, 41. 48 collatis cognoscitur. Plutarchus Phaedonem nominat ad expugnationem insulae referens, indeque negligentia ei non insolita oraculum et rem ipsam tanquam aequalia iungit, quum illi demum sexto septimove anno post satisfactum sit. [Haec falsa esse alio loco probabo. *Kr.*]

PHILOSOPHI etc.	POETAE.
τύραννος ἔλεγε πρὸς Ξενοφάνην τὸν Κολοφώνιον κ. τ. λ. Ex omnibus his testimoniis probabile fit Xenophanis aetatem duabus rationibus notatam fuisse, quarum alteram Apollodorus amplexus fuerit; altera ex Timaei, Plutarchi et Athenaei locis ducta est. Nullam difficultatem facessunt quae leguntur ap. Schol. Aristoph. Pac. 696: *ὁ Σιμωνίδης διεβέβλητο ἐπὶ φιλαργυρίᾳ. καὶ τὸν Σοφοκλέα οὖν διὰ φιλαργυρίαν ἐοικέναι τῷ Σιμωνίδῃ.— ὅθεν Ξενοφάνης κίμβικα αὐτὸν προσαγορεύει.* Aut enim alius Xenophanes, *ἰαμβοποιός*, intelligendus est (cf. Laert. IX, 20); aut Scholiastae verba transponenda sunt: *ὁ Σιμωνίδης διεβέβλητο — ὅθεν Ξενοφάνης κίμβικα αὐτὸν* [i. e. *Σιμωνίδην*] *προσαγορεύει. Καὶ τὸν Σοφοκλέα οὖν κ. τ. λ.* Simonidem *κίμβικα* dictum esse apparet ex Athen. XIV p. 656, d. — Xenophanes, quocunque fuit tempore, exsul vixit in Sicilia. Laert. IX, 18: *οὗτος ἐκπεσὼν τῆς πατρίδος ἐν Ζάγκλῃ τῆς Σικελίας διέτριβε καὶ ἐν Κατάνῃ.* [Cf. quae ad c. XXI, d addentur. *Kr.*]	testatur marmor Parium No. 56: *ἀφ' οὗ Ἱέρων Συρακουσῶν ἐτυράννευσεν ἔτη ... ἄρχοντος Ἀθήνησι Χάρητος* [472]. *ἦν δὲ καὶ Ἐπίχαρμος ὁ ποιητὴς κατὰ τοῦτον*, et Plutarch. Moral. p. 68, a. p. 175, c. [*Pindari Pyth.* II hoc anno scriptum esse suspicatur Boeckh. Explicc. p. 241. *Kr.*]
		+4760=19000, apud Plutarchum 14040 additis „prope 5000," ut ex huius quoque ratione ferme 19000 conficiantur. Schol. Aristoph. Vesp. 716: *φησὶν ὁ Φιλόχορος τετρακισχιλίους ἑπτακοσίους ξ' ὀφθῆναι παρεγγράφους. — μήποτε δὲ περὶ τῆς Αἰγύπτου δωρεᾶς ὁ λόγος ἦν Φιλόχορος Ψαμμήτιχον πέμψαι τῷ δήμῳ ἐπὶ Λυσιμαχίδου, — τοὺς γὰρ λαβόντας γενέσθαι μυρίους τετρακισχιλίους διακοσίους μ'. Ἄλλως. σιτοδείας ποτὲ γενομένης ἐν τῇ Ἀττικῇ Ψαμμήτιχος ὁ τῆς Λιβύης βασιλεὺς ἀπέστειλε σῖτον Ἀθηναίοις αἰτήσασιν αὐτόν· τῆς δὲ διανομῆς γενομένης τοῦ σίτου ξενηλασίαν ἐποίησαν Ἀθηναῖοι καὶ ἐν τῷ διακρίνειν τοὺς αὐθιγενεῖς εὗρον καὶ ἑτέρους τετρακισχιλίους ἑπτακοσίους ἑξήκοντα ξένους παρεγγεγραμμένους.* Plutarch. Pericle 37: *ἀκμάζων ὁ Περικλῆς ἐν τῇ πολιτείᾳ πρὸ πάνυ πολλῶν χρόνων* [multo ante 430] *καὶ παῖδας ἔχων γνησίους νόμον ἔγραψε μόνους Ἀθηναίους εἶναι τοὺς ἐκ δυοῖν Ἀθηναίων γεγονότας.* [Cf. Aelian. V. H. VI, 10. VIII, 24. *Kr.*] *ἐπεὶ δὲ τοῦ βασιλέως τῶν Αἰγυπτίων δωρεὰν τῷ δήμῳ πέμψαντος τετρακισμυρίους πυρῶν μεδίμνους ἔδει διανέμεσθαι τοὺς πολίτας, πολλαὶ μὲν ἀνεφύοντο δίκαι τοῖς νόθοις ἐκ τοῦ γράμματος ἐκείνου, πολλοὶ δὲ συκοφαντήμασι περιέπιπτον. ἐπράθησαν* (legendum *ἀπηλάθησαν*. Sic Dionys. Lysia p. 526: *ἀπελαθήσεσθαι τῶν κοινῶν*. [At v. Dionys. Iud. de Is. 16 p. 617 R. *Kr.*]) *οὖν ὀλόντες ὀλίγῳ πεντακισχιλίων ἐλάττονες· οἱ δὲ μείναντες ἐν τῇ πολιτείᾳ καὶ κριθέντες Ἀθηναῖοι μύριοι καὶ τετρακισχίλιοι καὶ τεσσαράκοντα τὸ πλῆθος ἐξητάσθησαν.* Quodsi mulieres et liberos addideris illis 14240, habeas circiter 58640, si 19000 numero, 78640 Atticae incolas exceptis inquilinis et servis. *Cf. a.* 422. [Cf. tamen Wachsmuth. Hell. Alterthumskunde II p. 32. *Kr.*] Boeckh. Staatshaushalt d. Ath. vol. 1.
443	Ol. 84, 2. *Lysanias.* Diod. XII, 24.	Athenienses coloniam deducunt Thurios, *ἐπὶ Πραξιτέλους ἄρχοντος.* Vit. X or. p. 835, d. — *δωδεκάτῳ πρότερον ἔτει τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου.* Dionys. Lysia p. 453. Proinde extremo anno, *Praxitelis*, quem inter et *Pythodorum* archontes sunt undecim, ac vere a. 443, quod et ipsum est argumento archontas munera auspicatos esse media aestate. *V. Prooem.* p. XIX—XXI. Plin. Hist. Nat. XII, 4: *Urbis nostrae trecentesimo decimo anno: tunc enim auctor ille* (Herodotus) *historiam condidit Thuriis in Italia.* Sed a. 310 U. c. Varron. est a. a. C. n. 444, ut confirmentur Dionysii rationes et eius qui *τοὺς βίους τῶν δέκα ῥητόρων* conscripsit.

PHILOSOPHI etc.	POETAE.
Ἀπολλόδωρός φησι τελευτῆσαι αὐτὸν βιώσαντα ἔτη ἑβδομήκοντα, σοφιστεῦσαι δὲ τεσσαράκοντα ἔτη (ex Platone Men. p. 91, e: ἀποθανεῖν ἐγγὺς ἑβδομήκοντα ἔτη γεγονότα, τετταράκοντα δὲ ἐν τῇ τέχνῃ ὄντα—) καὶ ἀκμάζειν κατὰ τὴν τετάρτην καὶ ὀγδοηκοστὴν ὀλυμπιάδα. Ex hac ratione circiter 404 obierit aliquot annis ante Socratis mortem. Sed de difficultatibus quae in Protagorae morte notando se offerunt *v. Append. c.* 21. Athenis sedem habebat 422. *Cf. a.* 422. *Empedocles* floruit. Laert. VIII, 74: ἤκμασε κατὰ τὴν πδ' ὀλυμπιάδα. Apollodorus ἐν τοῖς χρονικοῖς ap. Laert. VIII, 52: *ἦν μὲν Μέτωνος υἱός, εἰς δὲ Θουρίους* *αὐτὸν νεωστὶ παντελῶς ἐκτισμένους* *Γλαῦκος ... ἐλθεῖν φησίν —* *οἱ δ' ἱστοροῦντες ὡς πεφευγὼς οἴκοθεν* *εἰς τὰς Συρακούσας μετ' ἐκείνων ἐπολέμει* *πρὸς τοὺς Ἀθηναίους τελέως ἀγνοεῖν ἐμοὶ* *δοκοῦσιν· ἦ γὰρ οὐκ ἔτ' ἦν ἢ παντελῶς* *ὑπεργεγηρακώς· ὅπερ οὐχὶ φαίνεται.* *Ἀριστοτέλης γὰρ αὐτὸν ἑξήκοντ' ἐτῶν,* *ἔτι θ' Ἡράκλειτον, φησὶ τετελευτηκέναι.* [Cf. Aristot. met. I, 3: Ἀναξαγόρας δὲ ὁ Κλαζομένιος τῇ μὲν ἡλικίᾳ πρότερος ὢν τούτου (τοῦ Ἐμπεδοκλέους), τοῖς δ' ἔργοις ὕστερος. Scripsit posterius quam Parmenides. Diog. L. VIII, 55: ὁ Θεόφραστος Παρμενίδου φησὶ ζηλωτὴν αὐτὸν γενέσθαι καὶ μιμητὴν ἐν τοῖς ποιήμασιν. *Kr.*]	
Herodotus, aet. 41, Thurios venit. Strabo XIV p. 656, c: Θούριον ἐκάλεσαν διὰ τὸ κοινωνῆσαι τῆς εἰς Θούριον ἀποικίας. Suidas. Ἐλθὼν εἰς Ἁλικαρνασσὸν καὶ τὸν τύραννον ἐξελάσας, ἐπειδὴ ὕστερον εἶδεν ἑαυτὸν φθονούμενον ὑπὸ τῶν πολιτῶν, εἰς τὸ Θούριον, ἀποικιζόμενον ὑπὸ Ἀθηναίων, ἐθελοντὴς ἦλθεν. Cf. Aristot. Rhet. III, 9. Herod. IV, 99. Plin. H. N. XII, 4. Epigr. apud Steph. Byz. in *Θούριοι*. [Hoc anno *Xenophon* videtur natus esse. *Cf. ad a.* 424, 3. *Kr.*] *Lysias* Thurios venit σὺν τῷ πρεσβυτάτῳ ἀδελφῷ Πολεμάρχῳ, τοῦ πατρὸς ἤδη τετελευτηκότος, ὡς κοινωνήσων τοῦ κλήρου, ἔτη γεγονὼς πεντεκαίδεκα, ἐπὶ Πραξιτέλους ἄρχοντος, κἀκεῖ διέμεινε (παιδευόμενος παρὰ Τισίᾳ καὶ Νικίᾳ τοῖς Συρακουσίοις) — ἕως Κλεοκρίτου. [a. C. 413.] Vit X. or. p. 835, d. Cephalus, Lysiae pater, Athenis habitavit annos triginta — Οὗμὸς πατὴρ ἐπείσθη μὲν ὑπὸ Περικλέους εἰς ταύτην τὴν γῆν ἀφικέσθαι, ἔτη δὲ τριάκοντα ᾤκησε. Lys. adv. Eratosth. p. 120, 26. Quoniam nunc mortuus erat, Athenis domicilium collocaverit circiter 473.	

A.C.n.	Archontes	Res gestae
442	Ol. 84, 3. *Diphilus.* Diod. XII, 26. Dionys. Ant. XI p. 2305. Mar. Par. No. 61.	
441	Ol. 84, 4. *Timocles.* Diod. XII, 27. Oderici Marm. Didasc. [Schol. ms. ad Aristoph. Vesp. 283 apud Seidler. dissert. de tempore quo primum acta est Antig. p. XXII ed. Herm. *Kr.*]	
440	Ol. 85, 1. *Myrichides.* Diod. XII, 29. *Morychides.* Schol. Aristoph. Acharn. 67. *Morichides.* Oderici Marm. Didasc. [*Δορυχίδου* schol. ms. apud Seidlerum l. l. *Kr.*]	*Samium bellum*: ἕκτῳ ἔτει [post ea quae a. 445 notata sunt. *Kr.*]. Thuc. I, 115—117. Recte igitur huius belli tempus constituit Schol. Aristoph. Vesp. 283. *τὰ περὶ Σάμιον ἐννεακαιδεκάτῳ ἔτει πρότερον γέγονε.* Nam *Aminias*, de cuius anno loquitur, undevicesimus a *Timocle* archon erat. Samos terra marique obsessa dedidit se nono mense: *ἐξεπολιορκήθησαν ἐννάτῳ μηνί.* Thuc. I, 117. [Distinguenda sunt duo bella Samia, quae male a Diodoro XII, 27 s. in unum annum coacta esse quum alia quae Thucydides refert probant, tum illud quod altero Samii *ἐξεπολιορκήθησαν ἐννάτῳ μηνί.* Thuc. I, 117. Accedit quod Sophoclem, quem altero bello praetorem fuisse constat, eius vitae scriptor *πρὸ τῶν Πελοποννησιακῶν ἔτεσιν ἑπτά*, i. e. anno octavo, hoc munere functum tradit. Itaque altera in Samios expeditio Morychide archonte facta est. Pluribus haec probavit Seidlerus locis 441, 1 et 4 laudatis. *Kr.*] Contra Seidlerum disputat Boeckh. in Abhandl. d. hist. phil. Kl. d. k. Pr. Akad. d. Wiss. 1826 p. 46 ss. et 225 ss.

PHILOSOPHI etc.	POETAE.
[Gorgiae περὶ φύσεως s. περὶ τοῦ μὴ ὄντος ἢ περὶ φύσεως librum (Sext. Emp. adv. Math. VII, 65) Ol. 84 scriptum esse testatur Olympiod. ad Plat. Gorg. praef. p. 615 ed. Findeisen.: ἀμέλει καὶ γράφει ὁ Γοργίας περὶ φύσεως σύγγραμμα οὐκ ἄκομψον τῇ πδ' ὀλυμπιάδι. *Kr.*]	*Euripides* tragoedia vicit. Εὐριπίδης — τραγῳδίᾳ πρῶτον ἐνίκησεν ἔτη ΗΗΔ..... ἄρχοντος Ἀθήνησι Διφίλ.. Mar. Par. No. 61. Itaque *primum* consequutus est praemium: πρῶτος ἦν. Tertio ornata est (τρίτος ἦν) Πελιάδες 455. Hoc anno Sophoclis Antigonam actam esse statuit Boeckh. de tragg. p. 107. Cf. l. 440, 2 l. p. 46 ss. et 225 ss. Süvern. ib. p. 37 s. Ol. 84, 4 doctam esse censet. Ol. 85, 1 datam esse probare instituit Seidler. l. col. 1 laudato et in Ephemer. litt. Hal. Anal. Ian. 1825. *Kr.*]
Melissus philosophus — Μέλισσος ὁ Ἰθαγένους, ἀνὴρ φιλόσοφος, στρατηγῶν τότε τῆς Σάμου — Samum contra Periclem defendit. Plutarch. Pericl. 26 s. Hoc consentit cum Apollodori ratione, qui Melissum Ol. 84 ponit. *Cf. a.* 444. Suidas v. Μέλιτος Λάρου: ἦν ἐπὶ τῶν Ζήνωνος τοῦ Ἐλεάτου καὶ Ἐμπεδοκλέους χρόνων. οὗτος ἔγραψε περὶ τοῦ ὄντος. ἀντεπολιτεύσατο δὲ Περικλεῖ· καὶ ὑπὲρ Σαμίων στρατηγήσας ἐναυμάχησε πρὸς Σοφοκλῆν τὸν τραγικὸν ὀλυμπιάδι ὀγδοηκοστῇ τετάρτῃ. Haec, quae Suidas, quum Μέλιτος pro Μέλισσος legerit, per errorem ad Melissum Socratis accusatorem rettulit, ad Melissum philosophum pertinent. Temporis nota ex Apollodoro repetita est. [Plut. adv. Colot. 32: Μέλισσος δὲ τῆς πατρίδος στρατηγῶν Ἀθηναίους κατεναυμάχησεν. *Kr.*]	Comoedia lege prohibetur. Schol. Aristoph. Acharn. 67: ψήφισμα τοῦ μὴ κωμῳδεῖν, γραφὲν ἐπὶ Μορυχίδου· καὶ ἴσχυσεν ἐκεῖνόν τε τὸν ἐνιαυτὸν καὶ δύο τοὺς ἑξῆς ἐπὶ Γκίνου τε (leg. ἐπὶ Γλαυκίδου τε) καὶ Θεοδώρου. Attamen his ipsis quibus lege cautum erat annis duas fabulas actas refert Oderici Marm.: .... ἐπὶ Θεοδώρου Σατύροις---· ι ἐπὶ Μοριχίδου---υς Κλεοφόροις.-- *Morychidis* Dionysia incidunt in ver a. 439; *Theodori* in ver a. 437. Oderici Epistol. p. XLIV: „*Scholiastem didascalia haec nostra aperte refellit, nam et Morychide et Theodoro — comoedias actas ostendit. — Alterutrum statuas necesse est, aut nostrae didascaliae auctorem errasse aut errasse scholiastem.*“ Sed nihil constat de forma aut indole harum fabularum, τῶν Σατύρων et τῶν Κλεοφόρων. Fortasse ita scriptae erant, ut legem eluderent, ut et Scholiastes et Marmor vera tradiderint. Hanc explicationem de altera harum fabularum, de Σατύροις, obtulit Larcher. Herod. VII p. 562 eaque pariter valeat de altera. *Sophocles* in bello Samio praetoris munere fungitur. Strabo XIV p. 638, c: Ἀθηναῖοι πέμψαντες Περικλέα καὶ σὺν αὐτῷ Σοφοκλέα τὸν ποιητὴν πολιορκίᾳ κακῶς διέθηκαν τοὺς Σαμίους. Paulo post actam Antigonam. Argum. Antig.: φασὶ δὲ τὸν Σοφοκλέα ἠξιῶσθαι τῆς ἐν Σάμῳ στρατηγίας εὐδοκιμήσαντα ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῆς Ἀντιγόνης. Hoc tempore qua aetate fuerit ipse memorat epigrammate a Plutarcho Mor. p. 785, b conservato: τουτὶ δὲ ὁμολογουμένως Σοφοκλέους ἐστὶ τὸ ἐπιγραμμάτιον· Ὠιδὴν Ἡροδότῳ τεῦξεν Σοφοκλῆς ἐτέων ὢν πέντ' ἐπὶ πεντήκοντα. Quia Plutarchus modo de Oedipode Coloneo loquutus erat, Corsin. Fastt. Att. t. III p. 217, fortasse memoriter laudato loco, minus accurate hoc anno Oedipodem Col. actam esse tradit. [Cf. de

A.C.n.	Archontes	Res gestae
439	Ol. 85, 2. *Glaucides.* Diod. XII, 30 corrupte *ἐπὶ Γκίνου* pro *ἐπὶ Γλαυκίδου* apud Schol. Aristoph. Acharn. 67 ed. Ald.	
438	Ol. 85, 3. *Theodorus.* Diod. XII, 31. Schol. Acharn. 67. Oderici Marm. Didasc.	
437	Ol. 85, 4. *Euthymenes.* Diod. XII, 32. Schol. Acharn. 67. Schol. Aeschin. p. 755 Reisk. Harpocrat. v. *προπύλαια.*	*Agnon* coloniam deducit Amphipolin — Euthymenis anno. Diod. XII, 32: (*ἐπὶ ἄρχοντος Εὐθυμένους*) — *Ἀθηναῖοι συνῴκισαν Ἀμφίπολιν.* Schol. Aeschin. p. 755 Reisk.: *τὰς Ἐννέα Ὁδοὺς Ἄγνων συνοικίσας Ἀθηναῖος Ἀμφίπολιν ἐκάλεσεν ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθήνησιν Εὐθυμένους.* — Undetricesimo anno post cladem ad Drabescum. Thuc. IV, 102: *καὶ αὖθις, ἐνὸς δέοντος τριακοστῷ ἔτει, ἐλθόντες οἱ Ἀθηναῖοι, Ἄγνωνος τοῦ Νικίου οἰκιστοῦ ἐκπεμφθέντος — ἔκτισαν τὸ χωρίον τοῦτο.* Unde clades ad Drabescum 465 posita est et triginta duo ante annis 497 Aristagorae mors. *Cf. hos annos.*
436	Ol. 86, 1. *Lysimachus.* Dionys. Isocr. p. 534 R. Plutarch. Mor. p. 836, e. Laert. III, 3. Oderici Marm. Didasc. *Nausimachus.* Diod. XII, 33.	[Propylaea aedificari coepta. Harpocrat. in *Προπύλαια ταῦτα: Περὶ τῶν Προπυλαίων τῆς ἀκροπόλεως, ὡς ἐπὶ Εὐθυμένους ἄρχοντος οἰκοδομεῖν ἤρξαντο Ἀθηναῖοι Μνησικλέους ἀρχιτεκτονοῦντος ἄλλοι τε ἱστορήκασι καὶ Φιλόχορος ἐν τῇ τετάρτῃ. Ἡλιόδωρος δ' ἐν πρώτῳ περὶ τῆς Ἀθήνησιν ἀκροπόλεως μεθ' ἕτερα καὶ ταῦτά φησιν· Ἐν ἔτεσι μὲν πέντε παντελῶς ἐξεποιήθη, τάλαντα δὲ ἀνηλώθη δισχίλια δώδεκα. πέντε δὲ πύλας ἐποίησαν, δι' ὧν εἰς τὴν ἀκρόπολιν εἰσίασιν.* Cf. Suid. et Phot. in *Προπύλαια. Kr.*]

PHILOSOPHI etc.	POETAE.
	hoc l. Heys. Quaestt. Herod. p. 66 ss. et Boeckh. l. 440, 2 l. p. 59 s. *Kr.*] Vita Soph.: *Ἀθηναῖοι δὲ αὐτὸν ξε΄ (in membr. ξθ΄) ἐτῶν ὄντα στρατηγὸν εἵλοντο πρὸ τῶν Πελοποννησιακῶν ἔτεσιν ἑπτὰ ἐν τῷ πρὸς Ἀναίαν πολέμῳ.* Quod si Samium bellum fuerit numeros correxeris *νε΄ ἐτῶν πρὸ τῶν Πελ. ἔτεσιν ἐννέα* = 440 a. C. n. Si cum Brunckio *νζ΄ ἐτῶν — ἔτεσιν ἑπτὰ* [438] legas, alia expeditio, in qua Sophocles praetor fuerit, respiciatur. [Sed v. Seidler. l. 441, 1 l. p. XXIII s. *Kr.*]
	Pindarus secundum quosdam 80^{mum} annum complevit. Anon. apud Scholiast.: *Κάτθανεν ὀγδώκοντα τελειομένων ἐνιαυτῶν.* Thom. Mag. Vita Pind. *τέθνηκεν ἐτῶν γεγονώς, ὥς τινες, ὀγδοήκοντα.* Alii 66 annos natum obisse statuerunt: *ἑξ καὶ ἑξήκοντα ἐτῶν γεγονώς.* Thom. Mag. — vel 55: *ἀποθανεῖν ἐτῶν νε΄.* Suid. Eudoc. Sed haec minus probabilia sunt, quoniam Pythiadi 35 superstes erat. *Cf. a.* 446. Thomae Mag. locum sic emendaveris: *τέθνηκεν — ἑξήκοντα ἐτῶν γεγονὼς ἐπὶ Βίωνος* [a. C. 548]· *ἢ, ὥς τινες, ὀγδοήκοντα, κατὰ ἕκτην καὶ ὀγδοηκοστὴν ὀλυμπιάδα.* (accuratius Ol. 85, 3.) [Boeckhius II, 2 p. 15 Pindarum Ol. 84, 3 mortuum esse censet. *Kr.*]
	Abrogata lex est qua prohibita erat comoedia, Euthymenis anno: *οὗτος ὁ ἄρχων ἐφ' οὗ κατελύθη τὸ ψήφισμα τοῦ μὴ κωμῳδεῖν.* Schol. Acharn. 67. Haec lex postquam tres annos obtinuerat, *ἐπ' Εὐθυμένους κατελύθη.* Schol. ibid. Oderic. p. XLIII per incuriam male cepit consuetas vulgatasque locutiones *ἐπὶ Μορυχίδου — ἐπ' Εὐθυμένους*, quibus rei actae annus notatur, quasi significarent legem *auctore* Morychide datam et *auctore* Euthymene abrogatam esse: „*ab Euthymene abrogatum est; — agere iterum (Euthymenes) permisit.*“ Eodem errore ex parte ductus est Larcher. Herod. VII p. 562.
Isocrates nascitur. Dionys. Isocr. p. 534: *ἐπὶ τῆς ὀγδοηκοστῆς καὶ ἕκτης ὀλυμπιάδος, ἄρχοντος Ἀθήνησι Λυσιμάχου, πέμπτῳ πρότερον ἔτει τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου, δυσὶ καὶ εἴκοσιν ἔτη νεώτερος Λυσίου.* Vit. X or. p. 836, e: *γενόμενος κατὰ τὴν ὀγδοηκοστὴν ἕκτην ὀλυμπιάδα ἐπὶ Λυσιμάχου· (Λυσίου μὲν νεώτερος) — [sic supplendum] — δύο καὶ εἴκοσιν ἔτεσι, πρεσβύτερος δὲ Πλάτωνος*	*Cratinus* comicus *νικᾷ μετὰ τὴν πε΄ ὀλυμπιάδα.* Schol. Aristoph. Prolegg. p. XXVIII Beck. i. e. postquam lex qua comoedia prohibebatur abrogata erat, quae per eam Olympiadem obtinuit. Cratini tres victoriae notae sunt post Ol. 85. Secundas tulit eius *Χειμαζόμενοι* 425 et *Σάτυροι* 424, primas *Πυτίνη* 423.

A. C. n.	Archontes	Res gestae
435	Ol. 86, 2. *Antilochides.* Diod. XII, 34. *Antiochides.* Oderici Marm. Didasc.	Pugna navalis Corinthiorum et Corcyraeorum. Thuc. I, 29. — *χειμῶνος ἀνεχώρησαν ἐπ' οἴκου ἑκάτεροι.* Id. I, 30. [Haec pugna (vere?) 434 videtur facta esse, quum Thucydides I, 31 inter hanc et alteram pugnam [432] nonnisi biennium interiectum fuisse tradat. Nec aliter Diodorus, nisi quod haec omnia Olympiade prius quam debebat gesta esse refert: quo errore ductus pugnam ad Potidaeam bis memoravit XII, 34 Ol. 86, 2 et c. 34 Ol. 87, 1. Videlicet eam paulo post *Κερκυραϊκὰ* (Thuc. I, 56) et paulo ante bellum Peloponnesiacum (I, 117. II, 2) factam esse legerat: quae quum ipse quattuor aut quinque annorum intervallo disiunxisset, ex uno proelio duo fecit. *Kr.*]
434	Ol. 86, 3. *Chares.* Diod. XII, 35.	Corinthiorum apparatus: *τὸν ἐνιαυτὸν πάντα τὸν μετὰ τὴν ναυμαχίαν καὶ τὸν ὕστερον.* Thuc. I, 31.

Philosophi etc.	Poetae.
ἑπτά. Secundum Laert. III, 3 Plato erat *Ἰσοκράτους νεώτερος ἔτεσιν ἕξ. ὁ μὲν γὰρ ἐπὶ Ἀυσιμάχου, Πλάτων δὲ ἐπὶ Ἀμεινίου γέγονε.* [*Cf. a.* 429. *Kr.*] Corsini Fastt. Att. II p. 68 diss. IX natalem Isocratis annum ita definit: „Obiisse eum Metagitnione 438, annum nonagesimum nonum ingressum. Itaque natum fuisse ante Metagitnionem i. e. Hecatombaeone 436. Peloponnesiacum bellum coeptum esse Thargelione 431 atque eum natum fuisse quinto ante anno ac proinde ante Thargelionem 435. Hecatombaeonem 436 quattuor annis et decem mensibus ante bellum fuisse. Platonem Thargelione 429 aut Thargelione 428 natum fuisse, ut Isocrates vel sex annis et decem mensibus vel septem annis et decem mensibus grandior fuerit.“ Haec ratiocinatio fortasse iusto accuratior est. Sufficit Isocratem natum fuisse Ol. 86, 1, Lysimachi anni parte priore.	
Ὀγδοηκοστῇ ἕκτῃ ὀλυμπιάδι γενέσθαι φασὶ τὸν Ἀβδηρίτην Δημόκριτον, Ἐμπεδοκλέα τε καὶ Ἱπποκράτην καὶ Πρόδικον, Ζήνωνα καὶ [*Παρμενίδην*]. Cyrill. Iulian. I p. 13. Eusebius, qui haec nomina Ol. 86, 1 ponit, [Ol. 86, 3 et 4 ed. Mai. *Kr.*] et ipse Parmenidem habet. Itaque statuas ipsius potius Eusebii errorem esse quam librarii: alioqui pro *Παρμενίδην* substitueris *Πρωταγόραν*. *Democritus* et *Hippocrates* (aet. 25), *Prodicus*, *Zeno Eleus* et *Protagoras*, omnes hi erant Ol. 86. Sed *Parmenides*, Heracliti aequalis, 70 annis prior erat. *Cf. an.* 503. De Empedocle *cf. a.* 444 — de Zenone *cf. a.* 464 — de Protagora *cf. a.* 444 et 422. *Prodicus Ceus* erat *φιλόσοφος φυσικὸς καὶ σοφιστής, σύγχρονος Δημοκρίτου τοῦ Ἀβδηρίτου καὶ Γοργίου, μαθητὴς Πρωταγόρου τοῦ Ἀβδηρίτου.* Suid. *Πρόδικος.*	(*Phrynichus* comicus primum fabulas docuit. Suidas v. *Φρύνιχος. Φρύνιχος Ἀθηναῖος, κωμικός, τῶν ἐπιδευτέρων τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας· ἐδίδαξε* [*τὸ πρῶτον ἐπὶ τῆς ποτ' ὀλυμπιάδος*. Probabile est legendum esse *πζ' ὀλυμπιάδος*, ut ap. Suid. v. *Ἀριστομένης — τῶν ἐπιδευτέρων τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας — ὀλυμπιάδι πζ'*. [a. C. 431.] *Cf. a.* 429.) [Idem suspicatur Meinek. Quaestt. scen. II p. 6 cl. Anon. de Com. p. XXIX Lips.: *Εὔπολις ἐδίδαξεν ἐπὶ ἄρχοντος Ἀπολλοδώρου ἐφ' οὗ καὶ Φρύνιχος. Kr.*]
	Lysippus comicus *ἐνίκα*, *Dionysiis* Antilochidis archontis. Oderici Marmor: *ἐπὶ Ἀντιοχίδου .... ὑσιππος ἐνίκα μεν ... πον Καταχήναις. Idem* in *Βάκχαις* Lamponem irrisit; Athen. VIII p. 344, e; quod et ipsum huic tempori eum asserit. *Λύσιππος ἐν Βάκχαις* laudatur ab Athen. III p. 124, d et Polluce VII, 77. Ibid. 89 et Steph. Byz. v. *Θεσσαλία*. Poll. X, 50. 154. Eundem comicum memorat etiam Hesych. v. *Βούδιος*. — Dicaearch. p. 17. 18: *οἱ στίχοι Ἀυσίππου. Εἰ μὴ τεθέασαι τὰς Ἀθήνας στέλεχος εἶ κ. τ. λ.* V. etiam Suid. v. *Λύσιππος*. Diversus est *Lysippus* cuius mentio fit in alia inscriptione ab Oderico prolata p. LXXII, qua chorica victoria proditur *ἐπὶ Πυθαράτου* [271 a. C.], non modo propter temporum intervallum,

A.C.n.	Archontes	Res gestae
433	Ol. 86, 4. *Apseudes.* Diod. XII, 36. Corrupte *ψευδῶς* Schol. Aristoph. Av. 998. [Cf. Boeckh. Inscriptt. V. I f. 1 p. 112. *Kr.*]	Corcyraei legatos mittunt Athenas. Thuc. I, 31. [Hoc anno Charinum (Plutarch. reip. ger. praec. 15) populiscitum contra Megarenses pertulisse censet Meier. Ind. lectt. Univ. Gryphiswald. 1821 p. 6. *Kr.*]
432	Ol. 87, 1. *Pythodorus.* Diod. XII, 37. Thuc. II, 2. Arg. Medeae. Schol. Av. 998. [Pac. 604. Boeckh. l. l. p. 349. *Kr.*]	Pugna navalis ad Corcyram, *vere.* Thuc. I, 46—55. *Ποτίδαια ἀπέστη*, fere *media aestate.* Id. I, 61—63. Concilium Lacedaemone, *auctumno.* I, 67. *ἐν τῷ τετάρτῳ καὶ δεκάτῳ ἔτει τῶν τριακοντοτίδων σπονδῶν.* I, 87. [*Φιλόχορος ἐπὶ Πυθοδώρου ἄρχοντος ταῦτά φησι· καὶ τὸ ἄγαλμα τὸ χρυσοῦν τῆς Ἀθηνᾶς ἐστάθη εἰς τὸν νεὼν τὸν μέγαν.* Schol. ad Aristoph. Pac. 604. Ibi tamen Palmer. Exercc. p. 746 et Corsin. F. A. III p. 217 *Θεοδώρου* emendant, quod mox dicatur; *ἐπὶ Σκυθοδώρου* [corrigunt *Πυθοδώρου*], *ὃς ἐστιν ἀπὸ τούτου ἕβδομος.* Confirmare videtur Aristophanes l. l. haec populiscito adversus Megarenses perlato posteriora dicens. Sed Pythodori nomen etiam apud alium Scholiastem eadem tradentem l. l. legitur, atque aegre perspicitur quomodo quae illi narrant, si sex ante annis facta fuerint, belli Peloponnesiaci causa dici haberique potuerit. Cf. etiam Diod. XII, 39 et Plutarch. Pericle 21, cui plus tribui debebat quam scholio aperte confuso. Aliter tamen nuper visum est C. O. Müllero de Phid. p. 22. 35, de cuius rationibus alio loco dicam. Sed ex Aristophanis loco suspiceris hoc demum anno populiscitum adversus Megarenses perlatum esse, quamquam adversatur Diod. atque, ut videtur, etiam Plutarch. ll. ll. *Kr.*]
431	Ol. 87, 2. *Euthydemus.* Diod. XII, 38. Athen. V p. 217, b.	Thebani Plataeam invadunt, *τῷ πεμπτῷ καὶ δεκάτῳ ἔτει*, duobus mensibus ante mediam aestatem. Thuc. II, 2. [*Πυθοδώρου ἔτι δύο μῆνας ἄρχοντος Ἀθηναίοις*, ubi tamen vereor ne emendandum sit *δ'* (i. e.) *τέσσαρας μῆνας*, quae coniectura quibus rationibus nitatur alio loco dicam. *Kr.*] *μετὰ τὴν ἐν Ποτιδαίᾳ μάχην μηνὶ ἕκτῳ.* Ib. Pythodori archontis mense *decimo* s. *Munychione* exeunte. — *τελευτῶντος τοῦ μηνὸς τὰ γιγνόμενα ἦν.* Thuc. II, 4. — In Atticam irruptio, octoginta post diebus II, 19. Proinde Hecatombaeone Euthydemi archontis. [*Bellum Peloponnesiacum coeptum est circa annum fere post conditam Romam trecentesimum vicesimum tertium.* Gell. XVII, 21, 16. *Kr.*] Solis defectionem notat Thuc. II, 28. [die tertio Augusti Iul. *Kr.*] — Atheniensium incursio in Megaridem *περὶ τὸ φθινόπωρον τοῦ θέρους τούτου.* II, 31. *Kr.*] Tricennalis foederis tam 14^{mus} quam 15^{mus} annus ex parte in Pythodori annum incidunt. Cf. Thuc. I, 87 et II, 2. Quintus decimus annus Munychione exeunte incepit; ac proinde quartus decimus prope ineunte Munychione s. Aprili 431 exiit. Factumque erat tricennale foedus ineunte Munychione s. Aprili 445. [Cf. Seidler. in Ephemm. litt. Hal. Anal. Ianuar. 1825 p. 204. s. Ex meis rationibus factum est paulo ante Elaphebolionem. *Kr.*]

PHILOSOPHI etc.	POETAE.
	sed etiam quod ibi *χορὸς ἀνδρῶν*, non comoedia memoratur.
Andocides orator *προεχειρίσθη μετὰ Γλαύκωνος σὺν ναυσὶν εἴκοσι Κερκυραίοις βοηθήσων.* Vit. X or. p. 834, c. Thuc. I, 51: *εἴκοσι νῆες — ὧν ἦρχε Γλαύκων τε ὁ Λεάγρου καὶ Ἀνδοκίδης ὁ Λεωγόρου.* Vere a. 432. *Anaxagoras* quum iterum Athenas venisset, impietatis accusatus est quo tempore in ius vocati sunt Phidias et Aspasia. Plutarch. Pericl. 32. — Diod. XII, 39: *ἐπ' ἄρχοντος Εὐθυδήμου* [a. C. 431] *— Ἀναξαγόραν τὸν σοφιστήν, διδάσκαλον ὄντα Περικλέους, ὡς ἀσεβοῦντα εἰς τοὺς θεοὺς ἐσυκοφάντουν.* Quod prope convenit cum tempore a Plutarcho notato. Abiit Lampsacum, ubi circiter quattuor annis post obiit. Suid.: *Ἀναξαγόρας — ἔφυγεν ἐξ Ἀθηνῶν, Περικλέους αὐτῷ συνειπόντος, καὶ ἐλθὼν ἐν Λαμψάκῳ ἐκεῖ καταστρέφει τὸν βίον. Cf. an.* 428. *Meton ἐπ' ἄρχοντος Ἀψεύδους — ἐξέθηκε τὴν ὀνομαζομένην ἐννεακαιδεκαετηρίδα, τὴν ἀρχὴν ποιησάμενος ἀπὸ μηνὸς σκιροφοριῶνος τρισκαιδεκάτης.* Diod. XII, 36 [Iunio a. 432]. Cf. Schol. Aristoph. Av. 998. [V. Ideler. Chron. p. 297 ss. 316 ss. et Süvern.: Ueber Aristoph. Wolken. p. 21. *Kr.*]	*Hermippus* Aspasiam in ius vocat. Plut. Pericl. c. 31. 32: *περὶ τοῦτον τὸν χρόνον* [circa tempus quo Phidias accusatus est, paulo ante belli initium] *Ἀσπασία δίκην ἔφευγεν ἀσεβείας, Ἑρμίππου τοῦ κωμῳδοποιοῦ διώκοντος.* (*Calliae Γραμματικὴ Τραγῳδία.* Ante Medeam. Athen. VII p. 276, a: *Καλλίαν γραμματικὴν συνθεῖναι τραγῳδίαν, ἀφ' ἧς ποιῆσαι τὰ μέλη καὶ τὴν διάθεσιν Εὐριπίδην ἐν Μηδείᾳ καὶ Σοφοκλέα τὸν Οἰδίπουν.*) In hac comica fabula (nam talis erat) *πρόλογος μέν ἐστιν ἐκ τῶν στοιχείων, ὁ χορὸς δὲ γυναικῶν.* Athen. X p. 453, c. d. Hac fabula posterior erat Euripidis *Theseus.* Athen. X p. 454, b: *ὅθεν ὕστερον — Εὐριπίδης τὴν ἐν τῷ Θησεῖ τὴν ἐγγράμματον ἔοικε ποιῆσαι ῥῆσιν.* [Cf. Musgrav. Fragm. Eur. p. 592.] Callias in *Πεδήταις Lamponem* vatem traduxit. Athen. VIII p. 344, e. — *Sacas;* Schol. Av. 31. — *Melanthius;* Schol. Av. 151. qui in Aristophanis comoediis irridentur. *Lampo* Periclis et Anaxagorae aetate viguit, prius quam Pericles solus reipublicae rectionem adeptus erat. Plutarch. Per. 6. *Cf. an.* 443, 2.
Hellanicus, aet. 65. *Herodotus*, aet. 53. *Thucydides*, aet. 40. *Cf. an.* 496. *Hippocrates* floruit. Auctor vitae: *γένει μὲν ἦν Κῶος, υἱὸς Ἡρακλείδου — μαθητὴς δὲ γέγονεν Ἡρακλείδου τοῦ ἰδίου πατρός, εἶτα Ἡροδίκου, κατὰ δέ τινας καὶ Γοργίου τοῦ Λεοντίνου ῥήτορος, φιλοσόφου δὲ Δημοκρίτου Ἀβδηρίτου . κατὰ δὲ τοὺς Πελοποννησιακοὺς ἤκμασε χρόνους.* Belli initio fere 28 annorum erat. *Cf. an.* 460 et 357.	*Euripidis Μήδεια.* Arg. Med.: *ἐδιδάχθη ἐπὶ Πυθοδώρου ἄρχοντος κατὰ τὴν ὀγδοηκοστὴν ἑβδόμην ὀλυμπιάδα. πρῶτος Εὐφορίων·* [Cf. Boeckh. de tragg. p. 31 s. *Kr.*] *δεύτερος Σοφοκλῆς, τρίτος Εὐριπίδης, Μήδεια, Φιλοκτήτης, Δίκτυς, Θερισταὶ σάτυροι.* [De iterata Medeae editione post Ol. 91, 3 cf. Boeckh. p. 173 s. *Kr.*] Philoctetem notavit Aristoph. Acharn. 424. Quod quum viderit Musgrav. Chron. Scen. Ol. 85, 4. 87, 1, mirum est eum non animadvertisse *Ἀχαρνέας* propter hoc testimonium fide dignissimum non posse actam esse quinque annis ante Philoctetem. [*Cf. an.* 425 et Boeckh. de tragg. p. 21. *Kr.*] *Aristomenes* fabulas docere incipit: *κωμικὸς τῶν ἐπιδεντέρων τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας, οὗ ἦσαν ἐπὶ τῶν Πελοποννησιακῶν, ὀλυμπιάδι πζ'.* Suidas Eudoc. [Cf. Meinek. Quaestt. scen. p. 48 s. *Kr.*] Aristomenes *Ἄδμητον* docuit 388, ut comoedias scripserit quadraginta annis ab hoc tempore, per totam qua Aristophanes viguit aetatem.

A.C.n.	Archontes	Res gestae
430	Ol. 87, 3. *Apollodorus.* Diod. XII, 43. Athen. V p. 217, b. Prolegg. Aristoph. p. XXIX Beck.	Altera in Atticam irruptio, *τοῦ θέρους εὐθὺς ἀρχομένου.* Thuc. II, 47. Pestilentia Athenis. Thuc. II, 47: *ὄντων αὐτῶν οὐ πολλάς πω ἡμέρας ἐν τῇ Ἀττικῇ ἡ νόσος πρῶτον ἤρξατο γενέσθαι.* [*παρέμεινε δὲ δύο ἔτη* III, 87. *Kr.*] In hac expeditione Peloponnesii 40 dies in Attica manserunt. Thuc. II, 57: *ἡμέρας τεσσαράκοντα μάλιστα ἐν τῇ γῇ τῇ Ἀττικῇ ἐγένοντο.* [Colophon a barbaris capta. Thuc. III, 34. *Kr.*]
429	Ol. 87, 4. *Epamino.* Athen. V p. 217, e. *Epaminondas.* Diod. XII, 46. *Aminias.* Laert. III, 3. *Amino.* Arg. Hippol.	Potidaeatae se dediderunt abeundi potestatem adepti, secundo belli anno exeunte, ante finem Munychionis 429. Thuc. II, 70: *τοῦ αὐτοῦ χειμῶνος.* Ibid.: *ταῦτα ἐν τῷ χειμῶνι ἐγένετο καὶ τὸ δεύτερον ἔτος ἐτελεύτα τῷ πολέμῳ.* Oppugnati fuerant amplius duo annos (*cf. an.* 432) atque Athenienses in obsidionem bis mille talenta insumpserant. Thuc. II, 70: *ἀναλωκνίας ἤδη τῆς πόλεως δισχίλια τάλαντα ἐς τὴν πολιορκίαν.* [Cf. Isocr. *περὶ ἀντιδ.* 113 Bekk. et Diod. XII, 46. *Kr.*] Plataearum obsessio: *τοῦ ἐπιγιγνομένου θέρους.* Thuc. II, 71. [Circumvallato oppido Peloponnesii domum revertuntur *περὶ ἀρκτούρου ἐπιτολάς.* II, 58. *Kr.*] Navalia proelia in sinu Corinthio, *τοῦ αὐτοῦ θέρους.* Id. II, 80—92. Phormionem quo duce Athenienses pugnaverunt laudat Aristoph. a. 424 Equitt. 562, ubi cf. Schol. Periclis obitus, *ἐπεβίω δὲ (τῷ πολέμῳ) δύο ἔτη καὶ ἓξ μῆνας.* Itaque mortuus est auctumno, *ἐπὶ ἄρχοντος Ἐπαμεινόνος.* Athen. V p. 217, e. Laert. III, 3. Corsini Fastt. Att. II p. 60 *Pericles*, inquit, *excessit Ol.* 87, 4 *octogenario maior, quippe qui Plutarcho teste* 55 *annis rempublicam administraverit.* Hoc non accurate ponitur, profectum ex male intellecto Plutarchi loco Pericl. c. 16: *τεσσαράκοντα μὲν ἔτη πρωτεύων ἐν Ἐφιάλταις καὶ Κίμωσι — καὶ Θουκυδίδαις· μετὰ δὲ τὴν Θουκυδίδου κατάλυσιν καὶ τὸν ὀστρακισμὸν οὐκ ἐλάττω τῶν πεντεκαίδεκα ἐτῶν διήνεγκε.* Sed hi quindecim anni illis quadraginta comprehensi sunt. Cicero de orat. III, 34: *Quadraginta annos praefuit Athenis.* Atque rempublicam administrare coepit Pericles *ἐπεὶ Ἀριστείδης μὲν ἀποτεθνήκει καὶ Θεμιστοκλῆς ἐξεπεπτώκει, Κίμωνα δ' αἱ στρατεῖαι — ἔξω κατεῖχον.* Plutarch. Pericl. c. 7. Proinde non ante 470. Neque potuit octogenario maior esse, quoniam ita decem annis grandior fuisset quam eius magister Anaxagoras. Itaque Pericles rempublicam capessivit circiter a. 469, solus administravit ab a. 444. [Ab hoc tempore Cleon Athenis potens fit, *προστὰς αὐτῶν ἑπτὰ ἔτη.* Schol. ad Luciani Tim. 30 cl. Plutarch. Per. 33. 35. *Kr.*] Sitalcae adversus Perdiccam expeditio, *τοῦ χειμῶνος ἀρχομένου.* Thuc. II, 95—100.

PHILOSOPHI etc.	POETAE.
	Ol. 87, 2. *Bacchylides carminum scriptor agnoscitur.* Euseb. Fieri potest ut etiam hoc tempore superstes fuerit; sed ut poeta iam notus fuerat 472. *Cf. an.* 450.
	Hermippus comicus Periclem perstrinxit post primam in Atticam irruptionem. Plutarch. Pericl. c. 33: *πολλοὶ ἥδον ἄσματα καὶ σκώμματα, ἐφυβρίζοντες αὐτοῦ τὴν στρατηγίαν· ἐπεφύετο δὲ καὶ Κλέων, ὡς τὰ ἀνάπαιστα ταῦτα δηλοῖ, ποιήσαντος Ἑρμίππου·* *Βασιλεῦ σατύρων, τί ποτ' οὐκ ἐθέλεις* *Δόρυ βαστάζειν, ἀλλὰ λόγους μὲν* *Περὶ τοῦ πολέμου δεινοὺς παρέχει; κ. τ. λ.* [*Sophoclem* Ol. 87, 2—3 Oedipum Col. meditatum esse censet Reisig. Enarrat. p. VII—XI, quod Boeckh. refutare instituit Indd. Lectt. Univ. Berol. hiem. 182$\frac{5}{6}$ et aest. 1826. *Cf. an.* 401. *Kr.*]
Plato nascitur: *ἑβδόμῃ Θαργηλιῶνος.* Plutarch. Symp. VIII, 1. Apollodori anno. Athen. V p. 217, b: *ἐπὶ Ἀπολλοδώρου τοῦ μετ' Εὐθύδημον ἄρξαντος. δύο δὲ καὶ ὀγδοήκοντα βιώσας ἔτη μετήλλαξεν ἐπὶ Θεοφίλου τοῦ μετὰ Καλλίμαχον, ὃς ἐστιν ὀγδοηκοστὸς καὶ δεύτερος.* Natus igitur Maio 429 [huius mensis die 21mo v. 22mo. V. Ideler. Handbuch d. Chronol. I p. 336 s. *Kr.*] Alii anno post natum faciebant, Maio 428. — Laert. III, 2, 3: *γίνεται, ὡς φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν χρονικοῖς, ὀγδόῃ καὶ ὀγδοηκοστῇ ὀλυμπιάδι Θαργηλιῶνος ἑβδόμῃ.* [re vera duobus mensibus ante Ol. 88.] — *ἐπὶ Ἀμεινίου γέγονεν, ἐφ' οὗ Περικλῆς ἐτελεύτησεν.* — atque 81 annos natum obiisse ponebant. *Cf. an.* 347.	*Eupolis* et *Phrynichus* comici fabulas docent. Prolegg. Aristoph. p. XXIX Beck.: *ἐδίδαξεν (Εὔπολις) ἐπὶ ἄρχοντος Ἀπολλοδώρου, ἐφ' οὗ καὶ Φρύνιχος.* [vere 429.] *Eupolis ιζ' ἐτῶν γεγονὼς ἤρξατο ἐπιδείκνυσθαι.* Suid. Eudoc. Si, quod probabile est, Apollodoro archonte *primum* docuisse statuere licet, natus est Eupolis 446 atque prope eadem aetate erat qua Aristophanes, qui pestilentiae tempore i. e. his ipsis annis *σχεδὸν μειρακίσκος* erat. [Cf. Meinek. I p. 35 s. *Kr.*] *Aliquot* comoedias docuit post 415. Cf. Cic. ad Att. VI, 1 p. 589 Graev. [§. 14 Schütz.] *Phrynichus* iam innotuerat vulgo antequam acta est Hermippi *Φορμοφόροι.* Schol. Aristoph. Av. 750: *Φρύνιχος ὁ κωμικός· οὗ μέμνηται Ἑρμιππος ἐν Φορμοφόροις ὡς ἀλλότρια ὑποβαλλομένου ποιήματα.* Acta est haec fabula ante Sitalcae mortem. *Cf. an.* 426. Secundum Suidam Phrynichus primum comoedias docuit Ol. 86. *Cf. an.* 435. Sed quum verisimile videatur *primas* Phrynichi fabulas datas a Scholiasta ad Apollodori annum referri ac Phrynichus *τῶν ἐπιδευτέρων τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας* fuerit, fortasse apud Suidam emendandum est *πζ'*, Ol. 87. [Idem conjecit Meinek. l. l. II p. 6 cl. p. 48. *Kr.*] Phrynichus superstes erat etiam 405. Cf. Arg. Aristoph. Ran. 13.

A. C. n.	Archontes	Res gestae
428	Ol. 88, 1. *Diotimus.* Diod. XII, 49. *Philotimus.* Prolegg. Aristoph. p. XXIX.	Tertia in Atticam irruptio: *ἅμα τῷ σίτῳ ἀκμάζοντι. ἡγεῖτο δὲ Ἀρχίδαμος.* Thuc. III, 1. Lesbii Methymnaeis exceptis deficiunt, *μετὰ τὴν ἐσβολὴν εὐθύς.* Thuc. III, 2. *ἦν δὲ ὀλυμπιὰς ἧ Δωριεὺς Ῥόδιος τὸ δεύτερον ἐνίκα.* Id. III, 8. De Dorieo v. Pausan. VI, 7, 2. A Lacedaemoniis interfectum, Cononis aetate [post pugnam ad Cnidum. *Kr.*] tradit Androtion ap. Pausan. l. l., postquam captus erat ab Atheniensibus, 25mo belli anno 406. Xenoph. I, 5, 19. Mitylene obsidetur, circa auctumnum. Thuc. III, 18: *οἱ Ἀθηναῖοι — περὶ τὸ φθινόπωρον ἤδη ἀρχόμενον — περιτειχίζουσι Μιτυλήνην ἐν κύκλῳ ἁπλῷ τείχει.*
427	Ol. 88, 2. *Euclides.* Diod. XII, 53. Schol. Aristoph. Equitt. 237. *Eucles.* Aristot. Meteorol. I, 6. Phot. et Suid. *Σαμίων ὁ δῆμος.*	Quarta irruptio. Thuc. III, 26: *ἡγεῖτο δὲ τῆς ἐσβολῆς ταύτης Κλεομένης ὑπὲρ Πάνσανίου τοῦ Πλειστοάνακτος υἱέος, βασιλέως ὄντος καὶ νεωτέρου ἔτι, πατρὸς ἀδελφὸς ὤν.* Lesbos recepta. III, 27 — 50. — Nicia duce expeditio, *ἐν τῷ αὐτῷ θέρει μετὰ τὴν Λέσβου ἅλωσιν.* III, 51. Plataeae se dedunt: *ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς χρόνους τοῦ θέρους τούτου.* III, 52. Seditio Corcyrae. Thuc. III, 70 — 84. huius aestatis decursu. *Cf. c.* 76. Athenienses Leontinis auxilia mittunt, *νοῦ αὐτοῦ θέρους τελευτῶντος.* Thuc. III, 86. [*Τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου χειμῶνος ἡ νόσος τὸ δεύτερον ἐπέπεσε τοῖς Ἀθηναίοις — παρέμεινε δὲ — οὐκ ἔλασσον ἐνιαυτοῦ.* Thuc. III, 87. *Kr.*]

Philosophi etc.	Poetae.
Anaxagoras obit; aet. 72. Ol. 88, 1. Laert. II, 7. *Cf. an.* 500. Eum belli Peloponnesiaci initio adhuc superstitem fuisse testantur Plutarchus et Diodorus. *Cf. an.* 432. Mortis tempus pro ἀκμῆς tempore cepit Origenes apud Menag. ad Laert. II, 7 [Philosoph. c. 8 p. 77 s. ed. Wolf.] dicens: ἤκμασεν ἔτους πρώτου τῆς πη' ὀλυμπιάδος. Mortuus est Lampsaci. Laert. II, 14. Cic. Tusc. Quaestt. I, 43. Aristot. Rhet. II, 23, 11. [Eius disciplinam primum Lampsaci, deinde Athenis propagavit *Archelaus*. Euseb. Praep. ev. X, 14. *Kr.*]	*Euripides* Ἱππόλυτος στεφανηφόρος. Arg. Hippol. ἐδιδάχθη ἐπὶ Ἀμείνονος ἄρχοντος, ὀλυμπιάδι πζ' ἔτει τετάρτῳ. πρῶτος Εὐριπίδης· δεύτερος Ἰοφῶν, τρίτος Ἴων. [Cf. Boeckh. de tragg. p. 181 ss. *Kr.*] Primae fabulae *Platonis* comici, qui aequalis erat *Aristophanis*, *Phrynichi*, *Eupolidis* et *Pherecratis* (*v. Prooem.* p. XL) atque etiam 391 docuit, hic potius collocandae sunt quam 454, Ol. 81, ubi Eusebii quae extant exemplaria ponunt. [Cf. Meinek. l. l. II p. 11. *Kr.*] Quum Platonem eidem tempori Syncellus (p. 247 s.) iis quibus usus est exemplaribus adscriptum invenerit, fortasse Eusebii ipsius error subest. Accuratius tamen Cyrill. Iulian. I p. 13: ὀγδοηκοστῇ ὀγδόῃ ὀλυμπιάδι τὸν κωμῳδὸν Ἀριστοφάνην Εὔπολίν τε καὶ Πλάτωνα γενέσθαι φασίν. Nam *philosophus* Plato quamquam interdum Ol. 88 adscribitur, tamen vix hic intelligi potest, quoniam ita verbum γενέσθαι in eadem enunciatione duplici sententia accipiendum esset. [Accedit quod Platonis nomen cum aliis comicis componitur. *Kr.*] Sed si *comicum* Platonem dici statuimus, clara et aperta sunt verba: „Aristophanes comicus cum Eupolide et Platone floruit Ol. 88." [Non multo post Ol. 87, 4 Euripidis Ionem actam putat Boeckh. de tragg. p. 192. 203. *Kr.*]
Gorgias Leontinorum legatus Athenas venit. Diod. XII, 53: ἦν τῶν ἀπεσταλμένων ἀρχιπρεσβευτὴς Γοργίας ὁ ῥήτωρ — Euclidis anno. De hac legatione v. Dionys. Iud. de Lysia p. 458 et narrationem Schol. Hermog. p. 6 a Matthaeo ad Dionys. l. l. exscriptam. [Reisk. oratt. Att. VIII p. 197 Pausan. VI, 17, 5. *Kr.*] Antiphonte grandior erat, ut prope 60 annorum fuisse videatur, quoniam Antiphon 52 erat. Superstes erat Gorgias etiam Alexandro Pheraeo regnante, qui floruit 380. Pausan. VI, 17, 5: Ἰάσων ἐν Θεσσαλίᾳ τυραννήσας, Πολυκράτους οὐ τὰ ἔσχατα ἐνεγκαμένου, τούτου τοῦ ἀνδρὸς ἐπίπροσθεν Γοργίαν ὁ Ἰάσων ἐποιήσατο. Vixit 105 aut 108 aut 109 annos. Philostrat in vita: λέγεται ὁ Γοργίας ἐς ὀκτὼ καὶ ἑκατὸν ἐλάσαι ἔτη. Cic. de sen. 5: *centum et septem complevit annos.* Pausan l. l.: βιῶσαι ἔτη πέντε φασὶν ἐπὶ τοῖς ἑκατόν. Suidas: ἐβίω δὲ ἔτη ρϑ'. Lucian. Macrob. 23: — ἔτη ἑκατὸν ὀκτώ. Apollodor. ap. Laert. VIII, 58: ἐννέα πρὸς τοῖς ρ'. Se ipse dicit πλείω τῶν ἑκατὸν βιώσαντα. Athen. XII p. 548, d. Itaque clarus fuit prope per octoginta annos. Consentiunt quae Athenaeus dicit XII p. 548, d: διὰ τὸ σωφρόνως ζῆν σχεδὸν	*Aristophanis* Δαιταλεῖς. Prolegg. Aristoph. p. XXIX Beck.: ἐδίδαξε δὲ πρῶτος ἐπὶ ἄρχοντος Φιλοτίμου. (leg. Διοτίμου.) Schol. Nub. 529: τὸ πρῶτον δρᾶμα ἐξέθηκε τοὺς Δαιταλεῖς. Schol. Ran. 504: ἀκμάζοντος τοῦ λοιμοῦ — σχεδὸν μειρακίσκος ἤδη ἥπτετο τῶν ἀγώνων. Argumentum huius comoediae Aristophanes ipse significat Nub. 529: ὁ σώφρων χὠ καταπύγων ἄριστ' ἠκουσάτην, explicatque Scholiastes: σῶφρον μειράκιον εἰσάγει καὶ ἕτερον ἄχρηστον. [cf. Galen. apud Brunck. fragm. 3. (et Seidler. de Aristoph. fragm. p. 12 ss. *Kr.*)] εὐδοκίμησε δὲ σφόδρα ἐν τούτῳ τῷ δράματι. Haec fabula secundas tulit. Schol. ibid.: οὐ τότε ἐνίκησεν, ἐπεὶ δεύτερος ἐκρίθη. Eius fabularum actores fuerunt *Callistratus* et *Philonides*. Prolegg. Aristoph. l. l.: ἐδίδαξε πρῶτος [l. πρῶτον. *Kr.*] — διὰ Καλλιστράτου. τὰς μὲν γὰρ πολιτικὰς τούτῳ φασὶν αὐτὸν διδόναι, τὰ δὲ κατ' Εὐριπίδου καὶ Σωκράτους Φιλωνίδῃ. Auctor vitae p. XXXV: τὰ μὲν πρῶτα διὰ Καλλιστράτου καὶ Φιλωνίδου καθίει δράματα. Ibid. p. XXXIX: ὑποκριταὶ Ἀριστοφάνους Καλλίστρατος καὶ Φιλωνίδης, δι' ὧν ἐδίδασκε τὰ δράματα ἑαυτοῦ, διὰ μὲν Καλλιστράτου (*sic enim legendum*) τὰ δημοτικά,

A.C.n.	Archontes	Res gestae
426	Ol. 88, 3. *Euthydemus.* Diod. XII, 58. Athen. V p. 218, b. corrupte *Εὐθυμένης*, Arg. Acharn. *Εὐθύνης*, Vita Thuc. p. XXXVII. [*Εὔθυνος*, Schol. ad Luciani Tim. 30. *Kr.*]	*Τοῦ ἐπιγιγνομένου θέρους Πελοποννήσιοι μέχρι μὲν τοῦ ἰσθμοῦ ἦλθον. Ἄγιδος τοῦ Ἀρχιδάμου ἡγουμένου — σεισμῶν δὲ γενομένων πολλῶν ἀπετράποντο πάλιν καὶ οὐκ ἐγένετο ἐσβολή.* Thuc III, 89. — *Τοῦ αὐτοῦ θέρους* proelium ad Tanagram; Thuc. III, 91; memoratum ab Athen. V p. 218, b: *Ἱππόνικος ἐπὶ μὲν Εὐθυδίμου ἄρχοντος στρατηγῶν παρατέτακται μετὰ Νικίου πρὸς Ταναγραίους.* [Cf. de Xenoph. vita p. 6 ann. *Kr.*] Confirmat Thuc. III, 91. Hoc proelium quo Athenienses victoriam reportaverunt, ineunte Euthydemi anno factum est. Deli lustratio: *χειμῶνος.* Thuc. III, 104. — Anon. vita Thuc. p. XXXVII: *τῆς Δήλου καθάρσεως ἣν περὶ τὸ ἕβδομον ἔτος ἐπὶ Εὐθύνου (sic) ἄρχοντος γεγενῆσθαί φασιν.* Quum sextus annus prope completus fuerit, illud *περὶ τὸ ἕβδομον ἔτος* fortasse defendi potest.
425	Ol. 88, 4. *Stratocles.* Diod. XII, 60. Schol. Aristoph. Nub. 584. Arg. Equit.	Aetnae montis eruptio. Thuc. III, 116: *περὶ τὸ ἔαρ.* — *λέγεται δὲ πεντηκοστῷ ἔτει ῥυῆναι τοῦτο μετὰ τὸ πρότερον ῥεῦμα.* [Hic numerus non satis accuratus videtur Boeckhio ad Pind. Explicc. p. 224. Cf. Goeller. ad Thuc. I p. 9 s. *Kr.*] Quinta in Atticam irruptio. Thuc. IV, 2: *τοῦ ἦρος, πρὶν τὸν σῖτον ἐν ἀκμῇ εἶναι· ἡγεῖτο δὲ Ἄγις ὁ Ἀρχιδάμου.* Sed quum Pylum occupatam esse audissent, *ἀνεχώρουν κατὰ τάχος ἐπ' οἴκου.* — *ἡμέρας πεντεκαίδεκα ἔμειναν ἐν τῇ Ἀττικῇ.* Id. IV, 6. Sphacteria obsessa et Cleoni dedita est, 72 post diebus. Thuc. IV, 39: *ἀπὸ τῆς ναυμαχίας μέχρι τῆς ἐν τῇ νήσῳ μάχης ἑβδομήκοντα ἡμέραι καὶ δύο.*
424	Ol. 89, 1. *Isarchus.* Diod. XII, 65. Athen. V p. 218, d. Arg. Aristoph. Nub. Schol.	[*Τοῦ ἐπιγιγνομένου θέρους εὐθὺς τοῦ ἡλίου ἐκλιπές τι ἐγένετο περὶ νουμηνίαν*, 21mo Martis Iuliani die. Thuc. IV, 52. *Kr.*] *Cythera* ab Atheniensibus occupata *ἐν τῷ θέρει.* Thuc. IV, 53. Brasidas per Thessaliam in Thraciam proficiscitur, *τοῦ θέρους.* Thuc. IV, 78.

Philosophi etc.	Poetae.
ὀγδοήκοντα ἔτη τῷ φρονεῖν συνεβίωσε. — ab Ol. 80 ad Iasonis Thessali tempora. Natus fuerit 485, mortuus post 380.	*διὰ δὲ Φιλωνίδου τὰ ἰδιωτικά.* Cf. Schol. Vesp. 1013. *Callistratus* vixit adhuc 411, *Philonides* 405. *Araros* filius Aristophanis alterius Pluti actor fuit 388. *Cf. annos.*
[*Antiphontis* de caede Herodis oratio post Lesbiorum defectionem scripta est, incertum quot annis. V. §. 71. 76 p. 137 ss. *Kr.*]	*Aristophanis Βαβυλώνιοι*, anno ante *Ἀχαρνέας*. Acharn. 377. — *ἐν ἄστει.* [Elaphebolione s. Martio 426.] Schol. Acharn. 377: — *τὴν πέρυσι κωμῳδίαν*] *τοὺς Βαβυλωνίους. τούτους γὰρ πρὸ τῶν Ἀχαρνέων Ἀριστοφάνης ἐδίδαξεν, ἐν οἷς πολλοὺς κακῶς εἶπε — παρόντων τῶν ξένων. εἶπε γὰρ δρᾶμα τοὺς Βαβυλωνίους τῇ τῶν Διονυσίων ἑορτῇ, ἥτις ἐν τῷ ἔαρι ἐπιτελεῖται.* — Euclide archonte. Phot. et Suid. *Σαμίων ὁ δῆμος: Τοὺς Βαβυλωνίους ἐδίδαξε διὰ Καλλιστράτου Ἀριστοφάνης, ἔτεσι πρὸ τοῦ Εὐκλείδου* [403 a. C.] *κδ'. (sic legendum) ἐπὶ Εὐκλέους.* (*Hermippi Φορμοφόροι* postquam primum fabulam docuerat Phrynichus. *Cf. an.* 429. — ante Sitalcae mortem, quo tempore Atheniensium socius erat. Athen. I, 27, e: *Ἕρμιππος* (*ἐν Φορμοφόροις*. cf. Hesych. *Διὸς βάλανος*, Athen. p. 28, a). *Καὶ παρὰ Σιτάλκου ψώραν Λακεδαιμονίοισι κ. τ. λ.* Sitalces applicuit se ad societatem Atheniensium 431. Thuc. II, 29. [cf. schol. ad Aristoph. Acharn. 145. *Kr.*] occisus est auctumno 424. Itaque haec fabula in *Euthydemi* aut *Euclidis* anno ponenda videtur.
	Aristophanis Ἀχαρνεῖς. Arg. Acharn.: *ἐδιδάχθη ἐπὶ Εὐθυμένους (leg. Εὐθυδήμου) ἄρχοντος, ἐν Ληναίοις·* [Anthesterione s. Februario 425. (Gamelione secundum Boeckh. *Kr.*)] — *πρῶτος ἦν· δεύτερος Κρατῖνος Χειμαζομένοις· — τρίτος Εὔπολις Νουμηνίαις.* — Sexto Peloponnesiaci belli anno. — Cf. Acharn. 266. 890. Schol. ad 266. [et Boeckh. in Abhandl. d. hist. philol. Cl. d. Akad. 1816 p. 86 ss. *Kr.*] Musgravius corrupta scriptura *Εὐθυμένους* in Arg. deceptus hanc fabulam anno 437 adscripsit. Eundem errorem commisit Scaliger Olymp. *ἀναγραφῇ* Ol. 85, 4, quamquam ipsa fabula sextum belli annum memorat v. 266. [et 890. Atque res primis belli Peloponnesiaci annis gestae complures significantur. *Kr.*] et Euripidis Philoctetem respicit v. 424 atque *Euthymenem* archontem vetustiorem ponit v. 67, quem Schol. ad v. 66 duodecim ante annis fuisse testatur: *πρὸ ιβ' ἐτῶν ἦρχεν ὁ Εὐθυμένης.*
Xenophon pugnae ad Delium interfuit. Strabo IX p. 403. Laert. II, 22. Huc refer quod Laert. II, 59 tradit: *εὗρον δὲ ἀλλαχόθι ἀκμάσαι αὐτὸν περὶ τὴν ἑνάτην καὶ ὀγδοηκοστὴν ὀλυμπιάδα.* Ol.	*Aristophanis Ἱππεῖς*. Arg. Equit.: *ἐδιδάχθη τὸ δρᾶμα ἐπὶ Στρατοκλέους ἄρχοντος δημοσίᾳ εἰς Λήναια* [Anthesterione s. Februario 424. (Gamelione secundum Boeckh. Lenaea ipse poeta memorat

A.C.n.	Archontes	Res gestae.
	Nub. 549. 552. Vesp. 210. corrupte Ἱππάρχου Schol. Vesp. 716.	Ad Acanthum venit, ὀλίγον πρὸ τρυγήτου. IV, 84. cl. 88. — *Hermocrates* Syracusius in rebus Siculis auctoritate valere coepit, τοῖ αὐτοῦ θέρους. Thuc. IV, 58—64. — *Delium*, τοῦ ἐπιγιγνομένου χειμῶνος εὐθὺς ἀρχομένου. IV, 89. Proinde circa finem anni 424 et Isarcho archonte. — *Amphipolis* a Brasidâ capta, τοῖ αἰτοῦ χειμῶνος. Thuc. IV, 102. Quam rem recte notat Philochorus ap. Schol. Vesp. 210: Φιλόχορος ἐπὶ Ἰσάρχου φησὶ — Βρασίδαν ἀποστῆσαι Σκιωναίους τῶν Ἀθηναίων. — Sitalcae mors. Thuc. IV, 101: ἀπέθανεν — ὑπὸ τὰς αὐτὰς ἡμέρας τοῖς ἐπὶ Δηλίῳ στρατεύσας ἐπὶ Τριβάλλους καὶ νικηθεὶς μάχῃ. [Circa Ol. 89, 1 et 2 Areopago eius quam vetustioribus temporibus habuisset auctoritatis maximam partem restitutam esse probare instituit Boeckh. Ind. lectt. Univ. Berol. hiem. $182\frac{6}{7}$. *Kr.*]
423	Ol. 89, 2. *Aminias.* Diod. XII, 72. Laert. III, 3. Arg. Aristoph. Nub. Athen. V p. 218, d. Schol. Luciani Tim. c. 30. Ἀμινίας. Schol. Nub. 31. 552. Ἀμυνίας. Arg. Vesp. et ipsa fab. v. 74. De causa v. Schol. ad Nub. 31.	Ὄγδοον ἔτος ἐτελεύτα τῷ πολέμῳ. Thuc. IV, 116. [circa finem Munychionis 423.] Induciae annuae. Thuc. IV, 117: ἅμα ἦρι τοῦ ἐπιγιγνομένου θέρους. IV, 118: ἄρχειν δὲ τήνδε τὴν ἡμέραν τετράδα ἐπὶ δέκα τοῦ Ἐλαφηβολιῶνος μηνός. Itaque induciae inceperunt mense ante finitum annum *octavum*; quamquam Thucydides eas pro primo *noni* facto ponit. [Quae difficultas coniectura ad 431, 2 proposita tollitur. *Kr.*] Easdem respicit Athen. V p. 218, d: τὰς ἐνιαυσίας ἐπὶ Ἰσάρχου Ἐλαφηβολιῶνος σπονδάς. [Cf. Schol. ad Aristoph. Equites 791. *Kr.*] Thebani Thespiensium muros diruunt, ἐν τῷ αὐτῷ θέρει. Thuc. IV, 133. — Argis Iunonis templum deflagrat. Thuc. IV, 133: τοῦ αὐτοῦ θέρους. — καὶ ἡ Χρυσὶς μὲν εὐθὺς — ἐς Φλιοῦντα φεύγει. ἔτη δὲ Χρυσὶς τοῦ πολέμου τοῦδε ἐπέλαβεν ὀκτὼ καὶ ἕνατον ἐκ μέσου ὅτε ἐπεφεύγει. Alcibiades iam rempublicam videtur capessivisse. V. Aristoph. Vesp. 44, ubi eius loquutio ridetur. Notatus erat duobus ante annis 425 Acharn. 716 adeoque 427 in Daetalensibus. Cf. Galen. apud Brunck. fragm. 3. unde apparet eum iam 427 publice verba fecisse, ut videtur 20 annos natum, ut hoc tempore 24 annos habuerit. Atque nunc minimum 24 annorum fuisse necesse est, quoniam „patre occiso pupillus relinquebatur," (Isocr. de big. 11 p. 352, b.) a. 447 atque quo tempore ipse interemptus est minimum 44 annos habebat, a. 404 *Pythodori* anno, qui archon a *Timarchide* cuius anno Clinias cecidit 44^{mus} est, utroque numerato. Non accurate igitur quem Mitford. sequitur (V. V p. 82) Nepos Alcib. c. 10: *annos circiter quadraginta natus diem obiit supremum Alcibiades.* [De Alcibiadis aetate disputaverunt Dodwell. Ann. Thuc. p. 682 et 691 s. Valckenar. ad Herod. VIII, 17. Wesseling. ad Diod. XII, 38. Wolf. ad Demosth. Lept. §. 95. Schoemann. de comitiis Athenn. p. 106. Meier. Prooem. de Alcibiadis anno natali, quod Indici lectt. aest. 1821 in Acad. Gryphiswald. hab. praemissum est, et Süvern.: Ueber Aristophanes Wolken p. 37 et 63. Vix potest natus esse post Ol. 82. Nam Ol. 83, 2 eius pater occidit. *V. a.* 447. Atque etiam minor ei frater fuit Clinias, de quo v. Plat. [Protag. p. 320, a. Deinde interfuit pugnae ad Potidaeam 432 (v. Plat. Symp. p. 220 s. Isocr. de big. §. 29 p. 35 2. Plutarch Alc. 7. Laert. II, 23.) vix minor viginti annis (cf. de Xenoph. vita p. 6). Confirmat Plato Protag. p. 309, ubi ἀνὴρ — καὶ πώγωνος ἤδη ὑποπιμπλάμενος dicitur, siquidem hunc dialogum ante Ol. 87, 3 habitum fingi statuere licet. Cf. Schleiermacher. ad Plat. interpret. Germ. p. 218 ss. *Kr.*]

PHILOSOPHI etc.	POETAE.
89, 1 erat annus pugnae ad Delium. Recte hinc colligit Corsini Fastt. Att. III p. 297 Xenophontem natu m videri *circa Ol.* 84. [444 a. C.] *cf. an.* 401. [V. Quaestt. meas de Xenoph. vita p. 6 ss. *Kr.*] *Thucydides* in Thracia praetor. Thuc. IV, 104.	v. 546. *Kr.*] *δι' αὐτοῦ τοῦ Ἀριστοφάνους. πρῶτος ἐνίκα· δεύτερος Κρατῖνος Σατύροις· τρίτος Ἀριστομένης Ὀλοφυρμοῖς.* Octavo belli anno. Aristoph. Equit. 793: *ἕτος ὄγδοον*, calculis a pugna ad Potidaeam 432 subductis. Sextus belli annus in Acharn. memoratus *(cf. a.* 425.*)* a prima in Atticam irruptione octo mensibus post facta numeratur.
Thucydides postquam praetor fuerat ad Amphipolin viginti annos exsul erat. V, 26: *ἔτη εἴκοσι μετὰ τὴν ἐς Ἀμφίπολιν στρατηγίαν.* Eius exsilium inceperit Ianuario 423, circa medium Isarchi annum. Partem exsilii *Σκαπτῆς Ὕλης*, Thraciae oppido, vixit. V. Marcellin. Vita Thuc. p. XXX. Plutarch. de Exsil. p. 605, c. *Antiochus Syracusanus* hoc anno historiam suam conclusit. Diod. XII, 71: *τῶν δὲ συγγραφέων Ἀντίοχος ὁ Συρακούσιος τὴν τῶν Σικελῶν ἱστορίαν εἰς τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν* [Isarchi annum] *κατέστρεψεν, ἀρξάμενος ἀπὸ Κωκάλου τοῦ Σικελῶν βασιλέως, ἐν βίβλοις ἐννέα.*	*Aristophanis αἱ πρῶται Νεφέλαι.* Arg. Nub.: *ἐδιδάχθησαν ἐν ἄστει ἐπὶ ἄρχοντος Ἰσάρχου* [Elaphebolione s. Martio 423] *ὅτε Κρατῖνος μὲν ἐνίκα Πυτίνῃ, Ἀμειψίας δὲ Κόννῳ.* [cf. 421, 4.] *διόπερ Ἀριστοφάνης διαῤῥιφεὶς παραλόγως ᾠήθη δεῖν ἀναδιδάξας τὰς δευτέρας καταμέμφεσθαι τὸ θέατρον.* Schol. Nub. 549: *Ἴσαρχος δέ, φησὶν (Ἀνδροτίων), ἐφ' οὗ αἱ πρῶται Νεφέλαι ἐδιδάχθησαν.* [*sic legendum et supplendum.*] Schol. v. 552: *Ἴσαρχος ἐφ' οὗ αἱ Νεφέλαι εἰσήχθησαν.* Schol. Vesp. 1039: *πέρυσι* [anno ante *Σφῆκας*] *διδάξας τὰς πρώτας Νεφέλας ἡττήθη.* Ad v. 1033: *πέρυσι γὰρ τὰς Νεφέλας ἐδίδαξεν, ἐν αἷς τοὺς περὶ Σωκράτην ἐκωμῴδησεν· ἐν δὲ τοῖς Ἱππεῦσι τὸν Κλέωνα, οὓς πρὸ τῶν Νεφελῶν καθῆκε.* Cf. Schol. Vesp. 1007. *Cratinus* obiit, aet. 97, paulo postquam victoriam reportaverat. Lucian. Macrob. c. 25: *Κρατῖνος ὁ τῆς κωμῳδίας ποιητὴς ἑπτὰ πρὸς τοῖς ἐνενήκοντα ἔτεσιν ἐβίωσε καὶ πρὸς τῷ τέλει τοῦ βίου διδάξας τὴν Πυτίνην καὶ νικήσας μετ' οὐ πολὺ ἐτελεύτα.* Prolegg. Aristoph. p. XXIX Beck.: *τελευτᾷ Λακεδαιμονίων εἰς τὴν Ἀττικὴν εἰσβαλόντων.* Respicit Aristophanes Pace 702 a. C. 419. Cuius verba si premimus, — *ἀπέθανεν ὅθ' οἱ Λάκωνες ἐνέβαλον* — statuamus oportet Cratinum excessisse 422, postquam induciarum tempus exierat et antequam de quinquaginta annorum foedere actum est. [Sed ne tunc quidem irruptio in Atticam facta est. Cf. Meinek. Quaestt. scen. I p. 15. *Kr.*]

A. C. n.	Archontes	Res gestae
422	Ol. 89, 3. *Alcaeus.* Diod. XII, 73. Athen. V p. 215, d. 218, c. e. Thuc. V, 19. 25. Schol. Aeschin. p. 755 R. Schol. Aristoph. Nub. 549. 552. corrupte Ἀλκμαίωνος Schol. Pac. 465.	Induciis finitis *bellum renovatur usque ad Pythia.* Thuc. V, 1. [De hac interpretatione huius loci, ex Corsini explicatione posita v. *Excurs. I de Pythiis.*] Κλέων ἐς τὰ ἐπὶ Θράκης χωρία ἐξέπλευσε μετὰ τὴν ἐκεχειρίαν. Thuc. V, 2. Cleon et Brasidas caesi. V, 6 — 10. τοῦ θέρους τελευτῶντος. V, 12. Utrique ad pacem propensi, εὐθὺς μετὰ τὴν ἐν Ἀμφιπόλει μάχην. V, 14. Recte igitur tempus notat Androtio apud Schol. Nub. 549: Ἀνδροτίων δέ φησιν αὐτὸν [Κλέωνα] ἐπὶ Ἀλκαίου τεθνάναι, et Schol. Aeschin. p. 755: τέταρτον ἀτύχημα σὶ μετὰ Κλέωνος ἐπὶ ἄρχοντος Ἀλκαίου. Recte etiam Diodor. XII, 73 s. Alcaeo archonte rem factam esse tradit. Item Athenaeus V p. 215, d: ἡ ἐπὶ Ἀμφίπολιν στρατεία γέγονεν ἐπὶ Ἀλκαίου ἄρχοντος. Atheniensium cives hoc anno numerati sunt 20000. Aristoph. Vesp. 707: δύο μυριάδες τῶν δημοτικῶν, ubi Schol.: ἐκ πολλοῦ [*legendum videtur* ἐκ πολλῶν] φαίνεται περὶ τοσοῦτον ἀριθμὸν τῶν Ἀθηναίων πλῆθος προίστασθαι. καὶ Δημοσθένης γάρ φησιν [Aristogit. I p. 785]· εἰσὶ δ' ὁμοῦ δισμύριοι πάντες Ἀθηναῖοι. Schol. Plat. Ruhnken. p. 10: ὁμοῦ σημαίνει ποτὲ μὲν τὸ ἐγγύς, ὡς δηλοῖ Δημοσθένης — ἐν τῷ κατὰ Ἀριστογείτονος· εἰσὶν ὁμοῦ πάντες δισμύριοι Ἀθηναῖοι. Respexit hunc Demosthenis locum Libanius Demosth. apol. t. IV p. 120 Reisk.: τίς οὐκ οἶδεν ὡς Ἀθηναίων δισμυρίων ὄντων σιωπῶσι μὲν οἱ πλείους κ. τ. λ. Anno 444 ante quaestionem peractam fuerunt 19000. Demosthenis numerus „prope 20000" circiter ad a. 331 pertinet. Censu habito a. 317 reperti sunt 21000. *Cf. annos* 444. 317. 331, 3. Aristophanes 392 Eccles. 1132 dicit 30000 fuisse: πολιτῶν πλεῖον ἢ τρισμυρίων ὄντων τὸ πλῆθος. Sed St. Croix Mem. de l' Ac. t. 48 p. 161 probabiliter statuit hic inquilinos annumeratos esse. [Sed ita poeta πολιτῶν nomine abstinuisset, quamquam mihi quoque hoc quidem tempore hic numerus iusto maior videtur. Cf. Boeckh. Staatshaush. d. Ath. I p. 36. *Kr.*] Cives intelliguntur mares omnes amplius viginti annos nati, qua aetate qui erant suffragii ferendi ius habebant. Censu 1821 in Britannia habito in 20160 incolis mares amplius viginti annos nati 4897 reperti sunt. Ex hac proportione si *cives* 20000 fuerunt, omnino Attica exceptis inquilinis et servis 82360 incolas habuit. Quod Petitus Legg. Att. p. 288 opinatur, „*ut rata forent decreta*" minimum 6000 cives in concione adesse debuisse, id falsum est. Nam ex Thucydide VIII, 72 discimus minus 5000 convenisse: οὐπώποτε Ἀθηναίους διὰ τὰς στρατείας καὶ τὴν ὑπερόριον ἀσχολίαν ἐς οὐδὲν πρᾶγμα οὕτω μέγα ἐλθεῖν βουλεύσοντας ἐν ᾧ πεντακισχιλίους συνελθεῖν. Ex quo loco intelligitur plerumque circiter 5000 cives concioni interfuisse, quoniam id agitur ut numerus deprimatur. Quumque qui reipublicae aut negotiorum causa et per aetatem aut valetudinem abessent tres quadrantes totius summae complevisse probabile sit, 20000 numerum comprobat quod Thucydides tradit, circiter 5000 cives in concione affuisse. [Cf. Boeckh. Staatshaushalt. d. Athener I p. 248 s. et Schoemann. de Comitt. p. 126. *Kr.*]

PHILOSOPHI etc.	POETAE.
Protagoras sophista Athenas venit, post Amipsiae *Κόννον* [Mart. 423] et ante Eupolidis *Κόλακας* [vere 421]. Athen. V p. 218, c: *ἐν τούτῳ τῷ δράματι [τοῖς Κόλαξι] Εὔπολις τὸν Πρωταγόραν ὡς ἐπιδημοῦντα εἰσάγει. Ἀμειψίας δ' ἐν τῷ Κόννῳ, δύο πρότερον ἔτεσι διδαχθέντι, οὐ καταριθμεῖ αὐτὸν ἐν τῷ τῶν φροντιστῶν χορῷ. δῆλον οὖν ὡς μεταξὺ τούτων τῶν χρόνων παραγέγονεν. Cf. an.* 444. Hoc tempore iterum Athenis affuit. Athen. V p. 218, b: *παραγεγονότος τὸ δεύτερον.* Id. XI p. 506, a: *ὅτε δεύτερον ἐπεδήμησε ταῖς Ἀθήναις.* [Cf. Heindorf. ad Plat. Protag. p. 466 s. *Kr.*]	*Aristophanis Σφῆκες.* Arg. Vesp. *ἐδιδάχθη ἐπὶ ἄρχοντος Ἀμυνίου (sic) διὰ Φιλωνίδου — εἰς Λήναια* [Anthesterione s. Febr. 422 (secundum Boeckhium Gamelione. *Kr.*)] *καὶ ἐνίκα πρῶτος Φιλωνίδης· [δεύτερος] ..... Προάγωνι·* [cf. Schol. Vesp. 61. *Kr.*] *Λεύκων Πρέσβεσι τρίτος (sic leg. e cod. Rav.)* Ed. Ald. et Küster.: *Φιλωνίδης προάγων. Γλαύκων πρέσβεσι τρίτος.* Cod. Brunckii: *Φιλωνίδης..... προάγων. Γλευκεῖς Πρέσβεις τεῖς.....* Cod. Ravenn.: *Φιλωνίδης προάγωνι Λεύκων πρέσβεσι Γ. Leuconis* nomen corruptum est, quum postrema vocis *Προάγωνι* littera proximo verbo adhaeserit, *ΠΡΟΑΓΩΝΙΛΕΥΚΩΝ.* Inde vocabulum in *ΓΛΕΥΚΩΝ* et *ΓΛΑΥΚΩΝ* corruptum est. *Leuconem* comicum complures auctores agnoscunt, Athen. VIII p. 343, c. Phot. Lex. v. *Τίβιοι.* Hesych. v. *Παάπις.* Floruitque his temporibus. Cf. Suid. *Λεύκων.* Itaque Philonides fabula commissa una cum Aristophanis Vespis primas tulit, quemadmodum adversus *Βατράχους* vicit (*Φιλωνίδης ἐπεγράφη καὶ ἐνίκα*) a. 405. [Cf. schol. ad v. 210. 240. *Kr.*] *Aristophanis αἱ δεύτεραι Νεφέλαι.* Arg. Nub. VI: *ἐπὶ Ἀμεινίου ἄρχοντος. τοῦτο δὲ ταὐτόν ἐστι τῷ προτέρῳ. διεσκεύασται δὲ ἐπὶ μέρους, ὡς ἂν δὴ ἀναδιδάξαι μὲν αὐτὸ τοῦ ποιητοῦ προθυμηθέντος, οὐκέτι δὲ τοῦτο δι' ἣν ποτε αἰτίαν ποιήσαντος.* [Schol. 31: *Ἀμυνία*] *μνημονεύει αὐτοῦ — τὸν ἄρχοντα διασύρειν βουλόμενος. — τότε γὰρ ἦρχεν Ἀμινίας Προνάπου υἱός. ἐκεῖνον οὖν ἐπισκῶψαι θελήσας παρέτρεψε τὸ ι εἰς τὸ υ, ἐπεὶ παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις ὁ νόμος φανερῶς ἐκώλυε τὸν ἄρχοντα κωμῳδεῖν.* [Schol. 549: *Κλέωνα*] *ὥσπερ ζῶντος αὐτοῦ διαλέγεται. — καὶ Ἀνδροτίων δέ φησιν αὐτὸν ἐπὶ Ἀλκαίου τεθνάναι, δυσὶν ἔτεσιν ὕστερον. — Πῶς οὖν δύναται καὶ τοῦ Μαρικοῦ μεμνῆσθαι; ἐκεῖ δὲ ὁ Εὔπολις ὡς τεθνηκότος Κλέωνος μέμνηται. ἢ ἐπεὶ οὐ φέρονται αἱ διδασκαλίαι τῶν δύο Νεφελῶν (Elmsleius legit τῶν δευτέρων Νεφελῶν) οὐδὲν δυνάμεθα διαρθρῶσαι εἰ Εὔπολις ἐπλάσατο τὴν Κλέωνος τελευτὴν ἐν Μαρικᾷ.* Schol. 552: *δῆλον ὅτι πρῶτος* [l. *πρότερος. Kr.*] *ὁ Μαρικᾶς ἐδιδάχθη τῶν δευτέρων Νεφελῶν. Ἐρατοσθένης δέ φησι Καλλίμαχον ἐγκαλεῖν ταῖς διδασκαλίαις, ὅτι φέρουσιν ὕστερον τρίτῳ ἔτει τὸν Μαρικᾶν τῶν Νεφελῶν, σαφῶς ἐνταῦθα εἰρημένου* [l. *εἰρημένον. Kr.*] *ὅτι πρότερον καθεῖται. λανθάνει δ' αὐτόν, φησίν, ὅτι ἐν μὲν ταῖς διδαχθείσαις οὐδὲν τοιοῦτον εἴρηκεν· ἐν δὲ ταῖς ὕστερον διασκευασθείσαις εἰ λέγεται οὐδὲν ἄτοπον. αἱ διδασκαλίαι δὲ δῆλον ὅτι τὰς διδαχθείσας φέρουσι.* Itaque in his locis duo testimonia *τὰς δευτέρας Νεφέλας Aminiae* anno actam esse arguunt, Auct. Arg. VI

A.C.n.	Archontes	Res gestae
421	Ol. 89, 4. *Aristion.* Athen. V p. 216, d. p. 218, d. e. *Ariston.* Diod. XII, 75.	Foedus quinquaginta annorum. Thuc. V, 18. compositum *τελευτῶντος τοῦ χειμῶνος, ἅμα ἦρι — ἐν δὲ Ἀθήναις ἄρχων Ἄλκαῖος, ἑλαφηβολιῶνος μηνὸς ἕκτῃ φθίνοντος.* V, 19. 20. [Martio 421.] Addit Thuc. V, 20: *αὗται αἱ σπονδαὶ ἐγενοντο ἐκ Διονυσίων εὐθὺς τῶν ἀστικῶν αὐτοδεκαετῶν διελθόντων καὶ ἡμερῶν ὀλίγων παρενεγκουσῶν ἢ ὡς τὸ πρῶτον — ἡ ἀρχὴ τοῦ πολέμου ἐγένετο.* [Non debebat omittere verba post *πρῶτον* addita: *ἡ ἐσβολὴ ἡ ἐς τὴν Ἀττικὴν καί.* Ex quibus quae difficultas exsistit, eam quomodo tollendam censeam ad 431, 2 significavi. *Kr.*]
420	Ol. 90, 1. *Astyphilus.* Athen. V p. 218, d. e: *πέμπτος ὢν ἀπὸ Ἰσάρχου. Astyphilus.* Mar. Par. No. 62. *Aristophylus.* Diod. XII, 77.	*Alcibiades, ἡλικίᾳ μὲν ἔτι τότε ὢν νέος,* ut Athenienses cum Argivis foedus componant efficit. Thuc. V, 43. Atheniensibus legati mittendi in Peloponnesum, *τριάκοντα ἡμέραις πρὸ Ὀλυμπίων,* Peloponnesiis Athenas, *δέκα ἡμέραις πρὸ Παναθηναίων τῶν μεγάλων.* [Hic ne quis a Dodwello se decipi patiatur, cf. Boeckh. Staatshaushalt. II p. 166 s. *Kr.*] Thuc. V, 47. *Ὀλύμπια δὲ ἐγένετο τοῦ θέρους τούτου οἷς Ἀνδροσθένης Ἀρκὰς παγκράτιον τὸ πρῶτον ἐνίκα.* Id. V, 49.
419	Ol. 90, 2. *Archias.* Diod. XII, 78. Harpocrat. v. *διαψήφισις.*	Alcibiades *στρατηγὸς ὢν Ἀθηναίων ἐς Πελοπόννησον ἦλθε.* Thuc. V, 52. — *τοῦ θέρους.* Ibid.

PHILOSOPHI etc.	POETAE.
	et Schol. ad v. 31. Proinde haec fabula data fuerit *ἐν ἄστει*, [Elaphebolione s. Martio 422] mense post *Σφῆκας*. Sed quum trium praemiorum nullum obtinuerit, non erat notata in *διδασκαλίαις*. Quae e Maricae et Cleonis caesi mentione exsistit difficultas facillime cum Petito Miscell. I, 3 ita videtur tolli posse, ut statuatur tertiam editionem a poeta paratam fuisse, ex qua hi loci additi fuerint. Cum locis propositis cf. Schol. Nub. 591. *Cratinus* obit, ut videtur, finitis induciis. *Cf. an.* 423.
	Eupolidis Μαρικᾶς. Schol. Nub. 552: *ὕστερον τρίτῳ ἔτει τῶν Νεφελῶν.* Schol. Nub. 591: *ἐδιδάχθη καθ' Ὑπερβόλου μετὰ τὸν Κλέωνος θάνατον.* Itaque vere Alcaei archontis paucis mensibus ante Cleonis mortem. *Eupolidis Κόλακες*, duobus annis post Amipsiae *Κόννον*. Athen. V p. 218, c. [cf. ad a. 419.] Proinde Alcaei anno *Μαρικᾶς* acta fuerit *ἐν Ληναίοις*, *Κόλακες*, *ἐν ἄστει*, nisi forte inverso ordine datae sunt hae fabulae. Sed quod Max. Tyr. diss. XX t. I p. 391 tradit: *Καλλίαν ἐν Διονυσίοις ἐκωμῴδει Εὔπολις*, id *Κόλακας Dionysiis magnis* asserere videtur. Cleon caesus est auctumno 422, circiter quattuor mensibus ante Lenaea, circiter quinque ante Dionysia magna.
	Pherecratis Ἄγριοι. Athen. V p. 218, d: *ἐδιδάχθησαν ἐπὶ Ἀριστίωνος ἄρχοντος.* Plato Protag. p. 327, d: *Ἄγριοι, οἵοιπερ οὖς πέρυσι Φερεκράτης ὁ ποιητὴς ἐδίδαξεν ἐπὶ Ληναίῳ.* [Anthesterione s. Febr. (Gamelione secundum Boeckh. *Kr.*) 420.] *Eupolidis Αὐτόλυκος.* Athen. V p. 216, d: *Ἀριστίων· ἐπὶ τούτου Εὔπολις τὸν Αὐτόλυκον διδάξας διὰ Δημοστράτου χλευάζει τὴν νίκην τοῦ Αὐτολύκου, (νενικηκότος παγκράτιον.)* *(Eupolidis Ἀστράτευτοι*, ante *Εἰρήνην* 419. Schol. Pac. 808: *ὅτι ὁ Μελάνθιος ὀψοφάγος προείρηται παρ' Εὐπόλιδι ἐν Ἀστρατεύτοις.)* [Continuo post Ol. 89, 4 *Euripidis Supplices* actam ponit Boeckh. de tragg. p. 187 ss. Idem Ol. 89, 4—90, 1 *Sophoclis Oedipum Col.* scriptam esse statuit. V. ad a. 430, 4. *Kr.*]
	Aristophanis Εἰρήνη, decimo tertio belli anno. Pace 990: *τρυχόμεθ' ἤδη τρία καὶ δέκ' ἔτη.* Schol. Pac. 353: *ιγ' γὰρ ἔτη εἶχον πολεμοῦντες.* Proinde non ante ver *Astyphili* archontis, quinque annis ante *Ἱππεῖς* actam. [His locis nihil tribuendum est. Nam fabulam ante Niciae pacem scriptam esse ex

A.C.n.	Archontes	Res gestae
418	Ol. 90, 3. *Antiphon.* Diod. XII, 80.	Ὁ χειμὼν ἐτελεύτα καὶ τρίτον καὶ δέκατον ἔτος τῷ πολέμῳ. Thuc. V, 56. *Mantinea.* Thuc. V, 64—74. Augusto mense paulo ante *Carnia.* Victoria reportata Lacedaemonii ἀναχωρήσαντες, Κάρνεια γὰρ αὐτοῖς ἐτύγχανον ὄντα, τὴν ἑορτὴν ἦγον. Thuc. V, 75. Hoc proelium respicit Androtio apud Schol. Aristoph. Av. 13, corruptis tamen numeris: πρὸ ἐτῶν δύο κακῶς περὶ Μαντίνειαν ἀπήλλαξαν (οἱ Ἀθηναῖοι), ὡς καὶ τοὺς στρατηγοὺς ἀποβαλεῖν Λάχητα καὶ Νικόστρατον [cf. Thuc. V, 61. 74], καθὰ καὶ Ἀνδροτίων φησίν. Quum Chabriae annus, quo acta est Ὄρνιθες a pugna ad Mantineam, quae primo *Antiphontis* mense facta est, quartus sit, apud Schol. legendum est πρὸ ἐτῶν δ' κακῶς κ. τ. λ.
417	Ol. 90, 4. *Euphemus.* Diod. XII, 81. Athen. V p. 217, a. b.	Quartus decimus belli annus. Thuc. V, 81: τέταρτον καὶ δέκατον ἔτος ἐτελεύτα. Congruit cum *Munychione Antiphontis* archontis.
416	Ol. 91, 1. *Arimnestus.* Arg. Aristoph. Av. Isaeus p. 57, 33. Hesych. v. Ἑρμοκοπίδαι. *Aristomnestus.* Diod. XII, 82.	Πέμπτον καὶ δέκατον ἔτος ἐτελεύτα [Munychione 416], τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου θέρους — ἐπὶ Μῆλον τὴν νῆσον Ἀθηναῖοι ἐστράτευσαν. Thuc. V, 83 s. Melus circa finem anni se dedidit [cf. Schol. Av. 186. *Kr.*], hieme: τοῦ ἐπιγιγνομένου χειμῶνος. Thuc. V, 116. Itaque hieme *Arimnesti* archontis, Melos 700 ante annis condita erat. Thuc. V, 112: ἑπτακόσια ἤδη ἔτη οἰκουμένης.
415	Ol. 91, 2. *Chabrias.* Diod. XIII, 2. Arg. Aristoph. Av. bis. Schol. Av. 767. Schol. Pluti 179.	Exercitus in Siciliam mittitur, θέρους μεσοῦντος ἤδη. Thuc. VI, 30. Alcibiades revocatur; VI, 53; post mediam aestatem: itaque *Chabriae* anno. Non accurate igitur Arg. Av. III: ἐπὶ Ἀριμνήστου τοῦ πρὸ Χαβρίου Ἀθηναῖοι πέμπουσι τὴν Σαλαμινίαν Ἀλκιβιάδην μεταστελλόμενοι. Rectius Philochorus apud Schol. Av. 767: (οἱ Ἑρμοκοπίδαι) ἐπὶ Χαβρίου θανάτῳ κατεγνώσθησαν. Isaeus p. 57, 33 ab Arimnesto computat, quod exercitus profectus est ipso Chabriae anni initio vel ipso Arimnesti anni fine. Primus Siculi belli annus Peloponnesiaci decimus septimus erat. Thuc. VII, 28: ἔτει ἑπταικαιδεκάτῳ μετὰ τὴν πρώτην ἐσβολήν.

PHILOSOPHI etc.	POETAE.
	eius argumento intelligitur. Quumque Cleon iam cecidisse dicatur v. 259 s. cum Petito et Meinekio Quaestt. scen. I p. 15 Ol. 89, 3 adscribenda est. Quam rationem confirmavit schol. ined. ad Pacem apud eund. Meinek. II p. 76: *ἐνίκησε δὲ τῷ δράματι ὁ ποιητὴς ἐπὶ ἄρχοντος Ἀλκαίου· πρῶτος Εὔπολις Κόλαξι, δεύτερος Ἀριστοφάνης Εἰρήνῃ, τρίτος Λεύκων Φράτερσι. (Φράτερσι. Mk.)* *Kr.*] *Ion Chius* iam obierat. Schol. Pac. 990: *ὅτι ὁ μὲν Ἴων ἤδη τέθνηκε δῆλον.*
	[*Euripidis Andromacham* hoc anno datam esse suspicatur S. Petitus. Cf. Boeckh. de tragg. p. 189 ss. *Kr.*]
	[*Euripidis Heraclidas* huic anno (Ol. 90, 3) assignat Boeckh. l. l. p. 190 s. *Kr.*]
Plato annum agit decimum quartum. Athen. V p. 217 a: *ὅτε Ἀγάθων ἐνίκα Πλάτων ἦν δεκατεσσάρων ἐτῶν. ὁ μὲν γὰρ ἐπὶ Εὐφήμου στεφανοῦται, Πλάτων δὲ γεννᾶται ἐπὶ Ἀπολλοδώρου τοῦ μετ' Εὐθύδημον. — ἀπὸ δὲ Ἀπολλοδώρου τεσσαρεςκαιδέκατός ἐστιν ἄρχων Εὔφημος.*	*Agathon* vicit tragoedia. Athen. V p. 217 a: *ἐπὶ ἄρχοντος Εὐφήμου στεφανοῦται Ληναίοις.* [Anthesterione s. Febr. 416. (Secundum Boeckhium Gamelione. *Kr.*)] [*Pherecratis Αὐτομόλους* non ante hunc annum scriptam esse probat Meinek. Quaestt. scen. II p. 34. *Kr.*]
[*Andocidis* [?] *in Alcibiadem* oratio post Melum expugnatam habita. V. §. 22 p. 32. *Kr.*] *Andocides* in vincula coniectus ob Hermas circumcisos. De eius agendi ratione in hac re cf. Thuc. VI, 60. Lys. adv. Andoc. p. 105. Andocidem ipsum de Myst. p. 5, 30 — 9, 40. [cf. de red. p. 20. *Kr.*] Plutarch. Alcib. c. 21 et Vit. X or. p. 834, d. Hoc periculo liberatus Cyprum aliasque terras lustravit donec 400 viri rerum potiti sunt 411. Vit. X or. 834, e: *ἐπέθετο ναυκληρίᾳ καὶ τοῖς τε Κυπρίων βασιλεῦσι καὶ πολλοῖς ἄλλοις ἐπεξενώθη. — ληφθεὶς δὲ ὑπὸ τοῦ Κυπρίων βασιλέως ἐδέθη· διαδρὰς δὲ ἦκεν εἰς τὴν πόλιν καθ' ὃν χρόνον οἱ τετρακόσιοι διεῖπον τὰ πράγματα.* Lys. adv. Andoc. p. 105, 26: *ἔπλευσεν ὡς τὸν Κιττιέων βασιλέα καὶ προδιδοὺς ληφθεὶς ὑπ' αὐτοῦ ἐδέθη. —*	*Xenocles πρῶτος Οἰδίποδι, Λυκάονι, Βάκχαις, Ἀθάμαντι σατυρικῷ. Euripides δεύτερος Ἀλεξάνδρῳ, Παλαμήδῃ, Τρωσί (sic), Σισύφῳ σατυρικῷ, κατὰ τὴν πρώτην καὶ ἐνενηκοστὴν ὀλυμπιάδα, καθ' ἣν ἐνίκα Ἐξαίνετος ὁ Ἀκραγαντῖνος στάδιον.* [Cf. Diod. XII, 82.] Aelian. V. H. II, 8. *Palamedes* acta est paulo ante *Ὄρνιθας*. Schol. Av. 843: *παρακωμῳδεῖ τὸν Παλαμήδην, οὐ πρὸ πολλοῦ δεδιδαγμένον.* [Cf. Boeckh. de tragg. p. 185. *Kr.*] Eadem comoedia respiciuntur *Troades*. Schol. Av. 1717: *χλευάζει παρὰ τὰ ἐκ Τρῳάδων Εὐριπίδου· „ἄνεχε, πόρεχε“* [322 cl. Cycl. 202. *Kr.*] Haec tragoedia acta est septem annis post *Σφῆκας*. Schol. Vesp. 1317: *ὑστερεῖ ἡ τῶν Τρῳάδων κάθεσις (τῆς τῶν Σφηκῶν) ἔτεσιν ἑπτά.* Hae temporis notae cum Aeliani testimonio congruunt. *Archippus* comicus semel vicit hac Olympiade.

A.C.n.	Archontes	Res gestae
414	Ol. 91, 3. *Pisander.* Diod. XIII, 7.	Ἕβδομον καὶ δέκατον ἔτος τῷ πολέμῳ ἐτελεύτα. Thuc. VI, 93. [Munychione 414.] Secundus belli Siculi annus: ἅμα τῷ ἦρι εὐθὺς ἀρχομένῳ. Thuc. VI, 94. [Athenienses τὰς σπονδὰς φανερώτατα πρὸς Λακεδαιμονίους ἔλυσαν. VI, 105. Itaque aperte scriptor Niciae pacis hunc finem dicit: quare V, 25: ἐπὶ ἓξ ἔτη μὲν καὶ δέκα μῆνας ἀπέσχοντο μὴ ἐπὶ τὴν ἑκατέρων γῆν στρατεῦσαι, legendum esse puto: ἐπὶ ἑπτὰ ἔτη μὲν καὶ δ' (τέσσαρας) μῆνας κ. τ. λ. Aliter Dodwell. Ann. Thuc. p. 696 Thuc. ed. Beck. *Kr.*] Gylippi adventus. Thuc. VII, 1. 2. τοῦ θέρους. VI, 96. 104. Eurymedon cum auxiliis Athenis mittitur, εὐθὺς περὶ ἡλίου τροπὰς τὰς χειμερινάς. [Decembri 414.] Thuc. VII, 16. Perdiccas Macedoniae rex adhuc superstes erat exeunte aestate 414. Thuc. VII, 9: ἐν δὲ τῷ αὐτῷ θέρει τελευτῶντι καὶ Εὐετίων, στρατηγὸς Ἀθηναίων, μετὰ Περδίκκου στρατεύσας, κ. τ. λ. Itaque Archelaus vix hoc anno regnum adeptus fuerit, sed demum, si forte, ineunte anno 413.
413	Ol. 91, 4. *Cleocritus.* Diod. XIII, 9. Arg. Aristoph. Lysistr. Plutarch. Moral. p. 835, e.	Ὄγδοον καὶ δέκατον ἔτος — ἐτελεύτα. Thuc. VII, 18. [Munychione 413.] In Atticam irruptio: τοῦ ἦρος εὐθὺς ἀρχομένου πρωιαίτατα. Thuc. VII, 19. Ἡγεῖτο δὲ Ἄγις ὁ Ἀρχιδάμου — καὶ πρῶτον μὲν τῆς χώρας τὰ περὶ τὸ πεδίον ἐδῄωσαν, ἔπειτα δὲ Δεκέλειαν ἐτείχιζον. Ibid. Satis cum Thucydide consentit Diod. XIII, 9 cl. 8, qui haec ad Cleocriti annum refert vel ad finem superioris anni, quo Pisander archon fuit. Tertius Siculi belli annus. Thuc. VII, 21: ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς χρόνους τοῦ ἦρος τούτου. Demosthenes in Siciliam mittitur, τοῦ ἦρος εὐθὺς ἀρχομένου. VII, 20. Advenit aliquo tempore interiecto aestate. Cf. VII, 26. 31. 35. 42. (Ἀθηναίων) μελλόντων — ἀποπλεῖν ἡ σελήνη ἐκλείπει. VII, 50. [Augusti die 27.] Fuga exercitus, τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀπὸ τῆς ναυμαχίας. VII, 75. circiter octavo vel nono die post lunae defectionem. Nicias se dedidit ὀκτὼ ἡμέρας βαλλόμενος. Plutarch. Nic. c. 27, decimo sexto vel decimo septimo die post defectionem. [Sept. 12 aut 13.] Plutarch. Nic. c. 28: τετρὰς φθίνοντος τοῦ Καρνείου μηνός, ὃν Ἀθηναῖοι Μεταγειτνιῶνα προσαγορεύουσι. Dodwell. Annal. Thuc. p. 211 inter defectionem et fugam nonnisi sex dies interfuisse statuit. Sed probabile est interfuisse octo aut novem. ἀνεπειρῶντο ἡμέρας ὅσαι ἐδόκουν ἱκαναὶ εἶναι. — deinde sequitur τῇ προτεραίᾳ, tum τῇ ὑστεραίᾳ. Thuc. VII, 51—53, postea ultima navalis pugna c. 69. [Fortasse etiam plures dies interiecti fuerunt. Quamquam vix novem interpositi fuerint, si Syracusanorum Carneus cum Metagitnione accurate congruerit. *Kr.*] Fugae octo dies aperte sunt notati: primus c. 75, secundus c. 78: τῇ ὑστεραίᾳ πρωΐ, tertius c. 78: τῇ δ' ὑστεραίᾳ, quartus c. 79: πρωὶ δὲ ἄραντες, quintus c. 79: τῇ δ' ὑστεραίᾳ προὐχώρουν, sextus c. 80: ἅμα δὲ τῇ ἕῳ, septimus c. 83: τῇ ὑστεραίᾳ, octavus idemque ultimus c. 84: Νικίας ἐπειδὴ ἡμέρα ἐγένετο. V. Dodwell. Ann. Thuc. p. 211.

PHILOSOPHI etc.	POETAE.
ἀποδρὰς δὲ ἐκ τούτου τοῦ κινδύνου κατέπλευσεν εἰς τὴν ἑαυτοῦ πόλιν ἐπὶ τῶν τετρακοσίων.	Suidas: Ἄρχιππος — ἐνίκησεν ἅπαξ ἐπὶ τῆς ἐνενηκοστῆς πρώτης ὀλυμπιάδος. [*Eupolis* Baptas docet. Cf. Meinek. l. l. I p. 42 ss. Cf. Süvern.: Ueb. Arist. Wolk. p. 35 s. ann. 5. *Kr.*]
	Aristoph. Ἀμφιάραος. Arg. Av. III: εἰς Λήναια τὸν Ἀμφιάραον ἐδίδαξε διὰ Φιλωνίδου. [Anthesterione s. Febr. 414. (Gamelione secundum Boeckhium. *Kr.*)] *Aristoph.* Ὄρνιθες. Arg. Av. II: ἐδιδάχθη ἐπὶ Χαβρίου ἄρχοντος εἰς ἄστυ διὰ Καλλιστράτου, ὃς ἦν δεύτερος τοῖς Ὄρνισι· πρῶτος Ἀμειψίας Κωμασταῖς· τρίτος Φρύνιχος Μονοτρόπῳ. Arg. Av. III: ἐπὶ Χαβρίου τὸ δρᾶμα καθῆκεν εἰς ἄστυ διὰ Καλλίου. (l. Καλλιστράτου.) [Elaphebolione s. Martio 414.] Schol. Av. 998: καθεῖται δὲ καὶ ὁ Μονότροπος ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ χωρίου εἴρηται. [Χαβρίου, ὡς εἴρηται emendat Meinek. Quaestt. scen. I p. 34. *Kr.*] [*Platonis Hyperbolum* hoc anno actam esse suspicatur Meinek. Quaestt. scen. II p. 31. *Kr.*]
[*Antiphontis* orationem περὶ τοῦ χορευτοῦ aliquot annis ante Ol. 92, 2 scriptam esse posse censet Boeckh. ind. lectt. Univ. Berol. hiem. 182$\frac{9}{7}$ p. 9. *Kr.*]	*Hegemonis Thasii Γιγαντομαχία*, quo die nuntius de clade Siciliensi perlatus est. [Sept. v. Oct. 413.] Chamaeleon apud Athen. IX p. 406, e — 407, b: Ἡγήμων ὁ Θάσιος, ὃ τὰς Παρῳδίας γράψας — ἐν τῇ Γιγαντομαχίᾳ οὕτω σφόδρα τοὺς Ἀθηναίους ἐκήλησεν ὡς ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ πλεῖστα αὐτοὺς γελάσαι· καὶ τότε ἀγγελθέντων αὐτοῖς ἐν τῷ θεάτρῳ τῶν γενομένων περὶ Σικελίαν ἀτυχημάτων οὐδεὶς ἀπέστη. (*fortasse* ἀνέστη.) ἔκλαιον οὖν ἐγκαλυψάμενοι, οὐκ ἀνέστησαν δέ, ἵνα μὴ γένωνται διαφανεῖς τοῖς ἀπὸ τῶν ἄλλων πόλεων θεωροῦσιν ἀχθόμενοι τῇ συμφορᾷ. Hegemon aequalis erat Cratini ac primus parodias in scenam produxit. Athen. XV p. 698, c: Κρατῖνος ὁ ποιητὴς καὶ τῶν κατ' αὐτὸν Ἡγήμων ὁ Θάσιος. Idem XV p. 699, a: τούτων δὲ (τῶν παρῳδῶν) πρῶτος εἰσῆλθεν εἰς τοὺς ἀγῶνας τοὺς θυμελικοὺς Ἡγήμων. Aristot. Poet. c. 3: Ἡγήμων ὁ τὰς παρῳδίας ποιήσας πρῶτος. Favit ei Alcibiades. Athen. IX p. 407, c. Quum 413 parodias recitaverit, tantum extremis Cratini annis aequalis esse potuit.

A.C.n.	Archontes	Res gestae
412	Ol. 92, 1. *Callias.* Diod. XIII, 34. Arg. Aristophanis Lysistr. Schol. Lysistr. 173. Plutarch. Mor. p. 835, e. Dionys. Iud. de Lys. p. 453 R.	Lesbos, Chios et Erythrae defectionem parant. Thuc. VIII, 5. mature, etiamtum hieme et ante veris initium. Cf. c. 3. 6. Deinde *χειμῶν ἐτελεύτα καὶ ἐνὸς δέον εἰκοστὸν ἔτος.* VIII, 6. [Munychione 412.] Alcibiades a Lacedaemoniis in Asiam mittitur. Thuc. VIII, 12. post ipsa Isthmia. Cf. c. 10—12. Primum foedus inter Lacedaemonios et Persas. VIII, 17: *ἡ πρώτη ξυμμαχία Μιλησίων εὐθὺς ἀποστάντων.* Haec acta sunt aestate. Sequitur enim c. 22: *μετὰ ταῦτα τοῦ αὐτοῦ θέρους.* Athenienses mille talenta [quae belli initio seposuerant. v. Thuc. II, 24 et Boeckh. Staatshaushalt. der Athener I p. 311 et Inscr. I p. 214. 903. *Kr.*] tangunt; Thuc. VIII, 15; postquam Alcibiades in Ioniam advenerat. Cf. c. 14. Recte igitur tempus notat Philochorus apud Schol. Lysistr. 173: *ἤρξαντο κινεῖν αὐτὰ ἐπὶ Καλλίου ἄρχοντος.* Alterum foedus inter Lacedaemonios et Tissaphernem. Thuc. VIII, 37. cf. c. 29. 38. 39.
411	Ol. 92, 2. *Theopompus.* Diod. XIII, 38. Plutarch. Mor. p. 833, d. Lys. p. 161, 33. Schol. Eurip. Orest. 371. cf. Schol. 771.	Tertium foedus inter Lacedaemonios et Tissaphernem. Thuc. VIII, 58. circa finem anni vicesimi. (antecesserant *ἡλίου τροπαὶ* c. 39 et 80 dierum intervallum c. 44.) Huius foederis tempus incidit in Darii annum 13mum. Thuc. VIII, 58: *τρίτῳ καὶ δεκάτῳ ἔτει Δαρείου βασιλεύοντος.* Deinde *ὃ χειμὼν ἐτελεύτα καὶ εἰκοστὸν ἔτος* c. 60. [Munychione 411.] Quadringentorum virorum dominatus ab Antiphonte constitutus. Thuc. VIII, 67. 68: *ἔτει ἑκατοστῷ μάλιστα ἐπειδὴ οἱ τύραννοι κατελύθησαν.* Revera ab a. 510 undecentum anni praeterierant. Quadringenti viri imperium obtinuerunt quattuor menses, abdicarunt post mediam aestatem, Theopompi anno ineunte. Vit. X or. p. 835, e: *ἐπὶ Καλλίου τοῦ μετὰ Κλεόκριτον ἄρχοντος, ἤδη τῶν τετρακοσίων κατεχόντων τὴν πόλιν.* Id. p. 833, d: *ἐπὶ Θεοπόμπου ἄρχοντος ἐφ' οὗ οἱ τετρακόσιοι κατελύθησαν.* Harpocrat. v. *τετρακόσιοι: οἱ τετρακόσιοι πρὸ ἑπτὰ ἐτῶν κατέστησαν τῶν τριάκοντα τυράννων παρ' Ἀθηναίοις, οἵτινες τέτταρας μῆνας ἦρξαν τῆς πόλεως, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ.* Repetunt Phot. et Suid. in voce. Qui 400 viros Callia archonte imperio spoliatos esse statuit, Dodwellus neglexit testimonium Vit. X or. p. 833, e. *Mindarus* Lacedaemoniorum *ναύαρχος* Astyochi successor in Asiam mittitur: *Μίνδαρος διάδοχος τῆς Μινδάρου ναυαρχίας ἐκ Λακεδαίμονος ἐπῆλθε.* Thuc. VIII, 85. quo tempore quadringenti viri imperium obtinebant. Cf. Thuc. VIII, 86. Victus est ad *Cynossema:* Thuc. VIII, 104—106; circa finem aestatis; cf. VIII, 108; paulo ante quam 400 viri imperio privati sunt. c. 97. 98. [septemdecim annis ante proelium ad Cnidum. Diod. XIV, 84. *Kr.*]

Philosophi etc.	Poetae.
Antiphon Rhamnusius — Ἀντιφῶν Σωφίλου Ῥαμνούσιος — qui 400 virorum dominatus constituendi particeps erat, natus fuit 479. *Cf. an.* 479. Cum hoc natali eius anno congruunt quae traduntur Vit. X or. p. 832, d: Ἀλκιβιάδην, Κριτίαν, Ἀνσίαν, Ἄρχινον εὕροι τις ἂν ἐπιβεβληκότας αὐτῷ πρεσβύτῃ ἤδη ὄντι. Grandior fuerit *duodecim* annis quam *Andocides*, *viginti uno* quam *Lysias*, *octo* quam eius discipulus *Thucydides*; obierit *sexaginta octo* annos natus 411. Antiphontis discipulum fuisse Thucydidem (λέγεται δὲ Θουκυδίδου γενέσθαι διδάσκαλος. Suid. Ἀντιφ.) confirmant Hermog. de formis II p. 391. 402 ed. Crispin. Themist. or. 26 p. 329. Schol. Thuc. VIII, 68 ap. Duk. ad loc. Marcellin. vita Thuc. p. XXV. Aristid. pro quatuorv. t. II p. 131. Iebb. et qui hanc rem respicit Plato Menex. p. 236, a.	*Euripidis* Ἀνδρομέδα, octo annis ante Βατράχους. Schol. Ran. 53: ἡ γὰρ Ἀνδρομέδα ὀγδόῳ ἔτει προῆκται. Itaque *Cleocriti* anno. Nondum acta erat Andromeda quo tempore data est Ὄρνιθες. Schol. Av. 347: μηδὲ διδαχθείσης τῆς τραγῳδίας. Posterius testimonium neglexerit, in priore, Schol. Ran. 53, aliam scripturam necesse est habuerit Musgrav., quum Ἀνδρομέδαν decimo ante Βατράχους eodemque quo Ὄρνιθας anno ponat actam esse. [Hoc anno (Ol. 91, 4.) *Eupolin* Δήμους fabulam docuisse coniicit Meinek. Quaestt. scen. I p. 50 s. *Kr.*]
Lysias Thuriis revertitur ἐπὶ Καλλίου — ἤδη τῶν τετρακοσίων κατεχόντων τὴν πόλιν. Vit. X or. p. 835, e. Itaque circa finem Calliae anni. Consentit Dionys. Lys. p. 453: κατὰ ἄρχοντα Καλλίαν ἕβδομον καὶ τεσσαρακοστὸν ἔτος ἔχων, ὡς ἄν τις εἰκάσειεν. *Antiphon* interfectus. Vit. X or. p. 833, a: μετὰ τὴν κατάλυσιν τῶν τετρακοσίων εἰσαγγελθεὶς σὺν Ἀρχεπτολέμῳ ἑνὶ τῶν τετρακοσίων ἑάλω· καὶ τοῖς περὶ τῶν προδοτῶν ἐπιτιμίοις ὑπαχθεὶς ἄταφος ἐρρίφη. Psephisma et condemnationis formula conservata ex Caecilio p. 833, e — 834, b. De Antiphontis morte loquitur Thuc. VIII, 68: ἐπειδὴ τὰ τῶν τετρακοσίων ἐν ὑστέρῳ μεταπεσόντα ὑπὸ τοῦ δήμου ἐκακοῦτο, ἄριστα φαίνεται τῶν μέχρις ἐμοῦ ὑπὲρ αὐτῶν τούτων, αἰτιαθεὶς ὡς ξυγκατέστησε, θανάτου δίκην ἀπολογησάμενος. *Thucydidis* historia subito interrupta medio anno 21mo: ὅταν ὁ μετὰ τοῦτο τὸ θέρος χειμὼν τελευτήσῃ, ἓν καὶ εἰκοστὸν ἔτος πληροῦται. cap. ult. Hic locus in Bekkeri ed. ut subditicius est notatus. Sed Thucydides narrationem ad auctumnum continuavit. VIII, 108: Ἀλκιβιάδης πρὸς τὸ μετόπωρον ἤδη ἐς τὴν Σάμον κατέπλευσε. [Desunt ista verba in duobus codicibus, eaque delenda esse cum Dodwello censuerunt recentiores Thucydidis editores. Sed defendi possunt, si statuas quod ego nuper probare conatus sum, octavum Thucydidis librum merum ὑπόμνημα esse. *Kr.*] Historiam continuaverunt *Xenophon* et *Theopompus*. Diod. XIII, 42: Ξενοφῶν καὶ Θεόπομπος ἀφ' ὧν ἀπέλιπε Θουκυδίδης τὴν ἀρχὴν πεποίηνται. καὶ Ξενοφῶν μὲν περιέλαβε χρόνον ἐτῶν τεσσαράκοντα καὶ ὀκτώ, Θεό-	*Aristophanis* Λυσιστράτῃ. Schol. Lysistrat. 173: Καλλίου ἄρχοντος, ἐφ' οὗ εἰσήχθη τὸ δρᾶμα. Arg. Lysistr. ἐδιδάχθη ἐπὶ Καλλίου ἄρχοντος τοῦ μετὰ Κλεόκριτον ἄρξαντος. εἰσῆκται δὲ διὰ Καλλιστράτου. Schol. Lysistr. 1096: ἐπὶ Σικελίας ἐμελλον πλεῖν πρὸ ἐτῶν τεσσάρων τῆς καθέσεως τούτου τοῦ δράματος. Revera ab anno quo exercitus profectus est, 415, θέρους μεσοῦντος, ad Dionysia Calliae archontis quattuor anni fuere. His testimoniis neglectis Musgrav. in huius fabulae tempore constituendo Petitum sequutus est, qui actam ponit Ol. 92, 4 i. e. tribus annis ante verum tempus. [cf. Lys. v. 107 et Süvern.: Ueber Aristophanes Wolken p. 44 s. *Kr.*] *Aristophanis* Θεσμοφοριάζουσαι, anno post Ἀνδρομέδαν. v. 1060: πέρυσιν ἐν τῷδε ταὐτῷ χωρίῳ. Iam quum Ἀνδρομέδα Cleocriti anno ab Euripide acta sit, Θεσμοφοριάζουσαι Calliae τοῦ μετὰ Κλεόκριτον anno data est. [Hoc anno *Eupolin* mortuum esse coniicit Meinek. Quaestt. scen. I p. 36 s. *Kr.*]

A.C.n.	Archontes	Res gestae
410	Ol. 92, 3. *Glaucippus.* Diod. XIII, 43. Lysias p. 161, 36. Dionys. Lys. p. 497 R. Schol. Aristoph. Plut. 973. Arg. Soph. Philoct. Marm. Choiseul. Mem. Acad. t. 48* p. 337. [Inscript. ap. Boeckh. I, 2 p. 219 s. *Kr.*]	*Mindarus* ab *Alcibiade* ad Cyzicum caesus. Xenoph. Hellen. I, 1, 16 — 18. Naves suas collegerat ἤδη τοῦ χειμῶνος λήγοντος. Diod. XIII, 49. hieme *Theopompi* archontis [*cf. an.* 405]: ac proinde huius anno cecidit Mindarus, ante mediam aestatem 410. Quo facto Lacedaemonii pacis impetrandae causa legatos Athenas mittunt, ut testatur Diod. XIII, 53: quam rem hoc anno actam esse tradit Philochorus apud Schol. Eurip. Orest. 371: *Λακεδαιμονίων πρεσβευσαμένων περὶ εἰρήνης ἀπιστήσαντες Ἀθηναῖοι οὐ προσήκαντο, ἐπὶ ἄρχοντος Θεοπόμπου, ὃς ἦν πρὸ Διοκλέους, ὡς ἱστορεῖ Φιλόχορος.* Ibid. 772: *εἰς Κλεοφῶντα αἰνίττεται πρὸ ἐτῶν δύο* [ante *Orestem* actam] *ἐμποδίσαντα ταῖς σπονδαῖς. — πρὸ ἐτῶν γὰρ δύο τῆς διδασκαλίας τοῦ Ὀρέστου αὐτός ἐστιν ὁ κωλύσας σπονδὰς γενέσθαι Ἀθηναίοις πρὸς Λακεδαιμονίους, ὡς Φιλόχορος ἱστορεῖ.* Diodor. XIII, 49 — 53 falso Mindari caedem et Lacedaemoniorum legationem anno posterius quam debebat enarrat, *Glaucippo* archonte. Wesseling. ad Diod. XIII, 52 de legationis pacis impetrandae gratia missae et tempore et causa discrepantiam subesse censet. Sed haec discrepantia quae videtur inde exstitit quod Diodorus tempus falso notavit: qui legationem Glaucippi anno adscripsit, quoniam Mindari caedem hoc anno narraverat. [*Cf.* quae ad a. 409, 2 adnotavi. *Kr.*]
409	Ol. 92, 4. *Diocles.* Diod. XIII, 54. Schol. Aristoph. Plut. 179. Schol. Eurip. Orest. 371. Lysias p. 161, 39. Chandler. Inscr. Ant. P. II No. I p. 37. [Boeckh. Inscr. I p. 262. *Kr.*]	*Thrasyllus ἀρχομένου τοῦ ἦρος ἐξέπλευσεν ἐς Σάμον.* Xenoph. Hell. I, 2, 1. Lydiam invadit *ἀκμάζοντος τοῦ σίτου.* 2, 4. Expeditione facta *ἡ στρατιὰ διέβη ἐς Λάμψακον καὶ χειμὼν ἐπῆει — ἐνταῦθα δὴ ἐχείμαζον ἅπαντες.* 2, 14—15. [Haec cum Haackio diss. chronol. p. 14 superiori annō adscribenda esse apparet ex Hell. I, 1, 33 s. cl. §. 8. Etiam proxima a Clintone anno inferius quam debebant posita sunt. Atque Cyrum iam 408 Sardes venisse non modo ex Xenophonte, sed etiam ex Thucydide probari potest, qui II, 65 inter Siciliensem cladem et Cyri adventum nonnisi per tres annos bellum gestum esse tradit: quod quum demum post mediam aestatem 412 coeptum fuerit, vere 408, quo tempore Cyrus Sardes venit, tres demum anni et aliquot menses praeterierint. *Kr.*]
408	Ol. 93, 1. *Euctemon.* Diod. XIII, 68. Mar. Par. No. 63.	Athenienses a Lampsaco castra movent, *ἐπεὶ ὁ χειμὼν ἔληγεν ἔαρος ἀρχομένου.* [vere Dioclis archontis.] Xen. Hell. I, 3, 1. Alcibiades Selymbriam expugnat. 3, 10. item Byzantium. 3, 20. Quod captum

PHILOSOPHI etc.	POETAE.
πομπος δέ, τὰς Ἑλληνικὰς πράξεις διελθὼν ἐπ᾽ ἔτη ἑπτακαίδεκα, καταλήγει τὴν ἱστορίαν εἰς τὴν περὶ Κνίδον ναυμαχίαν, ἐν βίβλοις δυοκαίδεκα. [Marcellin. vita Thuc. 45: εἴκοσι καὶ ἑπτὰ (ἐνιαυτοὺς) κατέσχεν ὁ πόλεμος. τὰ δὲ τῶν ἄλλων ἐξ ἐτῶν πράγματα ἀναπληροῖ ὅ τε Θεόπομπος καὶ ὁ Ξενοφῶν, οἷς συνάπτει τὴν Ἑλληνικὴν ἱστορίαν. Minus accurate Diod. XII, 37. 42. *Kr.*]	
[*Lysiae ὑπὲρ Πολυστράτου* oratio hoc anno videtur habita esse, aliquanto post quam quadringenti viri imperio privati erant (§. 22 p. 160) ac post pugnam ad Cynossema, quam spectari puto §. 29. Certe hanc quoque orationem post Euclidem scriptam esse non puto. *Kr.*] [*Andocidis περὶ τῆς ἑαυτοῦ καθόδου*, paulo post quadringentos viros eiectos et post pugnam ad Cynossema. V. §. 11 ss. p. 21. *Kr.*]	Anonymus apud Lysiam p. 161, 34: *ἐπὶ Θεοπόμπου καταστὰς χορηγὸς τραγῳδοῖς ἀνήλωσα τριάκοντα μνᾶς καὶ τρίτῳ μηνὶ* [i. e. tertio mense post Dionysia Elaphebolione] *Θαργηλίοις νικήσας ἀνδρικῷ χορῷ δισχιλίας δραχμάς. Cf. an.* 404.
Herodotus (aet. 75) nondum absolvit historiam, quandoquidem rem hoc anno factam memorat I, 130. Cf. Larcheri annot. I p. 411. [Hunc locum ab aliena manu additum esse probare conatus sum in: Archiv f. Philol. u. Paedag. p. 223 s. n. 7. *Kr.*] Notavit etiam Amyrtaei mortem eique Pausirin successisse tradit III, 15. Amyrtaeus 414 Aegyptum recuperasse, sex annos regnasse et 408 diem obisse supremum videtur. *V. an.* 455 et *Appendicis* locum ibi laudatum. Ita Herodoti narratio anno posterius ponitur quam ex re a Larchero investigata. Itaque in libris suis scribendis occupatus erat 44 aut 48 annis post recitationem cui Thucydides interfuit 452 aut 456. [Sed v. quae ad l. l. annotabo. *Kr.*] *Plato* (aet. 20) Socratem audire incipit. Laert. III, 6: *γεγονώς, φασίν, εἴκοσιν ἔτη, διήκουσε Σωκράτους.*	*Sophoclis Φιλοκτήτης.* Arg. Philoct.: *ἐδιδάχθη ἐπὶ Γλαυκίππου. πρῶτος ἦν Σοφοκλῆς.* Anonymus apud Lysiam p. 161, 36: *ἐπὶ Γλαυκίππου ἄρχοντος εἰς Πυθιχιστὰς Παναθηναίοις τοῖς μεγάλοις* [Hecatombaeone s. Iulio 410] *ἀνήλωσα ὀκτακοσίους δραχμάς. ἔτι δ᾽ ἀνδράσι χορηγῶν εἰς Διονύσια* [Elaphebolione 409] *ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἄρχοντος ἐνίκησα καὶ ἀνήλωσα — πεντακισχιλίας δραχμάς.* [*Strattidis Ποταμίους* ante Ol. 92, 4 actam esse e Schol. ad Aristoph. Plut. 1195 colligit Meinek. Quaestt. scen. II p. 67. Cf. tamen ad an. 394. *Kr.*]
	Euripidis Ὀρέστης, Dioclis anno. Schol. Orest. 371: *Διοκλέους, ἐφ᾽ οὗ τὸν Ὀρέστην ἐδίδαξε.* Cf. Schol. Orest. 772.

A. C. n.	Archontes	Res gestae
		esse Pharnabazus audit, *τῆς Φρυγίας ἐν Γορδίῳ ὢν τὸν χειμῶνα.* 4, 1. [V. ad a. 409, ubi quae disputavi ab ipso Xenophonte confirmantur, qui quae Clinton huic anno adscripsit belli vicesimo tertio a. C. 409 gesta esse tradit. Etiam Diodorus ea Diocle archonte facta esse refert. *Kr.*] [*Δρόμος δίο ἵππων τελείων συνωρὶς κληθεῖσα τρίτῃ Ὀλυμπιάδι πρὸς ταῖς ἐνενήκοντα.* Pausan. V, 8, 3. Cf. Xenoph. Hell. I, 2, 1. Diod. XIII, 75. Pythiis quando factum sit tradit Pausan. X, 8, 3. *Kr.*]
407	Ol. 93, 2. *Antigenes.* Diod. XIII, 76. Dionys. Ant. VII p. 1313 R. Mar. Par. No. 64. Arg. Aristoph. Ran. Schol. Ran. 732. 1469. Corrupte Ἀντίνου apud Schol. Ran. 33.	*Cyrus* missus est *ἄρξων πάντων τῶν ἐπὶ θαλάττῃ καὶ ξυμπολεμήσων Λακεδαιμονίοις, ἀρχομένου τοῦ ἔαρος.* Xen. Hell. I, 4, 2. Alcibiades Athenas revertitur *ἡμέρᾳ ᾗ τὰ Πλυντήρια ἦγεν ἡ πόλις.* 4, 12. Plutarch. Alc. c. 34: *ᾗ γὰρ ἡμέρᾳ κατέπλευσεν ἐδρᾶτο τὰ Πλυντήρια τῇ θεῷ. δρῶσι δὲ τὰ ὄργια Πραξιεργίδαι Θαργηλιῶνος ἕκτῃ φθίνοντος.* Remansit ibi usque ad *μυστήρια.* Xen. Hell. I, 4, 20: *τὰ μυστήρια — κατὰ γῆν ἐποίησεν, ἐξαγαγὼν τοὺς στρατιώτας ἅπαντας.* Plutarch. Alc. c. 34: *ἱερεῖς καὶ μύστας καὶ μυσταγωγοὺς ἀναλαβὼν καὶ τοῖς ὅπλοις περικαλύψας ἦγεν κ. τ. λ.* Deinceps ad Andrum obsidendam est profectus. Plutarch. Alc. c. 35: *ἐκπλεύσας ταῖς ἑκατὸν ναυσὶ καὶ προσβαλὼν Ἄνδρῳ κ. τ. λ.* Xen. Hell. I, 4, 21: *μετὰ τὸν κατάπλουν τρίτῳ μηνὶ ἀνήχθη ἐπ' Ἄνδρον, ἀφεστηκυῖαν τῶν Ἀθηναίων.* Quoniam secundum Xenophontem ipsum Athenis erat a 25ta Thargelionis ad 20mum Boedromionis diem, i. e. prope quattuor menses, suspiceris *τρίτῳ μηνὶ* corruptum esse ex *τετάρτῳ μηνί.* Dum Alcibiades Athenis commoratur Lysander *ναύαρχος* emittitur. Xen. Hell. I, 5, 1. [V. ad a. 408 et 409. Recteque Diod. XIII, 68 ea Euctemone archonte facta narrat. Proximo anno Alcibiades *ἑκὼν ἔφυγε.* (Schol. ad Aristoph. Ran. 1469.) *τέτταρα ἢ πέντε ἔτη ἐφεξῆς στρατηγήσας.* Lysias pro bonis Aristoph. 52. Sunt vix quattuor anni. Sed oratoris rationibus accommodata erat superlatio. Ceterum cf. Diod. XIII, 74. *Kr.*] Tum clade Antiocho illata Alcibiades imperio privatur; *καὶ στρατηγοὺς εἵλοντο ἄλλους δέκα,* inter Sept. 407 et Sept. 406 quo tempore Callicratidas Lysandro successit. Xen. Hell. I, 5, 12 — 6, 4. Scholiastes Aristoph. Ran. 1469, qui Alcibiadem Antigenis anno rediisse ponit, Andronem potius quam Xenophontem videtur sequutus esse. Itaque Andro *διαφέρεται πρὸς Ξενοφῶντα περὶ τῆς καθόδου.* Schol. ibid. Etiam Corsin. Fast. Att. III p. 259 Alcibiadem anno posterius revertisse statuit, Antigenis archontis *Πλυντηρίοις* s. Thargelione 406, provocans ad Xenophontem. Sed hoc non accurate disputatum est repugnatque Xenophontis narrationi.
406	Ol. 93, 3. *Callias.* Diod. XIII, 80. Dionys. Ant. VII p. 1313. Athen. V p. 218, a. Mar. Par. No. 65. Arg. Aristoph. Ran. Schol. Ran. 406. 504. 737. 1580. [Schol. ap.	Proelium navale ad *Arginussas*, descriptum a Xenophonte Hell. I, 6. Calliae anno. Athen. V p. 218, a: *ἐπὶ ἄρχοντος Καλλίου, τῆς Περικλέους τελευτῆς ὕστερον ἔτεσιν εἴκοσι καὶ τέτταρσιν.* [vicesimo quarto anno nondum completo.] Schol. Aristoph. Ran. 1580: *ὡς Ἀριστοτέλης φησί, μετὰ τὴν ἐν Ἀργινούσαις ναυμαχίαν Λακεδαιμονίων βουλομένων ἐκ Δεκελείας ἀπιέναι ἐφ' οἷς ἔχουσιν ἑκάτεροι καὶ εἰρήνην ἄγειν, ἐπὶ τοῦ Καλλίου, Κλεοφῶν ἔπεισε τὸν δῆμον μὴ προσδέξασθαι.* Quod Cleophon iterum paci a Lacedaemoniis petitae repugnavit, id quinque annis post priorem legationem pacis impetrandae causa Theopompo

PHILOSOPHI etc.	POETAE
	Aristophanis Πλοῦτος α'. ἐπὶ Διοκλέους. Schol. Plut. 179 confirmante Schol. Plut. 173: ἐν δευτέρῳ (Πλούτῳ) ὃς ἔσχατος ἐδιδάχθη ὑπ' αὐτοῦ εἰκοστῷ ἔτει ὕστερον. *Antipater* a *Diocle* vicesimus archon est. *Cf. an.* 388. Anon. ap. Lys. p. 161, 39: ἐπὶ Διοκλέους Παναθηναίοις τοῖς μικροῖς [Thargelione 408] κυκλικῷ χορῷ ἀνήλωσα τριακοσίας δραχμάς. De impensis harum χορηγιῶν v. ad an. 404.
	(*Strattidis* Ἀνθρωποῤῥαίστης. *Sannyrionis* Δανάη, post Ὀρέστην quae fabula in his comoediis traducta erat. Cf. Schol. Eurip. Orest. 279. Schol. Aristoph. Ran. 305.) [Cf. Meinek. Quaestt. scen. II p. 65. *Kr.*] *Antiphanes* comicus nascitur. Suidas: Ἀντιφάνης — κωμικὸς τῆς μέσης κωμῳδίας. — γέγονε δὲ κατὰ τὴν ἐνενηκοστὴν τρίτην ὀλυμπιάδα καὶ ἔγραψε κωμῳδίας τξε'. οἱ δέ, σπ'. νίκας δὲ εἷλε ιγ'. — τελευτᾷ δὲ ἐν Κίῳ, οδ' ἐτῶν ὑπάρχων. Prolegg. Aristoph. p. XXX Beck.: ἐτελεύτησεν ἐν Χίῳ· (*sic.*) — ἔστι δὲ αὐτοῦ δράματα σξ'. Quod Suidas dicit γέγονε, Küsterus interpretatur *vixit; floruit* Corsini Fast. Att. t. III p. 258, eodemque modo intellexit Scaliger Olymp. ἀναγρ. Ol. 93, 1, qui habet Ἀντιφάνης ἐγνωρίζετο. Sed vertendum: *natus est*, quoniam Antiphanes fabulas docere *coepit* 387 atque etiam post 343, sexaginta quattuor annis post hoc tempus, docuit necdum quo tempore Alexander regno potitus est, i. e. 71 annis post, obierat. Athen. XIII p. 555, a. Itaque Antiphanes natus est 407, fabulas docere coepit viginti annorum 387, nondum desiit comoedias scribere 343, aetatis a. 64, obiit 74 annorum, circiter 333, quarto Alexandri regni anno. *Cf. ann.* 387. 343.
Philistus ὁ τὰς ἱστορίας ὕστερον συγγράψας Dionysium adiuvit, Callia archonte. Diod. XIII, 91. Extremis Dionysii superioris annis Philistus in exsilio vitam egit nec restitutus est ante quam Dionysius posterior regnum obtinuit. Plutarch. Dion. 11: ἐπεὶ δὲ Λεπτίνης — γενομένων αὐτῷ δυοῖν θυγατέρων τὴν ἑτέραν ἔδωκε Φιλίστῳ μηδὲν φράσας πρὸς Διονύσιον, ὀργισθεὶς ἐκεῖνος τὸν Φίλιστον ἐξήλασε τῆς Σικελίας φυγόντα παρὰ ξένους τινὰς εἰς	*Euripides* moritur, Callia archonte; Apollodor. apud Diod. XIII, 103; quinque et septuaginta annos natus. Auctor vitae apud Elmsleium: ἐτελεύτησεν, ὥς φησι Φιλόχορος, ὑπὲρ τὰ ἑβδομήκοντα ἔτη γεγονώς· ὡς δὲ Ἐρατοσθένης, οε'. Haec testimonia certa sunt et confirmant ea quae praeterea de Euripidis vita prodita habemus. *Callias* [406] 75tus archon est a *Calliade* [480]. Itaque 74tus poetae annus completus erat Boedro-

A.C.n.	Archontes	Res gestae
..	Thiersch. Actis Mon. I, 3 p. 323. *Kr.*]	archonte a Spartanis missam factum est. *Cf. an.* 410. Conditiones a Lacedaemoniis latas et Cleophonte auctore reiectas memorat Aeschin. de falsa leg. 76 p. 38, 5. [Hic locus tempus cladem ad Aegos flumen consequutum spectat, ut ex v. ἡττημένοι et Lys. c. Agor. 8 intelligitur. *Kr.*] Pugnam sequuta sunt *Apaturia:* μετὰ ταῦτα ἐγένετο Ἀπατούρια. Xenoph. Hell. I, 7, 8. [Pyanepsione.] Condemnantur praetores. Xenoph. Hell. I, 7, 8—38. Dionysius Syracusarum dominatum occupat. Dionys. Antiq. VII p. 1313: ὀγδοηκοστῷ καὶ πέμπτῳ μετὰ ταῦτα ἐνιαυτῷ [post Ol. 72, 2.] κατὰ τὸν τρίτον ἐνιαυτὸν τῆς ἐνενηκοστῆς καὶ τρίτης ὀλυμπιάδος, ἄρχοντος Ἀθήνησι Καλλίου μετ' Ἀντιγένην. Regnavit annos 38. Helladius apud Photium cod. 279 p. 1580: τῆς Σικελίας ἄρξας ἔτη τεσσαράκοντα δυοῖν ἀποδέοντα. Cic. Tusc. V, 20: *Duodequadraginta annos tyrannus Syracusanorum fuit Dionysius, cum quinque et viginti annos natus dominatum occupavisset.* Eum Calliae anno rebus potitum esse recte statui apparet ex Plutarchi Symp. VIII, 1, de Euripide loquentis et Philisto, qui Dionysii superioris historiam a Callia archonte inchoavit. Occupavit dominatum Agrigento capto. Diod. XIII, 91. 92, quem confirmat Xenophon Hell. II, 2, 24: Διονύσιος ὁ Ἑρμοκράτους, Συρακούσιος, ἐτυράννησε, μάχῃ μὲν πρότερον ἡττηθέντων Συρακουσίων ὑπὸ Καρχηδονίων, σπάνει δὲ σίτου ἑλόντων Ἀκράγαντα. Atque Agrigentum captum est Callia archonte. Diod. XIII, 80. Philist. apud Diod. XIII, 103. paulo ante brumam. Diod. XIII, 91: μικρὸν πρὸ τῆς χειμερινῆς τροπῆς. Itaque circiter quinto Calliae mense, Nov. aut Dec. 406, postquam octo menses obsessum fuerat, Diod. XIII, 91, aut septem, secundum Xenophontem Hell. I, 5, 21. Itaque coeptum est obsideri Antigenis anno, quo Xenophon I, 5, 21 Carthaginiensium expeditionem ponit: ὁ ἐνιαυτὸς ἔληγεν ἐν ᾧ Καρχηδόνιοι ἐς Σικελίαν στρατεύσαντες εἴκοσι καὶ ἑκατὸν τριήρεσι καὶ πεζῆς στρατιᾶς δώδεκα μυριάσιν [confirmans Timaei numeros ap. Diod XIII, 80] εἷλον Ἀκράγαντα λιμῷ, μάχῃ μὲν ἡττηθέντες, προσκαθεζόμενοι δὲ ἑπτὰ μῆνας. Quum huius urbis deditio Dionysii regnum antecesserit, eius initium posueris sexto Calliae mense s. Decembri 406.
405	Ol. 93, 4. *Alexias.* Diod. XIII, 104. Lysias p. 161, 43.	Pugna ad *Aegos flumen*, Xen. Hell. II, 1, 27. 28, recte Alexiae anno adscripta a Diod. XIII, 104. Nam pugna facta est aliquot mensibus ante Athenas captas; Athenae autem se dediderunt decimo Alexiae mense. Thuc. V, 26: ἔτη τὰ ξύμπαντα ἐγένετο τῷ πολέμῳ ἑπτὰ καὶ εἴκοσι — εὑρήσει τις τοσαῦτα ἔτη καὶ ἡμέρας οὐ πολλὰς παρενεγκούσας. Incepit bellum Munychione Pythodori archontis [vere 431]. Finitum est igitur Munychione Alexiae archontis [vere 404]. Cf. Thuc. II, 2. Hoc pugnae ad Aegos flumen tempus confirmat Polyb. I, 6. *Cf. an.* 387. Dodwell. Ann. Xenoph. p. 239 et Corsini Fastt. Att. t. III p. 261, pugnam ad Aegos flumen quarto [Corsinus sextodecimo. *V. Append. c.* XI. *Kr.*] mense antequam Athenae

PHILOSOPHI etc.	POETAE.
τὸν Ἀδρίαν· ὅπου καὶ δοκεῖ τὰ πλεῖστα συνθεῖναι τῆς ἱστορίας σχολάζων· οὐ γὰρ ἐπανῆλθε τοῦ πρεσβυτέρου ζῶντος, ἀλλὰ μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν κατήγαγεν αὐτὸν ὁ πρὸς Δίωνα τῶν ἄλλων φθόνος. Occisus est quinquaginta post annis, 356. Priorem „rerum Sicularum“ partem Agrigenti obsessione concludit, Callia archonte. Diod. XIII, 103: Φίλιστος τὴν πρώτην σύνταξιν εἰς τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν [quo Callias archon fuit] κατέστρεφεν, εἰς τὴν Ἀκράγαντος ἅλωσιν, ἐν βίβλοις ἑπτὰ διελθὼν χρόνον ἐτῶν πλείω τῶν ὀκτακοσίων. τῆς δὲ δευτέρας συντάξεως τὴν μὲν ἀρχὴν ἀπὸ τῆς προτέρας τελευτῆς πεποίηται, γέγραφε δὲ βίβλους τέσσαρας. Haec altera pars Dionysii maioris historiam complectebatur, laudata illa a Cicerone ep. ad Q. fratr. II, 13 et Divinat. I, 20. 33. Videturque producta esse ad Nausigenem archontem $36\frac{8}{7}$, abs quo anno posterioris Dionysii historiam orsus est. *Cf. an.* 363.	mione Calliae archontis. *Philochorum* sequitur Thom. Mag. Eurip. vita: ὑπὲρ τὰ ἑβδομήκοντα ἔτη γεγονώς. Eratosthenis numerum servant Suid. v. *Εὐριπ.* et Moschopulus vita Eurip.: ἔτη βεβιωκέναι φασὶν αὐτὸν ἑβδομήκοντα πέντε. Euripides eodem die obiit quo Dionysius tyrannidem occupavit. Plutarch. Sympos. VIII, 1: ἀποθανόντος καθ' ἣν ἡμέραν ἐγεννήθη Διονύσιος ὁ πρεσβύτερος τῶν ἐν Σικελίᾳ τυράννων, ἅμα τῆς τύχης, ὡς Τίμαιος ἔφη, τὸν μιμητὴν ἐξαγούσης τῶν τραγικῶν παθῶν καὶ τὸν ἀγωνιστὴν ἐπεισαγούσης. [Hic aut Plutarchus aut librarius per errorem natalem Dionysii diem posuit pro die quo rerum potitus est. (Wesseling. ad Diod. l. l. emendat: καθ' ἣν ἐγένετο s. ἐγενήθη Δ. ὁ πρ. τῆς Σικελίας τύραννος. Sed repugnat verbi collocatio. Itaque Plutarchi culpa subest. *Kr.*)] Itaque obiit *sexto* Calliae mense. Iam mortuum fuisse octavo huius archontis mense ex Aristoph. Ranis cognoscimus. *Cf. an.* 405. Non accurate Marm. Par. No. 64 Antigene archonte obisse tradit. [Probat tamen Boeckh. in Abhandl. d. Akad. hist. phil. Kl. 1816 p. 97. *Kr.*] Suidas et Moschopulus generaliter Ol. 93 nominant. [Cf. Boeckh. de tragg. p. 209 ss. *Kr.*] De ipsa eius mortis ratione cf. Steph. Byz. v. *Βορμίσκος*. Calliae anno impensae in fabulas faciendae inter duos χορηγοὺς distributae sunt. Schol. Ran. 406: ἐπὶ τοῦ Καλλίου τούτου φησὶν Ἀριστοτέλης ὅτι σύνδυο ἔδοξε χορηγεῖν τὰ Διονύσια τοῖς τραγῳδοῖς καὶ κωμῳδοῖς. Ante *Βατράχους*, quoniam poeta hanc mutationem respicit. Schol. ibid.: κατεσχίσω — ἔοικε παρεμφαίνειν ὅτι ἤδη λιτῶς ἐχορηγεῖτο τοῖς ποιηταῖς. Itaque hoc instituto non illico mutatus est praemiorum numerus, quoniam quo tempore *Βάτραχοι* acta est, tantum tria comoediarum praemia erant, quamquam fieri potest, ut ab hoc tempore pro quinque competitoribus modo tres admissi fuerint. *Cf. an.* 388.
	Sophocles moritur. Diod. XIII, 103: περὶ τὸν αὐτὸν χρόνον [Calliae anno] ἐτελεύτησε Σοφοκλῆς ἔτη βιώσας ἐνενήκοντα, νίκας δ' ἔχων ὀκτωκαίδεκα. Marm. Par. No. 65: ἀ. οὗ Σο.οκλῆς ὁ ποιητὴς βιώσας ἔτη .ΔΔΔΔΙ ἐτελεύτησεν — ..... οντος Ἀθήνησι Καλλίου τοῦ πρ.τ..ου. [Cf. Schol. ap. Thiersch. in Actis Mon. t. I f. 3 p. 323: ἐπὶ Καλλίου φασὶν οἱ πλείους τὸν Σοφοκλέα τελευτῆσαι. *Kr.*] Secundum Lucianum Macrob. c. 24 annos 95 vixit. Sed vera poetae aetas est 90 annorum. *Callias* 90mus archon est a *Philippo*,

A.C.n.	Archontes	Res gestae
		se dediderunt. Sed hoc intervallum brevius est. *V. Append.* c. XI. [Cf. Manso Sparta II p. 571. *Kr.*] Classe devicta Conon ad Euagorum in Cyprum fugit. Xenoph. Hell. II, 1, 29. Secundum Xenophontem l. l. tantum novem evaserunt naves. Sed Lysiae cliens *ἀπολ. δωροδ.* p. 182, 28 duodecim ait servatas esse: *αἱ σωθεῖσαι τῶν νεῶν δώδεκα ἦσαν· ἐγὼ δ' ὑμῖν δύο ἐκόμισα, τὴν ἐμαυτοῦ καὶ τὴν Ναυσιμάχου τριήρη.* Universe loquitur Isocratis cliens, qui et ipse navem suam servavit, in Callim. p. 382, h: *ὅτε γὰρ ἡ πόλις ἀπώλεσε τὰς ναῦς ἐν Ἑλλησπόντῳ καὶ τῆς δυνάμεως ἐστερήθη, — μετ' ὀλίγων ἔσωσα τὴν ναῦν.*
404	Ol. 94, 1. *Pythodorus.* Lys. p. 109, 10. [Xenoph. Hell. II, 3, 1.]	*Athenae* a *Lysandro* captae, vere. Cf. Thuc. V, 26. II, 2. — *ἕκτῃ ἐπὶ δεκάτῃ μουνυχιῶνος μηνός.* Plutarch. Lysandro c. 15. Triginta viri octo menses dominantur: *ἐν ὀκτὼ μησὶ.* Xenoph. Hell. II, 4, 21.

PHILOSOPHI etc.	POETAE.
	utroque annumerato. Superstes fuit Euripidis. Thom. Mag. vita Eurip.: *φασὶν ἐπὶ τῷ ἀκούσματι τῆς Εὐριπίδου τελευτῆς — Σοφοκλέα αὐτὸν μὲν καὶ φαιὸν ἐνδεδύσθαι χιτῶνα, τοὺς δὲ ὑποκριτὰς αὐτοῦ ἀστεφανώτους τῷ τότε εἰσαγαγεῖν πρὸς τὸν ἀγῶνα.* [Cf. Boeckh. de tragg. p. 211 ss. et in Abhandl. der Akad. hist. phil. Kl. 1816 p. 103 s. cl. p. 97, ubi postremam Sophoclis fabulam Choibus [Februario] Ol. 93, 2 suspicatur *recitatam* esse. *Kr.*] Obiit antequam *Βάτραχοι* acta est, proinde ante *Lenaea* Calliae anno celebrata. Itaque dubium est quod nonulli tradunt, eum excessisse victoriae reportatae tempore. Cf. Vita Sophocl. et Diod. XIII, 103 [ibique Wesseling.] Nec minus dubium est num post Euripidis mortem fabulas docuerit, nisi de *Διονυσίοις τοῖς κατ' ἀγροὺς* cogitamus Posideone Calliae archontis. Itaque Euripides mortuus est circa finem a. 406, Sophocles ineunte a. 405. [*Euripidis Iphigeniam in Aulide cum Bacchis et Alcmaeone* hoc anno iterum datam esse suspicatur Boeckh. de tragg. p. 20 s. et 213. 222 ss. *Kr.*] *Aristophanis Βάτραχοι.* Arg. Ran. *ἐδιδάχθη ἐπὶ Καλλίου ἄρχοντος τοῦ μετὰ Ἀντιγένη, ἐπὶ Ληναίῳ.* [Anthesterione s. Febr. 405. (Gamelione secundum Boeckh. *Kr.*)] *Φιλωνίδης ἐπεγράφη καὶ ἐνίκα. Φρύνιχος δεύτερος Μούσαις· Πλάτων τρίτος Κλεοφῶντι.* Mortui tum erant Euripides et Sophocles. Ran. 67—78. Arg. III Sophocl. Oed. Col. ed. Elmsl. [Actis Mon. I, 3 p. 324]: *ὁ μὲν Ἀριστοφάνης ἐν τοῖς Βατράχοις ἐπὶ Καλλίου ἀνάγει τοὺς τραγικοὺς* [sic legendum: non *στρατηγοὺς*] *ὑπὲρ γῆς, ὁ δὲ Φρύνιχος ἐν Μούσαις ὃς συγκαθῆκε τοῖς Βατράχοις, φησὶν οὕτως·* *μάκαρ Σοφοκλῆς ὅς πολὺν χρόνον βιοὺς* *ἀπέθανεν, εὐδαίμων ἀνὴρ καὶ δεξιός,* *πολλὰς ποιήσας καὶ καλὰς τραγῳδίας* *καλῶς ἐτελείτησ' ῥᾳδὲν ὑπομείνας κακόν.* Uterque Sophoclem paulo ante obisse ac plurimi factum esse testatur. Adhuc superstes erat *Iophon*, Sophoclis filius, tragicus. Ran. 73. 78. *Antimachus* floruit. Diod. XIII, 108: *ἐτελεύτησε Δαρεῖος — καθ' ὃν χρόνον καὶ Ἀντίμαχον τὸν ποιητὴν Ἀπολλόδωρος ὁ Ἀθηναῖός φησιν ἡνθηκέναι.* [Alexiae anno.] Ceterum de Antimacho cf. Plutarch. Lys. 18 et Suid. v. *Ἀντίμαχος* [ac Wolf. Prolegg. ad Homer. p. CLXXXI s. *Kr.*]
Lysias eiectus est post pugnam ad Aegos flumen. Vit. X or. p. 835. e: *τῆς ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ναυμαχίας γενομένης καὶ τῶν τριάκοντα παρα-*	Anonymus apud Lysiam p. 161, 43: *ἐπειδὴ κατέπλευσα ἐπὶ Ἀλεξίου ἄρχοντος* [post pugnam ad Aegos flumen. Cf. p. 162, 20—26] *εὐθὺς ἐγν-*

A.C.n.	Archontes	Res gestae
	ἀναρχία πρὸ Εὐκλείδου. Plutarch. Mor. p. 835, f. *ἀναρχία.* Diod. XIV, 3.	Philochorus apud Schol. Aristoph. Plut. 1147 Thrasybuli victoriam quinto post Dioclem archontem anno ponit: *ὡς Φιλόχορος, πέμπτῳ ἔτει ὕστερον* [i. e. postquam prior Plutus acta erat] *μάχη τῶν μετὰ Θρασυβούλου γενομένη ἦν. (sic emendat Hemsterhus.)* Itaque Philochorus cum Xenophonte consentit, ut recte annotavit Hemsterhusius. Petitus vero falsum Diodori numerum confirmaturus pro vera scriptura *πέμπτῳ* emendavit *ὀγδόῳ.* V. Hemsterhus. ad Plut. p. 439 s. Diodori errorem bene demonstravit et fortasse e vera causa repetiit Dodwell. Ann. Thuc. et Xenoph. p. 58. 241. Decepit tamen Diodorus Scaligerum Olymp. *ἀναρ.* Ol. 94, 1 — 94, 4, pariterque Bentlei. Diss. Phalar. p. 396. Triginta viris regnantibus percussus est Alcibiades. Plutarch. Alc. c. 38. 39. Nepos Alc. c. 10 [Ol. 94, 1 secundum Diod. XIV, 11. *Kr.*], quos confirmat Isocr. de bigis c. 16 p. 355, b: *ἐπειδὴ κατέστησαν οἱ τριάκοντα — ἐκεῖνος ἐξ ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος ἐξέπεσεν — Λακεδαιμόνιοι καὶ Λύσανδρος ὁμοίως ἔργον ἐποιήσαντο ἐκεῖνον ἀποκτεῖναι κ. τ. λ.* Habebat hoc tempore minimum 44 annos et viginti annis amplius in rebus publicis administrandis versatus fuerat. *Cf. an.* 423. *Thrasybulus* Phylen occupat et hinc in Piraeum transit, *Posideone,* quo triginta virorum octo menses finiti sunt. Sed certamen etiam illis imperio privatis aliquamdiu continuatum est.
403	Ol. 94, 2. *Euclides.* Diod. XIV, 12. Plutarch. Mor. p. 835, f. Lysias p. 162, 2. Aeschin. Timarch. p. 65 Reisk. Schol. ad. loc. p. 728 Reisk. Luciani Hermot. IV p. 102 [Catapl. 5.] Bip. et Scholiast. ad locos. Chandler. Inscr. Ant. P. 2 No. VI p. 49. [Boeckh. Inscr. I p. 343.] Tzetz. Chil. v. 986.	*Thrasybulus* eiusque socii — *οἱ ἐν Πειραιεῖ* — cum decem viris triginta virorum in locum suffectis per aliquot menses huius anni bellum gerunt. Xenoph. Hell. II, 4, 22 — 38. Sed urbem iam ante Euclidis annum obtinuerunt: *ἐπὶ ἀναρχίας τῆς πρὸ Εὐκλείδου.* Vit. X or. p. 835, f. — ante Hecatombaeonem, quandoquidem magistratus annuos creaverunt: *τότε μὲν ἀρχὰς καταστησάμενοι ἐπολιτεύοντο.* Xenoph. Hell. II, 4, 43. [Hoc non videtur recte positum esse, si urgendum est quod Plutarchus dicit l. deinceps laudato: *(τῇ δωδεκάτῃ Βοηδρομιῶνος) οἱ ἀπὸ Φυλῆς κατῆλθον.* Atque quod Xenophon dicit eos magistratus creasse, inde non sequitur eos ante Attici anni initium redisse. *Kr.*] Quamquam partium dissidium ante Boedromionem non finitum est. Plutarch. Mor. p. 349, f [de glor. Athen. c. 7]: *τῇ δωδεκάτῃ (Βοηδρομιῶνος) χαριστήρια ἔθυον ἐλευθερίας· ἐν ἐκείνῃ γὰρ οἱ ἀπὸ Φυλῆς κατῆλθον.* Respicitur haec res loco mutilato Sympos. IX, 6 p. 741, b: *τὴν δευτέραν τοῦ Βοηδρομιῶνος ἡμέραν ἐξαιροῦμεν, οὐ πρὸς τὴν σελήνην, ἀλλ᾽ ὅτι ταύτῃ δοκοῦσιν ἐρίσαι περὶ τῆς χώρας οἱ θεοί. Πάντα, εἶπεν ὁ Λαμπρίας, ὅσῳ τοῦ Θρασυβούλου γέγονε Ποσειδὼν πολιτικώτερος, εἰ μὴ κρατῶν ὡς ἐκεῖνος, ἀλλὰ κ. τ. λ.* Ubi quid respiciatur non fugit Wyttenbachii diligentiam neque Taylori Vita Lys. p. 139 Reisk. Itaque totum bellum per decem menses gestum est a *Posideone Pythodori* archontis ad *Boedromionem Euclidis.*

PHILOSOPHI etc.	POETAE.
λαβόντων τὴν πόλιν ἐξέπεσεν ἔπτὰ ἔτη μείνας. Expulsus itaque Alexiae anno. *Cf. an.* 411. Abiit Megara: *διῆγεν ἐν Μεγάροις.* Ibid. Quomodo se gesserint triginta viri, qua ratione Polemarchum fratrem occiderint ipseque Megara evaserit, narrat *κατὰ Ἐρατοσθ.* p. 120—122.	*μνασιάρχουν εἰς Προμήθεια καὶ ἐνίκων ἀναλώσας δώδεκα μνᾶς. καὶ ὕστερον κατέστην χορηγὸς παιδικῷ χορῷ καὶ ἀνήλωσα πλέον ἢ πεντεκαίδεκα μνᾶς.* Ex diversis impensarum summis, quas Lysiae cliens Theopompi et Glaucippi ac Dioclis et rursus Alexiae et Euclidis annis erogatas enumerat, quanti horum quidque munerum constiterit discimus. Ponuntur autem hae:
[*Lysiae ἀπολογίαν δωροδοκίας* scriptam esse paulo post quam triginta viri dominatum occupaverant suspicor ex §. 13 s. *Kr.*]	
Andocides exsul (maxime Elide vivens) per totam hanc aetatem a quadringentorum virorum dominatu ad Thrasybuli reditum. Vita X or. p. 834, f: *ἦκεν εἰς τὴν πόλιν καθ' ὃν χρόνον οἱ τετρακόσιοι διεῖπον τὰ πράγματα· δεθεὶς δὲ ὑπὸ τούτων καὶ διαφυγών, αὖθις ὁπότε κατελύθη ἡ ὀλιγαρχία, ἐξέπεσε τῆς πόλεως τῶν τριάκοντα τὴν ἀρχὴν παραλαβόντων.* [Verba *τῶν τρ. τὴν ἀ. παρ.* delenda videntur. *Kr.*] *οἰκήσας δὲ τὸν τῆς φυγῆς χρόνον ἐν Ἠλιδι κατελθόντων τῶν περὶ Θρασύβουλον καὶ αὐτὸς ἦκεν εἰς τὴν πόλιν.* Exsilii sui tempore lustravit Cyprum, Syracusas et fortasse alios locos. Lys. adv. Andoc. p. 103, 39: *διώχληκε πόλεις πολλὰς ἐν τῇ ἀποδημίᾳ, Σικελίαν, Ἰταλίαν, Πελλοπόννησον, Θετταλίαν, Ἑλλήσποντον, Ἰωνίαν, Κύπρον· βασιλέας πολλοὺς κεκολάκευκε, πλὴν τοῦ Συρακουσίου Διονυσίου.* — *οὗτος δὲ μόνος τῶν συγγενομένων Ἀνδοκίδῃ οὐκ ἐξηπατήθη.* Harum nonnullas regionum Andocides ante 400 virorum tempora lustravit. *Cf. an.* 415. — Syracusas minimum postquam Dionysius tyrannidem occupaverat 406, ac proinde posteriore exsilio.	*ἐπὶ Θεοπόμπου τραγῳδοῖς* [Martio 410] *λ' μνᾶς.* — 3000 dr. ——— *Θαργηλίοις* [Maio 410] *ἀνδρικῷ χορῷ δισχιλίας δραχμάς.* — 2000 dr. *ἐπὶ Γλαυκίππου Παναθηναίοις τοῖς μεγάλοις* [Augusto 410] *εἰς πυῤῥιχιστὰς ὀκτακοσίας δραχμάς.* — 800 dr. ——— *εἰς Διονύσια* [Martio 409] *ἀνδράσι χορηγῶν — πεντακισχιλίας δραχμάς.* — 5000 dr. *ἐπὶ Διοκλέους Παναθηναίοις τοῖς μικροῖς* [vere 408] *κυκλικῷ χορῷ τριακοσίας.* — 300 dr. *ἐπὶ Ἀλεξίου χορηγὸς παιδικῷ χορῷ* [circiter vere 404] *πλέον ἢ πεντεκαίδεκα μνᾶς.* — 1500 dr. *ἐπὶ Εὐκλείδου κωμῳδοῖς* [Febr. aut Mart. 402] *ἑκκαίδεκα μνᾶς.* — 1600 dr. ——— *Παναθηναίοις τοῖς μικροῖς* [vere 402] *πυῤῥιχισταῖς ἀγενείοις ἑπτὰ μνᾶς.* — 700 dr. *Cf. an.* 349 [et Boeckh. Staatshaushalt. d. Athener I p. 490 ss. *Kr.*]
Thucydides (aet. 68) de exsilio revertitur. Cf. Thuc. V, 26. Etiam finito bello in historia conscribenda occupatus erat. Cf. I, 23. [? I, 93. II, 65. V, 26. *Kr.*]	
359	Ol. 105, 2. *Eucharistus.* Diod. XVI, 4.	*Philippus* regnum occupat, aet. 23. *ἐπὶ Καλλιμήδους.* Diod. XVI, 2. *ἄρχοντος Καλλιδημίδου (sic), ἐφ' οὗ καὶ Φίλιππος ὁ Ἀμύντου Μακεδόνων ἦρξε.* Laert. II, 56. Unde Theopompus historiam suam a Callimedis magistratu exorsus est. Diod. XVI, 3. Videtur Philippus rerum potitus esse circiter septimo Callimedis mense, ineunte a. 359, ac prima eius expeditio facta esse vere et aestate huius anni. *V. Append. c. 4 de Macedoniae regibus.* Prima expeditione Argaeum ad Methonem vicit, *ἐπὶ Καλλιμήδους.* Diod. XVI, 3. [ante mediam aestatem 359.] Amphipoli libertatem concedit: *ἀφῆκεν αὐτὴν αὐτόνομον.* Diod. XVI, 3. — Polyaen. IV, 2, 17: *Ἀμφίπολιν ἀπαιτούμενος ὑπὸ Ἀθηναίων, ὁμοῦ δὲ καὶ Ἰλλυριοῖς πολεμῶν, οὐκ ἀπέδωκεν, ἀλλ' ἀφῆκεν ἐλευθέραν.* Cum Atheniensibus pacem facit, *ἐπὶ Εὐχαρίστου.* Diod. XVI, 4. [post mediam aestatem 359.] Demosth. Aristocr. p. 660: *Φίλιππος — Ἄργαῖον κατάγοντας λαβὼν τῶν ἡμετέρων τινὰς πολιτῶν ἀφῆκε μὲν αὐτούς, ἀπέδωκε δὲ πάντα ὅσα ἀπώλεσαν αὐτοῖς· πέμψας δὲ γράμματα ἐπηγγείλατο ἕτοιμος εἶναι συμμαχίαν ποιεῖσθαι καὶ τὴν πατρικὴν φιλίαν ἀνανεοῦσθαι.* Ab his inimicis liberatus — *ἀπολυθεὶς τοῦ πρὸς Ἀθηναίους πολέμου* — Paeonas aggressus cecidit et magnam victoriam de Illyriis reportavit. Diod. XVI, 4. *Alexander Pheraeus* exeunte Callimedis anno interemptus videtur. Occupavit regnum, quod undecim annos obtinuit, (Diod. XV, 61) Lysistrati anno [auctumno 369]. Hoc tempore eum rerum potitum esse confirmat Xenoph. Hell. VI, 4, 34. Itaque regnaverit per decem annos et undecimi partem. Ei successit *Tisiphonus*, qui rex erat quo tempore Xenophon de Alexandri morte scripsit. Hell. VI, 4, 37: *ἄχρις οὗ ὅδε ὁ λόγος ἐγράφετό Τισίφονος τὴν ἀρχὴν εἶχε.* Hic videtur explesse intervallum ad Agathoclem archontem, cuius anno Lycophronem memorat Diod. XVI, 14. *V. Append. c. 15.*
358	Ol. 105, 3. *Cephisodotus.* Diod. XVI, 6. Dionys. Din. p. 648. *Cephisodorus.* Mar. Par. No. 76. *Cephisodorus* ap. Dionys. Is. p. 593 et mox p. 597 *Cephisodotus.*	*Amphipolin* expugnat *Philippus*, post victoriam de Illyriis reportatam. Diod. XVI, 8. Polyaen. IV, 2, 17: *ὁπότε τῶν Ἰλλυριῶν κρατήσας μείζω δύναμιν ἐκτήσατο, τηνικαῦτα πάλιν Ἀμφίπολιν κατέσχεν.* Atheniensium in Euboeam expeditio, *ἐπὶ Κηφισοδότου.* Diod. XVI, 7. Timotheo auctore facta. Demosth. Chers. p. 108. quo tempore Philippus Amphipolin bello pressit. Demosth. Ol. I p. 11. Hanc expeditionem an. 355 respicit Demosth. Androt. p. 597: *ἴσθ' ὅτι πρώην Εὐβοεῦσιν ἡμερῶν τριῶν ἐβοηθήσατε.* Item an. 330 Aeschin. Ctes. p. 65, 42 cum exigua varietate: *ἐν πέντε ἡμέραις ἐβοηθήσατε αὐτοῖς.* [Cf. Boeckh. Staatshaushalt. d. Ath. II. p. 88 et Weisk. d. hyperb.

PHILOSOPHI etc.	POETAE.
alium, qui et ipse haereditatem affectabat, defendit Isaeus oratione *περὶ τοῦ Ἀγνίου κλήρου*. Posteriore aetate Phylomachae filius, etiamtum pupillus, patronum nanciscitur Demosthenem, qui pro eo orationem *πρὸς Μακάρτατον* composuit, in qua illum, non Isaei clientis filium haeredem esse pugnat, ut magister et discipulus in eadem causa, quamquam aliquo tempore interiecto, contraria commoda defenderint. Isaei oratio aliquo tempore post Nicophemum archontem, fortasse aliquot annis interpositis, scripta est. Cf. 84, 25. Quo confirmatur quod tradunt, Isaeum etiam Philippo regnante floruisse.)	
Xenophontem hoc anno obiisse statuerat Stesiclides. Laert. II, 56: *κατέστρεψε, καθά φησι Στησικλείδης — ἐν τῇ τῶν ἀρχόντων καὶ ὀλυμπιονικῶν ἀναγραφῇ ἔτει πρώτῳ τῆς ρε ὀλυμπιάδος, ἐπὶ ἄρχοντος Καλλιδημίδου.* Sed quum Xenoph. Hell. VI, 4, 36 Alexandri Pheraei mortem memoret, quem Diod. XVI, 14 tribus annis post occidisse tradit, apparet Xenophontem diutius vixisse quam dicit Stesiclides. V. Wessel. ad Diod. XV, 76. Verum quod Diodorus prodit Alexandri mortis tempus non convenit cum iis quae ipse alio loco tradit nec alio testimonio sustentatur. Nam Marmor Parium, quod hoc consilio Corsini laudat, mera coniectura e Diodoro suppletum est. V. Append. c. 15. Verumtamen Xenophontis aetas quo tempore mortem obiit probabile reddit eum diutius vixisse. Secundum Lucian. Macrob. 21 *ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα ἐβίωσεν ἔτη*. Laert. II, 56: *τέθνηκεν ἐν Κορίνθῳ, ὡς φησι Δημήτριος ὁ Μάγνης, ἤδη δηλαδὴ γηραιὸς ἱκανῶς.* Sed quum an. 401 (ubi cf. quae dicta sunt) non maior quadraginta duobus annis fuerit, an. 359 nonagesimum annum excessisse non potuit, ut vel minor natu obierit vel longius vitam produxerit. Conciliari non possunt Stesiclides et Lucianus. [Cf. de Xenophontis vita §. 3 p. 28 s. *Kr.*]	
Isaei ὑπὲρ Εὐμάθους [*ἢ ὑπὲρ Εὐμάθους εἰς ἐλευθερίαν ἀφαίρεσις.* Harpocrat. v. *ἄγει. ἐξαιρέσεως δίκη. ἐπεσκήψατο.* Cf. Vales. ad Harpocrat. p. 6] post Cephisodoti magistratum. Dionys. Is. p. 593: *τριηραρχοῦντός μοῦ ἐπὶ Κηφισοδώρου ἄρχοντος καὶ λόγου ἀπαγγελθέντος πρὸς τοὺς οἰκείους ὡς ἄρα τετελευτηκὼς εἴην ἐν τῇ ναυμαχίᾳ.* Ad quem l. Reisk.: *forte apud Euboeam inter Themisonem et Athenienses commissa Ol.* 103, 3 [366] *quo Cephisodorus archon fuit.* Sed ex Diod. XV, 76 coll. Xen. Hell. VII, 4, 1. Demosth. Cor. p. 259. Ulpian. ad loc. Aeschin. p. 50, 15. 65, 39.	

A.C.n.	Archontes	Res gestae
		III p. 35 s. *Kr.*] Timotheus circiter quattuor aut quinque annis post mortuus est.
357	Ol. 105, 4. *Agathocles.* Diod. XVI, 9. Demosth. Euerg. p. 1152. Dionys. Din. p. 648. Lys. p. 480. Pausan. X, 2, 2. Mar. Par. No. 77. Oderici Marm. Didasc. [Boeckh. Inscr. I p. 353. *Kr.*]	Belli socialis initium, ἐπ' ἄρχοντος *Κηφισοδότου.* Diod. XVI, 6, 7. Dionys. Lys. p. 480: *οὗτος ὁ πόλεμος πίπτει κατὰ Ἀγαθοκλέα καὶ Ἐλπινίκην ἄρχοντας.* Itaque bellum coeptum est Cephisodoti anno exeunte, ante mediam aestatem 357. Chares et Chabrias Chium oppugnant; Chabrias occidit. Diod. XVI, 7. Phocenses Delphos occupant, *Ἀγαθοκλέους ἄρχοντος τετάρτῳ δὲ ἔτει πέμπτης ὀλυμπιάδος ἐπὶ ταῖς ἑκατόν.* Pausan. X, 2, 2. — Diod. XVI, 14; *ἐντεῦθεν* [*ἀπ' Ἀγαθοκλέους ἄρχοντος*] *ἀπὸ τῆς καταλήψεως τοῦ ἐν Δελφοῖς ἱεροῦ ὑπὸ Φιλομήλου.* *Dio* cum classe Zacyntho proficiscitur, post lunae defectionem: *ἐξέλιπεν ἡ σελήνη.* Plutarch. Dion. 24. [Nono Augusti die 357.] *ἐπὶ ἄρχοντος Ἀγαθοκλέους.* Diod. XVI, 9. Ad Siciliam appellit circiter Septembri 357.
356	Ol. 106, 1. *Elpines.* Diod. XVI, 15. Dionys. Din. p. 648. *Elpinices.* Dionys. Lys. p. 480.	*Alexander* nascitur. *Ol.* 106, 1. *Alexander Philippi et Olympiadis filius nascitur.* Euseb. *ἑσταμένου μηνὸς ἑκατομβαιῶνος ἕκτῃ.* Plutarch. Alex. 3. [Plutarchum falli atque Alexandrum Boedromione mense natum esse probare instituit Ideler. Abhandl. d. hist phil. Kl. d. K. Pr. Ak. d. Wiss. 1820 p. 269 ss. et Chron. I p. 402 ss. *Kr.*] Olympiorum tempore. Plutarch. ibid. [Iulio 356.] Philippo nuntius affertur *ἅρτι Ποτίδαιαν ἡρηκότι.* Plutarch. ibid. Qua nocte Alexander natus est, eadem alia res insignis facta est. Cic. Div. I, 23: *Qua nocte templum Ephesiae Dianae deflagravit, eadem constat ex Olympiade natum esse Alexandrum.* Cf. Plutarch. Alex. 3. Socialis belli alter annus. Dionysius Syracusis exactus, postquam Philistus victus erat, *ἐπὶ ἄρχοντος Ἑλπίνου,* Diod. XVI, 15. 16. Dionysius *ἔλαθεν ἐκπλεύσας.* XVI, 17. Secundum Plutarch. Dion. 37 post Philisti mortem Dionysius *πνεῦμα τηρήσας ἐπίφορον ἐξέπλευσε.*

PHILOSOPHI etc.	POETAE.
colligere non possumus omnino hoc tempore proelium factum esse. Secundum Ulpian. p. 153 Par.: ὡς ἔμελλον πολεμεῖν, ἔδοξε δίκῃ μᾶλλον κρίνεσθαι. Itaque probabilius est pugnam navalem illa oratione memoratam esse eam qua Chabrias est occisus: quae prima socialis belli pugna fuit, Cephisodoti anni finem versus. *Cf. an.* 357, 2. Iam haec causa acta fuerit Agathoclis vel Elpinis anno vel posterius.	
Democritus obit, aet. 104. Lucian. Macrob. 18: ἐτῶν γεγονὼς τεσσάρων ἑκατὸν — ἐτελεύτα. Phlegon. Longaev. c. 2: ἔτη ἑκατὸν τέσσαρα. *Tertio Ochi anno* mortem eius assignat Chron. Alex. apud Scalig. Euseb. p. 251. Inter se conspirant testimonia *Apollodori* de eius natali tempore (*cf. an.* 460), *Luciani* et *Phlegontis* de aetate qua excesserit, atque *Chron. Alex.* de eius mortis anno. Secundum Laert. IX, 43 annos vixerit 109; 90 secundum Diodorum. *Cf. an.* 370. *Hippocrates* moritur, aet. 104. *Auctor vitae:* ἐτελεύτα παρὰ Λαρισσαίοις ὅτε καὶ Δημόκριτος φέρεται τελευτήσας· καὶ οἱ μὲν ἐνενήκοντα ἐτῶν, οἱ δέ, πέντε καὶ ὀγδοήκοντά φασιν· ἄλλοι ρδ'. τινὲς ρϑ'. Suidas: κατέστρεψε τὸν βίον ἐνιαυτῶν γεγονὼς δ' καὶ ρ', καὶ τέθαπται ἐν Λαρίσσῃ τῆς Θετταλίας. Tzetzes Chil. VII, 973 annos 104 eum vixisse prodit. Quod Hippocrates eadem aetate eodemque tempore quo Democritus defunctus esse traditur, id et ipsum argumento est Democritum natum esse Ol. 80, quando Hippocratem lucem vidisse eius vitae auctor prodit. Varietates de utriusque aetate similes habemus, quum vel 90 vel 104 vel 109 annos vixisse dicantur. *Demophilus* ὁ Ἐφόρου — τὸν παραλειφθέντα πόλεμον ὑπὸ τοῦ πατρός, ὀνομασθέντα δὲ ἱερόν, συντεταγμένος ἐντεῦθεν ἦρκται [ab Agathoclis anno], ἀπὸ τῆς καταλήψεως τοῦ ἐν Δελφοῖς ἱεροῦ ὑπὸ Φιλομήλου. — *Callisthenes* τὴν τῶν Ἑλληνικῶν ἱστορίαν γέγραφεν ἐν βίβλοις δέκα καὶ κατέστροφεν εἰς τὴν κατάληψιν τοῦ ἱεροῦ. — *Diyllus* ὁ Ἀθηναῖος ἦρκται τῆς ἱστορίας ἀπὸ τῆς ἱεροσυλήσεως καὶ γέγραφε βίβλους εἴκοσι καὶ ἑπτά. Diod. XVI, 14. [sub Agathoclis anno.]	*Timotheus* moritur. Mar. Par. No. 77: ἀφ' οὗ Τιμόθεος βιώσας ἔτη ΗΔΔΔΔ ἐτελεύτησεν..... — ἔτη ΗΔΔΔΔIII ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀγαθοκλέ... Secundum Suidam annos 97 vixit: Τιμόθεος Θερσάνδρου Μιλήσιος· ὃς τὴν ἀρχαίαν μουσικὴν ἐπὶ τὸ μαλακώτερον μετήγαγεν. [Cf. Pausan. III, 12, 8. Pherecrat. apud Plutarch. Music. p. 1141, f.] ἐτελεύτησε δὲ ἐτῶν ἐνενήκοντα ἑπτά. Secundum Marm. Par. Timotheus natus erat 446. Eius ἀκμὴ ponitur 398. *Cf. hunc an.* Sed quae in musicis novavit priore tempore eum commovisse probabile est, quoniam Pherecrates ea respicit atque Euripide vivo facta sunt. Plutarch. An seni sit ger. resp. p. 795, d. proinde ante 406. De Lacedaemoniorum lege contra Timotheum v. Casaub. ad Athen. VII p. 352, a.
Philistus a Syracusanis victus et occisus. Plutarch. Dion. 35. Diod. XVI, 16. ἐπ' ἄρχοντος Ἐλπίνου. Id. XVI, 15. Elpinis anno ineunte s. aestate 356. Philistus iam quinquaginta ante annis (cf. 406) rempublicam administraverat ideoque iam provectior aetate erat: ὄντος ἤδη γέροντος. Plutarch. Dion. 35. Fuerat oculatus testis, ὁρατής, Atheniensium ad Syracusas cladis; Plutarch. Nic. 19; anno 415, undesexaginta annis ante eius mortem. Mitford. v. VII p. 221 Plutarcho collato Philistum tradit *nunc octogenarium* fuisse. Sed hoc apud Plutarchum non invenitur. *Isocratis* περὶ εἰρήνης, quae oratio publicata est ante pacem cum sociis initam, quam commendat 6 p. 162, b, dum de pace agitur p. 159, b. 162, d. 164, b. Proinde Elpinis anno, fortasse initio anni 355. Iam Athenienses a *Corso-*	Comoediae licentiam notat Isocrates de pace 5 p. 161, d: οὐκ ἔστι παρρησία πλὴν ἐνθάδε μὲν [in concione] τοῖς ἀφρονεστάτοις — ἐν δὲ τῷ θεάτρῳ τοῖς κωμῳδοδιδασκάλοις. *Alexis* comicus hoc tempore floruit. Eius fabulas quae inscribebantur *Μεροπίς*, *Ἀγκυλίων*, *Ὀλυμπιόδωρος*, *Παράσιτος*, in quibus Platonis mentionem fecit, Laert. III, 27 s., post Ol. 104 datas esse probabile est. *Παράσιτος*, in quo *Ararota* ut aemulum poetam perstrinxit — ψυχρότερον Ἀραρότος. Athen. III p. 123, f, Ararote vivo scri-

A. C. n.	Archontes	Res gestae
		Tum magistratus creati *θέρους μεσοῦντος*. Id. c. 38. Itaque Dionysius *ἐξέπλευσεν* ipso Elpinis anni initio, circiter decem mensibus post quam Dio ad Siciliam appulerat. Regnaverat annos duodecim. Diod. XV, 73. Plutarch. Dion. 28 a tempore quo Dionysius superior rerum potitus est annos quadraginta octo — *ἔτη ὀκτὼ καὶ τετταράκοντα* — numerat et alio loco (Timol. 13) posteriorem Dionysium decem annos regnasse prodit, confirmans et illustrans aetatem a Theopompo comprehensam secundum Diod. XVI, 71: *ἀρξάμενος ἀπὸ Διονυσίου τοῦ πρεσβυτέρου διῆλθε χρόνον ἐτῶν πεντήκοντα καὶ κατέστρεφεν εἰς τὴν ἔκπτωσιν Διονυσίου τοῦ νεωτέρου*. Hi numeri explent annos 38+12=50, quibus secundum Diodorum utriusque Dionysii regnum comprehendatur, quod cum vera ratione convenit, quum Plutarchi 48 anni sint 38+10. Utraque computatio producitur ad Dionysium a Dione eiectum nec descendit ad tempus quo postmodum a Timoleonte exactus est. *V. Append. c. 10.*
355	Ol. 106, 2. *Callistratus.* Diod. XVI, 23. Dionys. Din. p. 648. 668 et ad Amm. p. 724. Marm. Par. No. 78. [Cf. Boeckh. Inscr. I p. 129. *Kr.*] *Callistratus orator archon fuit Ol.* 106, 2, *nec erat quare dubitaret Fabricius.* Ruhnken. Hist. crit. or. Gr. p. 141 Reisk. Attamen erat dubitandi causa, quoniam orator Callistratus tum vel exulavit vel ab Atheniensibus interfectus erat. *Cf. ann.* 361, 3. 356, 3. [Cf. Niebuhr. Abhandl. d. hist. phil. Kl. d. K. Pr. Ak. d. Wiss. 1804—1811 p. 93 s. *Kr.*]	Belli socialis annus tertius. *Chares*, *Timotheus* et *Iphicrates* cum classe emittuntur, *ἐπ' ἄρχοντος Ἐλπίνου*. Diod. XVI, 15. 21. Quartus imperator a Diodoro omissus, sed ab Isocrate, Dionysio et Nepote memoratus, *Menestheus* Timotheo iunctus erat. Nepos Timoth. 3: *Hic* [*Timotheus*] *cum esset magno natu et magistratus gerere desisset, bello Athenienses undique premi sunt coepti. — Fit Menestheus praetor, filius Iphicratis, gener Timothei, et ut ad bellum proficiscatur decernitur. Huic in consilium dantur duo usu sapientiaque praestantes, pater et socer.* Componitur pax cum sociis. Diod. XVI, 22. *ὁ μὲν οὖν συμμαχικὸς πόλεμος τοιοῦτον εἶχε τὸ τέλος, διαμείνας ἔτη τρία*. Ibid. Totidem annos prodit ubi belli initium narrat Cephisodoto archonte XVI, 7: *οἱ Ἀθηναῖοι Χίων καὶ Ῥοδίων, ἔτι δὲ Βυζαντίων ἀποστάντων ἐνέπεσον εἰς πόλεμον τὸν ὀνομασθέντα συμμαχικόν, ὃς διέμεινεν ἔτη τρία*. Confirmat Dionysius. *Cf. an.* 357. Facta videtur pax circiter media aestate 355. Non accurate *quattuor* annorum fuisse bellum tradunt Barthelem. Anachars. t. II p. 430 et Du Fresnoy Tabb. t. I p. 351. [vetera exemplaria sequuti quae Diod. XVI, 22 *ἔτη τέτταρα* habent. *Kr.*] Socios adiuverat contra Athenienses Mausolus Car. Demosth. Rhod. p. 191, confirmans Diod. XVI, 7. Pacis cum sociis initae auctor fuerat *Eubulus*. Ulpian. ad Demosth. p. 26 s. 28 s. ed. Paris.: *τοῦ δὲ τοιαύτην γενέσθαι τὴν εἰρήνην αἴτιος Εὔβουλος*.

PHILOSOPHI etc.	POETAE
blebte et *Philippo* sibi metuunt. p. 163, d: *μὴ οἴεσθε μήτε Κερσοβλέπτην ὑπὲρ Χερρονήσου μήτε Φίλιππον ὑπὲρ Ἀμφιπόλεως πολεμήσειν κ. τ. λ.* *Callistratus* orator etiamnum exsul esse et in Chersoneso videtur sedem habere. p. 164, a: *ὅπου — Καλλίστρατος — φυγὰς ὢν οἰκίσαι πόλιν οἷός τε γέγονε.* Exsulaverat circiter annos quinque. *Cf. an.* 361. Athenas reversus supplicio affectus est. Lycurg. Leocr. 22, 1 p. 159, 27: *Καλλίστρατον, οὗ θάνατον ἡ πόλις κατέγνω, ἀφικόμενον καὶ ἐπὶ τὸν βωμὸν — καταφυγόντα καὶ οὐδὲν ἧττον ὑπὸ τῆς πόλεως ἀποθανόντα.*	pta videtur. In *Ἀγῶνι Misgolam* traduxit. Athen. VIII p. 339, c: *Ὦ μῆτερ, ἱκετεύω σε, μὴ πίσειέ μοι* *τὸν Μισγόλαν, οὐ γὰρ κιθαρῳδός εἰμ' ἐγώ.* Misgolam describit Aesch. Tim. p. 6—8: *Μισγόλας ἔστι τις — Κολυττεὺς — ἀεί τινας ἔχειν εἰωθὼς περὶ αὑτὸν κιθαρῳδοὺς ἢ κιθαριστάς. — τυγχάνει μὲν γὰρ ἡλικιώτης ὢν ἐμοὶ καὶ συνέφηβος καὶ ἔστιν ἡμῖν τοῦτο πέμπτον καὶ τετταρακοστὸν ἔτος.* Unde Misgolae aetatem discimus; atque has fabulas in quibus Platο et Misgolas nominati erant ex prioribus Alexidis fabulis fuisse conieceris. Hic fabulas facere perrexit a. 306, unum et quadraginta annis postquam Plato obierat. *Cf. an.* 306.
Isocrates vel *Aphareus* *περὶ ἀντιδόσεως πρὸς Μεγακλείδην.* Vit. X ór. p. 839, c: *δύο ἐν ἅπαντι τῷ βίῳ συνέστησαν αὐτῷ ἀγῶνες· πρότερον μὲν εἰς ἀντίδοσιν προκαλεσαμένου αὐτὸν Μεγακλείδου, πρὸς ὃν οὐκ ἀπήντησε διὰ νόσον, τὸν δὲ υἱὸν πέμψας Ἀφαρέα ἐνίκησε.* Dionys. Isocr. p. 576: *Ἀφαρεὺς ὁ πρόγονός τε καὶ εἰσποίητος Ἰσοκράτει γενόμενος ἐν τῷ πρὸς Μεγακλείδην περὶ τῆς ἀντιδόσεως λόγῳ διορίζεται κ. τ. λ.* Postremo socialis belli anno. Dionys. Din. p. 667: *ὑπὲρ ἀντιδόσεως Μεγακλείδῃ. „εἰ μὲν ἔδει, ὦ ἄνδρες" — ὁ μὲν λέγων ἐστὶν Ἀφαρεύς. — εἴρηται ἔτι τοῦ στρατηγοῦ Τιμοθέου ζῶντος, κατὰ τὸν χρόνον τῆς μετὰ Μενεσθέως στρατηγίας, ἐφ' ᾗ τὰς εὐθύνας ὑποσχὼν ἐάλω.* *Aristophon Azeniensis* et *Chares* Iphicratem ob ea quae extremo belli socialis anno peccasset accusant. Diod. XVI, 15. 21: *ἐπ' ἄρχοντος Ἐλπίνου — ὁ μὲν Χάρης διέβαλε τοὺς συνάρχοντας· — οἱ δ' Ἀθηναῖοι κρίσιν τῷ Ἰφικράτει καὶ Τιμοθέῳ προθέντες ἐζημίωσαν αὐτοὺς πολλοῖς ταλάντοις.* Si Diodorus hanc causam ad *Elpinis* annum referendum esse putavit, quo anno res factae sunt ex quibus illa est exorta, *Timothei* litem duobus fere annis prius quam debebat posuit. *Cf. an.* 354, 2. *Iphicratis* litem quod hic collocat, fortasse comprobat Dionys. Lys. p. 480: *ἐν τῷ συμμαχικῷ πολέμῳ τὴν εἰσαγγελίαν Ἰφικράτης ἠγώνισται καὶ τὰς εὐθύνας ὑπέσχηκε τῆς στρατηγίας. οὗτος δὲ ὁ πόλεμος πίπτει κατὰ Ἀγαθοκλέα καὶ Ἐλπινίκην ἄρχοντας.* Iphicratis contra accusatores defensionis fragmenta conservavit Aristot. Rhet. II, 23, 7: *Ἰφικράτης πρὸς Ἀριστοφῶντα — „Σὺ μέν, Ἀριστοφῶν ὤν, οὐ προδοίης;" κ. τ. λ.* et III, 10, 7: *Ἰφικράτης εἶπεν· „Ἡ γὰρ ὁδός μοι διὰ μέσων τῶν Χάρητι πεπραγμένων ἐστί;"* Iphicrates absolutus est. Cf. Mitford. Hist. V. VII p. 460 s. *Demosthenes* *δημοσίους λόγους ἤρξατο γράφειν ἐπὶ Καλλιστράτου ἄρχοντος. — καὶ ἔστιν αὐτοῦ πρῶτος ὁ κατ' Ἀνδροτίωνος.* Dionys. Amm. p. 724. Androtio amplius triginta	

A.C.n.	Archontes	Res gestae
354	Ol. 106, 3. *Diotimus.* Diod. XVI, 28. Dionys. Din. p. 648. 668. Amm. p. 724.	*Timothei* lis et condemnatio, Diotimo archonte. Nepos Timoth. 3: *Timotheus et Iphicrates — in crimen vocabantur; accusantur proditionis. Hoc iudicio damnatur Timotheus lisque eius aestimatur centum talentis. Ille odio ingratae civitatis coactus Chalcidem se contulit.* Dionys. Dinarch. p. 667: *Ἔτι Τιμοθέου ζῶντος κατὰ τὸν χρόνον τὸν τῆς μετὰ Μενεσθέως στρατηγίας, ἐφ' ἧς τὰς εὐθύνας ὑποσχὼν ἐάλω. Τιμόθεος δὲ τὰς εὐθύνας ὑπέσχηκεν ἐπὶ Διοτίμου τοῦ μετὰ Καλλίστρατον· ὅτε καὶ *.* Wesseling. ad Diod. XVI, 21 Dionysio *Μενεσθέως* restituit auctore usus Nepote l. l. quem neglexit [qui eandem emendationem profert. *Kr.*] Vales. ad Harpocr. p. 137. [343.] Emendationem confirmat et res actas illustrat Isocratis locus Wesselingii aetate nondum editus *περὶ ἀντιδ.* p. 75 Orell. [§. 129 Bekker.]: *(ἡ πόλις) περὶ προδοσίας ἔκρινε καὶ πάλιν διδόντος εὐθύνας αὐτοῦ καὶ τὰς μὲν πράξεις Ἰφικράτους ἀναδεχομένου, τὸν δ' ὑπὲρ τῶν χρημάτων λόγον Μενεσθέως τούτους μὲν ἀπέλυσε, Τιμόθεον δὲ τοσούτοις ἐζημίωσε χρήμασιν ὅσοις οὐδένα πώποτε τῶν προγεγενημένων.* Dinarch. p. 110, 27 [in Philocl. §. 17 cl. in Dem. §. 14. *Kr.*]: *(Τιμόθεον) ἑκατὸν ταλάντων τιμήσαντες, ὅτι χρήματ' αὐτὸν Ἀριστοφῶν ἔφη παρὰ Χίων εἰληφέναι καὶ Ῥοδίων.* Aristophontem nominat Plutarch. de ex. p. 605, f: *Ἀριστοφῶν ὁ κατηγορήσας — Τιμόθεος ὁ μεταστὰς ἐκ τῆς πατρίδος.* Timothei defensionis particulam servavit Stob. serm. 13, 38: *Τιμόθεος ὁ Κόνωνος πρὸς Ἀριστοφῶντα τὸν Ἀζηνιέα πάντων ἄριστα ἔχοντα λόγον εἶπεν· — Ὡι ἱκανὸν οὐδέν, τούτῳ γε αἰσχρὸν οὐδέν.* Unde discimus accusatorem fuisse Aristophontem *Azeniensem*, qui proinde Diotimi anno nondum obierat fere viginti annis post Euclidis magistratum. *Cf. an.* 403. Nunc ex Isocr. *περὶ ἀντιδ.* p. 66 Or. discimus Timotheum mortem obiise quo tempore haec oratio publicata est. *Cf. ann.* 353, 3. Itaque excesserit necesse est paulo post quam Chalcidem se contulerat, *Diotimo* archonte. Ac probabile est

PHILOSOPHI etc.	POETAE.
annos rempublicam administraverat. Demosth. p. 613. Sed hoc tantum universe dictum est, quandoquidem orator eundem numerum duobus post annis [353] repetit adv. Timocr. p. 754. *Demosthenis πρὸς Λεπτίνην.* Dionys. ibid.: *κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἕτερος ἐπὶ Καλλιστράτου ἄρχοντος ὁ περὶ τῶν ἀτελειῶν.* In hac oratione Dionis expeditionis successus memorantur p. 506, quae non absoluta erat ante superioris archontis Elpinis annum. *Leucon ὁ ἄρχων Βοσπόρου,* qui 353 obiit, tum vivebat. p. 466. Philippus Pydnam et Potidaeam occupaverat. p. 475. *Demosthenes* hoc tempore viginti septem annorum erat. Gell. XV, 28. Vigesimum septimum annum primo Callistrati anno complevit. *V. Append. c.* 20. *Aristophon Azeniensis* Leptini affuit. Demosth. p. 501: *ἥρηνται δὲ τῷ νόμῳ σύνδικοι Λεωδάμας — καὶ Ἀριστοφῶν Ἀζηνιεύς.* Nondum obierat Diotimi anno. *Cf. an.* 354, 2. Hic igitur est Aristophon ille quo senescente Demosthenes florere incepit. Vit. X or. p. 844, d: *Ἀριστοφῶντος ἤδη τὴν προστασίαν διὰ γῆρας καταλιπόντος.* Perperam de Colyttensi cogitavit Ruhnkenius. *Cf. an.* 340. *Leodamas* orator iam corroborata aetate erat quo tempore triginta viri Athenis dominati sunt [*cf. an.* 372, 3] ac proinde nunc, sicuti Aristophon, admodum senex fuit.	
Demosthenis περὶ τῶν συμμοριῶν. Dionys. ad Amm. p. 724: *ἐπὶ Διοτίμου τοῦ μετὰ Καλλίστρατον ἐν Ἀθηναίοις πρώτην εἶπε δημηγορίαν ἣν ἐπιγράφουσιν οἱ τοὺς ῥητορικοὺς πίνακας συντάξαντες „περὶ τῶν συμμοριῶν.“ ἐν ᾗ παρεκάλει τοὺς Ἀθηναίους μὴ λύειν τὴν πρὸς βασιλέα γενομένην εἰρήνην.*	

A. C. n.	Archontes	Res gestae
		lacunam apud Dionys. Din. p. 668 sic esse supplendam: *Τιμόθεος τὰς εὐθύνας ὑπέσχηκεν ἐπὶ Διοτίμου· ὅτε καὶ ἐτελεύτησεν.*
353	Ol. 106, 4. *Eudemus.* Diod. XVI, 32. Dionys. Din. p. 648. *ἐπὶ Θουδήμου.* Oderici Marmor. Didascal. [Boeckh. Inscr. I p. 353.] Dionys. Amm. p. 725.	*Dionis* mors, *ἐπὶ ἄρχοντος Διοτίμου.* Diod. XVI, 28—31. *quartum post annum quam ex Peloponneso redierat.* Nepos Dion. c. 10. Itaque Diotimi anno exeunte. *Dionis* mores, qui secundum Strab. VI p. 255 *ἐτάραξεν ἅπαντας πρὸς ἅπαντας*, qui aemulum interficiendum curavit (Plutarch. Dion. c. 53 et Nepos Dion. c. 6), qui Syracusanos a tyranno liberavit, non ut libertatem iis redderet, sed ut ipse tyrannus fieret (cf. Plutarch. c. 53 cum Nep. c. 6. 7), probe perspexit perspectosque vere descripsit Mitford. V. VII p. 233—238. *Philippus* Pagasas expugnavit et Methonem oppugnare incepit. Diod. XVI, 31. [ubi tradit: *Μεθώνην μὲν ἐκπολιορκήσας καὶ διαρπάσας κατέσκαψε, Παγὰς* [*Παγασὰς* Gemist.] *δὲ χειρωσάμενος ἠνάγκασεν ὑποταγῆναι.* Eodem ordine Demosth. I, 9 p. 11. §. 12 p. 12. IV, 35 p. 50. *Kr.*] *Diotimi* anno: a quo tempore Demosthenes Graecis infesta Philippi consilia videtur computare. [V. 341, 2. *Kr.*]
352	Ol. 107, 1. *Aristodemus.* Diod. XVI, 37. Dionys. Din. p. 648. 664. Amm. p. 725.	*Lycophro Pheraeus Onomarchum* auxilio vocat, qui a Philippo caesus et occisus est, *ἐπὶ ἄρχοντος Εὐδήμου.* Diod. XVI, 32. 35. Lycophro Pheris Philippo traditis cum Phayllo se coniungit, *ἐπὶ Ἀριστοδήμου.* Diod. XVI, 37. Pheris liberatis et Onomarcho caeso Philippus per Thermopylas perrumpere conatur; sed antevertunt Athenienses, *ἐπὶ ἄρχοντος Ἀριστοδήμου.* Diod. XVI, 38. [Cf. Demosth. IV, 17 p. 44. XVIII, 32 p. 236. XIX, 84 p. 367. *Kr.*] Apertum est has res per duorum archontum annos digestas eiusdem expeditionis fuisse, quae inciderit in ver et aestatem et auctumnum 352. Sunt qui coniecerint Philippi conatum Pylarum occupandarum, quem Athenienses irritum reddiderunt, *Eudemi* anno assignare Dionys. Din. p. 665. Si ultimum Eudemi mensem, aest. 352, intelligamus, haec ratio non multum differt a Diodori narratione. Sed Dionysii locus corruptus est. *Cf. an.* 350, 3. Lacedaemoniorum et Megalopolitanorum bellum. Diod. XVI, 37. 39: *Λακεδαιμόνιοι — τὴν χώραν αὐτῶν κατέδραμον, Ἀρχιδάμου τὴν*

PHILOSOPHI etc.	POETAE.
Isocratis περὶ ἀντιδόσεως πρὸς Λυσίμαχον. Vit. X or. p. 839, c: *δύο συνέστησαν αὐτῷ ἀγῶνες* — [*cf. an.* 355] *δεύτερος Λυσιμάχου αὐτὸν προκαλεσαμένου περὶ τριηραρχίας εἰς ἀντίδοσιν. ἡττηθεὶς δὲ τὴν τριηραρχίαν ὑπέστη.* Scripta est oratio postquam iudicio victus munus delatum obierat. V. c. 2 s. p. 311. Quo tempore annum octogesimum secundum compleverat. 5 p. 312, a: *ἔγραφον τὸν λόγον οὐκ ἀκμάζων, ἀλλ' ἔτη γεγονὼς δύο καὶ ὀγδοήκοντα.* Complevit annum octogesimum secundum ineunte Diotimi anno. *Cf. an.* 436. Et tamen in hac oratione Timothei mortem memorat, qui huius archontis anno iudicatus et mulctatus erat. p. 66 Orell. [§. 101 Bekker.]: *ἐμνήσθη* [*Lysimachus*] *τῆς πρὸς Τιμόθεόν μοι φιλίας γεγενημένης καὶ οὐκ ἠσχύνθη περὶ ἀνδρὸς τετελευτηκότος κ. τ. λ.* Itaque res sic videntur describendae esse. Timothei lis iudicata est Diotimi anno ineunte; eodem anno paucis post mensibus Chalcide mortuus est [*cf. an.* 354, 2]; statim post eius mortem Isocrates hanc orationem scripsit, exeunte Diotimi anno, quo tempore octogesimum tertium annum agebat. — *Isocrates* in hac oratione laudat *τὸν Πανηγυρικὸν* 21 p. 322, a. *τὸν περὶ εἰρήνης* 24 p. 341. *Νικοκλέα* 26 p. 343, c. *κατὰ σοφιστῶν* p. 95 Orell. [§. 194 Bekker.] *(Isocratis Ἀρεοπαγιτικός,* paulo post pacem cum sociis factam. Cf. 1 p. 140. Attamen non videtur publicatus esse ante orationem *περὶ ἀντιδόσεως,* in qua virisimile est scriptorem illam laudaturum fuisse.) *Demosthenis κατὰ Τιμοκράτους* et *ὑπὲρ Μεγαλοπολιτῶν.* Dionys. Amm. p. 725: *ἐπὶ Θουδήμου (Εὐδήμου), τοῦ μετὰ Διότιμον ἄρξαντος, τόν τε κατὰ Τιμοκράτους λόγον ἔγραψε — καὶ τὸν περὶ τῆς Μεγαλοπολιτῶν βοηθείας δημηγορικόν.* Quoniam bellum cuius causa posterior oratio scripta est in proximi archontis annum i. e. aestatem 352 producebatur, habita videtur adulto Eudemi anno, prope initium a. 352.	
Demosthenis κατὰ Φιλίππου πρῶτος. Dionys. Amm. p. 725: *μετὰ Θούδημον (Εὔδημον) ἦν Ἀριστόδημος ἄρχων. ἐφ' οὗ τῶν κατὰ Φιλίππου δημηγοριῶν ἤρξατο.* In hac oratione Thermopylarum occupandarum conatus memoratur p. 44: *ὥςπερ — τὰ τελευταῖα πρώην εἰς Πύλας (ὥρμησατε).* Itaque res recens erat, ut Aristodemi anno ineunte facta esse videatur. Ita forte Diodorum confirmat Demosthenes. *Demosthenis κατὰ Ἀριστοκράτους.* Dionys. ibid.: *ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ καὶ τὸν κατ' Ἀριστοκράτους ἔγραψε λόγον Εὐθυκλεῖ.* post Onomarchi mortem, quoniam orator p. 661 Phayllum ut principem memorat: *Φάϋλλος ὁ Φωκεὺς ἤ τις ἄλλος δυνάστης.* quod cum tempore a Dionysio constituto convenit. Si *κατὰ Ἀριστοκράτους* oratio post primam Philippicam scripta sit, ut Dionysius videtur significare, circa finem Aristodemi anni	*Theodectes Phaselites,* tragicus — *Θεοδέκτης ὁ ῥήτωρ καὶ τραγῳδιοποιός* — cum *Isocrate Apolloniata* et *Theopompo* ac *Naucrate* de eloquentiae praemio ab Artemisia in mariti honorem proposito contendit. Suid.: *Ἰσοκρ. Ἀπολλ.* Gell. X, 18. — Suidas: *Θεοδέκτης Ἀριστάνδρου Φασηλίτης ἐκ Λυκίας, ῥήτωρ, τραπεὶς δὲ ἐπὶ τραγῳδίας, μαθητὴς Πλάτωνος καὶ Ἰσοκράτους καὶ Ἀριστοτέλους· — οὗτος καὶ ὁ Ἐρυθραῖος Ναυκράτης καὶ Ἰσοκράτης ὁ ῥήτωρ ὁ Ἀπολλωνιάτης* [*v. Append. c.* 14.] *καὶ Θεόπομπος ἐπὶ τῆς ργ´ ὀλυμπιάδος* [368] *εἶπον ἐπιτάφιον ἐπὶ Μαυσώλῳ, Ἀρτεμισίας προτρεψαμένης.*

A.C.n.	Archontes	Res gestae
		ἡγεμονίαν ἔχοντος — ἐπὶ ἄρχοντος Ἀριστοδήμου. Confirmat Demosthenes, qui superiore anno de bello tanquam instante loquitur. Athenienses Aristodemi anno 2000 colonos Samum mittunt. Dionys. Dinarch. p. 664: *ἐπὶ Ἀριστοδήμου ἄρχοντος· — οἱ μὲν γὰρ εἰς Σάμον ἀποσταλέντες κληροῦχοι κατὰ τοῦτον τὸν ἄρχοντα ἀπεστάλησαν, ὡς Φιλόχορος ἐν ταῖς ἱστορίαις λέγει. Δείναρχος δ' οὔπω δέκατον ἔτος τηνικαῦτα εἶχε.* Hanc bis mille hominum coloniam (Strabo XIV p. 638), quorum Neocles, Epicuri pater, erat *(cf. an. 323, 3)*, Aeschines a. 345 memoravit Timarch. p. 8, 18: *Ἀντικλῆς Καλλίου Εὐωνυμεύς. οὗτος μὲν οὖν ἄπεστιν ἐν Σάμῳ μετὰ τῶν κληρούχων.* Athenienses Samum circiter triginta annos tenuerunt, donec Alexandro mortuo a Perdicca expulsi sunt. Laert. X, 1: *τελευτήσαντος δὲ Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος καὶ τῶν Ἀθηναίων ἐκπεσόντων ὑπὸ Περδίκκου.* Diod. XVIII, 18: *ὁ δὲ Περδίκκας ἀποκαταστήσας τοῖς Σαμίοις τήν τε πόλιν καὶ χώραν κατήγαγεν αὐτοὺς εἰς τὴν πατρίδα.* Falso tempora notaverunt Diodorus, qui insulam *tres et quadraginta annos* in Atheniensium potestate fuisse tradit, ut colonia 366 deducta esset, ac Scholiastes Aeschinis p. 731 Reisk., qui Nicophemo archonte, 361, missam prodit: quorum errores Wesseling. ad Diod. XVIII, 18 examinavit et correxit: quocum Corsini consentit Fast. Att. T. IV p. 27. [Adde Boeckh. Staatshaushalt. d. Ath. I p. 460 et ad an. 361, 2. *Kr.*]
351	Ol. 107, 2. *Thessalus.* Diod. XVI, 40. Dionys. Din. p. 648. 656. Amm. p. 726. *corrupte Θέλλον* ap. Dion. Din. p. 655. *Fortasse* pro *Θουμήδον* ap. Dionys. Din. p. 665 legendum *Θεσσάλου.*	
350	Ol. 107, 3. *Apollodorus.* Diod. XVI, 46. Dion. Din. p. 648. 656. Oderici Marm. Didasc. [Boeckh. Inscr. I p. 353. *Kr.*]	*Phocionis* in Euboeam expeditio et ad Tamynas proelium (cui Aeschines orator interfuit. Cf. Aeschines p. 50, 40. 66, 5 — 15.) Haec expeditio paulo prior erat causa *πρὸς Βοιωτὸν περὶ τοῦ ὀνόματος* et *Dionysiis Lenaeis.* Demosth. in Boeot. p. 999: *φέρε, εἰ δὲ δίκην ἀστρατείας φεύγοι, χορεύοι δὲ ὅταν στρατεύεσθαι δέῃ; καὶ γὰρ νῦν ὅτε εἰς Ταμύνας παρῆλθον οἱ ἄλλοι, ἐνθάδε τοὺς χόας ἄγων ἀπελείφθη. καὶ τοῖς Διονυσίοις καταμείνας ἐχόρευεν. — ἀπελθόντων δ' ἐξ Εὐβοίας τῶν στρατιωτῶν λειποταξίου προσεκλήθη — ταῦτα δὲ σεσημιασμένων ἤδη συνέβη τῶν ἐχίνων.* [*ἐχῖνος, οὗ αἱ μαρτυρίαι ἐμβληθεῖσαι κατεσημαίνοντο.* Pollux VIII, 17.] Harpocrat. v. *χόες. Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τοῦ ὀνόματος. ἑορτή τις παρ' Ἀθηναίοις ἀγομένη Ἀνθεστηριῶνος δωδεκάτῃ.* His locis Phocionis expeditio tempori Dionysiorum *τῶν ἐπὶ Ληναίῳ,* [cf. tamen quae Append. c. 19, 8 ann. *n* dicta sunt. *Kr.*] Anthesterioni mensi assignatur: quumque *πρὸς Βοιωτὸν* causa acta sit *κατὰ Θέσσαλον ἢ Ἀπολλόδωρον ἄρχοντα* (v. col. 3) haec Thessali archontis Dionysia fuerunt, Anthesterione 350. Athenienses advocarat Plutarchus Eretrius ut Philippo resisterent. Sed Plutarchus eos vel decepit vel prodidit victusque est a Phocione.

Philosophi etc.	Poetae.
collocanda fuerit, ineunte an. 351. [Cf. Weisk. de hyperb. III p. 34. *Kr.*] *Cydias* orator Samiorum agrorum distributionem dissuadet. Aristot. Rhet. II, 6, 24: *ὥςπερ Κυδίας περὶ τῆς Σάμου κληρουχίας ἐδημηγόρησεν· ἠξίου γὰρ ὑπολαβεῖν τοὺς Ἀθηναίους περιεστάναι κύκλῳ τοὺς Ἕλληνας ὡς ὁρῶντας καὶ μὴ μόνον ἀκουσομένους ἃ ἂν ψηφίσωνται.* Cf. Ruhnken. Hist. crit. or. Gr. p. 153 Reisk.	Quum Mausolus 352 mortem obierit et Artemisia 350, Suidae numerus falsus est et legendum videtur *ϙζ' ὀλυμπιάδος.* [352.] *Theodectes* quinquaginta fabulas fecit. Steph. Byz. v. *Φασηλίς· Θεοδέκτης ἦν γένος Φασηλίτης, υἱὸς Ἀριστάνδρου κάλλει διαφέρων, ὃς ἐποίησε τραγῳδίας ν'.* Suid.: *δράματα ἐδίδαξε ν'.* Quumque tredecies carminibus decertasset, octies praemium, ut videtur tragicum, consequutus est. Epitaph. ap. Steph. Byz. l. l.: *— ἑραῖς τρισὶ καὶ δέχ' ἀμίλλαις* *ὀκτὼ ἀκηρασίους ἀμφεθέμην στεφάνους.* De emendatione huius epitaphii v. Iacobs. Anthol. Gr. t. XII p. 176.
Demosthenis περὶ Ῥοδίων ἐλευθερίας. Dionys. Amm. p. 726: *ἐπὶ Θεσσάλου τοῦ μετ' Ἀριστόδημον τὴν περὶ Ῥοδίων ἀπήγγειλε δημηγορίαν. ἐν ᾗ πείθει τοὺς Ἀθηναίους καταλῦσαι τὴν ὀλιγαρχίαν αὐτῶν.* Mausolum mortuum memorat Demosth. p. 198: *οὐδὲ Μαύσωλον ζῶντα οὐδὲ τελευτήσαντος ἐκείνου.* Mausolum Eudemo archonte excessisse testatur Diod. XVI, 36. Sed vivebat Artemisia (v. orat. p. 193) quae marito tantum duobus annis superstes fuit. Diod. XVI, 36. 45. Haec tempus a Dionysio positum confirmant.	
Demosthenis πρὸς Βοιωτὸν περὶ τοῦ ὀνόματος. Dionys. Din. p. 656: *ὁ μὲν γὰρ Δημοσθένους περὶ τοῦ ὀνόματος λόγος — κατὰ Θέσσαλον ἢ Ἀπολλόδωρον τετέλεσται.* paulo post Anthesterionem mensem. V. col. 2. Itaque Thessali anno exeunte vel Apollodori ineunte, quo modo explicatur Dionysii dubitatio. Idem Din. p. 665: *Πρὸς Βοιωτὸν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος. — εἰ καὶ μὴ τοῖς ἄλλοις οἱ Δημοσθένους ἀφαιρούμενοι τοῦτον τὸν λόγον καὶ Δεινάρχῳ προσάπτοντες ἐλέγχοιντο, τῷ χρόνῳ γ'· οὗν ἐπιδειχθεῖεν ἂν ψευδόμενοι. μέμνηται γὰρ ὡς νεωστὶ τῆς εἰς Πύλας ἐξόδου γεγενημένης· ἡ δ' εἰς *Ἀθηναίων ἔξοδος ἐπὶ Θουμήδου ἄρχοντος ἐγένετο, τρισκαιδέκατον ἔτος Δεινάρχου ἔχοντος.* Hic locus non una de causa corruptus est. Ac primum Dionysius ipse orationem undecimo vel duodecimo Dinarchi anno adscribit; deinde *Eudemus*, cuius nomen pro *Θουμήδου* nonnulli substituerunt, non fuit archon tredecimo Dinarchi anno: unde Reiskius *δέκατον ἔτος* suadet, quod tamen et ipsum cum Eudemi magistratu non convenit. Denique expeditionis ad Pylas factae mentio non iniicitur nec tota oratione Pylarum nomen legitur. Itaque locus sic	*Demosthenes χορηγὸς* Dionysiis Thessali archontis. Quo tempore a Midia contumelia affectus est, Phocio ad *Tamynas* erat. Demosth. p. 567: *ἐπειδὴ πολιορκεῖσθαι τοὺς ἐν Ταμύναις στρατιώτας ἐξηγγέλλετο καὶ πάντας ἐξιέναι τοὺς ὑπολοίπους ἱππέας, ὧν εἷς Μειδίας ἦν, προεβούλευσεν ἡ βουλή, τηνικαῦτα — ἐπέδωκε. — καὶ λόγων γιγνομένων τῆς τῶν ἱππέων βοηθείας ἤδη δεῖν, οὐκ ἀνέβαινεν ἐπὶ τὴν ναῦν ἣν ἐπέδωκεν, ἀλλὰ — αὐτὸς μένων ἐνθάδε ἐν τοῖς Διονυσίοις διεπράττετο ταῦτα ἐφ' οἷς νυνὶ κρίνεται.* Expeditionem tum institisse alio loco significat p. 519: *(Μειδίας) τοὺς χορευτὰς ἀφεθῆναι τῆς στρατείας ἠνώχλησεν.* Ulpian. ad loc.: *ἔθος ἦν τοὺς τῷ Διονύσῳ χορεύοντας μὴ στρατεύεσθαι τοῦ-*

A.C.n.	Archontes	Res gestae
		Cf. Plutarch. Phoc. 12 s. Demosth. Mid. p. 550. 567. 579. Ulpian. p. 374. 372 Paris. Pugnam ad Tamynas Dionysiorum tempore factam esse alia oratione testatur Demosthenes. V. col. 4. [Sed e Demosth. Mid. p. 566 s. 578 Athenienses eodem tempore Olynthiis auxilia misisse apparet, id quod Philochoro teste Ol. 107, 4 factum est. Verum Boeckhius in Abhandl. d. hist. philol. Kl. d. K. Pr. Ak. d. Wiss. 1820 p. 82 ss. et Euboicum et Olynthium bellum quod illic dicatur Ol. 106, 3 gestum esse docet. Permirum tamen est quod haec bella nusquam neque ab historicis neque ab oratoribus commemorata sint, quum praesertim eo loco quo eadem significari censuit Boeckhius, orat. in Neaer. p. 1346, maxima fuisse dicantur. Quid quod ex oratione in Aristocrat. p. 656 Ol. 107, 1 nulladum Olynthiis ab Atheniensibus auxilia missa fuisse perspicitur. Nihil dicam quod etiam ex Aeschine II, 12 p. 29 colligi potest, Athenienses eodem tempore quo Philippus Olynthios debellavit, i. e. Ol. 107, 4 in Euboea bellum gessisse. In Dionysii loco col. 3 laudato lubricum est archontis nomen mutare. Si scriptorem non semper diligentem per errorem *Πύλας* pro *Ταμύνας* dicere potuisse concesseris, facili mutatione *H* pro *IΓ* i. e. *ὄγδοον* pro *τριςκαιδέκατον* correxeris. *Kr.*]
349	Ol. 107, 4. *Callimachus.* Diod. XVI, 52. Dion. Din. p. 648. Amm. p. 726. 734. Athen. V p. 217, b. Plut. Mor. p. 845, d. [Boeckh. Inscr. I p. 246. *Kr.*]	Bellum Olynthium, Callimacho archonte. Dionys. Amm. p. 734: *ἐπὶ Καλλιμάχου γέγονεν ἄρχοντος, ὡς δηλοῖ Φιλόχορος ἐν ἕκτῃ βίβλῳ τῆς Ἀτθίδος.* Vit. X or. p. 845, d: *Καλλίμαχον ἐφ᾽ οὗ παρ᾽ Ὀλυνθίων ἦκε πρεσβεία περὶ τῆς βοηθείας.* Callimachi anno tres legationes Olyntho Athenas missae sunt. Post primam Athenienses mercenariorum exercitum Charete duce auxilio miserunt. Deinde post *ὀλίγα τὰ μεταξὺ γενόμενα* quum Chalcidicae civitates bello pressae legatos Athenas misissent, Charidemus eo proficisci iubetur et cum Olynthiis Pallenam et Bottiaeam populatur. Postea quum tertia legatio rursus auxilia petiisset, Athenienses civium exercitum mittunt: *τῶν πολιτῶν ὁπλίτας διςχιλίους καὶ ἱππεῖς τριακοσίους — στρατηγὸν δὲ Χάρητα τοῦ*

PHILOSOPHI etc.	POETAE.
corrigendus fuerit: *μέμνηται ὡς νεωστὶ τῆς εἰς Ταμύνας ἐξόδου γεγενημένης·* [p. 999 R.] *ἡ δ' εἰς Ταμύνας Ἀθηναίων ἔξοδος ἐπὶ Θεσσάλου ἄρχοντος ἐγένετο, ἐνδέκατον ἔτος Δ. ἔχ.* Dionysium de *Tamynis* loqui voluisse vidit Corsini Fastt. Att. t. I p. 138 et t. IV p. 30. Minus ei cesserunt quae praeterea de hoc loco disputavit: quandoquidem expeditionem Tamynas factam et orationem *πρὸς Βοιωτὸν* Theophili anno Ol. 108, 1. a. C. $34\frac{8}{7}$ assignat, adversante testimonio quod Dionysius ipse in antecedentibus proposuit. Idem in errorem induxit Wolf. proleg. p. CX annot., qui, *licet*, inquit, *nec huius orationis* [*πρὸς Βοιωτὸν*] *annum exploratum habeamus, tamen probabile est eum incidere in Ol.* 108. *Vide Dionys. p.* 665 *bene correctum a Corsino.* Sed Dionysii locus p. 665 ex altero p. 656 a Corsino neglecto emendandus est. [Qui hanc in Euboeam expeditionem Ol. 106, 3 factam esse statuit Boeckhius hanc orationem Ol. 107, 1 scriptam censet. V. Staatshaushalt. d. Ath. II p. 61 s. et Abhandl. d. hist. phil. Kl. d. K. Pr. Ak. d. Wiss. 1818 p. 85. *Kr.*]	*τον τὸν χρόνον. ὁ τοίνυν Μειδίας ἠνάγκαζεν αὐτοὺς ἐξιέναι — ἵππαρχος ὤν.* Porro p. 577: *ἅπερ ἐτόλμα λέγειν ὅτ' ἦν ἡ προβολή* (qua statim post Dionysia res ad populum delata erat, qui Midiam condemnarat), *ταῦτα καὶ νῦν ἐρεῖ ὡς ὅσοι δέον ἐξιέναι κατέμενον καὶ ὅσοι τὰ φρούρια ἦσαν ἔρημα λελοιπότες ἐξεκλησίασαν καὶ χορευταὶ καὶ ξένοι — ἦσαν, οἳ κατεχειροτόνησαν αὐτοῦ.* Phocionis expeditionem circa *Lenaea* [imo *Anthesteria. Kr.*] *Thessali* factam esse ex testimoniis col. 2. 3 propositis perspicitur. Proinde etiam Demosthenis *χορηγία Lenaeis* [*Anthesterione* s. Februario 350] videatur adscribenda esse. At vero sunt quae Demosthenem magnis Dionysiis *χορηγὸν* fuisse doceant. [*V. Append. c.* 20 *de Demosthene.*] Neque hoc veri dissimile est. Nam quae in Euboea gerebantur aliquantum temporis expleverunt; ac tametsi Anthesterione coepta sunt, tamen usque in proximum mensem pertinere potuerunt, ut Phocion utrisque diebus festis ad Tamynas occupatus fuerit. Haec quo tempore acta sunt Demosthenes se duo et triginta annos natum fuisse dicit: *δύο καὶ τριάκοντα ἔτη γέγονα.* p. 564. [cf. Plutarch. Demosthenes 12. *Kr.*] Complevit annum 32um primo Apollodori archontis mense; *cf. an.* 382; ac vere 32 annorum (postremo nondum completo) dici potuit quo tempore *Dionysia Thessali* archontis celebrata sunt. De *oratione in Midiam* v. *an.* 348.
Demosthenis Ὀλυνθιακοί. Dionys. Amm. p. 726: *ἐπὶ Καλλιμάχου τοῦ τρίτον μετὰ Θεσσαλὸν ἄρξαντος τρεῖς διέθετο δημηγορικούς, παρακαλῶν Ἀθηναίους βοήθειαν Ὀλυνθίοις ἀποστεῖλαι τοῖς πολεμουμένοις ὑπὸ Φιλίππου.* Secundum Ulpian. p. 10, 1 Par. unamquamque orationem ex tribus expeditionibus una est consequuta: *ἰστέον ὅτι φησὶ καὶ ὁ Φιλόχορος ὅτι τρεῖς βοήθειαι ἐπέμφθησαν, καθ' ἕκαστον λόγον μιᾶς πεμπομένης.* Omnes habitae sunt ante quam tertius exercitus missus est, qui non erat *ξενικός, ἀλλ' αὐτῶν Ἀθηναίων*, qualis ut mitteretur omnibus his orationibus urget. *Eubulus* e Demosthenis adversariis erat. Ulpian. pro-	Adhuc terni dies festi anniversarii fuerunt quibus fabulae darentur. Demosth. Mid. p. 517: *ὅταν ἡ πομπὴ ᾖ τῷ Διονύσῳ ἐν Πειραιεῖ καὶ οἱ κῶμῳδοὶ καὶ οἱ τραγῳδοί, καὶ ἡ ἐπὶ Ληναίῳ πομπὴ καὶ οἱ τραγῳδοὶ καὶ οἱ κωμῳδοί, καὶ τοῖς ἐν ἄστει Διονυσίοις ἡ πομπὴ καὶ οἱ παῖδες καὶ ὁ κῶμος καὶ οἱ κωμῳδοὶ καὶ οἱ τραγῳδοί.* [De hoc l. cf. Boeckh. Abhandl. d. Ak. 1817 p. 78 ss. 100 ss. *Kr.*] Nominantur eo ordine

A.C.n.	Archontes	Res gestae
		στόλου παντός. Philoch. ap. Dionys. p. 735. — Diod. XVI, 52: *ἐπ' ἄρχοντος Καλλιμάχου — Φίλιππος ἐστράτευσεν ἐπὶ τὰς Χαλκιδικὰς πόλεις.* Proinde Olynthium bellum post mediam aestatem 349 coeptum est et res quas singulas notaverunt Philochorus et Diodorus partim in posteriorem partem anni 349, partim in priorem 348 incidunt. Prima expeditio Charete duce finita videtur Boedromione. [Octobri 349.] Ulpian. ad Demosth. p. 26, 42 Par.: *φασίν, ὅτε ἔπεμψε τὴν λείαν ὁ Χάρης, βοηδρόμια ἦν.*
348	Ol. 108, 1. *Theophilus.* Diod. XVI, 53. Dion. Din. p. 648. 654. Amm. p. 728. 736. Pausan. X, 3, 1. Laert. V, 9. Athen. V p. 217, b. Demosth. Pantaen. p. 968. [Boeckh. Inscr. I p. 246. *Kr.*]	Olynthium bellum continuatur. Theophili anno [post mediam aestatem 348] *Philippus νικήσας τοὺς Ὀλυνθίους δυσὶ μάχαις συνέκλεισεν εἰς πολιορκίαν. — τὸ δὲ τελευταῖον προδοθεῖσαν τὴν Ὄλυνθον εἷλε.* Diod. XVI, 53. Olynthios in muros coegerat antequam per annum bellatum fuerat. Demosth. falsa leg. p. 426: *πρὶν μὲν ἐξελθεῖν ἐνιαυτὸν τοῦ πολέμου τὰς πόλεις ἁπάσας ἀπολωλέκεσαν τὰς ἐν τῇ Χαλκιδικῇ.* Quo tempore Philippus ad Olynthum occupatus erat Olympia celebrata sunt. Aeschin. falsa leg. p. 29, 35: *Φρύνων ὁ Ῥαμνούσιος ἑάλω ὑπὸ λῃστῶν ἐν ταῖς σπονδαῖς ταῖς Ὀλυμπιακαῖς.*

PHILOSOPHI etc.	POETAE.
legg. Olynth. Cf. Ulpian. ad p. 7, 27. 24, 30 s. 25, 37. 26, 38 Par. [Hac Olympiade videtur scripta esse *Isaei* oratio *περὶ τοῦ Μενεκλέους κλήρου*. V. §. 6 s. 15. 45. *Kr.*]	quo celebrabantur. 1. *τὰ ἐν Πειραιεῖ*, (quibus Euripides fabulas docuerat. Aelian. V. H. II, 13: *Πειραιοῖ ἀγωνιζομένου τοῦ Εὐριπίδου*. [quem locum rectius, opinor, quam Boeckh. l. l. 1824 p. 96 et 236 interpretatur Seidler Anal. d. Allg. L. Z. Ian. 1825 p. 214. *Kr.*]) quae etiam *τὰ κατ' ἀγρούς*, quae memorat Aeschin. Tim. p. 22, 26: *ἐν τοῖς κατ' ἀγροὺς Διονυσίοις κωμῳδῶν ὄντων ἐν Κολυττῷ*, sive *τὰ κατὰ δήμους*. Phot. cod. 264: *ἐν τοῖς κατὰ δήμους Διονυσίοις. Posideone.* Hesych. v. *Διονύσια.* Theophr. Char. 3. 2. *τὰ Λήναια*, quae etiam *τὰ ἐν Λίμναις. Anthesterione.* Thuc. II, 15. [imo Thuc. Anthesteria dicit; Lenaea Gamelione mense celebrata esse docet Boeckh. l. l. 1817 p. 47 ss. *Kr.*] 3. *τὰ ἐν ἄστει*, quae etiam *Διονύσια τραγῳδοῖς καινοῖς*. Aelian. V. H. II, 13. Demosth. Cor. p. 253. (quibus Xenocrates quotannis affuit. Plutarch. de exsil. p. 603, b: *Ξενοκράτης καθ' ἕκαστον ἔτος εἰς ἄστυ κατῄει Διονυσίων καινοῖς τραγῳδοῖς.*) *Elaphebolione.* Aeschin. Ctes. p. 63. De posterioribus duobus v. Ruhnk. auct. emend. ad Hesych. t. I p. 1000. — Hoc tempore minor sumptus erat in *τραγῳδοὺς* quam in *χορὸν ἀνδρῶν* faciendus. Demosth. Mid. p. 565: *τραγῳδοῖς κεχορήγηκέ ποτε οὗτος, ἐγὼ δὲ αὐληταῖς ἀνδράσιν.*
Demosthenis κατὰ Μειδίου. Dionys. Amm. p. 726: *κατὰ τοῦτον γέγραπται τὸν ἄρχοντα* [*Callimachum*] *καὶ ὁ κατὰ Μειδίου λόγος, ὃν συνετάξατο μετὰ τὴν καταχειροτονίαν ἣν ὁ δῆμος αὐτοῦ κατεχειροτόνησεν.* Hoc tempus inter *προβολὴν* (de qua v. Demosth. p. 517. 577. 583) et editam orationem duorum annorum spatium intercessisse subiicit. [*Cf. an.* 350, 4.] Atque memorantur res interiectae quae temporis aliquantum intercessisse subiiciant. Midia auctore Demosthenes accusatus erat *λειποταξίου*. p. 547 s. (*λειποτακτεῖν δὲ ἔδοξεν ἐν τοῖς περὶ Εὔβοιαν.* Ulpian p. 350. 202.) et deinde Nicodemi cuiusdam caedis particeps fuisse arguebatur. p. [548.] 554. Hae duae causae res Dionysiis factas consequutae sunt. Ulpian. p. 347, 184: *ταῦτα μετὰ τὴν ὕβριν τὴν ἐν τοῖς Διονυσίοις.* Demosth. 553 s.: *ἂν ἐπεξίω τὴν ὑμετέραν καταχειροτονίαν, λέλοιπα τὴν τάξιν, φόνου κοινωνῶ κ. τ. λ.* Respiciuntur quae post ultimam Olynthiacam expeditionem acta erant, prodita hac urbe, secundum Ulpian.	*Heraclides* comicus floruit, quoniam in comoedia aliqua convivii mentionem fecerat quo Chares populum Atheniensem excepit. Athen. XII p. 532, e: *Χάρητι — τάλαντα ἑξήκοντα. ἀφ' ὧν ἐδείπνισεν Ἀθηναίους ἐν τῇ ἀγορᾷ θύσας τὰ ἐπινίκια τῆς γενομένης μάχης πρὸς τοὺς Φιλίππου ξένους. ὧν ἡγεῖτο μὲν Ἀδαῖος, Ἀλεκτρυὼν ἐπικαλούμενος, περὶ οὗ καὶ ὁ Ἡρακλείδης ὁ τῶν κωμῳδιῶν ποιητὴς μέμνηται οὕτως·* *Ἀλεκτρυόνα τὸν τοῦ Φιλίππου παραλαβὼν* *ἀωρὶ κοκκύζοντα καὶ πλανώμενον* *κατέκοψεν· οὐ γὰρ εἶχεν οὐδέπω λόφον.* *κἄτα κατακόψας μάλα συχνοὺς ἐδείπνισε* *Χάρης Ἀθηναῖος τόθ'· ὡς γενναῖος ἦν.*

A. C. n.	Archontes.	Res gestae
347	Ol. 108, 2. *Themistocles.* Diod. XVI, 56. Dion. Din. p. 648. 654. Amm. p. 736. Aeschin. Ctes. p. 62, 30. [Boeckh. Inscr. I p. 246. *Kr.*]	Olynthus a Philippo capta, Theophili anno. Diod. XVI, 53. — Dion. Amm. p. 736: *Θεόφιλος ἄρχων, καθ' ὃν ἐκράτησε τῆς Ὀλυνθίων πόλεως Φίλιππος.* aliquanto post Olympia: nam complura quae interea gesta sint memorat Aeschin. falsa leg. p. 29, 35 — 30, 9; et paulo ante primam decem Atheniensium legationem: *τὴν προτέραν πρεσβείαν τὴν περὶ τῆς εἰρήνης.* Demosth. de falsa leg. p. 392. Atque haec legatio (quae *omnem festinationem adhibuit.* Demosth. p. 392) mature rediit 346, paulo ante *Dionysia*, quibus Antipater et Parmenio interfuerunt. Aeschin. falsa leg. p. 34 — 36. Ctes. p. 64. Arg. Demosth. falsa leg. p. 336. Itaque Olynthus tradita est Theophili anno extremo, vere 347. Olyntho capta Philippus Dii *Olympia* celebravit. Diod. XVI, 55: *μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς Ὀλύνθου Ὀλύμπια ποιήσας.* Demosth. falsa leg. p. 401: *ἐπειδὴ γὰρ εἶλεν Ὄλυνθον Φίλιππος Ὀλύμπια ἐποίει.* Hi ludi facti sunt aut Theophili anno extremo aut Themistoclis ineunte, vere aut aestate 347. Eosdem fecit Alexander Ol. 111, 2, Euaeneti anno, quum in Asiam traiicere parabat. Diod. XVII 16: *θυσίας μεγαλοπρεπεῖς τοῖς θεοῖς συνετέλεσεν ἐν Δίῳ τῆς Μακεδονίας καὶ σκηνικοὺς ἀγῶνας Διὶ καὶ Μούσαις, οὓς Ἀρχέλαος πρῶτος κατέδειξε. τὴν δὲ πανήγυριν ἐφ' ἡμέρας ἐννέα συνετέλεσεν.* Arrian. I, 11: *τῷ Διὶ τῷ Ὀλυμπίῳ τὴν θυσίαν τὴν ἀπ' Ἀρχελάου ἔτι καθεστῶσαν ἔθυσε καὶ τὸν ἀγῶνα ἐν Αἰγαῖς διέθηκε τὰ Ὀλύμπια. — ἅμα δὲ τῷ ἦρι ἀρχομένῳ κ. τ. λ.* Similes fuerunt ludi post bellum Olynthium facti. Diod. XVI, 55: *μεγαλοπρεπεῖς θυσίας συνετέλεσε, πανήγυριν δὲ μεγάλην συστησάμενος καὶ λαμπροὺς ἀγῶνας ποιήσας πολλοὺς ἐπὶ τὰς ἑστιάσεις παρελάμβανεν.* Respiciunt Philostratus vita Apollon. I, 35: *εἰ δὲ θύοι Φίλιππος πόλεις ἥρηκώς.* et Dio orat. II p. 73 Reisk.: *ἐν Δίῳ τῆς Πιερίας ἔθνον ταῖς Μούσαις καὶ τὸν ἀγῶνα τῶν Ὀλυμπίων ἐτίθεσαν, ὃν φασιν ἀρχαῖον εἶναι παρ' αὐτοῖς.* V. etiam Ulpian. ad Demosth. p. 242 Par. Theophili annus et anni mensis undecimus, Thargelion (cf. Laert. III, 40. Athen. V p. 217, b. Seneca ep. 58) s. Maius 347 fuit *Φιλίππου βασιλεύοντος ἔτος τρισκαιδέκατον.* Laert. III, 40. unde initio a. 359 rerum potitum esse deprehendimus.
346	Ol. 108, 3. *Archias.* Diod. XVI, 59. Dion.	Prima legatio *περὶ εἰρήνης*, quae rediit ante *Dionysia magna.* [Martio 346.] Aeschin. falsa leg. p. 30, 27 — 36, 3. Pax inter Phi-

PHILOSOPHI etc.	POETAE.
p. 373, 367. qua ratione oratio scripta foret *Theophilo* archonte. Sed Demosthenis verba tantum significant tertiam expeditionem Charete duce factam respici: ut oratio posteriori Callimachi anni parti assignetur, ut fecit Dionysius. *Eubulus* Demosthenem adiuvit ac magnae auctoritatis fuit, aperteque Demosthenes eum metuit. Cf. p. 580 s. Ulpian. p. 375. 379: *πρὸς τὸν Εὔβουλον ἀποτείνεται· προέταξε δὲ τοῦτον τῶν ἄλλων — ὅτι πολὺ προέχει. — καὶ μᾶλλον ἐδεδοίκει τοῦτον ἢ σύμπαντας τοὺς ἄλλους.*	Quae hic respiciuntur facta sunt bello Olynthio 348. Adaeum sive Alectryona etiam Antiphanes memoravit. Zenob. Adag. VI, 34 p. 163: *Ἀλεκτρυὼν ἐγένετο Φιλίππου στρατηγός, ὃν ἀπέκτεινεν, ὥς φασι, Χάρης ὁ Ἀθηναῖος. μέμνηται δὲ αὐτοῦ Ἡρακλείδης ὁ κωμικὸς καὶ Ἀντιφάνης.*
Plato mortem obit, *Theophilo* archonte. Apollodor. apud Laert. V, 9: *τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ὀγδόης καὶ ἑκατοστῆς ὀλυμπιάδος ἐπὶ Θεοφίλου.* Athen. V p. 217, b: *μετήλλαξεν ἐπὶ Θεοφίλου τοῦ μετὰ Καλλίμαχον.* Hermippus apud Laert. III, 2: *τελευτᾷ τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ὀγδόης καὶ ἑκατοστῆς ὀλυμπιάδος, βιοὺς ἔτος ἓν πρὸς τοῖς ὀγδοήκοντα. natali suo.* Seneca ep. 58: *natali suo decessit, annum unum et octogesimum implevit sine ulla deductione.* Quare suspiceris apud Laert. III, 2: *τελευτᾷ δ', ὥς φησιν Ἕρμιππος, ἐν γάμοις δειπνῶν*, Hermippi verba aut corrupta aut male a Diogene reddita esse pro *ἐν γενεθλίοις δειπνῶν.* Aetatem 81 annorum testantur Cic. Senect. 5. [qui *scribentem* mortuum esse ait. *Kr.*] Lucian. Macrob. 21. Censorin. 15. Haec ratio natum facit *Aminia* archonte, 428; alii *Apollodori* anno, 429, natum faciunt, ut 82 annorum decesserit, Maio 347. *Cf. an.* 429. Platone mortuo *Aristoteles* Atarneum venit. Laert. V, 9: *φησὶν Ἀπολλόδωρος — Πλάτωνος τελευτήσαντος — πρὸς Ἑρμείαν ἀπᾶραι (Ἀριστοτέλην) καὶ μεῖναι ἔτη τρία.* Dionys. Amm. p. 728: *ἀποθανόντος δὲ Πλάτωνος ἐπὶ Θεοφίλου ἄρχοντος ἀπῆρε πρὸς Ἑρμείαν τὸν Ἀταρνέως τύραννον καὶ τριετῆ χρόνον παρ' αὐτῷ τρίψας ἐπ' Εὐβούλου ἄρχοντος εἰς Μιτυλήνην ἐχωρίσθη.* *Platoni* successit *Speusippus.* Laert. IV, 1: *διεδέξατο αὐτὸν Σπεύσιππος, — ὃς ἦν υἱὸς τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ Ποτώνης· καὶ ἐσχολάρχησεν ἔτη ὀκτώ, ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς ὀγδόης καὶ ἑκατοστῆς ὀλυμπιάδος.* *(Demosthenis πρὸς Βοιωτὸν ὑπὲρ προικός,* duobus tribusve annis post orationem *περὶ ὀνόματος.* Dion. Din. p. 666: *Πρὸς Μαντίθεον περὶ προικός. οὗτος ἀκολουθεῖ τῷ προτέρῳ λόγῳ καὶ πολλὰ ἔχει κατὰ λέξιν ταὐτά, ἃ εἴη ἂν τοῦ αὐτοῦ ῥήτορος. — οὐ πολλοῖς ἔτεσιν ὕστερον ἠγώνισται τὸν ἀγῶνα ὁ κατήγορος, ἀλλὰ δύο ἢ τρισίν.)* *Demosthenis πρὸς Πανταίνετον παραγραφικός,* post 347, quoniam res ex quibus haec causa exorta est factae sunt *ἑλαφηβολιῶνος μηνὸς ἐπὶ Θεοφίλου ἄρχοντος.* p. 968. Haec oratio et quam *in Nausimachum et in Xenopithem* scripsit, ab eadem sententia incipiunt; et uniuscuiusque harum orationum fine paucis mutatis idem argumentum explicatur. Cf. p. 983. 990. 991 Reisk.	*Anaxandrides* comicus fabulas docuit, *ἐν τοῖς ἀγῶσι Φιλίππου τοῦ Μακεδόνος.* [*Olympiis* Dii celebratis 347. V. col. 2.] Suidas v. *Ἀναξανδρίδης· γεγονὼς ἐν τοῖς ἀγῶσι Φιλίππου τοῦ Μακεδόνος, ὀλυμπιάδι ἑκατοστῇ πρώτῃ.* Eudocia *ἀγῶσι Φ. τοῦ Μ.* habet non notata Olympiade. Quum Marmor Parium Anaxandridem Athenis fabulas docuisse testetur, circa Ol. 101 (sive accuratius Ol. 100, 4. *Cf. an.* 376), in Suidae loco duae res diversae videntur esse confusae. Si verba sic transponimus: *γεγονὼς ὀλυμπιάδι ρα' (καὶ) ἐν τοῖς ἀγῶσι Φιλίππου τοῦ Μακεδόνος,* respiciantur tam fabulae Marmore testante primum Athenis ab eo actae quam *ἀγῶνες Φιλίππου* i. e. ludi Dii facti 347. Qui sine suspicione Suidae locum protulit Corsini Fastt. Att. t. IV. p. 2 fabulas Ol. 101 datas ad ludos Dii factos referendas esse opinatur. Sed tum neque a *Philippo* ludi possunt celebrati esse, qui sedecim post annis regnum occupaverit; neque ab *Archelao*, qui tunc mortem obiisset. Eaque aetate Macedoniae res tantopere turbatae erant ut eiusmodi ludos tum celebratos esse probabile non sit. Difficultatem tollit quam suasimus Suidae verborum transpositionem; qua admissa Anaxandrides triginta annis comoedias scripserit: quod veri dissimile non est, quoniam Anaxandrides ad senectutem, *γῆρας*, vixit. Vide Chamaeleontis narratiunculam apud Athen. IX p. 374, a.
Isocratis Φίλιππος, pace composita. 3 p. 83, e: *ἔφθητε ποιησάμενοι τὴν εἰρήνην.* ante Phocii belli finem. 21 p. 93, c:	

A. C. n.	Archontes	Res gestae
303	Ol. 119, 2. *Leostratus.* Diod. XX, 102. Dionys. Din. p. 650.	Rhodo per annum obsessa pax componitur: *πολιορκηθέντες ἐνιαύσιον χρόνον.* Diod. XX, 100. Pherecle archonte XX, 91. [ante mediam aestatem 303.] Finita est Rhodi obsidio *vere* 303. Phereclis anno extremo. Alioqui Demetrius *tres* hiemes in Graecia fuisset, priusquam in Asiam venit, quum quae contra Cassandrum gessit vix sufficiant ad explendas duas hiemes hic transactas. Quumque obsidio fuerit annua, incepta sit necesse est vere 304. Pace cum Rhodiis facta Demetrius Graeciam petiit cum Cassandro bellaturus. Diod. XX, 100 — 102. Plutarch. Demetr. 22 s. Leostrati anno. Diod. XX, 102: *εἶχε πρόθεσιν πρὸς Ἀλέξανδρον διαπολεμεῖν.*
302	Ol. 119, 3. *Nicocles.* Diod. XX, 106. Dionys. Din. p. 650.	*Demetrius* in Graecia cum Cassandro bellum gerit. Diod. XX, 102 s. Cf. Plutarch. Demetr. 23 — 26. *Leostrati* anno; sed continuatum ad *Nicoclis* annum. Antigonus in Cappadociam contendit adversus Lysimachum. Diod. XX, 113. *ἄρχων Νικοκλῆς.* Id. 106. Seleucus ex Asia superiore advenit. Diod. XX, 113. Hi tres reges in Asia hiemant. XX, 109: *Ἀντίγονος πρὸς τὴν χειμασίαν ἐπελέξατο τοὺς εὐθετωτάτους τόπους. — παραπλησίως δὲ Λυσίμαχος διεῖλε τὴν δύναμιν εἰς χειμασίαν.* XX, 113: *Σέλευκος κατεσκεύασε στεγνὰ τοῖς στρατιώταις παραχειμάζειν.* Hieme *Nicoclis* archontis.

PHILOSOPHI etc.	POETAE.
	σιον γὰρ Ἄλεξις ἔζησε τοῦ Μητροδώρου, Ἐπικούρου δ' ἐκεῖνος πλέον ἢ ἐπίτριτον. *Metrodorus* septem annis ante quam Epicurus mortuus est, natus annos 53. Laert. X, 23. Ex hac ratione Alexis vixerit annos 106. De eius morte cf. Plutarch. An seni etc. p. 785, b.
Theopompus historicus etiamnum superstes. Phot. Bibl. cod. 176 p. 392: μετὰ τὸν Ἀλεξάνδρου θάνατον — εἰς Αἴγυπτον ἀφικέσθαι· Πτολεμαῖον δὲ τὸν ταύτης βασιλέα οὐ προσίεσθαι τὸν ἄνδρα.	
	Anaxippus viguit. Suidas: Ἀνάξιππος κωμικὸς τῆς νέας κωμῳδίας ἤκμασεν ἐπὶ Ἀντιγόνου καὶ Δημητρίου τοῦ Πολιορκητοῦ.
Democharis Demostheni sororis filius a *Stratoclis* factione eiectus. Plutarch. Demetr. 24: προσεψηφίσαντο δεδόχθαι τῷ δήμῳ τῶν Ἀθηναίων πᾶν ὅ τι ἂν ὁ βασιλεὺς Δημήτριος κελεύσῃ — τοῦτο εἶναι δίκαιον. εἰπόντος δέ τινος μαίνεσθαι τὸν Στρατοκλέα τοιαῦτα γράφοντα, Δημοχάρης ὁ Λευκονοεὺς εἶπε· „μαίνοιτο μέν τ' ἂν εἰ μὴ μαίνοιτο." — ὁ δὲ Δημοχάρης ἐπὶ τούτῳ διαβληθεὶς ἐφυγαδεύθη. Memoratur hoc exsilium in psephismate Vit. X or. p. 851, d: ἄρχων Πυθάρατος. [27$\frac{1}{0}$.] Λάχης Δημοχάρους Λευκονοεὺς αἰτεῖ δωρεὰν τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων Δημοχάρει Λάχητος Λευκονοεῖ ὠχυρωσαμένῳ τὴν πόλιν ἐπὶ τοῦ τετραετοῦς πολέμου καὶ εἰρήνην καὶ ἀνοχὰς καὶ συμμαχίαν ποιησαμένῳ πρὸς Βοιωτούς· ἀνθ' ὧν ἐξέπεσεν ὑπὸ [*male* ἀπὸ *in edd.*] τῶν καταλυσάντων τὸν δῆμον. Quattuor annorum bellum intelligendum est illud quod Cassander et Polysperchon partim in Asia absente, partim reverso Demetrio adversus Graecos gesserunt. Cf. Diod. XX, 100: Δημήτριος σπεύδων ἐλευθερῶσαι τοὺς Ἕλληνας· οἱ γὰρ περὶ Κάσσανδρον καὶ Πολυσπέρχοντα τὸν ἔμπροσθεν χρόνον ἄδειαν ἐσχηκότες ἐπόρθουν τὰ πλεῖστα μέρη τῆς Ἑλλάδος.	*Archedicus*, poeta comicus, *Democharis* aequalis fuit, quem derisit. Polyb. XII, 13: Τίμαιος — κατέψευσται τὰνδρὸς (Δημοχάρους) κωμικόν τινα προσεπισπασάμενος ἀνώνυμον — Ἀλλ' οὐκ ἔστι τούτων οὐδέν. οὐ γὰρ ἂν Ἀρχέδικος ὁ κωμῳδιογράφος ἔλεγε ταῦτα μόνος περὶ Δημοχάρους κ. τ. λ. Archedici duas fabulas laudat Athenaeus VII p. 294, b: Ἀρχέδικος ἐν Θησαυρῷ. Cf. p. 292, e. Idem XI p. 467, e: Ἀρχέδικος ἐν Διαμαρτάνοντι.

A.C.n.	Archontes	Res gestae
301	Ol. 119, 4. *Calliarchus.* Dionys. Din. p. 650. Inter *Nicoclem* et *Philippum* unus archon excidisse videtur apud Dionys. p. 650. *Cf. an.* 293. 292.	*Demetrius διατρίβων ἐν ταῖς Ἀθήναις ἔσπευδε μνηθῆναι.* Diod. XX, 110. Nicocle archonte. XX, 106. Munychione mense. Plutarch. Demetr. 26. [Aprili 301.] Initiatus Ephesum profectus est, cum patre se coniuncturus. Diod. XX, 110 s. Plutarch. Demetr. 28. Tres reges quum hiemassent, *κεκρικότες κατὰ τὴν ἐπιοῦσαν θερείαν διὰ τῶν ὅπλων κρῖναι τὸν πόλεμον* (Diod. XX, 113), *Calliarcho* archonte ad *Ipsum*, Phrygiae oppidum pugnam faciunt. [post mediam aestatem 301.] Antigoni obitus, aet. 81. Lucian. Macrob. 11: *ἐτῶν ἑνὸς καὶ ὀγδοήκοντα.* Appian. Syr. 55: *ὑπὲρ ὀγδοήκοντα ἔτη.* De pugna cf. Plutarch. Demetr. 28—30. Diod. XXI ecl. 1. Pugnae tempus e vicesimo Diodori libro apparet, quamquam ipsa pugnae descriptio quam exhibuerat (lib. XXI) deperdita est. Nam ab *Hieromnemone* archonte ad *Nicoclem*, novem annos fuisse tradit XX, 2: *καταλήξομεν εἰς τὸν ἐνιαυτὸν καθ' ὃν οἱ βασιλεῖς κοινῇ διαπολεμεῖν ἤρξαντο πρὸς Ἀντίγονον περιλαβόντες ἔτη ἐννέα.* Noni anni fine, Nicoclis archontis hieme copiae distributae hiemaverunt, proxima aestate belli discrimen facturae, dum Demetrius Munychione Nicoclis archontis Athenis proficiscitur, vires suas cum Antigono in Asia coniuncturus. Itaque exercitus congressi sunt *Calliarchi* anno ineunte, circiter Augusto 301.
300	Ol. 120, 1. *Hegemachus.* Dionys. Din. p. 650.	
299	Ol. 120, 2. *Euctemon.* Dionys. Din. p. 650.	Athenas *Lachare* dominante circiter duobus annis post pugnam ad Ipsum a Demetrio obsessas esse statueris. Medio tempore quae gesta sunt enumerat Plutarch. Demetr. 30—33. Post hanc pugnam Athenis exclusus (*ἐπειγομένῳ περὶ τὰς Κυκλάδας αὐτῷ πρέσβεις Ἀθηναίων ἀπήντησαν ἀπέχεσθαι τῆς πόλεως παρακαλοῦντες*) in Chersonesum contendit. Non multo post — *οὐ πολλῷ ὕστερον* — filiam suam *Stratonicen* Seleuco dat in matrimonium. Quo facto Ciliciam occupat: *Δημήτριος Κιλικίαν κατέσχε.* quam quum praesidiis firmasset, ad Athenas oppugnandas proficiscitur: *τὰς μὲν πόλεις ἐκρατύνατο φρουραῖς· αὐτὸς δὲ πυθόμενος Λαχάρη στασιάζουσιν Ἀθηναίοις ἐπιθέ-*

Philosophi etc.	Poetae.
Hieronymus Cardianus, rerum scriptor floruit. Familiaris fuerat Eumenis. Diod. XVIII, 42. [319.] (*cf. an.* 318, 2.) quo interfecto ab Antigono captus, Diod. XIX, 44 [315], Asphaltitae lacus procurator factus est. Diod. XIX, 100. [312.] Cf. Ioseph. Apion. I, 23 p. 1192. Post Antigoni mortem a Demetrio Boeotiae praefectus est. [293.] Plutarch. Demetr. 39. Hieronymum de Pyrrhi bello Italico laudat Plutarch. Pyrrh. 17. 21. In primis Graecorum historicis Romanas res tetigerat, sed breviter. Dionys. Ant. I p. 16: *πρῶτον μέν, ὅσα κἀμὲ εἰδέναι, τὴν Ῥωμαϊκὴν ἀρχαιολογίαν ἐπιδραμόντος Ἱερωνύμου τοῦ Καρδιανοῦ, συγγραφέως, ἐν τῇ περὶ τῶν Ἐπιγόνων πραγματείᾳ.* Haec ea eius historiae pars erat qua de Pyrrho egit, cuius aequales, *οἱ ἐπίγονοι*, ut *Eumenes*, *Antigonus*, horumque aequales *οἱ διάδοχοι* erant. Libri *περὶ τῶν διαδόχων* a libris *περὶ τῶν ἐπιγόνων* videntur disiuncti fuisse. Memoraverat in historia sua mortem Antigoni [301] et Lysimachi [281]. Lucian. Macrob. 11 item Pyrrhi [272]. Pausan. I, 14, 1. Itaque historiam scribere perrexit Antigono secundo regnante, quinquaginta annis post Alexandri mortem. Sed vixit annos 104. Lucian. Macrob. 22: *ἔζησεν ἔτη τέσσαρα καὶ ἑκατόν, ὥς Ἀγαθαρχίδης — λέγει, καὶ θαυμάζει γε τὸν ἄνδρα ὡς μέχρι τῆς τελευταίας ἡμέρας ἄρτιον ὄντα ἐν ταῖς συνουσίαις κ. τ. λ.* Cf. Phlegon. Longaev. 2.	*Philippides*, poeta comicus, honores Stratocle demagogo auctore Demetrio habitos derisit, quod adulaturus huic legem tulerat ut Munychion Anthesterion esset: — *ὃ τὸν ἐνιαυτὸν συντεμὼν εἰς μῆν' ἕνα* — et Parthenona Demetrio domicilium assignaverat: *ὃ τὴν ἀκρόπολιν πανδοκεῖον ὑπολαβών.* Plut. Demetr. 26. — Id. ib. 12: *Φιλιππίδης, ἐχθρὸς ὢν τοῦ Στρατοκλέους, ἐν κωμῳδίᾳ πρὸς αὐτὸν ἐποίησε ταῦτα·* *Δι' ὃν ἀπέκαυσεν ἡ πάχνη τὰς ἀμπέλους,* *δι' ὃν ἀσεβοῦνθ' ὁ πέπλος ἐρράγη μέσος,* *ποιοῦντα τιμὰς τὰς θεῶν ἀνθρωπίνας· —* *ταυτὶ καταλύει δῆμον, οὐ κωμῳδία.* *ἦν δ' ὁ Φιλιππίδης Ἀνσιμάχου φίλος, καὶ πολλὰ δι' αὐτὸν ὁ δῆμος εὖ ἔπαθεν ὑπὸ τοῦ βασιλέως. ἐδόκει δὲ καὶ πρὸς πρᾶξιν αὐτῷ καὶ πρὸς στρατείαν εὐσύμβολος ἀπαντήσας εἶναι καὶ ὀφθείς. ἄλλως δὲ καὶ διὰ τὸ ἦθος εὐδοκίμει, μηδὲν ἐνοχλῶν μηδ' αὐλικῆς περιεργίας ἀναπιμπλάμενος. φιλοφρονουμένου δέ ποτε τοῦ Ἀνσιμάχου πρὸς αὐτὸν καὶ εἰπόντος· „Ὦ Φιλιππίδη, τίνος σοὶ τῶν ἐμῶν μεταδῶ;“ „μόνον,“ ἔφη, „ὦ βασιλεῦ, μὴ τῶν ἀποῤῥήτων.“* Repetunt hanc narratiunculam Stob. floril. 49, 19. Plut. Apophthegm. p. 183, e, de garrul. p. 508, b, de curios. p. 517, b. Honores illi Demetrio habiti sunt Aprili 301 et hieme superiore. Idem Stratocles in alio fragmento derisus erat. Plut. Moral. p. 570, f: *Στρατοκλεῖ τῷ ῥήτορι Φιλιππίδης ὁ κωμικὸς ἐπεγγελῶν ἐποίησεν.* *Ἀποστρεφομένης τὴν κορυφὴν φιλεῖς μόλις.*
Lycon peripateticus nascitur. Nam *Stratoni* successit 270, docuit annis 44 ac diem obiit supremum 74 annos natus. Laert. V, 68: *ἐτελεύτησε γεγονὼς ἔτος τέταρτον καὶ ἑβδομηκοστόν.* *Cf. an.* 287.	
Arcesilaus floruit. Laert. IV, 45: *καθά φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν χρονικοῖς, ἤκμαζε περὶ τὴν εἰκοστὴν καὶ ἑκατοστὴν ὀλυμπιάδα.* Secundum Hermippum 75 annos natus obiit. Laert. IV, 44: *ἐτελεύτησε δέ, ὥς φησιν Ἕρμιππος, — ἤδη γεγονὼς ἔτος πέμπτον καὶ ἑβδομηκοστόν.* Successit ei *Lacydes* Ol. 134, 4, a. C. 241, secundum Laert. IV, 61: *ἐτελεύτησε δὲ (Λακύδης) σχολαρχεῖν ἀρξάμενος τῷ τετάρτῳ ἔτει τῆς τετάρτης καὶ τριακοστῆς καὶ ἑκατοστῆς ὀλυμπιάδος, τῆς σχολῆς ἀφηγησάμενος ἓξ πρὸς τοῖς εἴκοσιν ἔτη.* Hi numeri si accurati sint, Arcesilaus mature famam adeptus fuerit: nam nunc	*Demetrius*, poeta comicus, aequalis erat *Seleuci* et *Agathoclis Lacharisque*: quos in *Ἀρεοπαγίτῃ* memoravit. Athen. IX p. 405, f: *κατὰ τὸν κωμικὸν Δημήτριον ἐν τῷ Ἀρεοπαγίτῃ·* *ἀβυρτακοποιὸς παρὰ Σέλευκον ἐγενόμην·* *παρ' Ἀγαθοκλεῖ δὲ πρῶτος εἰσήνεγκ' ἐγὼ* *τῷ Σικελιώτῃ τὴν τυραννικὴν φακῆν.* *τὸ μέγιστον οὐκ εἴρηκα· Λαχάρους τινὸς*

A.C.n.	Archontes	Res gestae
		μενον τυραννεῖν, ἤλπισε ῥᾳδίως ἐπιφανεὶς λήψεσθαι τὴν πόλιν. Athenienses fame pressi se dediderunt: *Λαχάρης ὁ τύραννος ἀπέδρα προέμενος τὴν πόλιν. οἱ δ' Ἀθηναῖοι — εὐθὺς ἀνεῴγνυσαν τὰς ἐγγὺς πύλας.* Lacharem incitaverat *Cassander:* Pausan. I, 25, 5: *Κάσσανδρος — Λαχάρη προεστηκότα ἐς ἐκεῖνο τοῦ δήμου, τοῦτον τὸν ἄνδρα οἰκειωσάμενος τυραννεῖν ἔπεισε βουλεῦσαι. — Δημητρίῳ δὲ τῷ Ἀντιγόνου διάφορα μὲν ἦν ἐς τὸν δῆμον ἤδη τῶν Ἀθηναίων, καθεῖλε δ' ὅμως καὶ τὴν Λαχάρους τυραννίδα. ἁλισκομένου δὲ τοῦ τείχους ἐκδιδράσκει Λαχάρης ἐς Βοιωτούς.* In Boeotia interemptus est. Pausan. ib.: *Λαχάρη μὲν οὖν — κτείνουσιν ἄνδρες Κορωναῖοι.* Lacharem memoravit Plutarch. Mor. p. 379, d. 558, c. 1090, e.
298	Ol. 120, 3. *Mnesidemus.* Dionys. Din. p. 651.	
297	Ol. 120, 4. *Antiphates.* Dionys. Din. p. 651.	
296	Ol. 121, 1. *Nicias.* Dionys. Din. p. 651.	*Cassander* moritur, undeviginti annis post quam Olympias interempta erat. Ol. 120, 4. Porphyr. apud Scaliger. p. 63. *V. Append. c.* 4 et *cf. an.* 287.
295	Ol. 121, 2. *Nicostratus.* Dionys. Din. p. 651.	
294	Ol. 121, 3. *Olympiodorus.* Dionys. Din. p. 651.	*Demetrius Cassandri* filiis remotis septem annos in Macedonia regnat secundum Plutarch. Demetr. 36. 44. Unde eum hoc anno regnum occupasse apparet. *Cf. an.* 287.
293	Ol. 121, 4. * V. Prooem. p. XIV.	
292	Ol. 122, 1. *Philippus.* Dionys. Din. p. 634. 651. septuagesimus a *Nicophemo* [361], septimus decimus ab *Anaxicrate* [307].—	

PHILOSOPHI etc.	POETAE.
tantum 17 annos natus fuisse videatur. Eum usque ad Ol. 134 floruisse probabile fit iis quae de eius vita tradita sunt. *V. Append. c.* 21. *Zeno.* *Ζήνων Μνασέου Κιττιεὺς — ἤκμαζεν ἐπὶ Ἀντιγόνου τοῦ Γονατᾶ, ἐπὶ τῆς κ' καὶ ρ' ὀλυμπιάδος.* Suidas v. *Ζήνων.* Quamquam verum est eum Ol. 120 floruisse, tamen, quum Antigonus Ol. 124 regnum occupaverit, probabile est numerum fuisse *ἐπὶ τῆς ρκε' ὀλ.*, quemadmodum apud eundem Suid. v. *Σωκράτης Σωφρονίσκου.* Zeno Athenas venit *Cratetis* cynici aetate, ibique viginti secundum Laert., aut quod magis probabile est, duodecim vel duodeviginti annis *(v. Append. c.* 21*) Cratetem, Stilponem* et *Xenocratem* vel *Polemonem* audivit. Docuit Athenis annos 58. Suid. v. *Ζήνων. μαθητὴς ἦν Κράτητος τοῦ κυνικοῦ, εἶτα Πολέμωνος τοῦ Ἀθηναίου.* Laert. VII, 2: *διήκουσε Κράτητος, εἶτα καὶ Στίλπωνος ἀκοῦσαί φασιν αὐτὸν καὶ Ξενοκράτους ἔτη δέκα. — ἀλλὰ καὶ Πολέμωνος.* Id. VII, 4: *καὶ τῶν προειρημένων ἤκουσεν ἕως ἐτῶν εἴκοσιν. Cf. an.* 279.	*ὅτ' ἦν ὁ λιμὸς ἐστιῶντος τοὺς φίλους ἀνάληψιν ἐποίησ' εἰσενέγκας κάππαριν.* Itaque Demetrius *novae comoediae* scriptor erat atque male veteris dicitur a Laert. V, 85, nisi duos huius nominis comicos poetas fuisse statuendum est. Ex Lacharis mentione ac famis quae erat quo tempore Athenae obsidebantur (cf. Plutarch. Demetr. 33 s.), hanc fabulam post 299 factam esse collegeris.
(Diyllus hoc fere tempore historiam suam terminavit. Diod. l. XXI ecl. 5 t. IX p. 268 Bip.: *Δίαλλος,* (l. *Δίυλλος*) *Ἀθηναῖος, συγγραφεύς, τὰς κοινὰς πράξεις συντάξας ἔγραψε βίβλους εἴκοσιν ἓξ.* Cf. Wess. ad Diod. XVI, 14. Eius narrationem continuavit *Psaon.* Diod. ibid.: *Ψαὼν δὲ ὁ Πλαταιεὺς τὰς ἀπὸ τούτου διαδεξάμενος πράξεις ἔγραψε βίβλους τριάκοντα.*)	
Demetrius Phalereus Cassandro mortuo in Aegyptum abit. Strabo IX p. 398: *μετὰ τὴν Κασσάνδρου τελευτὴν ἠναγκάσθη φυγεῖν εἰς Αἴγυπτον.* Laert. V, 78: *φησὶ δ' αὐτὸν Ἕρμιππος μετὰ τὸν Κασσάνδρου θάνατον φοβηθέντα Ἀντίγονον.* [De hoc Hermippi aut Laertii errore v. Wess. ad Diod. XX, 45 (et Valckenar. Aristob. Iud. p. 52. *Kr.*)] *παρὰ Πτολεμαῖον ἐλθεῖν τὸν Σωτῆρα.*	
Dinarchus de exsilio redit. Dionys. p. 651: *Φίλιππος. ἐπὶ τούτου κάθοδος ἐδόθη τοῖς τε ἄλλοις φυγάσι καὶ Δεινάρχῳ ὑπὸ βασιλέως Δημητρίου.* postquam quindecim annos exsul fuerat. Dionys. p. 634: *πεντεκαιδεκαετῆ χρόνον.* Vit. X or. p. 850, d: *διατρίψας ἐπὶ τῆς φυγῆς ὡς πεντεκαίδεκα ἔτη καὶ πολλὴν οὐσίαν κτησάμενος κατῆλθε, πραξάντων αὐτῷ τὴν κά-*	

A.C.n.	Archontes	Res gestae
	trecesimo secundo Ptolemaei Soteris anno. *Cf. an.* 291, 4. V. Prooem. XV. *n.*	
291	Ol. 122, 2.	
290	Ol. 122, 3.	*Demetrius* Pythia Athenis celebrat. Plutarch. Demetr. 40: *τῶν δὲ Πυθίων καθηκόντων πρᾶγμα καινότατον ἐπέτρεψεν αὐτῷ ποιεῖν ὁ Δημήτριος. ἐπεὶ γὰρ Αἰτωλοὶ τὰ περὶ Δελφοὺς στενὰ κατεῖχον, ἐν Ἀθήναις αὐτὸς ἦγε τὸν ἀγῶνα καὶ τὴν πανήγυριν.* Haec erant Pythia Ol. 122, 3, auctumno 290 celebrata.
289	Ol. 122, 4.	*Agathocles* mortem obit, Ol. 122, 4. Diod. XX ecl. 12 p. 278 Bip.: *δυναστεύσας μὲν ἔτη δύο τῶν τριάκοντα λείποντα, βιώσας δὲ δύο πρὸς τοῖς ἑβδομήκοντα ἔτη, καθὼς Τίμαιος ὁ Συρακούσιος συγγράφει καὶ Καλλίας.* Sed Lucian. Macrob. 10, qui et ipse Timaeum auctorem laudat, 95 annos habet: *ἐτῶν ἐνενήκοντα πέντε τελευτᾷ, καθάπερ Δημοχάρης καὶ Τίμαιος ἱστοροῦσιν.* Sed hic corrupto exemplari videtur usus esse. Cf. Wess. ad Diod. t. IX p. 502.
288	Ol. 123, 1.	

PHILOSOPHI etc.	POETAE.
Θοδον τῶν περὶ Θεόφραστον, ἅμα τοῖς ἄλλοις φυγάσιν. A tertio Anaxicratis anno ad Septembrem 292 quindecim anni sunt. Unde collegeris Philippum Septembri 292 archontem fuisse ac proinde magistratum iniisse Hecatombaeone Ol. 122, 1.	
	Menander diem supremum obit, aet. 52. Inscriptio apud Corsin. F. A. t. IV p. 76: *Μένανδρος Διοπείθους Κηφισιεὺς ἐγεννήθη ἐπὶ ἄρχοντος Σωσιγένους· ἐτελεύτησεν ἐτῶν ν' καὶ β' ἐπὶ ἄρχοντος Φιλίππου κατα τὸ β' καὶ λ' ἔτος τῆς Πτολεμαίου τοῦ Σωτῆρος βασιλείας.* Euseb. Ol. 122, 1: *Menander comicus moritur.* Prolegg. Aristoph. p. XXXI: *τελευτᾷ ἐν Ἀθήναις ἐτῶν ὑπάρχων νβ'.* Apollodor. ap. Gell. XVII, 4: *Κηφισιεὺς ὢν ἐκ Διοπείθεος πατρὸς* *πρὸς τοῖσιν ἑκατὸν πέντε γράψας δράματα* *ἐξέλιπε, πεντήκοντα καὶ δυοῖν ἐτῶν.* Mortuus est *annis circiter quinquaginta duobus* ante a. 514 U. c. Varr. [240]. Gell. XVII, 21, 42. quod et ipsum cum Ol. 122, 1 a. C. $29\frac{2}{3}$ et Soteris anno 32do convenit. *Philippus*, qui $29\frac{2}{3}$ archon fuit [cf. 292, 1], a *Cephisodoro*, cuius ab an. [$32\frac{2}{3}$] Soteris regnum computatur [*cf. an.* 306], utroque numerato trecesimus secundus est. Itaque quem inscriptio memorat non diversus est ab eo quem Dionys. Din. p. 651 nominat. De Menandri aetate *cf. an.* 342.
	Posidippus fabulas docere incipit. Suidas: *Ποσείδιππος Κασσανδρεύς, υἱὸς Κυνίσκου* [cf. Steph. Byz. v. *Κασάνδρεια*] *τρίτῳ ἔτει μετὰ το τελευτῆσαι τὸν Μένανδρον διδάξας, κωμικός. ἔστι δὲ τὰ δράματα αὐτοῦ ἕως τῶν λ'.* Cf. Eudoc. p. 359. Tertius a *Philippo*, cuius anno Menander mortuus est, archon fuit Ol. 122, 3^{tii} utroque numerato.

A.C.n.	Archontes	Res gestae
287	Ol. 123, 2.	*Demetrius* a *Pyrrho* e Macedonia eiectus, ἑπταετίαν βεβαίως ἀρχθείσης. Plutarch. Demetr. 44. Dexippus apud Syncell. p. 265, d *sex* annos ei tribuit: οὗτος — Μακεδόνων στ' ἐβασίλευσεν ἔτη μόνα μετὰ τὸ ἀνελεῖν Ἀλέξανδρον τὸν Κασάνδρου· καὶ ἐκβάλλεται τῆς ἀρχῆς ὑπὸ Πύῤῥου βασιλέως τῆς Ἠπείρου. De sex annis consentit Porphyr. apud Scaliger. p. 63 ac tres annos et sex menses Cassandri filiis tribuit: ἔτη τρία καὶ μῆνας στ' ἐβασίλευσαν μετὰ τὸν πατέρα. — τῶν οὖν παίδων Κασάνδρου τῆς ἀρχῆς ἔτη λογίζονται ἀπὸ τοῦ τετάρτου ἔτους τῆς ἑκατοστῆς..... [ἄχρι] τοῦ τρίτου ἑκατοστῆς εἰκοστῆς πρώτης ὀλυμπιάδος. Lacuna verbo εἰκοστῆς, quod haud dubie addendum est, expleta Porphyrius Cassandrum Ol. 120, 4 mortuum esse statuit, quod aliis rationibus confirmatur. Quumque a Cassandri morte ad Demetrium a Pyrrho exactum novem annos et sex menses computet, hanc patet factam esse eo anno qui Pyrrhi et Lysimachi Seleucique temporibus constitutus est. *V. Append. c. 4 de Macedoniae regibus.*
286	Ol. 123, 3. [*Ergocles?* Boeckh. Inscr. I p. 150. *Kr.*]	*Pyrrhus* postquam septem menses Macedoniam obtinuerat a *Lysimacho* eiectus. Plutarch. Pyrrh. 13. — Dexippus apud Syncell. p. 266, a: Πύῤῥος ἐκράτησε τῆς Μακεδόνων ἀρχῆς μῆνας ζ'. Λυσίμαχος δὲ — ἐβασίλευσε Μακεδόνων ἔτη πέντε καὶ μῆνας ἕξ. Quod imperium Lysimachi morte terminatum est, Iulio 281.
285	Ol. 123, 4.	*Ptolemaeus Philadelphus* in regni societatem a patre assumptus. Lucian. Macrob. 12: Πτολεμαῖος ὁ Λάγου — ζῶν παρέδωκε τὴν ἀρχὴν πρὸ δυοῖν ἐτοῖν τῆς τελευτῆς τῷ υἱῷ. Porphyr.: ὁ Φιλάδελφος ζῶντος ἔτι τοῦ πατρὸς δύο πληροῖ τῆς βασιλείας ἔτη. Pompam quam Philadelphus regni auspicandi causa duxit persequitur Callixenus apud Athen. V p. 196, a — 203, b. Consentit cum hoc tempore Canon Astron., notato a. 464 A. N. Philadelphi regnum a Nov. 2 a. 285 a. C. n. incipiens. [Cf. Ideler. Chron. I p. 357. *Kr.*]
284	Ol. 124, 1.	
283	Ol. 124, 2.	*Demetrius* moritur aet. 54, tertio anno post quam captus erat. Plutarch. Demetr. 52: ἔτος τρίτον ἐν τῷ Χερρονήσῳ καθειργμενος — ἀπέθανεν ἔτη τέσσαρα καὶ πεντήκοντα βεβιωκώς. Rem huic anno assignat filii, Antigoni Gonatae, regnum. Locus quo captivus asservatus fuerat etiam *Apamea* et *Pella* vocitabatur. Cf. Steph. Byz. Ἀπάμεια. Wess. ad Diod. t. IX p. 504. *Ptolemaeus Soter* mortem obit, aet. 84. Lucian. Macrob. 12. quadraginta annis post quam Alexander decesserat. Porphyr. *Cf. an.* 306. Ol. 124. Polyb. II, 41.

PHILOSOPHI etc.	POETAE.
Strato Theophrasto succedit. Laert. V, 58: *σχολαρχεῖν δέ, καθά φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν χρονικοῖς ἤρξατο τῇ ρκγ' ὀλυμπιάδι, τῆς σχολῆς ἀφηγησάμενος ἔτη ὀκτωκαίδεκα.* Itaque Theophrast. qui Aristoteli mortuo [322] successerat, Laert. V, 36, circiter quinque et quadraginta annos scholae praefuerat. *Stratoni* successit *Lyco* 270. Laert. V, 65. 68: *διεδέξατο Λύκων Ἀστυάνακτος Τρωαδεύς — ἀφηγήσατο δὲ τῆς σχολῆς ἔτη τέτταρα πρὸς τοῖς τετταράκοντα κατὰ τὴν ρκζ' ὀλυμπιάδα.* [270—226.]	
Crates philosophus, — *Κράτης Ἀντιγένους Θριάσιος τὸν δῆμον, Polemonis* amicus, *Arcesilai* magister [Laert. IV, 21—23] floruit quo tempore Demetrius cum adversa fortuna conflictatus est. Plutarch. Demetr. 46: *Ἀθηναῖοι δ' ἀπέστησαν αὐτοῦ,* [Demetrium dicit] *— τόν τε Πύρρον ἐκ Μακεδονίας μετεπέμποντο. — ὁ δ' ὀργῇ μὲν ἐπῆλθεν αὐτοῖς καὶ πολιορκίαν περὶ τὸ ἄστυ συνεστήσατο καρτερὰν· Κράτητος δὲ τοῦ φιλοσόφου πεμφθέντος ὑπὸ τοῦ δήμου πρὸς αὐτόν, ἀνδρὸς ἐνδόξου καὶ δυνατοῦ, τὰ μὲν οἷς ὑπὲρ τῶν Ἀθηναίων ἐδεῖτο πεισθείς, τὰ δ' ἐξ ὧν ἐδίδαξε περὶ τῶν ἐκείνῳ συμφερόντων νοήσας ἔλυσε τὴν πολιορκίαν· καὶ συναγαγὼν ὅσαι νῆες ἦσαν αὐτῷ — ἐπὶ τὴν Ἀσίαν ἔπλει.* Cum Polemone et Crantore Cratetem memorat Cic. Acad. I, 9. *Cf. an.* 315.	
Demetrius Phalereus Alexandriae maximae auctoritatis est usque ad Soteris mortem. Plutarch. de exsil. p. 602, f: *Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς — ἐν Ἀλεξανδρείᾳ μετὰ τὴν φυγὴν πρῶτος ὧν τῶν Πτολεμαίου φίλων οὐ μόνον αὐτὸς ἐν ἀφθόνοις διῆγεν, ἀλλὰ καὶ τοῖς Ἀθηναίοις δωρεὰς ἔπεμπεν.* Ad hoc eius vitae tempus pertinent narratiuncula apud Plut. Apophthegm. p. 189, d, repetita a Stob. Flor. 48, 27, et quae Cic. Fin. V, 19 et Aelian. V. H. III, 17 tradunt. Ptolemaeo mortuo quum Philadelphi odium incurrisset custodia asservatus periit. V. Laert. V, 78, qui quae de mortis genere tradit confirmat Cic. pro Rabir. Postum. 9 [qui tamen voluntariam fuisse mortem significat. Cf. Suidas in *Δημήτριος Φανοστράτου*. De Demetrii Phal. vita et rebus scripsit H. Dohrn. Kiliae 1825. *Kr.*]	*Sopater Paphius* comoedias docere pergit. Athen. II, 71, a. b: *γεγονὼς τοῖς χρόνοις κατ' Ἀλέξανδρον τὸν Φιλίππου, ἐπιβιοὺς δὲ καὶ ἕως τοῦ δευτέρου τῆς Αἰγύπτου βασιλέως, ὡς αὐτὸς ἐμφανίζει.* Itaque Sopater, qui ab Athenaeo etiam *ὁ παρῳδός, ὁ Πάφιος, ὁ φάκιος, ὁ φλυακογράφος* dicitur, amplius quadraginta annos floruit.

A.C.n.	Archontes	Res gestae
282	Ol. 124, 3.	
281	Ol. 124, 4.	*Lysimachus* a *Seleuco* caesus et occisus, Ol. 124. Polyb. II, 41. circiter septem mensibus ante Seleuci mortem. Iustin. XVII, 2. [Iulio 281.] *V. Append. c.* 4.
280	Ol. 125, 1. *Gorgias.* Plut. Mor. p. 847, d. *Gorgias* decimo anno ante quam *Pytharatus* archon fuit. Plut. ibid. Hic autem fuit Ol. 127, 2. [$27\frac{1}{5}$.] Laert. X, 15.	*Seleucus* a *Ptolemaeo Cerauno* interfectus, regni anno 32°. Dexipp. Ol. 124. Polyb. II, 41. [Ianuario 280]. *Pyrrhus* in Italiam traiicit, vere 280. ubi *Laevinum* consulem nactus est. Plutarch. Pyrrh. 16. Liv. ep. XIII. anno ante quam Galli Graeciam invaserunt, duobus ante quam cladem ad Delphos acceperunt. Polyb. I, 6, 5: *Ταραντίνων — ἐπισπασαμένων Πύῤῥον τῷ πρότερον ἔτει τῆς τῶν Γαλατῶν ἐφόδου.* Id. II, 20, 6: *ταῦτα* [pugna Romanorum cum Gallis et Etruscis] *συνέβαινε γίγνεσθαι τῷ τρίτῳ πρότερον ἔτει τῆς Πύῤῥου διαβάσεως εἰς τὴν Ἰταλίαν, πέμπτῳ δὲ τῆς Γαλατῶν περὶ Δελφοὺς διαφθορᾶς.* *Achaeorum foederis* primordia, Ol. 124, fere eodem tempore quo Pyrrhus in Italiam transiit. Polyb. II, 41, 1: *Ὀλυμπιὰς ἦν εἰκοστὴ καὶ τετάρτη πρὸς ταῖς ἑκατὸν ὅτε Πατρεῖς ἤρξαντο συμφρονεῖν καὶ Δυμαῖοι.* Id. II, 41, 11: *περὶ τὴν εἰκοστὴν καὶ τετάρτην Ὀλυμπιάδα πρὸς ταῖς ἑκατὸν — κατὰ τὴν Πύῤῥου διάβασιν εἰς Ἰταλίαν.* Hae temporis notae Achaeorum foedus exortum docent Ol. 124, 4. a. C. $28\frac{3}{5}$. Posterius Polyb. II, 43 inter foedus constitutum et Catuli victoriam ad Aegates insulas — *τῆς Καρχηδονίων ἥττης* — 242 reportatam annos 38 interfuisse dicit, quod cum priore ratione convenit. Nam 242 + 38 = 280. *Ceraunus* a Gallis occisus, *novem mensibus* post Seleuci mortem. Euseb. *septemdecim* [vel potius *sedecim*] mensibus post Lysimachi mortem. Dexipp. [circiter Octobri 280.] De his rebus *v. Append. c.* 4.
279	Ol. 125, 2. *Anaxicrates.* Pausan. X, 23, 9.	Galli Graeciam invadunt, *Ἀναξικράτους Ἀθήνησιν ἄρχοντος, δευτέρῳ δὲ ἔτει τῆς πέμπτης ὀλυμπιάδος ἐπὶ εἰκοσι καὶ ἑκατόν.* Pausan. X, 23, 9. Priusquam in Graeciam pervenerunt Ptolemaeus Ceraunus in Macedonia ab iis caesus erat. *V. Append. c.* 4. Secundus annus belli a *Pyrrho* in Italia gesti, P. Sulpicio, P. Decio Mure coss.

PHILOSOPHI etc.	POETAE.
Demosthenes auctore sororis filio statua honoratus. Vita X or. p. 847, d: Ἀθηναῖοι σίτησίν τε ἐν τῷ Πρυτανείῳ τοῖς συγγενέσι τοῦ Δημοσθένους ἔδοσαν καὶ αὐτῷ τετελευτηκότι τὴν εἰκόνα ἀνέθεσαν ἐν ἀγορᾷ, ἐπὶ Γοργίου ἄρχοντος, αἰτησαμένου αὐτῷ τὰς δωρεὰς τοῦ ἀδελφιδοῦ Δημοχάρους. ᾧ καὶ αὐτῷ πάλιν ὁ υἱὸς Λάχης Δημοχάρης Λευκονεὺς ᾐτήσατο δωρεὰς ἐπὶ Πυθαράτου ἄρχοντος δεκάτῳ ἔτει ὕστερον. Utrumque psephisma conservatum legitur ad calcem vit. X or. Ex altero discimus Democharem mortuum esse inter 280 et 270. *Cf. an.* 302. Magno natu tunc fuit. Nam mater eius duobus annis iunior erat quam Demosthenes (cf. Demosth. p. 814: ἐμὲ ἕπτ' ἐτῶν ὄντα καὶ τὴν ἀδελφὴν πέντε) ac proinde 380 nata erat centum annis ante Gorgiam. Rempublicam iam 42 annis ante hoc tempus capessiverat, Antipatri aetate. Polyb. XII, 13: Ἀντιπάτρου καθ' οὗ πεπαρρησίασται πολλὰ καὶ δυνάμενα λυπεῖν οὐ μόνον αὐτὸν Ἀντίπατρον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐκείνου διαδόχους καὶ φίλους. *Cf. an.* 322. Summis muneribus functus erat. Polyb. ibid.: μὴ μόνον στρατηγίαις αὐτὸν ἠξιῶσθαι παρ' Ἀθηναίοις, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων τιμῶν. Adversatus fuerat Demetrii Phalerei partibus; Polyb. ibid.; improbavitque honores Demetrio Poliorcetae tributos. *Cf. an.* 302. Quamdiu exsul fuerit proditum non legitur. *V. Append.* c. 21. Gratiosum fuisse apud Antigonum Gonatam perspicitur e Laert. VII, 14.	
Chrysippus nascitur. Nam mortuus est Ol. 143. [207.] aet. 73. Laert. VII, 184: ἀπελθεῖν ἐξ ἀνθρώπων τρία καὶ ἑβδομήκοντα βιώσαντα ἔτη κατὰ τὴν ρμγ' ὀλυμπιάδα, καθά φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν χρονικοῖς. Suidas: Χρύσιππος. μαθητὴς Κλεάνθους καθηγησάμενος τῆς Στωικῆς σχολῆς μετὰ Κλεάνθην καὶ τελευτήσας ο' καὶ γ' ἐτῶν. Mortuus est circiter quinque et sexaginta annis post quam Zeno. Successionem notant Strabo XIII p. 610 (quem Steph. Byz. in Ἄσσος sequitur): ἐντεῦθεν [ex Asso] ἦν Κλεάνθης ὁ στωικὸς φιλόσοφος, ὁ διαδεξάμενος τὴν Ζήνωνος τοῦ Κιτιέως σχολήν, καταλιπὼν δὲ Χρυσίππῳ τῷ Σολεῖ. et Plutarch. Mor. p. 605, b: Ζήνων Κιττιεύς, Κλεάνθης Ἄσσιος, Χρύσιππος Σολεύς. et Clemens Alex. Strom. I. p. 301, c.	
Zeno Cittieus floruit: γεγονὼς ἐπὶ τῆς ρκε' ὀλυμπιάδος. Suidas Σωκράτης Σωφρονίσκου. sub Antigoni Gonatae regno. Suidas Ζήνων. quocum haec temporis nota convenit. *Cf. an.* 299. Magna Antigoni gratia floruit. Laert. VII, 6. Aelian. V. H. IX, 26. Athen. XIII p. 603, e. Zeno ante quam Antigonus decessit. Cf. Laert. VII, 15. et secundum Eusebium Ol. 129, 1 [$26\frac{4}{3}$] annos 98 natus. Laert. VII, 28. Lucian. Macrob. 19. — vel 90 annorum. Suidas Ζήνων.	

A. C. n.	Archontes	Res gestae
278	Ol. 125, 3. *Democles.* Pausan. X, 23, 9.	Galli Anaxicrate archonte in Graecia repulsi Democle archonte in Asiam transeunt. Pausan. X, 23, 9: *τῷ δὲ ἕτει τῷ ἐφεξῆς Δημοκλέους ἄρχοντος, — ἐς τὴν Ἀσίαν διαβαίνουσιν.* In Asiam eos arcessiverat Nicomedes Bithyniae rex. Liv. XXXVIII, 16: *Auxilia Nicomedi dant, adversus Zyboetam gerenti bellum.*

PHILOSOPHI etc.	POETAE.
Octogesimum aetatis suae annum memorat Zeno in epistola ad Antigonum data apud Laert. VII, 8. 9.	
Quattuor philosophorum scholis hoc tempore praefuerunt *Arcesilaus*, *Strato*, *Zeno* et *Epicurus*. Strato mortem obiit 270. *Cf. an.* 287. Zeno circiter 263 aut 259. *V. Append. c.* 21. Epicurus 270. *Cf. an.* 306. Arcesilaus Ol. 134, 4, a. C. 241, decessisse ponitur. *Cf. an.* 299. *Polemo* etiamnunc superstes est; *cf. an.* 315; atque, ut probabile est, *Cratet* quoque. *Cf. an.* 287. Iis vivis *mediam Academiam* condidisse videtur Arcesilaus, fortasse *Crantore* mortuo, qui mature obiit ante Polemonem et Cratetem. Laert. IV, 25: ἤνδανε Μούσαις Κράντωρ καὶ γήρως ἦλυθεν οὔ τι πρόσω. Ibid. 27: κατέστρεψε πρὸ Πολέμωνος καὶ Κράντορος. De Arcesilao *v. Append. c.* 21.	

Ol. a. C. n.	1. Archontes.	2. Res gestae.	3. Philosophi etc.	4. Poetae.
55. 560	Comias	Pisistratus	Thales fl.	Ibycus fl.
559	Hegestratus . .	Cyrus Persidis rex . . .	. . . . .	Anacreon fl.
*				
56. 556	Euthydemus .	. . . . .	Chilo fl.	Simonides nascitur
*				
553	. . . . .	. . . . .	. . . . .	Stesichorus obit
57. 552				
*				
549	. . . . .	Phalaridis mors		
58. 548	Erxiclides . . .	Templum Delphic. deflagr.	Anaximenes fl.	
547	. . . . .	. . . . .	Anaximander aet. 64.	
546	. . . . .	Sardes a Cyro captae . . .	Thales	Hipponax fl.
*				
59. 544	. . . . .	. . . . .	Pherecydes fl.	Theognis, Phocylides fl.
*				
60. 540				
539	. . . . .	. . . . .	Pythagoras fl.	Hipponax, Ibycus fl.
538	. . . . .	Cyrus Babylonis rex . . .	Xenophanes fl.	
*				
61. 536				
535	. . . . .	. . . . .	. . . . .	Thespis fl.
*				
533	Thericles . . .	. . . . .	Pythagoras fl.	Anacreon fl.
62. 532	. . . . .	Polycrates Samius		
531	. . . . .	. . . . .	Pythagoras fl.	
*				
529	. . . . .	Cyrus obit		
63. 528				
527	. . . . .	Pisistratus obit	Xenophanes	
*				
525	. . . . .	Aegyptus expugnata . . .	Pythagoras fl.	Aeschylus nascitur
64. 524	Miltiades			
523	. . . . .	. . . . .	. . . . .	Choerilus fl.
522	. . . . .	Polycrates obit		
521	. . . . .	Cambyses obit		
65. 520	. . . . .	. . . . .	Hecataeus, Dionysius fl. . . .	Melanippides fl.
519	. . . . .	Plataeae Athenis coniunctae	. . . . .	Cratinus nascitur
518	. . . . .	. . . . .	. . . . .	Pindarus nascitur
*				
66. 516				
515	. . . . .	Miltiades in Chersonneso		
514	. . . . .	Hipparchus interemptus		
513	. . . . .	Primus Hippiae annus		
67. 512	. . . . .	Secundus Hippiae annus		
511	. . . . .	Tertius Hippiae annus . .	. . . . .	Phrynichus tragicus fl.
510	. . . . .	Pisistratidae exacti . . .	Pythagoras fl.	Telesilla fl.
*				
68. 508	Isagoras . . .	. . . . .	. . . . .	χορὸς ἀνδρῶν
*				
69. 504	Acestorides . .	. . . . .	Charon fl.	
503	. . . . .	. . . . .	Heraclitus, Parmenides fl. . . .	Lasus fl.
*				
501	. . . . .	Naxium bellum	Hecataeus fl.	
70. 500	Myrus	Aristagoras Athenis . . .	Anaxagoras nascitur	Epicharmus fl.
499	. . . . .	Ionicum bellum	. . . . .	Aeschyl. Pratin. Choeril. fl.
498	. . . . .	Secundus belli annus . . .	. . . . .	Pindari *Pyth. X.*
497	. . . . .	Aristagoras caesus	(Pythagoras obit)	
71. 496	Hipparchus . .	Quartus belli annus . . .	Hellanicus nascitur	
495	Philippus . . .	Quintus belli annus . . .	. . . . .	Sophocles nascitur
494	Pythocritus . .	Miletus expugnata		
493	Themistocles .	Miltiades Athenas redit . .		
72. 492	Diognetus . . .	Mardonius		
491	Hybrilides . .	Gelo Gelam occupat		
490	Phaenippus . .	Marathon	. . . . .	Pindari *Pyth. VI.*
489	Aristides . . .	. . . . .	. . . . .	Panyasis fl.

Ol.	a.C.n.	1. Archontes.	2. Res gestae.	3. Philosophi etc.	4. Poetae.
73.	488	Anchises . . .	. . . . .	. . . . .	Pindari *Ol. IX*
	487	. . . . .	. . . . .	. . . . .	Chionides fl.
	486	. . . . .	Aegypti defectio		
	485	Philocrates . .	Gelo Syracusis	. . . . .	Epicharmus fl.
74.	484	Leostratus . . .	Aegyptus recepta	Herodotus nascitur	Aeschylus primum vincit
	483	Nicodemus . .	Aristides expellitur	. . . . .	Choerilus, Phrynichus fl.
	*				
	481	Themistocles .	Xerxes Sardibus		
75.	480	Calliades	Thermopylae. Salamis . .	Pherecydes hist. Anaxagoras fl.	Euripides nascitur
	479	Xanthippus . .	Plataeae. Mycale	Antiphon nascitur	Choerilus Samius
	478	Timosthenes .	Hiero Geloni succedit . . .	Herodotus	Pindari *Pyth. III*
	477	Adimantus . .	Atheniensium principatus	Xenophanes	Epicharmi *Νάσοι*
76.	476	Phaedo	Anaxilaus Rheg. obit . . .	. . . . .	Phrynich. trag. fl. Pind. *Ol. XIV*
	475	Dromoclides			
	474	Acestorides . .	Hiero mari vincit	. . . . .	Pindari *Pyth. VI. XI. IX*
	473	Meno			
77.	472	Chares	Thero obit	(Pythagoras obit)	Aesch. *Persae.* Pind. *Ol. II. XII*
	471	Praxiergus . .	Themistocles eiectus . . .	Thucydides nascitur	Timocreon Rhodius
	470	Demotio	. . . . .	. . . . .	Pindari *Pyth. I*
	469	Apsephio . . .	Pericles fl.		
78.	468	Theagenides .	Mycenae eversae	Socrates nascitur	Sophocles primum vincit
	467	Lysistratus . .	Hiero obit	Andocides nascitur	Simonides obit. Panyasis fl.
	466	Lysanias	Syracusae liberatae	Diagoras Melius fl.	
	465	Lysitheus . . .	Thasii deficiunt		
79.	464	Archidemides .	Hilotes deficiunt	Charon hist. Zeno Eleus fl. . . .	Pindari *Ol. XIII*
	463	Tlepolemus . .	Thasos recepta	Xanthus Lydius fl.	
	462	Cono	Tertius annus belli Mess.	. . . . .	Pindari *Pyth. IV. V*
	461	Euippus	Cimo		
80.	460	Phrasiclides . .	Aegyptium bellum	Democritus, Hippocrates nati .	Pindari *Ol. VIII*
	459	Philocles . . .	. . . . .	Gorgias fl.	
	458	Bio	. . . . .	Lysias nascitur	Aeschyli *Ὀρεστεία*
	457	Mnesithides . .	Tanagra	. . . . .	Panyasis obit
81.	456	Callias	Oenophyta	Herodotus fl.	Aeschylus obit
	455	Sosistratus . .	Ithome se dedit	Parmenides, Zeno, Empedocles	Euripidis *Peliades*
	454	Aristo	Periclis expeditio	. . . . .	Aristarchus, Cratinus fl.
	453	Lysicrates			
82.	452	Chaerephanes .	. . . . .	. . . . .	Pindari *Ol. IV. V*
	451	Antidotus . . .	. . . . .	. . . . .	Io Chius fl.
	450	Euthydemus .	Induciae quinque annorum	Anaxagoras, Archelaus	Crates, Bacchylides fl.
	449	Pedieus	Cimo obit		
83.	448	Philiscus . . .	. . . . .	. . . . .	Cratini *Archilochi*
	447	Timarchides .	Coronea	. . . . .	Achaeus, Sophocles fl.
	446	Callimachus . .	. . . . .	. . . . .	Pindari *Pyth. VIII*
	445	Lysimachides .	Induciae triginta ann.		
84.	444	Praxiteles . . .	Pericles fl.	Melissus, Protag., Empedocles	
	443	Lysanias	Thurina colonia	Herodotus. Lysias	
	442	Diphilus			
	441	Timocles . . .	. . . . .	. . . . .	Euripides fl.
85.	440	Myrichides . .	Samium bellum	Melissus fl.	Comoedia prohibetur. Sophocles
	439	Glaucides . . .	. . . . .	. . . . .	(Pindarus obit)
	438	Theodorus			
	437	Euthymenes .	Agno Amphipolin missus	. . . . .	Comoedia restituta
86.	436	Lysimachus . .	. . . . .	Isocrates nascitur	Cratinus fl.
	435	Antilochides .	Pugna naval. Cor. et Corcyr.	Democritus, Empedocl., Prodicus	[Phrynichus comicus]
	434	Chares	. . . . .	. . . . .	Lysippus fl.
	433	Apseudes . . .	Corcyraeor. legati Athenis		
87.	432	Pythodorus . .	Concilium Spartae	Andocides, Anaxagoras, Meto .	Hermippus, Callias
	431	Euthydemus .	Prima in Atticam irruptio	Hippocrates fl.	Euripidis *Medea.* Aristomenes fl.
	430	Apollodorus .	Pestilentia Athenis	. . . . .	Hermippus fl.
	429	Epamino	Pericles obit	Plato nascitur	Eupolis, Phrynichus fl.
88.	428	Diotimus . . .	Lesbii deficiunt	Anaxagoras obit	Eurip. *Hippolytus.* (Plato comic.)
	427	Euclides	Plataeae se dedunt	Gorgias fl.	Aristoph. *Daetal.*
	426	Euthydemus .	. . . . .	. . . . .	Arist. *Babyl.* Herm. *Φορμοφόροι*
	425	Stratocles . . .	Sphacteria capta	. . . . .	Aristoph. *Acharn.*
89.	424	Isarchus	Delium	Xenophon	Aristoph. *Equit.*

Ol.	a.C.n.	1. Archontes.	2. Res gestae.	3. Philosophi etc.	4. Poetae.
	423	Aminias	Induciae annuae	Thucydides expulsus	Aristoph. *Nub.* I. (Cratinus obit)
	422	Alcaeus	Cleo et Brasidas caesi	Protagoras fl.	Aristoph. *Vesp. Nub. II*
	421	Aristio	Induciae quinquaginta ann.		Eupol. *Maric. Κόλακες*
90.	420	Astyphilus			Pherecr. *Ἀγριοι.* Eupol. *Autolyc.*
	419	Archias			Aristoph. *Pax*
	418	Antiphon	Mantinea		
	417	Euphemus			
91.	416	Arimnestus	Melus se dedit	Plato aet. 14	Agatho fl.
	415	Chabrias	In Siciliam expeditio	Andocides	Xenocles fl. Eurip. *Troades*
	414	Pisander			Aristoph. *Amphiar. Aves*
	413	Cleocritus	Clades Siciliensis		Hegemo Thasius
92.	412	Callias		Antiphon Rhamnusius	Euripid. *Andromeda*
	411	Theopompus	Quadringenti viri	Antiphon occiditur	Aristoph. *Lysistr. Thesmoph.*
	410	Glaucippus	Mindarus occidit		
	409	Diocles		Herodotus aet. 75	Sophocl. *Philoct.*
93.	408	Euctemon			Euripid. *Orest.* Arist. *Plutus I*
	407	Antigenes	Alcibiades redit		Antiphanes nascitur
	406	Callias	Arginussae	Philistus fl.	Euripides obit
	405	Alexias	Aegos flumen		Sophocles obit. Arist. *Ranae*
94.	404	Pythodorus	Triginta viri	Lysias. Andocides	
	403	Euclides		Thuc. Andoc. Lys. Aristophon	
	402	Mico		Andoc. Archinus, Cephalus	Cephisodorus comicus
	401	Xenaenetus	Cyri expeditio	Xenophon, Ctesias fl.	Sophoclis *Oedip. Colon.*
95.	400	Laches	Graecorum reditus	Andoc. *de Myster.*	
	399	Aristocrates	Thimbro et Dercyllidas	Socrates obit	Meletus tragicus
	398	Ithycles	Dercyllidas	Ctesias	Astydamas, Philox. Timoth. fl.
	397	Suniades	Dercyllidas		
96.	396	Phormio	Agesilaus in Asia	(Xenocrates nascitur)	Sophocles posterior fl.
	395	Diophantus	Agesilaus in Asia	Plato fl.	
	394	Eubulides	Cnidus. Coronea	Lysiae *pro Mantitheo*	Strattidis *Ποτάμιοι*
	393	Demostratus	Lechaeum		Xenarchus fl.
97.	392	Philocles			Aristoph. *Eccles.*
	391	Nicoteles		Andoc. *de pace*	Plato comicus fl.
	390	Demostratus	(Thrasybulus)		
	389	Antipater		Plato fl. Aeschines nascitur	
98.	388	Pyrrhio		Lys. *Olymp. pro Aristoph. bonis*	Aristoph. *Plut. II*
	387	Theodotus	Pax Antalcidae.	Callisthenes	Antiphanes fl.
	386	Mystichides			
	385	Dixitheus		Androtio fl.	
99.	384	Diotrephes		Lys. *in Theomnest.* Aristot. nasc.	
	383	Phanostratus			
	382	Evander	Olynthium bellum	Demosthenes nascitur	
	381	Demophilus	Olynthium bellum	Democritus aet. 80	
100.	380	Pytheas	Olynthium bellum	Isocratis *Panegyrica*	Philoxenus obit
	379	Nico	Cadmea recepta	Cephalus fl.	
	378	Nausinicus	Prima in Boeotiam expedit.	Lysias obit	
	377	Callias	Altera in Boeotiam expedit.		
101.	376	Charisander	Postremus ann. Cyprii belli	Demosthenes	Anaxandrides fl.
	375	Hippodamas			Eubulus, Araros fl.
	374	Socratides	Euagoras obit	Isocrates *Plataica*	
	373	Astius		Callistratus	
102.	372	Alcisthenes		Leodamas, Callistr. Aristophon	Astydamas posterior fl.
	371	Phrasiclides	Leuctra	Callistratus et Melanopus	
	370	Dyscinetus		[Democritus obit]	
	369	Lysistratus	Prima in Laconicam incurs.		
103.	368	Nausigenes		Eudoxus fl.	Aphareus fl.
	367	Polyzelus	Dionysius obit	Aristoteles aet. 17	Dionysii *Ἀύτρα Ἔκτορος*
	366	Cephisodorus		Isocr. *Archid.* Dem. *ἐδοκιμάσθη*	
	365	Chio	Arcad. et Eleorum bellum	Isocrates, Anaximenes, al. fl.	
104.	364	Timocrates	Arcad. et Eleorum bellum	Isaei *Philoctem.* Demosth. *Aphob.*	Polyzelus comicus
	363	Chariclides		Philistus fl.	
	362	Molo	Mantinea	Aeschines aet. 27. Aristophon fl.	
	361	Nicophemus	Generalis pax	Dinarchus nascitur	
105.	360	Callimedes		Theopompus hist. Isaeus	
	359	Eucharistus	Philippus regno potitur	[Xenophon obit]	

Ol. a.C.n.	1. Archontes.	2. Res gestae.	3. Philosophi etc.	4. Poetae.
	358 Cephisodotus .	. . . . .	Isaeus	
	357 Agathocles . .	Sociale bell. Phocium bell.	Democr. Hippocr. obeunt	Timotheus obit
106.	356 Elpines	Dionysius exactus	Philistus obit. Isocr. *de pace* . .	Alexis fl.
	355 Callistratus . .	Sociale bellum finitum . .	Isocr. v. Apharcus *in Megaclidem*	
	354 Diotimus . . .	Timothei causa	Demosth. *de Class.*	
	353 Eudemus . . .	Dio obit	Isocr. *de permut. Areopagit.*	
107.	352 Aristodemus .	Onomarchus occidit	Cydias or. fl.	Theodectes
	351 Thessalus . . .	. . . . .	Demosth. *pro Rhodiis*	
	350 Apollodorus .	Tamynae	Demosth. *in Boeot. pro Phormione*	Demosthenes *χορηγός*
	349 Callimachus . .	Olynthium bellum	Demosth. *Olynthiacae*	Dionysia
108.	348 Theophilus . .	Olynthium bellum	Demosth. *Midiana*	Heraclides fl.
	347 Themistocles .	Olynthus capta	Plato obit, succedit Speusippus .	Anaxandrides fl.
	346 Archias	Phocium bellum finitum .	Isocr. Philippus	
	345 Eubulus	. . . . .	Aeschin. *Timarch.*	
109.	344 Lyciscus	Timoleontis expeditio . .	Demosth. *Philipp. II*	
	343 Pythodotus . .	Timoleon Syracusis	Demosth. et Aeschin. *Fals. Leg.*	Antiphanes fl.
	342 Sosigenes . . .	Philippus in Thracia . . .	Aristot. fl. Isocrates	Menander nascitur
	341 Nicomachus . .	Philippus in Thracia . . .	Epicurus nascitur	Aphareus tragicus
110.	340 Theophrastus.	. . . . .	Isocr. *Panath.* Ephorus	Epigenes comicus
	339 Lysimachides .	Crimesus	Diyllus. Xenocrates. Anaxarch.	
	338 Chaerondas . .	Chaeronea	Isocrates obit	
	337 Phrynichus . .	Timoleon moritur	Lycurg. *in Lysiclem. in Antolyc.*	(Lycurgi lex de comoedis)
111.	336 Pythodemus .	Philippus occiditur	Dinarchus fl.	Amphis comicus
	335 Euaenetus . . .	Thebae eversae	. . . . .	Philippides fl
	334 Ctesicles	Primus annus Asiatici belli	Aristoteles Athenas venit	
	333 Nicocrates . . .	Issus	Ephorus adhuc vivit	Antiphanes obit
112.	332 Nicetes	Tyrus expugnata	Demosth. *in Phormionem*	Stephanus comicus
	331 Aristophanes .	Arbela	Lycurg. [Demosth.] *in Aristogit.*	
	330 Aristophon . .	Darius occiditur	Lyc. *Leocr.* Aeschin. Dem. *de Cor.*	Philemo comicus
	329 Cephisophon .	Sextus annus Asiatici belli .	Epicurus aet. 12	
113.	328 Euthycritus . .	Septimus annus Asiat. belli	Crates fl.	
	327 Hegemon . . .	Porı clades	. . . . .	*Ἀγήν, δρᾶμα σατυρικόν*
	326 Chremes	Nearchi iter	Demades *ὑπὲρ τῆς δωδεκαετίας*	
	325 Anticles	. . . . .	Demetrius Phalereus fl.	
114.	324 Hegesias	Alexander Babylon. intrat	Demosth. Dinarch. *de Harpal.* .	Timocles comicus
	323 Cephisodorus .	Alexander obit	Demosth. exsul. Epicurus fl.	
	322 Philocles . . .	Cranon	Demosth. Hyper. Arist. obeunt	
	321 Archippus . .	Crater. et Perdic. occidunt.	Dinarchus fl.	Menandri *Ὀργή*
115.	320 Neaechmus . .	. . . . .	. . . . .	Diphilus fl.
	319 Apollodorus .	Eumenes et Antigonus . . .	. . . . .	*Ἀνδρῶν χορός*
	318 Archippus . .	Antipater obit.	Demades obit	
	317 Demogenes . .	Agathocles Syracus. tyran.	Demetrius Phalereus fl.	
116.	316 Democlides . .	Antig. et Eumen. in Asia . .	[Psephisma contra philosophos]	Alexis fl.
	315 Praxibulus . .	Thebae restitutae	Xenocrates obit	
	314 Nicodorus . . .	. . . . .	Aeschines obit	
	313 Theophrastus			
117.	312 Polemo	Seleucidarum aera	. . . . .	Alexis
	311 Simonides . . .			
	310 Hieromnemon	Agathocles in Africa . . .	Epicurus aet. 32	
	309 Demetrius . . .			
118.	308 Charinus . . .	. . . . .	Marsyas Pellaeus fl.	
	307 Anaxicrates . .	Demetrius Athenis	Lycurgi honores	
	306 Coroebus . . .	Reges	Epicurus, Philochorus, fl.	Alexis comicus
	305 Euxenippus . .	(Thebae restitutae)	Theopompus hist.	
119.	304 Pherecles . . .	Rhodi oppugnatio		
	303 Leostratus . .	Demetrius in Graecia . . .	. . . . .	Anaxippus comicus fl.
	302 Nicocles	Demetrius in Graecia . . .	Democharcs expulsus	Archedicus comicus
	301 Calliarchus . .	Ipsus	Hieronymus Card. fl.	Philippides fl.
120.	300 Hegemachus .	. . . . .	Lyco Peripat. nascitur	
	299 Euctemo . . .	Lachares Athen. tyrannus	Arcesilaus fl. Zeno fl.	Demetrius comicus
	298 Mnesidemus .	. . . . .	Diyllus hist.	
	297 Antiphates . .			
121.	296 Nicias	Cassander obit	Demetrius Phalereus	
	295 Nicostratus . .			
	294 Olympiodorus	Demetrius in Macedonia		

Ol. a.C.n.	1. Archontes.	2. Res gestae.	3. Philosophi etc.	4. Poetae.
*				
122. 292	Philippus . . .	. . . . .	Dinarchi reditus	
291	. . . . .	. . . . .	. . . . .	Menander obit
290	. . . . .	Demetrius Athenis		
289	. . . . .	Agathocles obit	. . . . .	Posidippus fl.
123. 288				
287	. . . . .	Pyrrhus in Macedonia . .	Theophrastus ob. Crates Acad. fl.	
286	. . . . .	Lysimachus in Macedonia		
285	. . . . .	Ptolem. Philad. rex		
124. 284				
283	. . . . .	Demetr. et Ptol. Sot. obeunt	Demetrius Phalereus	Sopater comicus
*				
281	. . . . .	Lysimachus occiditur		
125. 280	Gorgias	Achaeorum foedus	Demosthenis honores	
279	Anaxicrates . .	Galli in Graecia	Zeno fl.	
278	Democles . . .	Galli in Asiam transeunt .	Strato, Zeno, Epic. Arces. Polemo	

APPENDIX.

I.

DE PYTHIIS.

Marmor Parium, Pausanias et Pindari scholiastes in belli Cyrrhaei et Pythiorum tempore notando sese confirmant. Secundum Pindari scholiastarum alterum [a]) *Εὐρύλοχος ὁ Θεσσαλὸς καταπολεμήσας Κιρραίους ἀνεκτήσατο τὸν ἀγῶνα τοῦ θεοῦ. περιεγένετο δὲ αὐτῶν ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθήνησι Σιμωνίδου.* De Eurylocho addit: *ἀγῶνα χρηματίτην μόνον ἔθετο· μετὰ δὲ χρόνον ἑξαετῆ καταγωνισαμένων τῶν λοιπῶν τοὺς ὑπολελειμμένους τῶν Κιρραίων, ἐπὶ Ἀθήνησιν ἄρχοντος Δαμασίου, ὕστερον καὶ στεφανίτην ἔθεντο τὸν ἀγῶνα.* Alius scholiastes: — *Τὸν Πυθικὸν ἀγῶνα διέθηκεν Εὐρύλοχος ὁ Θεσσαλὸς σὺν τοῖς Ἀμφικτύοσι τοὺς Κιρραίους καταπολεμήσας, — ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθήνησι Σίμωνος. καὶ νικήσας ἔθετο χρηματίτην* [sic legendum] *ἀγῶνα. — καὶ ἔτει ἕκτῳ μετὰ τὴν τῆς Κίρρας ἅλωσιν ἀνεκήρυξαν τῷ θεῷ τὸν στεφανίτην, ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθήνησι Δαμάσιδος.* Mar. Par. No. 38:..... *θοντες Κύρραν, καὶ ὁ ἀγὼν ὁ γυμνικὸς ἐτέθη χρηματίτης ἀπὸ τῶν λαφύρων, ἔτη ΗΗ(Η)ΔΔΠΙΙ ἄρχοντος Ἀθήνησι Σίμωνος.* [327 + 264 = 591.] — Idem No. 39: *ἀφ' οὗ.....ανίτης ἀγὼν πάλιν ἐτέθη, ἔτη ΗΗΗΔ(Δ)ΙΙ ἄρχοντος Ἀθήνησι Δαμασίου τοῦ δευτέρου.* [322 + 264 = 586]. Quo tempore marmor posteriori loco Pythia celebrata tradit, eidem ea assignat Pausanias [b]): *τῆς δὲ τεσσαρακοστῆς ὀλυμπιάδος καὶ ὀγδόης ἔτει τρίτῳ ἆθλα ἔθεσαν οἱ Ἀμφικτύονες, κιθαῳδίας μὲν καθὰ καὶ ἐξ ἀρχῆς· προσέθεσαν δὲ καὶ αὐλῳδίας ἀγώνισμα καὶ αὐλῶν.* Coronas idem secunda Pythiade dari coeptas tradit: *δευτέρᾳ δὲ Πυθιάδι οὐκ ἐπὶ ἄθλοις ἐκάλεσαν ἔτι ἀγωνίζεσθαι, στεφανίτην δὲ τὸν ἀγῶνα ἀπὸ τούτου κατεστήσαντο.* Ab hoc tempore, altera Pythiorum celebratione, Ol. 49, 3, postea Pythiades numeratae sunt, quarum prima censebatur qua *στεφανίτης ἀγὼν* institutus fuit. Eusebius: *Ol.* 49, 3: *Pythia primum acta.* Confirmant alia testimonia: *κατὰ τὴν ἑβδομηκοστὴν ἕκτην ὀλυμπιάδα, τῆς εἰκοστῆς ὀγδόης Πυθιάδος συγχρόνου οὔσης* [c]). Atque si Pythias 28 in Ol. 76 incidit, prima incidit in Ol. 49. *Ἑβδομηκοστὴν ἑβδόμην ὀλυμπιάδα καὶ τὴν ἑξῆς πυθιάδα εἰκοστὴν ἑνάτην* [d]). Si Pythias 29 fuit Ol. 77, sequitur ut prima fuerit Ol. 49. *Νικήσαντι τὴν τριακοστὴν πρώτην πυθιάδα· — καὶ τὴν ὀγδοηκοστὴν ὀλυμπιάδα, τὴν ὀλυμπιακὴν αὐτοῦ νίκην μετὰ τὴν πυθικὴν γενομένην* [e]). Itaque Pythias 31 ante Ol. 80 fuit. Atqui si prima fuit Ol. 49, una et trecesima in Ol. 79 incidit, quod convenit cum scholiastae verbis.

Cirrhaeum s. Crissaeum bellum [f]) decem annorum fuit: *ὁ Κρισαϊκὸς πόλεμος ὀνομαζόμενος, ὡς* 197
φησι Καλλισθένης ἐν τῷ περὶ τοῦ ἱεροῦ πολέμου, ὅτε Κιρραῖοι πρὸς Φωκεῖς ἐπολέμησαν, δεκαέτης ἦν·

---

a) Prolegg. ad Pyth. t. II p. 484 ed. Heyn. [t. II, 1 p. 298 Boeckh.]

b) X, 7, 3.

c) Schol. Pind. Pyth. III, 1.

d) Schol. Pind. Olymp. XII, 1.

e) Schol. Pind. Pyth. IV, 1.

f) Secundum Strab. IX p. 418 s., quem Mitford. sequitur, v. VIII p 8 s. duo bella fuerunt. Primo *Cirrha* a *Crissaeis* eversa, deinde Crissa et ipsa ab Amphictyonum praetore deleta est: *ἡ Κίρρα καὶ ἡ Κρῖσσα κατεσπάσθησαν· ἡ μὲν πρότερον ὑπὸ Κρισσαίων· αὐτὴ δ' ἡ Κρῖσσα ὕστερον ὑπὸ Εὐρυλόχου τοῦ Θετταλοῦ κατὰ τὸν Κρισσαῖον πόλεμον.* Id. p. 421: *μετὰ τὸν Κρισσαῖον πόλεμον οἱ Ἀμφικτύονες ἱππικὸν*

ἁρπασάντων Κιρραίων τὴν Πελάγοντος τοῦ Φωκέως θυγατέρα Μεγιστὼ καὶ τὰς Ἀργείων θυγατέρας ἐπανιούσας ἐκ τοῦ πυθικοῦ ἱεροῦ. δεκάτῳ δὲ ἔτει ἑάλω καὶ ἡ Κίρρα g). Eurylochum Amphictyonicarum copiarum praetorem adiuverunt *Clisthenes*, Sicyonis tyrannus h), qui copiis a Sicyoniis missis praefuit, et *Solo* i) atque Atheniensium exercitus *Alcmaeone* duce k). Finitum est bellum Cirrha deleta, archonte *Simonide* vel *Simone*, atque ludi celebrati sunt quinque annis exactis s. sexto inchoato, *Damasia II* archonte, Ol. 48, 3. a. C. n. 586. Pythiades a secunda ludorum celebratione, Ol. 49, 3. a. C. n. 582, computabantur.

Ab hoc tempore Pythia, sicuti Olympia, quinto [quarto] quoque anno celebrata sunt. Sed de ipsa tempestate qua celebrata sint diversae sententiae propositae sunt. Et Scaliger quidem atque Meursius *tertio* cuiusque Olympiadis anno; *secundo* Petavius, Dodwellus Petitusque l) facta esse statuerunt. Anno exeunte, Munychione, decimo anni mense, celebrata ponit secundum Petitum Dodwellus. Cui qui hoc assentitur Corsinus cum Scaligero tertio cuiusque Olympiadis anno facta esse statuit m). „*Pythicos ludos* ait *non secundis, sed tertiis solum Olympiadum annis constantissime peractos esse: idque non tertiis ipsis ineuntibus, ut Scaligero videbatur, sed exeuntibus contigisse.*“ Cum Dodwello consentit Wesselingius n); Barthelemius o) et Larcherus p) Corsinum q) sequuntur.

καὶ γυμνικὸν ἐπ᾽ Εὐρυλόχου διέταξαν στεφανίτην, καὶ Πύθια ἐκάλεσαν. Sed Cirrhae et Crissae bellum nemo alius antiquitatis scriptor memorat; et ipsis Cirrhae et Crissae nominibus saepe nullo discrimine idem locus appellatur. Steph. Byz. v. *Κρίσα.* — *τινὲς τὴν αὐτὴν* [*sic leg.*] *τῇ Κίρρᾳ φασίν.* Etymol. v. *Κρίσα.* — *ἡ αὐτὴ Κρῖσα καὶ Κίρρα.* Eustath. ad Il. *β'*. p. 273: *Κόλπος Κρισσαῖος. ὁ δὲ αὐτὸς καὶ Κιρραῖος. διὰ τὸ καὶ τὴν Κρίσσαν διπλάζουσαν κατὰ τοὺς νεωτέρους τὸ σ Κίρραν λέγεσθαι. — ὁ δὲ γεωγράφος* [Strabo IX p. 418] *λέγει ὅτι Κρίσσα τῆς Φωκίδος ἐπ᾽ αὐτῆς ἱδρυμένη τῆς θαλάσσης, κ. τ. λ. — ὥστε κατ᾽ αὐτὸν ἑτέρα ἡ Κρίσσα καὶ ἑτέρα ἡ Κίρρα.* Strabonem ab aliis dissentire significans. [Cf. C. O. Mülleri Orchomenus p. 495 s. *Kr.*] Pausan. X, 37, 4: *λέγεται δὲ ἐς τὴν Κίρραν* [*λόγος*] *καὶ ἀπὸ τῆς Κίρρας τὸ ὄνομα τὸ ἐφ᾽ ἡμῶν τεθῆναι τῷ χωρίῳ φασίν. Ὅμηρος μέντοι Κρίσσαν ἔν τε Ἰλιάδι ὁμοίως καὶ ἐν ὕμνῳ τῷ ἐς Ἀπόλλωνα ὀνόματι τῷ ἐξ ἀρχῆς καλεῖ τὴν πόλιν.* Callisthenes apud Athen. l. l. utroque nomine utitur et *Crissaeum* bellum dicit quo Cirrha sit deleta. Duo Pindari scholiastae, quos iam laudavimus, hostes Cyrrhaeos vocant; sed tertius *Crissae* nomen habet: *πολλὰ τῶν Κρισσαίων ἐργαζομένων ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας καὶ ἀποσυλούντων τοὺς ἐπὶ τὸ χρηστήριον βαδίζοντας οἱ Ἀμφικτύονες ἐλθόντες εἰς τὴν Κρίσσαν μετὰ τῶν ἄλλων συμμάχων, κ. τ. λ. Cirrhaeos* habent Aeschines, Plutarhus, marmor Parium et Polyaenus. In huius belli narratione ab Hippocratis filio Thessalo *πρεσβευτικ.* p. 937 — 942 t. II ed. Linden. perscripta haec prodita leguntur: Crissaeos antea magnas opes adeptos esse; *(ἦν γὰρ ὁ χρόνος ὅτ᾽ ἦν Κρίσαιον ἔθνος;)* eos exactionibus suis sibi Amphictyonicum bellum conscivisse; in eoque obsidionem passos esse; quumque fortiter restitissent urbem captam esse; copiis Amphictyonicis praefuisse Eurylochum. Expugnata urbe, inquit, Amphictyones *ἀγῶνα γυμνικὸν καὶ ἱππικὸν πρότερον οὐ τιθέντες νῦν τιθέασι· τήν τε τῶν Κρισαίων χώρην ἅπασαν καθιερώσαντο.* *Cyrrhae* nomen in hac narratione non legitur; legitur apud Pausaniam X, 37, 4, ubi de hoc bello et Clisthene loquutus addit: *πολεμεῖν πρὸς τοὺς Κιρραίους ἔδοξεν Ἀμφικτύοσι, καὶ Κλεισθένην τε Σικυωνίων τυραννοῦντα προεστήσαντο ἡγεμόνα εἶναι καὶ Σόλωνα ἐξ Ἀθηνῶν ἐπηγάγοντο συμβουλεύειν.* Hoc non est intelligendum de priore bello, ab eo quod Eurylocho duce gestum est diverso; (quomodo fuerunt qui intelligerent. Cf. Tzschuck ad Strab. t. III p. 499.) nam unum tantum fuit Amphictyonicum bellum et unum tantum quo Solo adiutor exstitit. Artificium bellicum quod *Soloni* Clisthenem adiuvanti Pausanias, *Eurylocho* Polyaenus VI, 13 et *Nebro* in bello Eurylocho praetore gesto Thessalus adscribit l. l. p. 941. Itaque de eodem bello sermo est nec accurate Pausanias *ducem* dicit Clisthenem, qui, ut ex Pausan. II, 9, 6 collegeris, Eurylochum tantum adiuvit vel sub eo stipendia fecit.

g) Athen. XIII p. 560 c.

h) Pausan. II, 9, 6. X, 37, 4. Polyaen. III, 5, 1.

i) Aeschin. in Ctes. p. 69. Plutarch. Sol. c. 11.

k) Plutarch. ib.

l) Petitus Leg. Att. p. 134 secundo cuiusque Olympiadis anno, mense Elaphebolione celebrata esse statuit.

m) Agon. Pyth. s. VI p. 39.

n) ad Petit. Legg. Att. p. 135.

o) Anachars. t. II p. 376 annot.

p) Chron. Herod. t. VII p. 556.

q) Varias sententias enumerat Corsin. p. 38 s.: „*Petav. Doctr. temp. I p. 33. Dodwell. Diss. V s. 2. Annal. Thuc. ad 89, 2. Petitus ad Legg. Att. aliique plurimi Pythicos ludos exeunte potius secundo anno Olympiadum peragi consuevisse contendunt. — Scaliger, qui Pausaniae Diodorique vestigiis insiterat ineuntibus solum tertiis Olympiadum annis Pythia consignavit.* Hic tamen Scaligeri sententiam videtur corruptam proponere. Ipse enim Scaliger

Atque tertio cuiusque Olympiadis anno potius quam secundo ut Pythia statuamus acta esse evi- 197
denter demonstrant testimonia haudquaquam levia: 1. Pausaniae, quem iam laudavimus[r]): *τῆς τεσσαρακοστῆς καὶ ὀγδόης Ὀλυμπιάδος ἔτει τρίτῳ.* [Ol. 48, 3.] 2. Eusebii[s]): *Ol.* 49, 3. *Pythia primum acta.* 3. Diodori[t]): *Ἀθήνησι μὲν ἦρχε Λυσκίνητος.* [Ol. 102, 3.] *Ἰάσων δὲ ὁ Φεραῖος ἐδολοφονήθη. — ἐπιόντων Πυθίων.* Xen. Hell. VI, 4, 29. 4. Demosthenis[u]): *Χαβρίαν — ὅτε ἐνίκα ἐπὶ Σωκρατίδου ἄρχοντος τὰ Πύθια τῷ τεθρίππῳ.* [Ol. 101, 3.] 5. Dionysii[x]): *ὁ περὶ στεφάνου εἰς δικαστήριον εἰσελήλυθεν ἐπ' Ἀριστοφῶντος.* [Ol. 112, 3.] — *ἡμερῶν μὲν ὀλίγων μέλλει τὰ Πύθια γίνεσθαι*[y]). 6. Quae Phocide a Philippo expugnata consequuta sunt Pythia erant Ol. 108, 3[z]). 7. Ludi qui post pugnam Coronensem facti sunt erant Ol. 96, 3[a]).

His testimoniis bene Corsinus[b]) contra Dodwellum nititur, qui alia eorum omnino non notavit, alia elevavit statuens auctores vel posterius fuisse quam ut veram rei rationem cognitam haberent, quod de Eusebio valere, vel *tertio* potius quam *secundo* anno Pythia adscripsisse iccirco quod rèvera in utrumque annum *inciderint*, quum a decimo secundi ad eundem tertii anni mensem pertinuerint[c]).

Haec quidem ratio fallax est, quoniam Pythia decimo mense celebrata esse non est exploratum. Neque enim sufficiunt argumenta ad hanc sententiam probandam a Dodwello et Corsino proposita.

Et Dodwellus quidem duo argumenta profert, nixa illa locis Thuc. IV, 117. V, 1 et Dionys. Perieg. 528.

1. Thucydides[d]): *ἅμα ἦρι τοῦ ἐπιγιγνομένου θέρους εὐθὺς ἐκεχειρίαν ἐποιήσαντο, — αἱ δὲ σπονδαὶ ἐνιαυτὸν ἔσονται — τετράδι ἐπὶ δέκα τοῦ ἑλαφηβολιῶνος μηνός.* [Martio 423. Ol. 89, 1.] Harum terminus induciarum sic descriptus est[e]): *τοῦ ἐπιγιγνομένου θέρους αἱ μὲν ἐνιαύσιοι σπονδαὶ διελέλυντο μέχρι Πυθίων.* Quae Dodwellus[f]) sic interpretatur: *praeterierunt induciae, quae annuae factae erant, Pythiis terminatae.* Unde colligit, quum induciae Elaphebolione 89, 2 finitae essent, *Pythia* Elaphebolione vel Munychione Ol. 89, 2 acta esse, ut decimo mense secundi cuiusque Olympiadis anni celebrata essent. Sed bene hoc argumentum alia verioreque interpretatione proposita refutavit Corsinus[g]): „Induciarum Elaphebolione 89, 1 [Martio 423] compositarum dies exiit Elaphebolione Ol. 89, 2. „[Martio 422.]. Tum praeteritis induciis rursus bellatum est usque ad Pythia:“ *διελέλυντο μέχρι Πυθίων.* Itaque Pythia non dicuntur continuo inducias consequuta esse, sed bellum post inducias redintegratum terminasse. Thucydides igitur Pythia decimo mense Ol. 89, 2 celebrata esse non probat.

2. Dionysii Periegetae testimonium Dodwellus hac ratione explicat: „*Dionysius*, inquit, *Pythia ἀρχομένου νέου εἴαρος agi solita testatur*[h]). — *Dionysius hirundinis adventui ludos illos tribuit*[i]). — 198
ἀρχομένου γλυκεροῦ νέον εἴαρος. sic enim loquitur Dionysius[k]).“ Haec exemplo esse possunt quantopere Dodwello diffidendum sit ubi id agit ut novam coniecturam confirmet. Dionysii versus hi sunt[l]):

---

haec tradit: *Coepit primus agon στεφανίτης anno Iphiti Olympiadico* 195, (*Ol.* 49, 3) *sexta mensis qui apud illos Βύσιος, apud Athenienses Θαργηλιὼν dicitur: — tempore veris praecipitati.*

r) X, 7, 3.
s) No. 1435.
t) XV, 57, 60.
u) Neaer. p. 1356.
x) ad Amm. p. 746.
y) Aeschin. Ctes. p. 89, 42.
z) V. tabb. an. 346, 2.
a) V. tabb. an. 394, 2.
b) Pyth. p. 39 s.
c) Dissert. V s. 2.
d) IV, 117 s.
e) Thuc. V, 1.
f) Dissert. V s. 1. Ann. Thuc. 152, 157. [p. 671 s. 674 s. Thuc. ed. Beck. T. II.]
g) Pyth. p. 44. [p. 59 s. ed. Lips.]
h) Dissert. V, 1.
i) Dissert. V, 2.
k) Annal. Thuc. p. 153. [Hunc Dodwelli errorem etiam Bredow. ad Thuc. V, 1 notavit. *Kr.*]
l) 525—529.

Αἱ δ' [Cyclades] Ἀσίης πρώτην αἶσαν λάχον, ἀμφὶς ἰοῦσαι
Δῆλον ἐκυκλώσαντο καὶ οἴνομα Κυκλάδες εἰσί·
ῥύσια δ' Ἀπόλλωνι χοροὺς ἀνάγουσιν ἅπασαι
ἀρχομένου γλυκεροῦ νέον εἴαρος, εὖτ' ἐν ὄρεσσιν
ἀνθρώπων ἀπάνευθε κύει λιγύφωνος ἀηδών.

De Delphis aut de Pythiis ne verbum quidem; prudenterque Corsinus, quamquam hos ludos veri attribuere instituit et disputationis ratione ad Dodwelli rationes examinandas deducitur, Dionysium prorsus non memorat.

Itaque Dodwellus Pythia vere acta esse non probavit. Tertio, non secundo cuiusque Olympiadis anno celebrata esse eorum quae iam proposita sunt testimoniorum auctoritate evicit Corsinus. Sed idem cum Dodwello ea veri et decimo mensi Attico assignat [m]), duobus usus argumentis.

Primum Demosthenis de corona oratio habita est Ol. 112, 3 paucis diebus ante Pythia. Atqui ex Harpocratione discimus ὅτι ἐν τῷ Ποσειδεῶνι μηνὶ ἠγωνίζοντο οἱ μέγιστοι καὶ περὶ τῶν μεγίστων ἀγῶνες. Itaque haec oratio hoc mense, qui Attici anni sextus erat, habita est: „*Ergo perspicue apparet Pythia circa Gamelionem vel Anthesterionem peragi consuevisse*“ [n]). Hoc Corsini argumentum ad stabiliendam eius sententiam nimio plus probat. Nam si causa Posideone acta est, quomodo fieri potest ut Pythia, quae *paucis post diebus* futura erant, *uno aut duobus mensibus* post Posideonem celebrata sint. Sed videtur locum memoriter laudasse, quandoquidem lexicographi verba non tantum probant quantum eis tribuit. Harpocratio [o]): *Μέτρον τι ὕδατος. ἐμετρεῖτο δὲ τῷ Ποσειδεῶνι μηνί. πρὸς δὴ τοῦτο* [τὸ ὕδωρ] *ἠγωνίζοντο οἱ μέγιστοι ἀγῶνες.* Suidas: *ἐμετρεῖτο δὲ Ποσειδεῶνι μηνί. ὡς δὴ τούτῳ ἠγωνίζοντο.* ubi Küsterus ex Harpocratione *πρὸς δὴ τοῦτο* emendat. Itaque aquam quae ad causas agendas dabatur hoc mense datam esse traditur; omnes maiores causas hoc mense actas esse non traditur: quod contra factum esse docet auctor Harpocratione locupletior, Demosthenes [p]): *ἦν μὲν σκιροφοριὼν μὴν ἐν ᾧ τὰς γραφὰς ἥττηντο ἐκεῖνοι.* Quae hic dicitur erat *γραφὴ παρανόμων* contra Euctemonem ab Androtione ac Glauceta et Melanopo peracta. Haec igitur causa similis est ei de qua oratio de corona habita est eaque Scirophorione mense acta. Timotheum *Callistratus* et *Iphicrates Maemacterione* iudicio persequuti sunt [q]): quod aliud exemplum est causae publicae quae Demosthenicam quam diximus magnitudine aequans non est acta Posideone. Iam videbimus causam cur oratio de corona hoc mense habita esse non possit.

Corsinus, verba *διελέλυντο μέχρι Πυθίων* apud Thuc. V, 1 contra Dodwellum recte ita interpretatus, ut circumacto induciarum tempore rursus usque ad ludicrum bellatum esse intelligeret, pergit arguere instaurati belli tempus a foederis exitu, Elaphebolione Ol. 89, 2, ad foederis quinquennalis pactionem pertinuisse: quod compositum est *ἐλαφηβολιῶνος μηνὸς ἕκτῃ φθίνοντος· ἄρχων Ἀλκαῖος.*
199 Thuc. V, 19. [Martio 421.] Itaque renovatum bellum usque ad Pythia gesserunt et Pythia in quinquennalis foederis pactionem, Mart. 421, inciderunt. Atque hic locus *perspicue demonstrat Pythicos ludos circa Elaphebolionis finem peractos esse* [r]). Iam ludicrum alio loco positum videas. Nam ex priore argumento *circa Gamelionem vel Anthesterionem* actum est; nunc *circa Elaphebolionis finem*. Quo tempore haud dubie commissum foret, si posterius argumentum certum esset. Itaque altero argumento tollitur alterum; quandoquidem, si Pythia Elaphebolione exeunte acta sunt, causa de corona, quae paucis diebus prior orata est, et ipsa in Elaphebolionem inciderit necesse est, ac prorsus nullum est quod ex Harpocratione elicuit subsidium.

Sed tota haec quae ex Thucydidis loco ducta est argumentatio mera coniectura nititur. Magis rei convenit haec interpretatio. Quum per hiemem a iusto bello abstinerent idque aestate terminarent, qua quidem tempestate fere sola res geri solerent, verba *τοῦ ἐπιγιγνομένου θέρους αἱ σπονδαὶ διελέλυντο μέχρι*

---

m) V. Pyth. s. VII—XII. p. 40–54.
n) Pyth. s. VIII p. 41.
o) *διαμεμετρημένον*.
p) Timocrat. p. 704.
q) V. tabb. an. 373, 2. 3.
r) Pyth. s. XII p. 45.

Πυθίων hoc significant: *aestate induciarum exitum insequuta bellum renovatum et usque ad Pythiorum tempus gestum est.* Thucydidis verba docent quod dicit nonnisi ad proximam aestatem referri. Aliam bellandi moram attulerunt Pythia tribus quattuorve mensibus posteriora. Posthac hieme de bello componendo actum ac postremo quinquennale foedus confectum est. Hanc veram rerum rationem fuisse alii loci scriptoris ostendunt. Qui quum bellum rursus usque ad Pythia gestum fuisse rettulerit, quae illa aestate acta sint persequitur, Cleonis expeditionem, pugnam ad Amphipolin, Brasidae et Cleonis obitum. Haec ea aestate quae induciarum circumactarum tempus insequuta est facta sunt. Cleon profectus est *μετὰ τὴν ἐκεχειρίαν* [s]); pugnatum est circa *finem aestatis* [t]). Deinde pergit auctor [u]): *ξυνέβη τε εὐθὺς μετὰ τὴν ἐν Ἀμφιπόλει μάχην ὥστε πολέμου μὲν μηδὲν ἔτι ἅψασθαι μηδετέρους, πρὸς δὲ τὴν εἰρήνην μᾶλλον τὴν γνώμην εἶχον.* Hic igitur belli renovati terminus fuit. Itaque quem locum Corsinus attulit, is tantum abest ut Pythia vere acta demonstret, ut contrarium probet.

Aliud argumentum, quod Corsinus [x]) a Dodwello mutuatus est, vix dignum est quod refutetur: „Oracula *veris initio* edita esse; ideoque hac tempestate ludos esse actos; *ut optime accurateque coniecit Dodwellus* [y]).

Itaque Pythia Munychione celebrata esse unde colligi possit nihil allatum est. Atque haud dubie auctumno sive Attici anni principio facta esse ostendunt quae circa Pythia Ol. 96, 3. 99, 3. 108, 3. 112, 3 gesta esse traduntur.

1. a. C. 394. Ol. 96, 3. Demonstratum est in tabulis h. a. ad Coroneam Augusto mense pugnatum esse atque Agesilaum vulnere saucium statim post pugnam Delphos translatum esse: quod quo tempore factum est *Pythia* agebantur: *εἰς Δελφοὺς ἀπεκομίσθη Πυθίων ἀγομένων* [z]). Itaque celebrata sunt Augusto aut Septembri. Corsinus [a]) quomodo tempora descripserit brevi exposuimus in tabulis a. 394, ubi positum est eum proelium ad Coroneam Ol. 96, 3 ineunti adscribere, quoniam tempestas et prope dies Cnidia pugna et solis defectione definitur, quorum tempora notavit; atque demonstratum est, si Munychione actum esset ludicrum, post pugnam in qua Agesilaus vulneratus est novem menses intercessuros fuisse, priusquam Delphos deportaretur: quod quum fieri non potuisse manifestum sit, haec ratio ludorum tempus ab eo positum convellit.

2. A. C. 382. Ol. 99, 3. Phoebidas Cadmeam occupavit *aestivo tempore*, Evandri magistratus principio. Atque hoc factum est Pythiorum tempore [b]). Unde colligas Pythia hac tempestate et ineunte Attico anno acta esse.

3. A. C. 346. Ol. 108, 3. Ex rebus in tabulis h. a. notatis apparet Phocidis oppida diruta esse circa Iulii principium, mense Scirophorione. Iam Demosthenes ita de Pythiis loquitur ut eorum

---

s) Thuc. V, 2.
t) V. tabb. 422, 2.
u) V, 14.
x) Pyth. p. 45.
y) Dissert. V, 2.
z) Dissert. V, 2.

a) Rationes suas non constare callide dissimulavit, quum quo tempore ad *Coroneam* pugnatum sit non accurate notaverit. — *Ol. 96, ⅔. Eubulides. — Navale proelium quo Conon Lacedaemonios prope Cnidum superavit huius archontis anno contigerat. Certe victoria illa paulo ante solis eclipsim Agesilao nunciata fuit. Itaque quum eclipsis 14 Augusti die contigerit, victoria illa ineunte Ol. 96, 3 parta fuit. Ol. 96, 4. Demostratus. Anno tertio huius Olympiadis propemodum exeunte, quum Agesilaus Spartanorum rex ad Coroneam victoriam reportasset, Delphos vulneribus saucius transferri voluit Πυθίων ἀγομένων. Quem quidem perspicuum alioqui disertumque Xenophontis Hell.* IV, 3 [imo Plutarchi Ages. c. 19] *locum ita explicandum esse contendit Dodwellus, non quod post victoriam illam vere Pythia agerentur, sed quod eodem anno celebrata iam fuerant, quum Pythia ipsa secundis Olympiadum annis peragi existimaret. At ostendi Pythicos ludos exeuntibus solum tertiis Olympiadum annis adscribenda esse.* Hic nisi statuas Corsinum pugna Coronensi quasi in transcursu memorata dissimulare voluisse quod rei ipsi repugnat, Agesilaum octo aut novem mensibus post proelium Delphos asportatum esse, eum insimules credidisse quod magis absurdum est, octo aut novem mensibus post solis defectionem pugnatum esse.

b) V. tabb. 382.

tempus appetiisse manifestum sit: *τῶν ἄλλων Ἀθηναίων οὕτω δεινὰ καὶ σχέτλια ἡγουμένων τοὺς ταλαιπώρους πάσχειν Φωκέας ὥστε μήτε τοὺς ἐκ τῆς βουλῆς θεωροὺς μήτε τοὺς θεσμοθέτας εἰς τὰ Πύθια πέμψαι*, — *οὗτος εἰς τἀπινίκια τῶν πραγμάτων καὶ τοῦ πολέμου ἃ Θηβαῖοι καὶ Φίλιππος ἔθνον εἱστιᾶτο ἐλθὼν καὶ σπονδῶν μετεῖχε καὶ εὐχῶν ὡς ἐπὶ ταῖς τῶν συμμάχων τῶν ὑμετέρων τείχεσι καὶ χώρᾳ καὶ ὅπλοις ἀπολωλόσιν εὔχετο ἐκεῖνος* [c]). Haec verba apta et perspicua sunt, si Pythia Augusto et Septembri, Ol. 108, 3 ineunte, acta esse sumimus; sed adversantur Corsini rationibus hos ludos novem aut decem mensibus post Phocidem occupatam celebrata esse statuentis. Eadem ratione idem Demosthenes alio loco [d]): *οὐ μᾶλλον ταῦτ' ἔμελεν αὐτῷ (Φιλίππῳ) ἢ τὰς παρόδους λαβεῖν ἠβούλετο καὶ τὴν δόξαν τοῦ πολέμου τοῦ δοκεῖν δι' αὑτοῦ κρίσιν εἰληφέναι, καὶ τὰ Πύθια θεῖναι δι' ἑαυτοῦ.* Hic quoque Pythia statim post Phocensis belli exitum consequuta esse significatur.

4. A. C. 330. Ol. 112, 3. Demosthenis de corona oratio paucis diebus ante Pythia habita est. Quam causam quod Corsinus Posideone actam statuit, id ex Harpocratione probari non posse demonstratum est; demonstratum est item, si vera esset Corsini argumentatio, Pythiorum tempestate respecta, hanc causam Elaphebolioni assignandam esse necessario. Sed ex Aeschinis oratione ipsa perspicuum est causam *sexto* aut *nono* mensi Attici anni assignandam non esse. Ex Aeschine [e]) enim discimus de Darii morte nuntium nondum Athenas allatum fuisse: *οὐχ ὁ μὲν τῶν Περσῶν βασιλεὺς — νῦν οὐ περὶ τοῦ κύριος ἑτέρων εἶναι διαγωνίζεται, ἀλλ' ἤδη περὶ τῆς τοῦ σώματος σωτηρίας.* Interfectus autem est Darius primo mense Aristophontis anni. Itaque non est credibile causam actam esse *sexto* post mense, *Posideone*; minus etiam credibile est *Elaphebolione*, *nono* post mense, oratam esse. Quasi tanta res, quum Graeci sollicitis animis quae Alexander prospere
201 in Asia gereret intuerentur, Athenis ignota esse potuerit novem mensibus post quam facta erat. Itaque *Pythia* et Ctesiphontis accusatio Aristophontis anni *principio* adscribenda sunt, Augusto aut Septembri 330, ante quam Darium mortem occubuisse Athenas perlatum esset.

Denique auctumnum, non ver, Pythiorum tempestatem fuisse etiam ex Iasonis Pheraei historia approbare licet. Qui *ἐπιόντων Πυθίων* interfectus est, quum magnos ludorum apparatus fecisset [f]). Quumque alia imperasset, tum *παρήγγειλε ὡς στρατευσομένοις ἐς τὸν περὶ τὰ Πύθια χρόνον Θετταλοῖς παρασκευάζεσθαι* [g]). Itaque ludi auctumno acti et Thessalis imperatum est ut parati essent ad capessendam militiam auctumno exituram [h]). Sed ex Corsini coniectura pronuntiata esset expeditio per hiemem facienda et Martio mense terminanda: quod usitatae bellorum gerendorum rationi repugnat.

Ex his quas demonstravimus rebus apparet Pythiorum ludicrum non vere, sed auctumno actum esse, ut videtur secundo aut tertio mense tertii cuiusque Olympiadis anni.

[Hic subiicienda esse duxi quae Boeckhius de iisdem rebus quas Clinto hic persequutus est disputavit, de Pythiadibus computandis ad Pindar. II, 2 p. 206 ss., de Pythiorum tempestate in Corp. Inscr. I p. 812 ss. *Kr.*]

---

c) De falsa leg. p. 380.
d) De pace p. 62.
e) P. 72, 25—30.
f) Xenoph. Hell. VI, 4, 29.
g) Hell. VI, 4, 30.
h) Itaque *εἰς* interpretatus est: *usque ad*, quod Graece hac praepositione exprimi potuisse non puto. Rectius Leonclavius: *Thessalis denuntiabat ut ad expeditionem se pararent quam id temporis quo Pythia celebrantur suscepturi essent.* Cf. Lexic. Xenoph. t. II p. 67 s. Videtur autem Iason modo ludorum causa exercitum comparare voluisse, ut produnt quae Xenophon subiicit: *διεσκεῖτο γάρ, ὡς ἔφασαν, καὶ τὴν πανήγυριν τῷ θεῷ καὶ τοὺς ἀγῶνας αὐτὸς διατιθέναι.* Itaque ex hoc loco in neutram partem certi quidquam videtur colligi posse. Dixeris tamen Thebanos vivo Iasone vix hieme Ol. 102, 3 in Peloponnesum expeditionem facturos fuisse, *ὅτι ἰσχυρῶς ἔδεισαν οἱ Ἕλληνες αὐτόν*; atque probabile est eum tunc, ut antea, cauturum fuisse ne Thebanorum opes etiam magis augerentur. Contra si Iasonem auctumno occisum fuisse statuas perspicitur cur Epaminondas hieme potissimum Peloponnesum invaserit, quippe Iasonis metu impeditus ne iam aestate hostes bello premeret. *Kr.*]

„Post Ios. Scaligerum (Emend. temp. I p. 52), Dodwellum (de cyclis V, 1), Corsinum (Diss. agon. II, 1—5. F. A. III p. 83 ss.) plerique omnes sibi persuaserunt primam quae numerata est Pythiadem in Ol. 49, 3 incidisse: quae sententia ut idoneis argumentis subnixa est, ita nunc monstrabo aliam usitatam fuisse Pythiadum computandarum rationem, quam inter aequales unum Guilelmum de Humboldt, virum excellentissimum, probasse intellexi, ipso monente et commonstrante. Hic computus cum altero commistus illam quae nos in Ergotele tenet difficultatem genuit: qua expedita quibus Olympiadibus Pythiades in Pindaricis Scholiis nominatae assignandae sint simul patebit. Veteribus chronologis tradentibus Pythiorum *χρηματίτης ἀγὼν* institutus est archonte Athenis Simone sive Simonide Ol. 47, 3. V. Schol. Pyth. Argum. p. 298 in. atque iterum p. 298 extr. Marmor Par. epoch. 38: *ἀφ' οὗ Ἀμφικτύονες ἐνίκησαν ἑλόντες Κίρραν καὶ ὁ ἀγὼν ὁ γυμνικὸς* (debebat esse *μουσικὸς*) *ἐτέθη χρηματίτης ἀπὸ τῶν λαφύρων ἔτη ΗΗΗΔΔΓΠ, ἄρχοντος Ἀθήνησι Σίμωνος:* ubi ab Ol. 47, 3 incipiente usque ad Ol. 129, 1, quo marmor usque decurrit, recte computantur anni 327. Sed ab illo initio veterum nemo Pythiadum deduxit numeros. Post sex fere annos, ut scholiastes putat, Damasia Athenis archonte institutus *ἀγὼν στεφανίτης*, auctoribus iisdem. Is Damasias, si scholiastes recte annorum numerum edidisset, deberet archon Ol. 49, 1 fuisse: eundem tamen Corsinus in Ol. 48, 3 rettulit, ex quo hanc Olympiadis notam ad Schol. p. 298 adscripsi. Scholiastae quidem quamvis incorrupto fidem adhibere in sex quos computat annorum spatio putidum fuerit, si ab illo annorum numero recedere argumentis cogamur: neque tamen Corsinus id effecit, ut Damasiam archontem Ol. 48, 3 statuere debeamus, quippe rationibus prorsus inanibus usus, qualis haec est, quod quoniam Periander Ol. 48, 4 mortuus sit, debeat Damasiae magistratus ad priorem annum revocari, quia sub hoc archonte promulgati sapientes sint. Quis enim ex tali fabella, etiamsi Demetrii *ἀναγραφῇ* firmetur (Diog. L. I, 22), temporum constituerit notas, praesertim quum Periandrum veterum multi Septem Sapientum numero exemerint? Sola superest marmoris Parii gravissima auctoritas, quod et Damasiam archontem ad Ol. 49, 3 revocat et coronarium Pythiorum ludum eo anno institutum dicit, epoch. 39: *ἀφ' οὗ στεφανίτης ἀγὼν πάλιν ἐτέθη, ἔτη ΗΗΗΔΓΠΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησι Δαμασίου τοῦ δευτέρου,* hoc est Ol. 49, 3, a quo usque ad Ol. 129, 1 anni sunt 318. Et ex tali chronico etiam Eusebius Pythiadum initium in Ol. 49, 3 definit; eademque epocha Pindari scholiastes in Pythiadum atque Olympiadum computatione utitur. Igitur ad nostram odam (Olymp. XII) Pyth. 29 ponitur in Ol. 77, 3. Item ad Pyth. III init. p. 327 haec habes: *Ἱέρωνι Πύθια νικήσαντι τὴν κζ' Πυθιάδα γέγραπται, μέμνηται δὲ καὶ τῆς πρὸ ταύτης Πυθιάδος, ὥστε ἐπὶ ταῖς δύο νίκαις τὴν ᾠδὴν συντετάχθαι. συνάδει δὲ καὶ τὰ ἀπὸ τῶν χρόνων· ὡς γὰρ ἤδη βασιλεύοντός φησιν· ὃς Συρακόσσαισι νέμει βασιλεὺς πρανὺς ἀστοῖς. καθίσταται δὲ ὁ Ἱέρων βασιλεὺς κατὰ τὴν ἑβδομηκοστὴν ἕκτην Ὀλυμπιάδα, τῆς εἰκοστῆς ὀγδόης Πυθιάδος τῇ προκειμένῃ Ὀλυμπιάδι συγχρόνου οὔσης, ὥστε πάντῃ τε καὶ πάντως μετὰ τὴν ὕστερον Πυθιάδα, ἥτις γέγονε περὶ τὴν ἑβδομηκοστὴν ἕκτην Ὀλυμπιάδα συντετάχθαι τόνδε τὸν ἐπινίκιον.* Recurremus ad haec in Introd. ad Pyth. III, nunc sufficit observasse Pyth. 28 et Ol. 76 conferri, initio Pythiadum ab Ol. 49, 3 ducto. Affertur tertius Scholiorum locus ex Pyth. IV init. ubi Ol. 80 post Pyth. 31 ponitur: quo tamen nihil efficitur. Eusebii igitur et Scholiastae his auctoritatibus Scaliger, Dodwellus, Corsinus Pythiadum initium ab Ol. 49, 3 deducunt: nunc demonstrabo in Pythionicarum catalogis, qui soli genuini huiusmodi rerum fontes sunt, Pythiades ab Ol. 48, 3 numeratas esse. Nam Pausanias post memoratam Pythiadem Ol. 48, 3 celebratam, cuius ludos recte pecuniarios putat, eam quae proxime sequuta est secundam diserte appellat X, 7, 3: *τῆς δὲ τεσσαρακοστῆς Ὀλυμπιάδος καὶ ὀγδόης, ἣν Γλαυκίας ὁ Κροτωνιάτης ἐνίκησε, ταύτης ἔτει τρίτῳ ἆθλα ἔθεσαν οἱ Ἀμφικτύονες κιθαρῳδίας μὲν καθὰ καὶ ἐξ ἀρχῆς, προσέθεσαν δὲ καὶ αὐλῳδίας ἀγώνισμα καὶ αὐλῶν· ἀνηγορεύθησαν δὲ νικῶντες Κεφαλλήν τε ὁ Λάμπου καὶ αὐλῳδὸς Ἀρκὰς Ἐχέμβροτος, Σακάδας δὲ Ἀργεῖος ἐπὶ τοῖς αὐλοῖς· ἀνείλετο δὲ ὁ Σακάδας οὗτος καὶ ἄλλας δύο τὰς ἐφεξῆς ταύτης Πυθιάδας. ἔθεσαν δὲ καὶ ἆθλα τότε ἀθληταῖς πρῶτον, τά τε ἐν Ὀλυμπίᾳ πλὴν τεθρίππου, καὶ αὐτοὶ νομοθετήσαντες δολίχου καὶ διαύλου παισὶν εἶναι δρόμον. δευτέρᾳ δὲ Πυθιάδι*

οὐκ ἐπὶ ἄθλοις ἐκάλεσαν ἔτι ἀγωνίζεσθαι, στεφανίτην δὲ τὸν ἀγῶνα ἀπὸ τούτου κατεστήσαντο etc. Haec omnia ex Pythionicarum catalogis desumpta manifeste sunt; intelligis autem initium ludi coronarii Ol. 46, 3 poni, prorsus ut in marmore Pario, disertisque eam verbis secundam vocari Pythiadem. Pergit deinde Pausanias alias Pythiades numerare, quas ab eadem epocha computatas neque aliunde quam ex Pythionicarum catalogis ductas esse vel me non monente liquet; si tamen dubites demonstrare id in his licet: *Τρίτῃ δὲ Πυθιάδι ἐπὶ ταῖς εἴκοσι προστιθέασιν ὁπλίτην δρόμον· καὶ ἐπ' αὐτῷ Τιμαίνετος ἐκ Φλιοῦντος ἀνείλετο τὴν δάφνην, Ὀλυμπιάσιν ὕστερον πέντε ἢ Δημάρατος Ἡραιεὺς ἐνίκησεν.* Quodsi ab Ol. 48, 3 calculus deducitur, Pyth. 23 incidit in Ol. 70; igitur Demaratus debet Ol. 65 vicisse. Et ecce, vicit Ol. 65 eodem Pausania auctore V, 8, 3. VI, 10, 2. Iam ut ad Scholia redeam, nemo non intelliget Pythiadum numeros in scholiis traditos ex Pythionicarum esse catalogis repetitos, et maxime ex Aristotelico (cf. ad Pyth. VI introd.). Itaque ubi Scholiastes Pythiadem 29 appellat, annus Ol. 76, 3 intelligendus est, quo Pythia secundum vicit Ergoteles: unde iam vides qui factum sit, ut Pythia haec victoria in carmine Ol. 77, 1 scripto commemoretur. Ad quam rationem omnes Pythiades in Scholiis allatae integro quadriennio prius ponendae sunt quam a Corsino secundum Scholiastam ipsum factum est: quod quam eximie Pythiis carminibus conveniat, in illarum odarum prooemiis docemus.

Pythia eodem fere tempore habita esse quo convenisset Amphictyonum concilium tum inde patet quod Amphictyones ludorum Pythiorum praesides sunt, eorumque hieromnemones ante Pythia curare Delphis multa debent (v. n. 1688 vs. 37), tum ex Aeschine c. Ctes. p. 645: *ἡμερῶν μὲν ὀλίγων μέλλει τὰ Πύθια γίνεσθαι καὶ τὸ συνέδριον τὸ τῶν Ἑλλήνων συλλέγεσθαι.* Adde 1689 et 1689, b. Itaque Pythia aut auctumno habita sunt aut vere: sed ver recte, ut mihi videtur, elegit Corsinus. Ol. 89, 1 Athenienses et Spartani inducias annuas erant pacti inde a die XIV Elaphebolionis (Thuc. IV, 118): de quibus Thuc. V, 1: *τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου θέρους* (Ol. 89, 2) *αἱ μὲν ἐνιαύσιοι σπονδαὶ διελέλυντο μέχρι Πυθίων.* Quae vulgo sic intelliguntur, Ol. 89, 2 inducias finitas esse Pythiis: itaque vel ex hac interpretatione verna sunt Pythia. At Pythia non Ol. 89, 2, sed 3 celebrata sunt; itaque locus ille sic exponendus est: *sequente vero aestate induciae annuae dissolutae erant usque ad Pythia*, hoc est peractis annuis induciis, inde ab Elaphebolione XIV Ol. 89, 2 nullae fuerunt induciae usque ad Pythia Ol. 89, 3. Iam Ol. 89, 3 Elaphebolionis die XXV iterum factae induciae sunt (Thuc. V, 19). Unde quidem colligitur Pythia fuisse diei Elapheb. XXV proxima. Verum hoc argumentum refutare conatur Clintonus p. 199, docens exeunte aestate Ol. 89, 3 sex fere mensibus antea quam dixi iam desisse bellum, non Elaphebolione demum Ol. 89, 3. Sed hanc viri doctissimi rationem vix probes. Nam etiamsi bellum aestate finita, ut solet, cessabat, tamen ideo nondum erant *σπονδαὶ* repetitae aestatis fine: verba autem *σπονδαὶ διελέλυντο μέχρι χρόνου τινός*, non id significant, usque ad id tempus nullum fuisse bellum, sed nullas fuisse *σπονδάς* 1). Induciae igitur quum Elapheb. XXV demum repetitae sint, illa verba *διελέλυντο αἱ σπονδαὶ μέχρι Πυθίων* docent Elaphebolionis diei illi proxima Pythia fuisse, non exeunte aestate celebrata,

---

1) Quamvis acute vir clarissimus excogitavit quibus sententiam suam confirmaret, tamen superesse videntur quae ei contraria sint. Ac primum quidem haud scio an scriptor de vere Ol. 89, 2 loquens ex Boeckhii interpretatione *τοῦ ἐπιγιγνομένου ἔτους* pro *τοῦ ἐπιγιγνομένου θέρους* dicere debuerit. Verum erunt fortasse qui dicant verba *καὶ ἐν τῇ ἐκεχειρίᾳ — ὥρμητο* alieno loco posita iisque omissis vel superioris anni narrationi adiunctis sola haec esse spectanda: *τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου θέρους αἱ μὲν ἐνιαύσιοι σπονδαὶ διελέλυντο μέχρι Πυθίων. Κλέων δὲ Ἀθηναίους πείσας ἐς τὰ ἐπὶ Θράκης χωρία ἐξέπλευσε μετὰ τὴν ἐκεχειρίαν*, in quibus verba *τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου θέρους* tantum ad alterum membrum quaeque ei annexa sint spectent, quasi dictum esset: *τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου θέρους, τῶν ἐνιαυσίων σπονδῶν διαλελυμένων μέχρι Πυθίων, Κλέων Ἀθηναίοις πείσας κ. τ. λ.*, cuius rationis similia passim reperiantur, veluti Xenoph. de Socrate comm. II, 7, 11. Sed de omittendis vel transponendis verbis quae alieno loco posita videri posse diximus vel ob voces *μετὰ τὴν ἐκεχειρίαν* cogitari non potest. Itaque illud (*Κλέων*) *δὲ* posteriori *μὲν* (*οἱ*

quod Clintonus perhibet. Accedit quod Thucydides belli narrationem non cum fine aestatis concludit (V, 12), quod Clintonus dicit, sed diserte ille narrat hieme insequenti Spartanas copias ad Pierium progressas esse 2) et deinde redisse (V, 13); quamquam posthac nihil iam gestum, sed de pace cogitatum est (V, 14), de qua etiam paulo ante cogitarunt inde a fine aestatis. Postremo cur potissimum *μέχρι Πυθίων* dixisset auctor, si tempus belli paulatim omissi tam indefinitum cogitare volebat? cur non dixit *μέχρι τοῦ ἐπιγιγνομένου χειμῶνος?* Sed alia Clintonus argumenta haud contemnenda et profecto acuta attulit, quibus Pythia doceret versus auctumnum, Augusto vel Septembri acta esse: quae inverso referam ordine. Iason Pheraeus *ἐπιόντων Πυθίων* civitatibus imperat hostiarum apparatum, *παρήγγειλε δὲ καὶ ὡς στρατευσομένους εἰς τὸν περὶ τὰ Πύθια χρόνον Θετταλοῖς παρασκευάζεσθαι* (Xenoph. Hell. VI, 4, 29. 30). Si vere acta Pythia, ait, Iason hibernum parasset bellum vere terminandum, sin auctumno aestivum, quod unice consentaneum. Immo contra, opinor; si auctumno acta Pythia, Iason Thessalis hibernam praedixit expeditionem: si vere acta statuimus, vere expediturus *post Pythia* erat 3). At Demosthenis et Aeschinis de corona certamen Ol. 112, 3 paulo ante Pythia actum est (Aeschin. c. Ctes. p. 645): Darius occisus est eodem anno mense Hecatombaeone (Arrian. Exped. Alex. III, 22): sed Aeschines de corona (c. Ctes. p. 522) de eo ut vivo loquitur; igitur eius mors nondum comperta Athenis fuit, unde patet non vere, novem mensibus post Hecatombaeonem acta Pythia esse, sed auctumno. Aeschinis verba haec sunt: *Οὐχ ὁ μὲν τῶν Περσῶν βασιλεὺς ὁ τὸν Ἄθω διορύξας, ὁ τὸν Ἑλλήσποντον ζεύξας, ὁ γῆν καὶ ὕδωρ τοὺς Ἕλληνας αἰτῶν, ὁ τολμῶν ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς γράφειν ὅτι δεσπότης ἐστὶν ἁπάντων ἀνθρώπων ἀφ' ἡλίου ἀνιόντος μέχρι δυομένου, νῦν οἱ περὶ τοῦ κύριος ἑτέρων εἶναι διαγωνίζεται, ἀλλὰ περὶ τῆς τοῦ σώματος σωτηρίας;* Speciosum est quod vivus repraesentari Darius dicitur, sed speciosum tantum. Prioribus temporibus recentia opponit Aeschines; recens acta tempore praesenti extulit, *ἀγωνίζεται*, non ut adhuc vivum Darium repraesentaret, sed ut nuperrime acta antiquis opponeret. „Olim Persa de imperio universorum contendebat, nunc contendit de eo, vivat an moriatur.“ Hoc etiam noto Darii obitu dici potuit; immo si nota iam Darii nex fuit, multo gravior sententia est, qua rem tristissimam nuper compertam proponit Atheniensium animis et miseratur verbis lenibus. Possunt Aeschinis verba omnia servari, etiamsi aliquid addideris de morte Darii; poterat sic scribere: *νῦν οὐ περὶ τοῦ κύριος ἑτέρων εἶναι διαγωνίζεται, ἀλλ' ἤδη περὶ τῆς τοῦ σώματος σωτηρίας· ὃν ἔναγχος ἠκούσατε ἀπεσφάχθαι* 4): sed non addidit hoc, quod

---

μὲν Δήλιοι) respondet, priori totus quem significavimus locus, quem scriptor, si concinnitatem sectatus esset ita fere eloqui debebat: *οἱ δὲ Δήλιοι ἐν τῇ ἐκεχειρίᾳ ἀναστάντες κ. τ. λ.* Cf. annot. m. ad Xenoph. Anab. I, 2, 1 et 3. Itaque istud *θέρους* ex Boeckhii interpretatione nonnisi negligentia quadam excusari posset: quae excusatio, ut opinor, viro egregio tanto minus sufficiet quanto magis in loco gravissimo singula urgenda esse censuit. Deinde quod Boeckhius ait, verba *αἱ σπονδαὶ διελέλυντο μέχρι Πυθίων* significare: *nullas fuisse σπονδὰς usque ad Pythia*, id Clintonis sententiae non adversari dixeris, quum etiam quo tempore Pythia celebrata sunt *σπονδαὶ* essent atque his novum bellum terminatum esse designari possit. Quamquam haud scio an res alia ratione rectius expediri queat. Puto enim scriptorem otium ab annuis induciis inceptum quodammodo continuum cogitasse, interruptum illud modo brevi quod ad Amphipolin gestum erat bello, ut hoc dixerit: *foederis annui dies exierat et otium interruptum erat usque ad Pythia.* Quod nisi ita esset, dicere non poterat *διελέλυντο*, quo in verbo non *αἱ ἐνιαύσιοι σπονδαί*, sed notio quae omnino otii tempus significet subiectum cogitatur. Denique si Pythia vere ineunte Ol. 89, 3 acta essent, Thucydidem pro *μέχρι Πυθίων* potius *μέχρι χειμῶνος τελευτῶντος* v. *μέχρι ἦρος ἀρχομένου* dicturum fuisse censeo. Certe mirum esset quod hic potissimum novo more Pythiis nominatis tempora notavisset. Nam quod V, 20 similiter Dionysia adhibet nemo opposuerit, quum antecesserit *τελευτῶντος τοῦ χειμῶνος ἅμα ἦρι*. Contra si Pythia auctumno acta sunt, satis apte *μέχρι Πυθίων* dixit, praesertim si in Pythiis de pace agi coeptum fuerit et Pythiorum *σπονδαὶ* bellum denuo commotum quodammodo terminaverint. *Kr.*

2) Sed hoc merum iter erat, non perfectum quod Lacedaemonii *πρὸς τὴν εἰρήνην μᾶλλον τὴν γνώμην εἶχον*. *Kr.*

3) De hoc argumento dixi supra annot. extr. ad Clintonis verba. *Kr.*

4) Hoc, opinor, facilius est affirmare quam credere:

omnes norant. Praeterea locus Aeschinis p. 554: ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ἔξω τῆς ἄρκτου (hoc est *ultra septentrionem*, etsi alii id aliter explicant) καὶ τῆς οἰκουμένης ὀλίγου δεῖν πάσης μεθεστήκει, non potest nisi ad septentrionalem Alexandri expeditionem referri, quae post obitum Darii suscepta est 5): ut videas Darii mortem tum iam notam fuisse Athenis. Igitur Aeschinis verbis certissimum argumentum ex Thucydide ductum non refellitur. Videamus aliud. Bellum Phocicum constat finitum esse Scirophorione Ol. 108, 2; deinde diruta Phocensium oppida sunt. Quod quum aegerrime ferrent Athenienses, non miserunt theoros et thesmothetas ad Pythia (Demosth. π. παραπρ. p. 380): quae ut a sese agerentur Philippus bello finem imposuerat (Demosth. de pace p. 62, quae oratio Ol. 108, 3 paulo post Phocica composita est). Patet igitur, dixeris, Pythia paulo post initium anni Attici, sub auctumnum acta esse. Sed haec quoque nullius momenti sunt. Nam Pythios theoros Delphos mittere quidni noluerint Athenienses etiam novem mensibus post Phocenses victos, quorum oppida adhuc tum vidissent nuperrime deiecta et vacuam terram 6)? Et cave haec ad initium anni referas, quod Demosthenes quae de theoris non missis dicit componit cum legatione Aeschinis, quae in anni initium incidit: haec enim oratorie composita sunt, ut iuxta posita magis illucescerent, non ut rerum ordo et tempora designarentur. Nec quum Demosthenes orationem de pace meditabatur acta iam Pythia eius anni statuo. Volebat ea Philippus agere: egisse non dicitur. Postularat, credo, in auctumnali Pylaea paulo post initium anni Ol. 108, 3 habita, ut ipsi agenda Pythia mandarentur: sed Athenienses noluerunt eum ad Amphictyoniam admittere (Demosth. de pace p. 61 extr. cf. Argum. p. 56. Dionys. ep. ad Amm. p. 123); a qua re ut desistant hortatur eos Demosthenes et hoc facere videtur ante ea Pythia quae a sese agi Philippus postularat: ut proinde Pythia possint vere 108, 3 subsequuta esse. Haec ut ita constituam cogit me Thucydidis induciarum computus, a quo non arbitror discedi posse, quod et verba eius aperta sunt et scriptor ille omnium diligentissimus. Quod nisi videretur, vincere dicerem Clintoni eam rationem quam de tempore occupatae Cadmeae repetiit. Haec ex Diodori (XV, 20) calculis, quos cur hoc loco falsos putemus nulla causa est, Ol. 99, 3 (archonte Evandro) capta est, et ex Xenophontis (Hell. V, 2, 29) fide aestate quum satis arderet sol: Aristides vero Orat. El. T. I p. 258 Iebb., ut doceat sola Eleusinia sacra non violata esse, ceterorum etiam praestantissima, *Πυθίων ὄντων*, addit, ἡ Καδμεία κατελήφθη. Mireris tamen Xenophontem, hominem caerimoniarum curiosum, nihil de laesis Pythiis induciis dicere: mireris maxime quod Agesilaus dixit, ἐξεῖναι τὰ τοιαῦτα αὐτοσχεδιάζειν (Xenoph. Hell. V, 2, 32), si Pythiorum tempore, quo vel hostes tuti, sine bello Cadmeam occupasset Phoebidas. Utut est, non possum quin ob Thucydidem fidem denegem Aristidi. Anne hic memoriae vitio Pythia posuit 7), quum in Thesmophoriis Thebanis occupatam Cadmeam

---

equidem qui crederet adhuc repperi neminem nec puto multos repertum iri. Praeterea quum Aeschines demonstrare vellet sua aetate *οὐδὲν τῶν ἀνελπίστων καὶ ἀπροσδοκήτων οὐ γεγονέναι*, hanc fortunae vicissitudinem aliquanto aptius Darii morte et Persarum regni eversione quam solo regis periculo proposito declaraturum fuisse arbitror. *Kr.*

5) At Aeschines de rebus ante proelium Megalopolitanum gestis loquitur; quod quum fere eodem tempore factum sit quo ad Gaugamela pugnatum est, adeoque paulo ante secundum, Curt. VI, 3 extr. (cf. Append. c. 4 p. 234), orator borealem Alexandri expeditionem respicere non potest. Praeterea etiamsi verba ἔξω τῆς ἄρκτου significent quod Boeckhius putat, inde tamen certi quidquam colligere non licet, propterea quod oratoris consilio accommodatum erat rem exaggerare, nisi forte e Dinarcho in Demosth. 34 p. 27: Ἀλέξανδρος, ὡς οἱ λέγοντες, ἐν Ἰνδοῖς ἦν, Alexandrum iam tum in India fuisse probari posse censes. Loquitur enim de eodem tempore. *Kr.*

6) Similiter iudicavit qui et ipse Pythia vere acta sibi persuaserat Weisk. de hyperb. III p. 20, quae Demosthenes dicat oratorie, non vere dicta esse iisque tempora vehementer turbari confessus. Sed hae turbae vereor ne nullae sint, si Pythia auctumno acta esse concesseris. Ceterum quae Boeckhius de Demosthenis et Plutarchi locis disputavit, quamquam acute excogitata, facile tamen videas per se minus probabilia esse quam quae de eisdem locis Clinto statuit: cuius rationes in dubium vocari non poterunt, si vera sunt quae de Thucydidis et Aeschinis locis annotavi. Quod quum ita sit, non opus videbatur relicua quae Boeckhius disputavit singulatim persequi. *Kr.*

7) Hoc mihi quidem probabilius videtur quam alterum. *Kr.*

Cadmeam e Xenophonte liqueat? Anne Pythia fortasse duxit e scriptore qui de solennibus dixerit in *Πυλαίᾳ* (*ὀπωρινῇ*, aestate adulta) habitis? Postremo minorem difficultatem puto in Pythiis Ol. 96, 3 esse, quibus potissimum insistitur. Nam pugnam Coronensem constat hoc anno paucis post d. XIV Augusti diebus pugnatam esse: post quam statim Delphos translatus est Agesilaus pluribus vulneribus affectus, deoque decimam praedae obtulit. Xenoph. Hell. IV, 3, 21: *καὶ οὕτω δὴ αἵ τε σπονδαὶ γίγνονται· καὶ Ἀγησίλαος μὲν ἐς Δελφοὺς ἀφικόμενος δεκάτην τῶν ἐκ τῆς λείας τῷ θεῷ ἀπέθυσεν οὐκ ἐλάττω ἑκατὸν ταλάντων.* Hoc vero Pythiis tribuit Plutarchus Ages. c. 19: *καὶ τὴν νίκην οὕτως ἐκβεβαιωσάμενος εἰς Δελφοὺς ἀπεκομίσθη Πυθίων ἀγομένων, καὶ τήν τε πομπὴν ἀπετέλει τῷ θεῷ καὶ τὴν δεκάτην ἀπέθυε τῶν ἐκ τῆς Ἀσίας λαφύρων, ἑκατὸν ταλάντων γενομένην.* Hic quoque locus non una ratione conciliari cum Corsiniana de Pythiis sententia potest. Sane statim post pugnam Delphos profectus est Agesilaus: Pythia tamen statim post celebrata esse Plutarcho, recentiori scriptori, non debet continuo credi, nec credidit ei hoc Manso 8) a Schneidero ad Xenophontem laudatus. Potuit Agesilaus aliam pompam aliquam solemnem Delphis celebrare, quae facile confundebatur cum Pythiis. Sed ne hoc quidem necessarium. Neque enim e Xenophonte constat dona ab Agesilao statim post adventum oblata deo esse; addit hoc Xenophon obiter ubi de Agesilai Delphos profectione dicit: ita certe solent scriptores. Nam Agesilaus diutius commoratus Delphis est. Diod. XIV, 84: *καὶ αὐτὸς Ἀγησίλαος πολλοῖς περιπεπτωκὼς τραύμασιν εἰς Δελφοὺς ἐκομίσθη κἀκεῖ τὴν ἐπιμέλειαν τοῦ σώματος ἐποιεῖτο.* Illinc quando abierit non constat, nisi quod domum navigavit dimisso exercitu, ante ultimos menses anni Ol. 96, 3, quibus ad Corinthum dimicari coeptum est (Xenoph. Hell. IV, 4, 1): sed exercitus quando dimissus sit, auctumnone an propinquo vere, nescimus: atque ut statuas auctumno dimissum, sicut solebat, potuit Agesilaus, quem plura vulnera accepisse narrat etiam Xenophon, Delphis restare usque ad ver et vere deo in Pythiis pompam apparare donaque offerre; immo potuit ibi ob hoc ipsum tamdiu manere, ut hoc faceret. Sic Plutarchi fidem non relinquimus, nisi quod eum dicemus per errorem facile obrepentem Pythia statim post adventum Agesilai collocare. Ceterum, ut hoc addam, ex Pylaeae tempore Pythiorum tempus colligi nequit: nam Delphis Pylaea sine Pythiis modo vere habita est, quod ex Demosthene constat, modo auctumno, quod ex hoc decreto colligo: sed de Pylaeae tempore cum Pythiis coniunctae nihil tenemus. Itaque nobis quidem Corsiniana ratio non refutata videtur, Pythiaque adhuc putamus secundum Thucydidem proxima fuisse Elaphebolionis die XXV. Nec vero probabile est exeunte mense celebrata Pythia Apollinea esse, sed ineunte, quod Apollini sacri sunt mensium dies I et VII (de septimo v. inprimis Cors. F. A. T. II p. 329): itaque diem Elaphebolionis XXV non diem Pythiorum esse statuimus, sed incidere solum in tempus *ἐκεχειρίας* Pythicae, quae certe XV diebus ante Pythia incidere debebat: quod si statuas, Thucydidis locutio integra est, etiamsi Pythia paulo post accidebant. Consentaneum igitur proxime post Elaphebolionem Munychione incipiente acta esse Pythia diebus Appollineis, et quum septimo die (mensis intellige) Apollo musicum de Pythone devicto certamen celebrarit (Schol. Pind. Argum. Pyth.), septimo mensis die acta Pythia iudico. Neque obest quod apud Demosth. de cor. p. 279 Anthesterionis dies XVI memoratur in definiendo tempore quo Pylagoras Aeschines fuerit: ibi enim tempus electionis designari mihi non est dubium 9); igitur poterant nihilominus mense Elaphebolione convenire Amphictyones et Pythia agi paulo post: quamquam illo de quo Demosthenes dicit anno Pythia quinquennalia omnino non celebrata sunt. Iam quum ex nostro titulo liqueat non Bysio, sed Bucatio

8) Spart. III, 2 p. 195, Plutarchum Xenophontis Hell. IV, 3, 21 et Ages. II, 15 verbis: *στεφανοῦσθαι πάντας τῷ θεῷ* deceptum Pythia commentum esse arbitratus. Sed recte Baumgarten-Crusius ad l. l. hoc probabile esse negat propterea quod Plutarchus „illud Agesilai institutum et Pythia seorsim commemoret.“ Omnino autem tam levi coniectura scriptorum fidem elevare temerarium videtur.

9) Idem affirmat in l. de archontt. pseud. p. 13, quamquam quomodo haec sententia ex ipso loco rem aestimanti probari possit equidem me non perspicere fateor. *Kr.*

mense acta esse Pythia, Bucatius potissimum erit Munychioni Attico comparandus. Alia est Boeotici Bucatii tempestas: quippe Bucatium alii alium mensem dixerunt, a bobus immolandis, prout magna sacrificia hoc vel illo offerebant mense: quod Boeoti et Attici fecerunt primo anni mense, Bucatio et Hecatombaeone, Delphi in Pythiis."

II.

DE PISISTRATIDIS.

Testimonia in tabulis respecta haec sunt, Aristotelis [a]): *Λἰς ἔφυγε Πεισίστρατος τυραννῶν· ὥστε ἐν ἔτεσι τριάκοντα καὶ τρισὶν ἑπτακαίδεκα ἔτη τούτων ἐτυράννησεν· ὀκτωκαίδεκα δὲ οἱ παῖδες. ὥστε τὰ πάντα ἐγένετο ἔτη τριάκοντα καὶ πέντε.* Thucydidis [b]): *Τυραννεύσας ἔτη τρία Ἱππίας ἔτι Ἀθηναίων, καὶ πανσθεὶς ἐν τῷ τετάρτῳ ὑπὸ Λακεδαιμονίων καὶ Ἀλκμαιωνιδῶν, ἐχώρει ἐς τε Σίγειον, καὶ παρ' Αἰαντίδην ἐς Λάμψακον· ἐκεῖθεν δὲ ὡς βασιλέα Δαρεῖον. ὅθεν καὶ ὁρμώμενος ἐς Μαραθῶνα ὕστερον ἔτει εἰκοστῷ, ἤδη γέρων ὤν, μετὰ Μήδων ἐστράτευσεν.* Ex his numeris

Pisistrato tribuuntur	33	anni
Eius filiis	18	-
Inde usque ad Marathoniam pugnam complentur (integri)	19	-
	70	

Herodoti: *Οὕτω δὴ Πεισίστρατος τὸ τρίτον σχὼν Ἀθήνας ἐρρίζωσε τὴν τυραννίδα* [c]). — *οἵ τε Πεισιστρατίδαι — ἐξεχώρησαν ἐς Σίγειον, ἄρξαντες Ἀθηναίων ἐπ' ἔτεα ἕξ τε καὶ τριήκοντα* [d]). — *ἐπεὶ Ἵππαρχον — κτείνουσι Ἀριστογείτων καὶ Ἁρμόδιος, μετὰ ταῦτα ἐτυραννεύοντο Ἀθηναῖοι ἐπ' ἔτεα τέσσερα οὐδὲν ἧσσον* [e]). Scholiastae [f]): *δοκεῖ δὲ ἡ τυραννὶς καταστῆναι, ὥς φησιν Ἐρατοσθένης, ἐπὶ ἔτη ν', τοῦ ἀκριβοῦς διαμαρτάνων· Ἀριστοφάνους μὲν τεσσαράκοντα καὶ ἓν φήσαντος, Ἡροδότου δὲ ἓξ καὶ τριάκοντα.* Isocratis [g]): *τετταράκοντα δ' ἔτη τῆς στάσεως γενομένης.*

Eratosthenis rationem iniuria reprehendit Scholiastes. Nam Eratosthenis, Aristotelis et Herodoti computationes tam inter se quam cum Isocratis et Aristophanis grammatici numeris conciliari possunt. 1. Et Aristoteles quidem Pisistratum septemdecim, eius filios octodecim annos regnasse statuit, ut omnino triginta quinque anni fuerint, qui Herodoti triginta sex annos aequiparant, quum
202 alter *completos* annos computet, alter etiam *inchoatum* annumeret. Videlicet sexto et tricesimo regni sui anno expulsi sunt. 2. Idem Aristoteles ex quo Pisistratus primum rerum potitus sit [560] quoad mortem obierit tres et triginta annos praeteriisse tradit: quibus si octodecim annos quos filii eius tyrannidem obtinuerunt addideris *unus et quinquaginta* anni efficiuntur: quod haud dubie idem temporis spatium est quod rotundo quinquaginta annorum numero usus Eratosthenes expressit. 3. Quod Aristophanes grammaticus *unum et quadraginta* annos dicit, convenit cum Isocrate *quadraginta* annos numerante. Quae ratio ut explicetur deducendi sunt posterioris Pisistrati exsilii anni:

a) Polit. V, 9, 23 Schneid.
b) VI, 59.
c) I, 64. [cf. c. 59—63.]
d) Id. V, 65.
e) Id. V, 55.
f) Aristoph. Vesp. 500.
g) de bigis c. 10 p. 351, d.

quem decem annis completis s. undecimo inito rediisse testatur Herodotus [h]): *διὰ ἑνδεκάτου ἔτεος*[hh]) *ἀπίκοντο ὀπίσω.* Itaque ex toto unius et quinquaginta annorum spatio decem annorum tempus completum habemus quo Pisistratus exsul fuit et adversarii eius rempublicam administraverunt. Quod qui non computaverunt Isocrates et Aristophanes Pisistratum eiusque filios rempublicam quadraginta annos turbasse posuerunt. Quodsi undecim annos de quinquaginta deduxeris, Isocratis numerum habes; Aristophanis, si decem.

Pisistratus ter tyrannus fuit diversis temporibus eisque duobus exsiliis distinctis. De hac re consentiunt Aristoteles et Herodotus. Et alterum quidem exsilium cum decem undecimve annorum fuerit, alterum quinque sexve annorum fuisse necesse est. Haec certa sunt; minus exploratum est quamdiu quaque vice, maxime prima et tertia, rempublicam administraverit. Qui de temporum rationibus exposuerunt hanc aetatem alii alio modo descripserunt.

	Corsinus.	Barthelemius i).	Larcherus k).	Blairius.	Clavierius l).	Du Fresnoyus m).
Prima tyrannis	1	1	1	2	10	(1)
Primum exsilium	1	2	5	1	5	(5)
Secunda tyrannis	4	} 30	1	1	2	1
Secundum exsilium	14		11	11	11	11
Tertia tyrannis	12	}	15	18	5	(15)
	32	33	33	33	33	33

Qui primum exsilium brevius quam quinque annorum faciunt, ut Corsinus, Blairius, Barthelemius, cum veteribus auctoribus discrepant. Corsinus sibi ipse non constat. Etenim tempora ita describit: *Ol. LV,* $\frac{4}{4}$. *Pisistrati tyrannis. Ol. LV,* $\frac{1}{2}$. *Pisistratum eiectum. Ol. LV,* $\frac{2}{3}$. *Pisistratum rediisse. Ol. LVI,* $\frac{2}{3}$. *Pisistratus cum* 4 *in tyrannide annos exegisset, expulsus. Ol. LX,* $\frac{4}{4}$. *Pisistratus in Atticam irrupisse videtur. — Post reditum* 12 *annos imperavit.* Et tamen [n]) posterius exsilium undecim annorum fuisse statuit, quod ipsius rationibus repugnat.

Recte Larcherus et Clavierius ac Du Fresnoyus exsilia ambo $5+11=16$ annorum fuisse ponunt. Sed prorsus differunt de tempore prioris et posterioris tyrannidis. Herodotus haec tradit [o]): *Ὁ Πεισίστρατος ἦρχε Ἀθηναίων, — μετὰ δὲ οὐ πολλὸν χρόνον — ἐξελαύνουσί μιν — οἱ δὲ ἐξελάσαντες αὖτις ἐκ νέης ἐπ᾽ ἀλλήλοισι ἐστασίασαν· περιελαυνόμενος δὲ τῇ στάσει ὁ Μεγακλέης ἐπεκηρυκεύετο Πεισιστράτῳ. — ἀπολαβὼν δὲ τὴν τυραννίδα ὁ Πεισίστρατος κατὰ τὴν ὁμολογίην γαμέει τοῦ Μεγακλέους τὴν θυγατέρα.* Paulo post iterum expulsus Eretriam abiit ibique decem annos mansit. Itaque primum non diu regnavit: attamen eum diutius quam annum imperium habuisse ex Hippiae aetate colligere licet: qui quo tempore ad Marathonem pugnatum est vix amplius sexaginta annos natus esse potuit, tametsi sane tum provectior aetate fuisse dicitur, *ἤδη γέρων ὢν* [p]). Sed quamquam *πρεσβύτερος ἐών*, tamen recuperandae potentiae spe ductus est; *καὶ τελευτήσειν ἐν τῇ ἑαυτοῦ γηραιός* [q]). Itaque Hippias [r]) natus esse non potuit ante quam Pisistratus primum tyrannidem occupavit. Et tamen Pisistrati filii ubi Megaclis filias in matrimonium duxerunt iam adolescentuli fuerunt: *παίδων*

h) I, 62.

hh) Haec haud scio an minus accurate interpretatus sit Clinto. *Kr.*

i) Anachars. t. VII p. 128.

k) Herod. t. VII p. 545 s.

l) Des prémiers temps de la Grèce t. II p. 331—342.

m) Tablettes t. I. p. 317—320.

n) P. 114.

o) I, 59. 64.

p) Thuc. VI, 59.

q) Herod. VI, 107.

r) Mater eius appellabatur Myrrhine teste Schol. Aristoph. Equit. 447: *Πεισιστράτου γυνὴ γέγονεν ἡ Μυρρίνη, Ἱππίου καὶ Ἱππάρχου μήτηρ.* Quem tamen errasse suspiceris, quum Thucydide VI, 55 teste hoc nomen Hippiae uxori fuerit: *Ἱππίου δὲ παῖδες πέντε, οἱ αὐτῷ ἐκ Μυρρίνης τῆς Καλλίου τοῦ Ὑπερεχίδου θυγατρὸς ἐγένοντο.*

οἱ ὑπαρχόντων νεηνιέων [s]). Sed ex Corsini, Larcheri, Du Fresnoyi aliorumque descriptionibus Hippias quo tempore uxorem duxit non amplius septem annos habere potuit: quod non consentit verbo *νεηνιέων:* quod ipse Larcherus interpretatur: *il avoit de fils deja grands.* Hanc difficultatem qui animadvertit Clavierius [t]) rem eo expediit quod matrimonium et alteram regni occupationem superiore sedecim annis posteriorem fuisse statuit.

Huc aliam quoque rem quae forte in Herodoti narratione relata est trahere licet. Quum Croesus auxilia qui peterent in Graeciam misit, Athenis dominabatur Pisistratus. Quae res quum, ut plerique statuerunt, sexto Croesi anno posterior fuisse non possit, i. e. circa 554, aut in prioris aut in alterius tyrannidis tempora inciderit necesse est. Atque prius probabilius fit ex Hippiae aetate.

Itaque statuere licet primam tyrannidem circiter sex annorum fuisse; item sex annorum exsilium prius; atque Megaclis filiam Hippiae tredecim annos nato in matrimonium datam esse. Alterum exsilium integros decem annos expleverit. Hi numeri tertiae ultimaeque tyrannidi decem annos relinquunt, ut haec tabula monstrat.

a.		a.	a. C.
1 . . .	*Pisistratus* tyrannidem occupat . . .	6	560
— . . .	*Hippias* nascitur		(560)
7 . . .	Prius exsilium	6	554
13 . . .	Altera tyrannis	1	548
14 . . .	Alterum exsilium	10	547
24 . . .	Tertia tyrannis	10	537
34 . . .	*Pisistrati* obitus		527

Sed haec computatio tantum probabilia praestat nec tanti facienda quanti quae testimoniorum fide nituntur.

Quum Pisistratus ineunte a. 527 [*Ol.* 63, 1 *exeunte*] mortem obierit et Hipparchus Augusto m. 514, Hipparchus tredecim annos et sex menses regnaverit; quumque Hippias circiter Septembri 510 Athenis exactus sit, Pisistrati filios regnasse statuas annos sedecim menses octo, octavo decimo anno non completo: quod satis consentit cum Aristotelis notatione [u]).

---

s) Herod. I, 61.
t) t. II p. 332.
u) V. tabb. 514, 2. 516, 2.

1. Eurysthenes. Procles. 1.
2. Agis. Sous. 2.
3. Echestratus. Eurypon. 3.
4. Labotas. Prytanis. 4.
5. Doryssus. Eunomus. 5.
6. Agesilaus. Polydectes. Lycurgus. 6.
7. Archelaus. Charilaus. 7.
8. Teleclus. Nicander. 8.
9. Alcamenes. Theopompus. 9.
10. Polydorus. Archidamus. Anaxandrides. 10.
11. Eurycrates. Zeuxidamus. Archidamus. 11.
12. Anaxander. Lycorias. Anaxidamus. Anaxilaus. 12.
13. Eurycratides. Archidamus I. Leotychides. 13.
14. Leo. Agesicles. Hippocratides. 14.
15. Anaxandridas. Aristo. Agis. 15.
16. Cleombrotus. Leonidas. Dorieus. Cleomenes I. Demaratus. Menares. 16.
17. Nicomedes. Thuc. I, 107. Pausanias. Pleistarchus. Euryanax. Gorgo. Herod. IX, 10. Leotychides. 17.
18. Cleomenes. Pleistoanax. Aristocles. Thuc. V, 16. Zeuxidamus. Lampito. 18.
19. Pausanias. Archidamus II. 19.
20. Agesipolis I. Cleombrotus. Agis II. Agesilaus II. 20.
21. Agesipolis II. Cleomenes II. Leotychides. Archidamus III. 21.
22. Acrotatus. Cleonymus. Eudamidas I. Agis III. 22.
23. Cleombrotus II. Areus I. Leonidas II. Archidamus IV. 23.
24. Agesipolis. Cleomenes. Polyb. IV, 35. Acrotatus. Cleomenes III. Eudamidas II. 24.
25. Agesipolis III. Areus II. Agis IV. Archidamus V. 25.
Eurydamidas, filii. Polyb IV, 36.

			(Hercules.)	
			(Hyllus.)	
			(Cleodaeus.)	
			(Aristomachus.)	
			1. Aristodemus.	
2. Eurysthenes.			2. Procles.	
3. Agis.			3. Sous.	
4. Echestratus.			4. Eurypon.	
5. Labotas.			5. Prytanis.	
6. Doryssus.			6. Eunomus.	
7. Agesilaus.			7. Polydectes.	
8. Archelaus.			8. Charilaus.	
9. Teleclus.			9. Nicander.	
10. Alcamenes.			10. Theopompus. [circ. 770—720.]	
11. Polydorus [circ. 742—710 a. C. n.]				
12. Eurycrates.			11. Zeuxidamus.	
13. Anaxander.			12. Anaxidamus.	
14. Eurycratides.			13. Archidamus I.	
15. Leo.	A.	A. C. n.	14. Agesicles.	A. A. C. n.
16. Anaxandrides	. .	[560.]	15. Aristo	. . [560.]
17. Cleomenes I.	30. . .	520.	16. Demaratus.	
18. Leonidas.	11. . .	491.	17. Leotychides	22. . . 491.
19. Plistarchus.	22. . .	480.		
20. Plistoanax.	50. . .	458.	18. Archidamus II.	42. . . 469.
21. Pausanias.	14. . .	408.	19. Agis II.	29. . . 427.
22. Agesipolis I.	14. . .	394.	20. Agesilaus	37. . . 398.
23. Cleombrotus I.	9. . .	380.		
24. Agesipolis II.	1. . .	371.		
25. Cleomenes II.	61. . .	370.	21. Archidamus III.	23. . . 361.
			22. Agis III.	8. . . 338.
			23. Eudamidas I.	. . 330.
26. Areus I.	44. . .	309.	24. Archidamus IV.	
27. Acrotatus	[1.]. .	265.	25. Eudamidas II.	
28. Areus II.	8. . .	[264.]		
29. Leonidas II.			26. Agis IV.	4. . . 244.
30. Cleombrotus II.				
Leonidas iterum.	. .	240.	27. Eurydamidas.	
31. Cleomenes III.	16. . .	236.	28. Archidamus V.	
32. Agesipolis III.	. .	219.	*Lycurgus*	. . 219.
			Machanidas	. . 210.
			Nabis	14. . . 206.

Harum quas praemisimus tabularum altera Eurysthenidarum et Proclidarum *stirpes*, altera utriusque familiae *reges* exhibent. In regum indice Aristodemus ut primus Spartae rex propositus, in superiore tabulâ idem omissus est, quamquam, ut omnia quae posset commoda haberet temporum ex aetatibus computandorum ratio, ibi quoque addendus esset. Quod si fit, *Cleomenes III*, qui 220 obiit ab *Aristodemo* quintus et vicesimus et *Eurydamidas*, qui circiter 224 a Cleomene interfectus est, septimus et vicesimus est, ipso Aristodemo annumerato.

Horum regum primi quorum tempora constitui possunt sunt Anaxandrides et Aristo, qui Herodoto teste sibi ipsis et Croeso aequales fuerunt. Croesi aetas nota est; Anaxandridis ex factis quibusdam probabiliter colligi potest. Sed huius quindecim et Aristonis quattuordecim decessorum aetates obnoxiae sunt coniecturis eorum qui temporum rationes subducunt. Polydorum et Theo-

pompum aequales fuisse et per longum tempus primi belli Messenii regnasse constat. Sed ipsum huius belli tempus non ita videtur constitutum esse, nulli ut dubitationi locus sit. Neque enim conspirat cum vulgari aetatum ratione Theopompum et quattuor eius successores 210 annos, Polydorum et quattuor eius successores 182 annos regnasse, ut 392 annis decem regna fuerint, unumquodque prope 40 annorum.

Ea temporum ratio quae Heraclidarum reditum a. 1104 assignat, quindecim Anaxandridis et quattuordecim Aristonis decessoribus circiter 540 annos tribuit. Magis etiam haec extendit Larcheri computatio, quindecim alterius stirpis regibus 620, quattuordecim alterius 616 annos assignans [a]). Quorum temporum certa ratio est, in eis decem aetates et sedecim reges ab Anaxandride ad Cleomenem III utroque annumerato 340 annos explent; eodemque temporis spatio duodecim aetates et quattuordecim regna, ab Aristone ad Archidamum V continentur. Larcherus illud ad 350 annos extendit. Ex his 350 annis decem aetatum cuique 35, duodecim aetatum cuique 29, sedecim regnorum cuique prope 22, quattuordecim regnorum cuique 25 anni assignantur. Superioribus temporibus Larcherus et vulgaris ratio regna et aetates aequales fuisse ponunt. E vulgari ratione ex 540 annis quindecim regnorum aut aetatum cuique 36, quattuordecim cuique 38 assignantur. Larcheri computatio quindecim regnorum cuique 41, quattuordecim cuique 44 annos adscribit. Hic non est locus ut quae ex tanta temporum quorum ratio certa est et quorum computatio coniectura nititur discrepantia colligi possint exponatur. Suffecerit quae in universum ex his computationibus consequuntur proposuisse. Quorum temporum ratio certa est, in eis Lacedaemoniorum regum regna 22 aut 25 annorum, aetates 29 aut 35 annorum fuisse efficitur. Quodsi ex his medium numerum 32 annorum elicimus et regna aetatibus aequalia esse ponimus atque pro quattuordecim Aristonis decessoribus ante 560 quindecim fuisse sumimus, quum summa sit $32 \times 15 = 480$, ex Larcheri ratione 150, ex vulgari 64 anni deerunt.

Sed Anaxandridis et Aristonis decessores ad aliorum temporum rationem pertinent. Nunc tantum constituimus testimonia colligere quae regna et historiam utriusque stirpis regum eorum qui inde a Pisistrati tempore fuerunt tangunt, Anaxandridem dico eiusque posteros ex altera stirpe, ex altera Aristonem eiusque successores.

---

a) Heraclidas a. 1190 rediisse, *Alexandridam* a. 570 et *Aristonem* a. 574 regem factum esse statuit. Herod. VII p. 500 s. 584.

AGIDAE.

16. ANAXANDRIDES, sextus decimus Spartae rex, quintus decimus ab Eurysthene, utroque annumerato, Croesi aequalis. Herod. I, 67: *κατὰ τὸν κατὰ Κροῖσον χρόνον καὶ τὴν Ἀναξανδρίδεώ τε καὶ Ἀρίστωνος βασιληΐην ἐν Λακεδαίμονι.* Anaxandrides diu regnavit. Nam Cleomenes aliquanto post quam pater rex factus erat natus est. Herod. V, 39—41. Et tamen Cleomenes quo tempore successit aetate adultus erat. Etiam minor eius frater adultus erat quum Anaxandrides mortem obiit. Herod. V, 42. Quumque Cleomenes non post 520 rex factus sit, Anaxandridem probabile est circa 560 regno potitum esse, fere eodem tempore quo Croesus. De duobus Anaxandridis matrimoniis narrant Herod. V, 39 et Pausan. III, 3. Ex altera uxore Cleomenem, filium natu maximum suscepit; ex priore *Dorieum* et *Leonidam* atque *Cleombrotum.* Secundus filius *Dorieus* patre mortuo *οὐκ ἀξιῶν ὑπὸ Κλεομένεος βασιλεύεσθαι* audacium hominum manum deduxit novam sedem quaesiturus. Aliquot annis post cum maxima parte comitum suorum in Sicilia caesus est. Res eius enarrat Herod. V, 42—57. Pausan. III, 3, 8: *Δωριεὺς μὲν δή, οὐ γὰρ ἠνείχετο ὑπακούειν Κλεομένει μένων ἐν Σπάρτῃ, ἐς ἀποικίαν στέλλεται.* Anaxandridis filiorum natu minimus *Cleombrotus*, Pausaniam, qui in pugna Plataeensi Graecorum dux erat, genuit; ab eoque posteriores huius stirpis reges descenderunt. Anaxandride regnante Lacedaemonii prospere bellaverunt cum Tegeatis. Herod. I, 67 s. quem sequitur qui et ipse de hoc bello tradit Pausan. III, 3, 5. Hoc bellum composuerant Spartani — *ἤδη τῷ πολέμῳ κατυπέρτεροι* — quo tempore Croesus ad Graecos misit qui auxilia contra Persas peterent; Herod. I, 65—69; quod circa a. 554 factum esse probabile est. Quae res Anaxandridem et Aristonem iam 560 reges fuisse probant. [Cf. Schultz. Appar. critt. p. 22. *Kr.*]

17. CLEOMENES, septimus decimus rex, regnabat quo tempore Plataeenses se in fidem et tutelam Atheniensium tradiderunt. Herod. VI, 108: *ἐδίδοσαν πρῶτα παρατυχοῦσι Κλεομένεΐ τε τῷ Ἀναξανδρίδεω καὶ Λακεδαιμονίοισί σφεας αὐτούς.* Quod a. 519 factum est. (V. tabb.) Praefuit exercitui ad Pisistratidas eiiciendos misso 510. Herod. V, 64:

PROCLIDAE.

15. ARISTO, quintus decimus Spartae rex, quintus decimus a Procle, septimus a Theopompo, utroque annumerato. Pausan. IV, 15, 2: *Θεοπόμπου Ἀρίστων ἀπόγονος ἕβδομος.* Aristo, sicuti collega eius, diu regnavit. Nam intermissis temporibus tres uxores duxit diuque, postquam rex factus est, liberos non genuit; atque tertiae uxoris filius adultus erat quo tempore patri successit. Hoc matrimonium quomodo contractum sit Herod. V, 61—66 enarrat: cuius narrationis summam colligit Pausanias III, 7, 7. Aristo iam 560 rex erat, ut e bello cum Tegeatis gesto colligere licet, quod quum eo regnante gestum sit, ante 554 compositum est. (V. *Anaxandrides.*) Excelluit inter Spartanorum reges. Herod. VI, 63: *πανδημεὶ Σπαρτιῆται Ἀρίστωνι ὡς ἀνδρὶ εὐδοκιμέοντι διὰ πάντων δὴ τῶν βασιλήων τῶν ἐν τῇ Σπάρτῃ γενομένων ἀρὴν ἐποιήσαντο παῖδα γενέσθαι.* Quamquam hoc non propterea optabant quod Proclidarum gens haeredibus carebat, (ut Eurysthenidarum quo tempore collega eius alteram uxorem nondum duxerat — *οὐ περιοπτέον γένος τὸ Εὐρυσθένεος γενέσθαι ἐξίτηλον.* Herod. V, 39.), quandoquidem ex Theopompi posteris alia familia tum Spartae fuit. Quum Aristo iam 560 rex fuerit ac Demaratus 491 regno privatus sit, Aristo diu regnaverit necesse est, quod pater et filius per septuaginta annos regnum tenuerunt, quorum Demarato filio viginti assignaveris.

16. DEMARATUS, Proclidarum sextus decimus rex. Herod. VI, 64: *χρόνον δὲ προϊόντος Ἀρίστων μὲν ἀπέθανε, Δημάρητος δ' ἔσχε τὴν βασιληΐην.* Rex erat 510, quo tempore Pisistratidae exacti sunt. Pausan. III, 7, 7: *Δημάρατον βασιλεύοντα καὶ τά τε ἄλλα εὐδοκιμοῦντα ἐν Σπάρτῃ καὶ ἀπὸ τῶν Πεισιστρατιδῶν Κλεομένει συνελευθερώσαντα*

AGIDAE.

Λακεδαιμόνιοι μέζω στόλον στείλαντες ἀπέπεμψαν ἐπὶ τὰς Ἀθήνας, στρατηγὸν τῆς στρατιῆς ἀποδέξαντες βασιλῆα Κλεομένεα τὸν Ἀναξανδρίδεω. Rex erat Cleomenes quo tempore Darius ab Aeginetis aquam terramque petiit. Herod. VI, 49 s. Quae quum Aeginae acta essent, Demaratus Cleomenis artibus regno exutus est. VI, 61. Haec facta sunt 491, ante pugnam Marathoniam. *Μετὰ δὲ ταῦτα Κλεομένεα ἐπαϊστὸν γενόμενον κακοτεχνήσαντα ἐς Δημάρητον δεῖμα ἔλαβε Σπαρτιητέων καὶ ὑπεξέσχε ἐς Θεσσαλίην. ἐντεῦθεν δὲ ἀπικόμενος ἐς τὴν Ἀρκαδίην νεώτερα ἔπρησσε πρήγματα.— μαθόντες δὲ Λακεδαιμόνιοι, —κατῆγον αὐτὸν ἐς Σπάρτην.—κατελθόντα δὲ αὐτὸν αὐτίκα ὑπέλαβε μανίη νοῦσος.* Herod. VI, 74 s. Itaque Cleomenes circiter 491 mortem obiit. Inter tempus quo primum et quo postremum memoratur 29 anni interiecti sunt.

Cum Dodwello Ann. Thuc. p. 42 Cleomenem quo tempore primum ab Herodoto memoratur a. 519 *regem* fuisse statui, quamquam in hac narratione rex non dicitur. Sed haud dubie iam 510 rex fuit, unde sequitur ut minimum 19 annos regnaverit. Ac paulo post quam Darius rerum potitus est Sylosonte restituto *Μαιάνδριος, ἀποδρὰς ἐκ τῆς Σάμου, ἐκπλέει ἐς Λακεδαίμονα. — ὁ δὲ ἂν τὸν χρόνον τοῦτον τῷ Κλεομένεϊ ἐν λόγοισι ἐών, βασιλεύοντι Σπάρτης προῆγέ μιν ἐς τὰ οἰκία κ. τ. λ.* Herod. III, 148. Haec non post 519, tertium Darii annum, facta sunt (Herod. III, 140.): ut confirmetur quod Dodwellus arbitratus est, apud Herod. VI, 108 regem Cleomenem cogitandum esse. Et tamen idem Herodotus V, 48 tradit: *οὐ γάρ τινα πολλὸν χρόνον ἦρξε ὁ Κλεομένης.* Quae verba parum congruunt cum tempore 29, vix 19 annorum. Quae Cleomene regnante facta sint paucis persequitur Pausan. III, 4, 1—5.

Quod Cleomenes cum Isagora Athenas occupare conatus est, respicit Aristoph. Lysistr. 273—282.

Unica Cleomenis filia, *Gorgo*, quae quo tempore Aristagoras Spartam venit octo aut novem annorum fuit, a. 500, Herod. V, 51, proinde nata 509, nupsit patruo Leonida. Herod. VII, 239.

18. LEONIDAS, tertius Anaxandridis filius, paulo ante pugnam Marathoniam rex factus est. Eius maiores enumerat Herod. VII, 204 s. Ipso

PROCLIDAE.

Athenaeos. Pariter cum Cleomene aliquanto post (circiter 507) exercitui contra Athenienses in expeditionem misso praefuit, quam ipse Demaratus dissuaserat. Herod. V, 75: (*ἀπαλλάσσετο*) *Δημάρητος δ Ἀρίστωνος, ἐὼν καὶ οὗτος βασιλεὺς Σπαρτιητέων καὶ συνεξαγαγών τε τὴν στρατιὴν ἐκ Λακεδαίμονος καὶ οὐκ ἐὼν διάφορος ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ Κλεομένεϊ.* Eius cum collega dissensiones de rebus Aegineticis enarrant Herod. VI, 50 s. 61 et Pausan. III, 4, 3. [a. 491.] Deinceps Cleomenes ut regno privaretur effecit. Herod. VI, 65 s. De qua re quae Pausan. III, 4, 4 tradit ex Herodoto hausta sunt. Demaratus ad Persarum regem confugit. Herod. VI, 67. A Dario benigne exceptus decem annis post Xerxem comitatus est, 480. Eius posteri multo post in Persarum regno fuisse traduntur. Pausan. III, 7, 7: *τοῦ μὲν παρὰ βασιλέα Δαρεῖον ἐλθόντος ἐς Πέρσας ἐπὶ πολὺν ἐν τῇ Ἀσίᾳ χρόνον διαμεῖναι τοὺς ἀπογόνους φασί.* Xenoph. Hell. III, 1, 6 *Eurysthenem* et *Proclem*, Demarati posteros, Pergamum [?] et Teuthraniam atque Halisarnam, Demarato a Persarum rege datas, tenuisse tradit. Graeci qui apud Cyrum meruerant Proclem anno 400 Teuthraniae nacti sunt. Xenoph. Anab. VII, 8, 17. [Cf. annot. m. ad II, 1, 2. *Kr.*] E narratiuncula apud Plutarch. Themist. 29 Demaratus nondum diem supremum obierat quo tempore Themistocles apud Persas fuit, 465, [imo 470. *Kr.*] ut hic rex prope triginta annis post quam regno privatus est vixerit. Regnavit minimum undeviginti annos (510—491); quumque adultus fuerit quo tempore rerum potitus est, Themistocle ad Persas veniente videtur amplius septuaginta annos habuisse.

Hic rex eo excelluit quod usque ad Herodoti 209
tempora solus Spartanorum regum Olympiae quadrigis vicerat. Herod. VI, 60: *ἄλλα τε Λακεδαιμονίοισι συχνὰ ἔργοισι τε καὶ γνώμῃσι ἀπολαμπρυνθείς, ἐν δὲ δὴ καὶ Ὀλυμπιάδα σφι ἀνελόμενος τεθρίππῳ προσέβαλε, μοῦνος τοῦτο πάντων δὴ τῶν γενομένων βασιλήων ἐν Σπάρτῃ ποιήσας.*

17. LEOTYCHIDES, Demarati successor, ex alia Proclidarum familia erat. Sed a Theopompo et Demaratus et Leotychides genus repetierunt; et Demaratus quidem octavus, Leotychides nonus a Theopompo fuit. Huius stemma prodit Herod.

et Hercule numerato ab hoc erat unus et vicesimus. Occidit ad Thermopylas circiter undecimo regni sui anno. Leonidae regnum memorat Pausan. III, 4, 5—6, pugnam ad Thermopylas narrat Diod. XI, 4—11.

A *Leonida* accurate tempora notare licet, quo per superiora duo regna paulatim perventum est. Ita propter Tegeatarum bellum et Croesi regnum paucorum annorum discrimine quando Anaxandrides rex factus sit definire possumus: quando Cleomenes mortem obierit unius anni, si forte, errore constituere licet; sed quo tempore Leonidas decesserit certum est exploratumque. Atque haec temporis nota in regnorum ordine prima idoneis argumentis stabilita est.

19. PLISTARCHUS. — *Cleombrotus* qui ex Anaxandridis filiis natu minimus erat, mortuus est 479, quum Peloponnesii Isthmum communiverunt. Herod. IX, 10: *ἐγένετο μέν νυν ἡγεμονία Πλειστάρχου τοῦ Λεωνίδεω. ἀλλ' ὁ μὲν ἦν ἔτι παῖς, ὁ δὲ (Παυσανίας) τούτου ἐπίτροπός τε καὶ ἀνεψιός. Κλεόμβροτος γάρ, ὁ Παυσανίεω μὲν πατήρ, Ἀναξανδρίδεω δὲ παῖς, οὐκέτι περιῆν. ἀλλὰ ἀπαγαγὼν ἐκ τοῦ Ἰσθμοῦ τὴν στρατιὴν τὴν τὸ τεῖχος δείμασαν μετὰ ταῦτα οὐ πολλὸν χρόνον τινὰ βιοὺς ἀπέθανε.* Itaque Pausanias tutor imperium excepit. Praefuit Graecis ad Plataeas. Herod. IX passim. Superba eius consilia notavit Herod. V, 32: *ἔρωτα σχὼν τῆς Ἑλλάδος τύραννος γενέσθαι.* VIII, 3: *ὡς γὰρ δὴ ὡσάμενοι τὸν Πέρσεα περὶ τῆς ἐκείνου ἤδη τὸν ἀγῶνα ἐποιεῦντο, πρόφασιν τὴν Παυσανίεω ὕβριν προισχόμενοι (οἱ Ἀθηναῖοι) ἀπείλοντο τὴν ἡγεμονίην τοὺς Λακεδαιμονίους.* Pausanias sociis per annum Xerxis fugam insequutum praefuit ac postea revocatus est. *V. Append. c.* 6. Aliquot annis post mortem obiit, quam enarrant Thuc. I, 128—135. Tutor fuit etiam quo tempore mortuus est. Thuc. I, 132: *Πλείσταρχον τὸν Λεωνίδου, ὄντα βασιλέα καὶ νέον ἔτι, ἀνεψιὸς ὢν ἐπετρόπευε.* Interdum rex dicitur, non proprie. Aristot. Polit. V, 1, 5: *φασί τινες Παυσανίαν τὸν βασιλέα ἐπιχειρῆσαι καταλῦσαι τὴν ἐφορίαν.* Id. VII, 13, 13: *ἐγκαλοῦσιν οἱ Λάκωνες Παυσανίᾳ τῷ βασιλεῖ κ. τ. λ.* Alio loco Aristoteles eum praetorem dicit V, 6, 2: *Παυσανίας ὁ στρατηγήσας κατὰ τὸν Μηδικὸν πόλεμον.* Demosth.

VIII, 131: *Λευτυχίδης ὁ Μενάρεος, τοῦ Ἡγησίλεω, τοῦ Ἱπποκρατίδεω, τοῦ Λευτυχίδεω, τοῦ Ἀναξίλεω, τοῦ Ἀρχιδήμου, τοῦ Ἀναξανδρίδεω, τοῦ Θεοπόμπου.* Apud eundem Herod. VI, 65 dicitur *Λευτυχίδης ὁ Μενάρεος τοῦ Ἄγιος.* Itaque avus est altero loco *Agis*, altero *Agesilaus:* utrum verum sit non facile dixeris. [V. tamen Wesseling. ad Herod. VI, 65. *Kr.*] VIII, 131 quae sequuntur corrupta sunt. V. Wesseling. et Larcher. ad h. l.

Leotychides Cleomenis artibus Demarato regno exuto rex factus est circa 491. Cum Xanthippo, Periclis patre, ad Mycalen Graecorum copiis praefuit 479. Herod. VIII, 131. IX, 98—104. Posthac in exsilium pulsus est quod pecunia corruptus esset. Herod. VI, 72: *ἐστρατήγησε Λακεδαιμονίοισι ἐς Θεσσαλίην. παρεὸν δέ οἱ ὑποχείρια πάντα ποιήσασθαι ἐδωροδόκησε ἀργύριον πολύ. ἐπ' αὐτοφώρῳ δὲ ἁλοὺς ἔφυγε ἐκ Σπάρτης — ἐς Τεγέην καὶ ἐτελεύτησε ἐν ταύτῃ.* Pausan. III, 7, 8: *Λεωτυχίδης ἀντὶ Δημαράτου γενόμενος βασιλεὺς μετέσχε μὲν τοῦ ἔργου τοῦ πρὸς Μυκάλῃ, ἐστράτευσε δὲ ὕστερον τούτων καὶ ἐπὶ τοὺς Ἀλευάδας ἐς Θεσσαλίαν· καὶ δῶρα ἔλαβεν. — ὑπαγόμενος δὲ ἐν Λακεδαίμονι ἐς δίκην ἔφυγεν ἐθελοντὴς ἐς Τέγεαν.* Quo tempore Leotychides in exsilium eiectus sit primo Archidami successoris anno definitur, qui quattuor annos regnaverat, quum Sparta terrae motu concussa est, 464. Itaque Leotychides exsulatum ivit 469. Quod congruit cum numero annorum quos eum regnasse tradit Diod. XI, 48: *Λεωτυχίδας ἐτελεύτησεν, ἄρξας ἔτη εἴκοσι καὶ δύο.* Quamquam per errorem eius regni finem Phaedonis anno 476 assignat. Quem errorem ex ipso Diodoro corrigere licet. Addit enim: *τὴν ἀρχὴν διαδεξάμενος Ἀρχέλαος (Ἀρχίδαμος) ἐβασίλευσεν ἔτη τεσσαράκοντα καὶ δύο.* Itaque haec duo regna fuerunt annorum 22+42=64. Sed ex Thucydide constat Archidamum 427 decessisse, ipsis 64 annis post 491, quo anno Leotychidem rerum potitum esse aliis rebus probatur. Itaque 469 Leotychidem exactum et Archidamum regem factum esse apparet ex consentientibus testimoniis Herodoti, Thucydidis, Plutarchi et ipsius Diodori, si eum emendaveris. Diodorus errorem tenet, ortum undecunque. [V. ad *Append.* c. 8. *Kr.*] „Leotychides moritur eique successit Archida-

AGIDAE.

Neaer. p. 1378: *Παυσανίας ὁ τῶν Λακεδαιμονίων βασιλεὺς ἐπέγραψεν ἐπὶ τὸν τρίποδα τὸν ἐν Δελφοῖς κ. τ. λ.* Schol. Aristoph. Equit. 84: *μετὰ τὴν Ξέρξου φυγὴν Λακεδαιμόνιοι προδοσίας κρίνουσι καὶ φονεύουσι Παυσανίαν τὸν ἴδιον βασιλέα, Κλεομβρότου καὶ Ἀλκαθέας υἱόν.* Suidas: *Παυσανίας, Κλεομβρότου καὶ Ἀγχιθέας, βασιλεὺς Λακεδαιμονίων.* Regis voce etiam aliis locis non proprie utuntur. Ita Cleomenes rex dicitur, quum patre vivo tantum dux esset. V. *Cleomenes II.*

Nicomedes, Pausaniae frater, minor Cleombroti filius, Plistoanacte pupillo ad Tanagram dux fuit 457. Thuc. I, 107.

Plistarchus non diu regnavit. Pausan. III, 5, 1: *Πλείσταρχος ὁ Λεωνίδου, νεωστὶ τὴν βασιλείαν παρειληφὼς ἐτελεύτησε.* Sed ex tempore quo Diodorus eius successorem regem factum esse tradit, 458, si rem computes, 22 annos regnaverit. Fortasse statuendum est Pausaniam de eo tempore loqui quo Plistarchus in suam tutelam venerat. Liberos non reliquit.

20. PLISTOANAX. Diod. XIII, 75: *Πλειστῶναξ ὁ βασιλεὺς ἐτελεύτησεν ἄρξας ἔτη πεντήκοντα.* Euctemone archonte 408. Itaque rex factus est 458. *Plistoanax*, *Pausaniae* filius, *Cleombroti* nepos, octavus decimus ab *Eurysthene*, pupillus erat regnum adeptus, 457. *οἱ Λακεδαιμόνιοι Νικομήδους τοῦ Κλεομβρότου ὑπὲρ Πλειστοάνακτος τοῦ Παυσανίου, νέου ὄντος ἔτι, ἡγουμένου ἐβοήθησαν τοῖς Δωριεῦσιν.* Thuc. I, 107. Duodecim annis post, 445, quattuordecim ante bellum Peloponnesiacum Plistoanax ipse exercitui in Atticam invadenti praefuit. V. tabb. 445, 2. Post hanc expeditionem, suspectus quod pecunia corruptus recessisset, in exsilium pulsus est. Thuc. II, 21. a) Exulavit annos undeviginti. Thuc. V, 16: *χρόνῳ δὲ προτρέψαι τοὺς Λακεδαιμονίους φεύγοντα αὐτὸν ἐς Λύκαιον* [Arcadiae] — *ἔτει ἑνὸς δέοντι εἰκοστῷ* — mus 476." XI, 48. „Archidamus moritur quum 42 annos regnasset 434." XII, 35.

PROCLIDAE.

Zeuxidamus, Leotychidis filius ante quam pater decessit, Herod. VI, 71: *Ζεῦξίδημος οὐκ ἐβασίλευσε Σπάρτης· πρὸ Λευτυχίδεω γὰρ τελευτᾷ, λιπὼν παῖδα Ἀρχίδημον. Λευτυχίδης δὲ στερηθεὶς Ζευξιδήμου γαμέει δευτέρην γυναῖκα Εἰρυδάμην. — ἐκ τῆς οἱ γίνεται θυγάτηρ Λαμπιτώ· τὴν Ἀρχίδημος ὁ Ζευξιδήμου γαμέει δόντος αὐτῷ Λευτυχίδεω.* Pausan. III, 7, 8: *Λεωτυχίδου ὁ μὲν παῖς Ζεῦξίδαμος ζῶντος ἔτι Λεωτυχίδου καὶ οὐ πεφευγότος πω τελευτᾷ νόσῳ.*

18. ARCHIDAMUS II, undevicesimus a Procle, undecimus a Theopompo, avo regno privato successit. Diodorus bis eum 42 annos regnasse tradit, XI, 48. XII, 35, quamquam septem annis superius quam debebat, i. e. 476—434 pro 469—427. Eum duo et quadraginta annos regnasse etiam Plutarchi et Thucydidis testimoniis constat. Ex Thucydide apparet Archidamum — *Ἀρχίδαμος ὁ Ζευξιδάμου Λακεδαιμονίων βασιλεύς* — praefuisse copiis quae in Peloponnesiaco bello 211
primum 431, iterum 430, et tertium, 428 in Atticam invaserunt. In quartam expeditionem exercitum eduxit Cleomenes, 427; in quintam Agis Archidami filius, 426. Itaque hic rex inter quartam et quintam expeditionem mortuus est, circiter 427. Plutarch. Cim. 16 quarto eius regni anno Spartam terrae motu concussam esse tradit, 464. Atque 464—427 sunt 38 anni, extremo utroque annumerato. Quibus si quattuor addideris habes duos et quadraginta annos quos Diodorus tradit. Itaque rex factus est 469, mortem obiit 427. Terrae motus tempore, 464, integros quattuor annos regnaverat quinto inchoato.

Archidami regnum resque ab eo gestas paucis persequitur Pausanias III, 7, 9—10. Eius filia Cynisca Olympiae vicit. Pausan. III, 8, 1: *πρώτη*

a) Secundum Plutarch. Pericl. 22 mulcta ei irrogata est: quam quum persolvere non posset, Sparta exsulatum abiit. Eius *σύμβουλος*, Cleandridas, qui eiusdem criminis particeps erat, capitis condemnatus est: *οἱ Λακεδαιμόνιοι τὸν μὲν βασιλέα χρήμασιν ἐζημίωσαν, ὧν τὸ πλῆθος οὐκ ἔχων ἐκτῖσαι μετέστησεν ἑαυτὸν ἐκ Λακεδαίμονος· τοῦ δὲ Κλεανδρίδου φεύγοντος θάνατον κατέγνωσαν· οὗτος δ' ἦν πατὴρ Γυλίππου* [cf. Thuc. VI, 93] *τοῦ περὶ Σικελίαν Ἀθηναίους καταπολεμήσαντος.* Plutarchus Ephorum sequi videtur. Schol. Aristoph. Nub. 857: *φησὶ δὲ Ἔφορος, ὅτι μετὰ ταῦτα μαθόντες οἱ Λακεδαιμόνιοι Κλεανδρίδην μὲν ἐδήμευσαν* [alius Scholiastes *ἐφόνευσαν*] *Πλειστιάνακτα δὲ ιε' ταλάντοις ἐζημίωσαν.* Thucydidis verborum brevitas — *ἡ φυγὴ αὐτῷ ἐγένετο ἐκ Σπάρτης* — facile conciliari potest cum Ephori et Plutarchi narratione.

AGIDAE.

καταγαγεῖν κ. τ. λ. Nondum restitutus erat 427, quo tempore filius eius, etiamtum pupillus, pro eo rex erat. Thuc. III, 26: *ἦγεῖτο Κλεομένης ὑπὲρ Παυσανίου τοῦ Πλειστοάνακτος υἱέος βασιλέως ὄντος καὶ νεωτέρου ἔτι, πατρὸς ἀδελφὸς ὤν.* Rediit ante 421, quo anno quinquaginta annorum induciae factae sunt. Exulasse videtur ab a. 444 ad 426, quod spatium annumerat qui eum quinquaginta annos regnasse tradit Diodorus, cuius numerum bene contra Dodwelli reprehensionem et emendationem defendit Wesseling. ad Diod. XIII, 75. t. V p. 600 ed. Bip.

21. PAUSANIAS, Plistoanactis filius, quamquam pupillus, patre exsulante regnabat. Mortuo Pli-
212 stoanacte, 408, *διαδεξάμενος τὴν ἀρχὴν Παυσανίας ἦρξεν ἔτη δεκατέσσαρα.* Diod. XIII, 75. Eundem numerum Diodorus XIV, 89 repetit: *Παυσανίας ὁ τῶν Λακεδαιμονίων βασιλεὺς ἐγκαλούμενος ὑπὸ τῶν πολιτῶν ἔφυγεν, ἄρξας ἔτη δεκατέσσαρα.* Eubulide archonte. [Imo Diophanto, ut e Xenophonte et Plutarcho colligi potest. Diodorus, ut saepe, proximi archontis anno adscripsit quod superiore factum est. *Kr.*] Exactus est paulo post Lysandri mortem. Pausan. III, 5, 5—6: *Λύσανδρος ἔπεσε· Παυσανίας δὲ ὑστέρησε τοῦ ἀγῶνος. — οὐχ ὑπέμεινεν ἐξελθεῖν ἐς δικαστήριον, Τεγεᾶται δὲ αὐτὸν τῆς Ἀθηνᾶς ἱκέτην ἐδέξαντο τῆς Ἀλέας.* Xenoph. Hell. III, 5, 7—25: *ὁ δὲ Παυσανίας ἐπεὶ τὰ διαβατήρια ἐγένετο αὐτῷ καθεζόμενος ἐν τῇ Τεγέᾳ τοὺς ξεναγοὺς διέπεμπεν. — ὁ δὲ Λύσανδρος ἔφθη τὸν Παυσανίαν ἐν τῷ Ἀλιάρτῳ γενόμενος. — ἐπεὶ δὲ ἀποθανόντος Λυσάνδρου ἔφευγον οἱ ἄλλοι — ἐδίωκον οἱ Θηβαῖοι. — ὁ δὲ Παυσανίας — ἐβουλεύετο πότερον μάχην συνάπτοι ἢ ὑπόσπονδον τὸν Λύσανδρον ἀναιροῖτο. — ὁ μέντοι Παυσανίας, ἐπεὶ ἀφίκετο οἴκαδε, ἐκρίνετο περὶ θανάτου. — καὶ ἔφυγεν ἐς Τεγέαν καὶ ἐτελεύτησεν ἐκεῖ νόσῳ.* Plutarch. Lysandri c. 30: *τοιαύτης τῷ Λυσάνδρῳ τῆς τελευτῆς γενομένης παραχρῆμα μὲν οὕτως ἠνείγκαν βαρέως οἱ Σπαρτιᾶται ὥστε τῷ βασιλεῖ κρίσιν προγράψαι θανατικήν· ἦν οὐχ ὑποστὰς ἐκεῖνος εἰς Τεγέαν ἔφυγε.* Lysander exeunte a. 395 caesus est, quo satis confirmatur tempus quo Diodorus Pausaniam regno privatum esse tradit.

Pausanias nondum mortem obierat 385, quo

PROCLIDAE.

ἱπποτρόφησε γυναικῶν καὶ νίκην ἀνείλετο Ὀλυμπιακὴν πρώτη. Cyniscae nomen ab avo Zeuxidamo [s. Cynisco] traxerat. Cf. Herod. VI, 71.

19. AGIS II. Diod. XII, 35: *τὴν ἀρχὴν διαδεξάμενος Ἄγις ἐβασίλευσεν ἔτη εἰκοσιεπτά.* Pausan. III, 8, 2: *ἐπὶ δὲ Ἄγιδος τοῦ Ἀρχιδάμου ἄλλα τε ἐγένετο εἰς Ἠλείους ἐγκλήματα καὶ τοῦ ἀγῶνος τοῦ Ὀλυμπιακοῦ ὑπ' αὐτῶν εἰργόμενοι μάλιστα ἤλθοντο.* Agis iam rex erat 426 mature. Thuc. III, 89: *τοῦ ἐπιγιγνομένου θέρους* [426] *Πελοποννήσιοι — ἦλθον ὡς ἐσβαλοῦντες, Ἄγιδος τοῦ Ἀρχιδάμου ἡγουμένου, Λακεδαιμονίων βασιλέως.* Superstes fuit bello Elio. Xen. Hell. III, 3, 1: *μετὰ δὲ τοῦτο Ἄγις ἀφικόμενος ἐς Δελφοὺς τὴν δεκάτην ἀποθύσας πάλιν ἀπιὼν ἔκαμεν ἐν Ἡραίᾳ, γέρων ἤδη ὤν· καὶ ἀπηνέχθη μὲν ἐς Λακεδαίμονα — ἐκεῖ δὲ ταχὺ ἐτελεύτησεν.* Quum hoc bellum usque ad *aestatem*, *θέρος*, 399 gestum sit, Agis non 27, sed 28 annis regnaverit necesse est. [Hac ratione confirmatur quod ad an. 400, 2 docui. *Kr.*] In indice regnorum p. 205 Agidis II regnum positum est annorum undetriginta, ut nonum et vicesimum non completum putetur; Agesilao septem et triginta anni integri tribuuntur. Alter paulo amplius viginti octo, alter paulo minus triginta octo annos regnavit.

Agidis filio *Leotychidi* succedendi ius ademptum eique Agesilaus antepositus est Lysandri artibus. Rem tradunt Pausan. III, 8, 4—5. Plutarch. Lysandri c. 22. Agesil. c. 3 et Xenoph. Hell. III, 3, 1—4.

20. AGESILAUS II, minor Archidami filius, vicesimus a Procle, Agidi fratri successit. In Asiam cum exercitu profectus est 396, atque post secundum annum quam eo venit revocatus victoriam Coronensem reportavit, Augusto mense 394. Princeps res Lacedaemoniorum moderatus est usque ad Epimondae mortem, qui Iunio 362 occidit. Paulo post expeditionem in Aegyptum cit octoginta annis maior: *ὑπὲρ ὀγδοήκοντα γεγο-*

AGIDAE.

tempore eius filius Agesipolis Mantineam oppugnavit. V. Xenoph. Hell. V, 2, 3—6.

22. AGESIPOLIS I. Diod. XIV, 89: *Παυσανίας ἔφυγεν ἄρξας ἔτη δεκατέσσαρα, τὴν δὲ βασιλείαν διαδεξάμενος ὁ υἱὸς Ἀγησίπολις ἦρξε τὸν ἴσον τῷ πατρὶ χρόνον.* Id. XV, 23: *Ἀγησίπολις ἐτελεύτησε νόσῳ, βασιλεύσας ἔτη τέσσαρα καὶ δέκα.* Pythea archonte, 380. Hoc tempus confirmant quae Xenophon tradit. Febri absumptus est *κατὰ θέρους ἀκμήν*, tertio anno belli adversus Olynthios gesti. Hellen. V, 3, 19. Pupillus erat quo tempore regnum adeptus est. Victoriam ad Corinthum 394 reportavit eius tutor Aristodemus. Pausan. III, 5, 7: *Ἀριστόδημος ἐπετρόπευε γένους ἐγγύτατα ὤν· καὶ τὸ ἐν Κορίνθῳ κατόρθωμα Ἀριστοδήμου ἐγένετο ἡγουμένου.* Xen. Hell. IV, 2, 9: *οἱ ἔφοροι φρουρὰν ἔφαινον· ἡ δὲ πόλις, ἐπεὶ Ἀγησίπολις παῖς ἔτι ἦν, Ἀριστόδημον τοῦ γένους ὄντα καὶ τοῦ παιδὸς πρόδικον ἡγεῖσθαι τῇ στρατιᾷ ἐκέλευεν.* Plutarch. Ag. 3 Pausaniae posteros usque ad Agesipolin enumerat: *Παυσανίας (ὃ νικήσας ἐν Πλαταιαῖς) υἱὸν ἔσχε Πλειστώνακτα, Πλειστῶναξ δὲ Παυσανίαν, οὗ φυγόντος εἰς Τεγέαν ὁ πρεσβύτερος υἱὸς Ἀγησίπολις ἐβασίλευσεν.*

23. CLEOMBROTUS I. Diod. XV, 23: *τὴν ἀρχὴν διαδεξάμενος Κλεόμβροτος ὁ ἀδελφὸς ἐβασίλευσεν ἔτη ἐννέα.* Hi novem anni finiti sunt Leuctrica pugna in qua cecidit 371. Pausan. III, 6, 1: *Ἀγησιπόλιδος ἄπαιδος τελευτήσαντος ἐς Κλεόμβροτον περιῆλθεν ἡ ἀρχή. καὶ ὑπὸ ἡγεμόνι τούτῳ ἠγωνίσαντο ἐν Λεύκτροις.*

24. AGESIPOLIS II. Diod. XV, 60: *Ἀγησίπολις ὁ τῶν Λακεδαιμονίων βασιλεὺς μετήλλαξεν ἄρξας ἐνιαυτόν.* Dyscineto archonte, 370. Pausan. III, 6, 1: *Κλεομβρότου ὁ πρεσβύτερος τῶν παίδων Ἀγησίπολις παρέσχετο μέγα οὐδὲν ἐς μνήνην.* Plutarch. Ag. 3 ita Agidarum propaginem subtexere pergit: *Ἀγησίπολις ἐβασίλευσε· καὶ τούτου τελευτήσαντος ἀτέκνου Κλεόμβροτος ὁ νεώτερος. ἐκ δὲ Κλεομβρότου πάλιν ἄλλος Ἀγησίπολις ἦν καὶ Κλεομένης. ὧν Ἀγησίπολις μὲν οὔτ' ἦρξε πολὺν χρόνον οὔτε παῖδας ἔσχεν.*

PROCLIDAE.

νὼς ἔτη. Plutarch. Ages. 36. Mortem obiit domum reversus, *βιώσας μὲν ὀγδοήκοντα καὶ τέσσαρα ἔτη, βασιλεύσας δὲ τῆς Σπάρτης ἐνὶ τῶν τεσσαράκοντα πλέον καὶ τούτων ὑπὲρ τριάκοντα πάντων μέγιστος γενόμενος καὶ σχεδὸν ἅλης τῆς Ἑλλάδος ἡγεμὼν καὶ βασιλεὺς νομισθεὶς ἄχρι τῆς ἐν Λεύκτροις μάχης.* Plutarch. Ages. 40. Diodor. XV, 93 Agesilai mortem inter res anno pugnam Mantinensem insequuto factas refert, $36\frac{2}{3}$, eodem anno eum decessisse tradens quo in Aegyptum expeditionem fecit. Sed bellum ibi minimum per annum ge- 213
stum est neque eo profectus esse potest ante ver 361, septem octove mensibus post Mantinensem pugnam. Xenoph. Ages. 2, 28—31 haec tradit: *ἤδη μὲν ἐγεγόνει ἔτη ἀμφὶ τὰ ὀγδοήκοντα· κατανενοηκὼς δὲ τὸν Αἰγυπτίων βασιλέα ἐπιθυμοῦντα τῷ Πέρσῃ πολεμεῖν ἄσμενος ἤκουσεν ὅτι μετεπέμπετο αὐτόν. ἐνταῦθα δὴ Ἀγησίλαος τὸν ἕτερον* [regum qui de Aegypti regno disceptabant] *συγκαθίστησι καὶ φίλον ποιήσας τῇ Λακεδαίμονι ἀποπλεῖ οἴκαδε, καίπερ μέσου χειμῶνος ὄντος, σπεύδων ὡς μὴ ἀργὸς ἡ πόλις ἐς τὸ ἐπιὸν θέρος πρὸς τοὺς πολεμίους γένοιτο.* Plutarch. Ages. c. 40: *ἀγαπῶν δὲ καὶ φιλοφρονούμενος* (ὁ *Νεκτάναβις*) *ἐδεῖτο μεῖναι καὶ συνδιαχειμάσαι μετ' αὐτοῦ τὸν Ἀγησίλαον· ὁ δ' ὥρμητο πρὸς τὸν οἴκοι πόλεμον. — χειμῶνος δ' ὄντος ἤδη τῆς γῆς ἐχόμενος ταῖς ναυσὶ καὶ παρὰ τὴν Λιβύην εἰς χωρίον ἔρημον κομισθείς, ὃ καλοῦσι Μενελάου λιμένα, ἀποθνήσκει.* Quae hic notata est hiems non potest prior fuisse Decembri 361 vel Ianuario 360, ut unius anni fuerit Aegyptium bellum. Alio loco Diodorus Archidamum tres et viginti annos regnasse tradit: qui quum Augusto 338 caesus sit hac ratione post Augustum 361 rex factus fuerit. Itaque Agesilaus ab a. 398 ad 361 utroque annumerato regnavit, i. e. octo et triginta annos postremo non completo, quum Plutarchus unum et quadraginta tradat. Non magis accurate idem ad Leuctricam pugnam *amplius triginta* annos computat, quum ea 371 octavo et vicesimo anno post quam Agesilaus regnum adeptus est facta sit [Cf. Manso Sparta III, 2 p. 224 s. *Kr.*]

Rex factus est circiter decimo Pausaniae anno. Eius collegae ex altera familia fuerunt *Agesipolis I*, *Cleombrotus I*, *Agesipolis II* et *Cleome-*

AGIDAE.

25. CLEOMENES II fratri successit. Diod. XV, 60: *τὴν ἀρχὴν διαδεξάμενος Κλεομένης ὁ ἀδελφὸς ἐβασίλευσεν ἔτη τριάκοντα καὶ τέτταρα.* Id. XX, 29: *ἐπ' ἄρχοντος Ἀθήνησι Δημητρίου* [309] — *Κλεομένης ὁ τῶν Λακεδαιμονίων βασιλεὺς ἐτελεύτησεν ἄρξας ἔτη ἑξήκοντα καὶ μῆνας δέκα.* Cum maiore numero, quem res confirmant, congruit temporis spatium quod inter annum quo regnum adeptus et quo mortuus est interiectum fuit, 370—309 = 61. Nam qui deinceps regnavit *Areus* nondum mortuus erat 272, octo et nonaginta annis post quam Cleomenes rex factus erat, quum Pyrrhus Laconicam invasit. Plutarch. Pyrrhi c. 27. Recte igitur Wesselingius ad Diod. XV, 60 minore nu-
214 mero *duo et quadraginta* annorum reiecto maiorem anteponit. [Cf. Manso Sparta III, 2 p. 247 s. *Kr.*] Scaliger *ὀλυμπ. ἀναγρ. Cleomenem* 373 Astio archonte regnum adeptum esse tradit, quamquam deinceps ipse *Cleombrotum* ad Leuctra Phrasiclide archonte 371 cecidisse docet, prorsus omisso qui inter hos regnavit *Agesipolide II.* Ol. 107, 4 [a. C. 309] Cleomenem decessisse memorat, *Demetrio* archonte, post regnum sexaginta annorum et decem mensium. (*ἄρξας ἔτη ζ' μῆνας ί* typothetae peccato pro *ἔτη ξ'.*) Quo tempore Cleomenes re vera mortem obiit.

Acrotatus Cleomenis filius ante quam pater mortuus est. Pausan. III, 6, 1—2: *Κλεομένης ὁ νεώτερος μετὰ τὸν ἀδελφὸν τελευτήσαντα ἔσχε τὴν ἀρχήν. γενομένων δὲ αὐτῷ παίδων Ἀκροτάτου καὶ Κλεωνύμου κατήγαγε τὸ χρεὼν Ἀκρότατον ἔτι πρότερον ἢ αὐτὸν Κλεομένην. καὶ ὡς Κλεομένης ἀπέθανεν — δικάζουσιν οἱ γέροντες Ἀρεῖ τῷ Ἀκροτάτου καὶ οὐχὶ Κλεωνύμῳ πατρῴαν εἶναι τὴν τιμήν.* Plutarch. Agid. 3: *Κλεομένης δὲ βασιλεύσας μετ' Ἀγησίπολιν τὸν μὲν πρεσβύτερον τῶν υἱῶν ἔτι ζῶν ἀπέβαλε, νεώτερον δὲ Κλεώνυμον κατέλιπεν, ὃς οὐκ ἐβασίλευσεν, ἀλλ' Ἄρευς, νίωνὸς ὢν Κλεομένους. Ἀκροτάτου δὲ υἱὸς Ἄρευς.* Fallitur Pausan. VIII, 27, 8 Acrotatum in bello a Lacedaemoniis cum Megalopolitanis gesto occidisse referens. Videlicet Pausanias hunc Acrotatum cum nepote eius Acrotato, Arei filio, permutavit. V. infra *Acrotatus.*

Cleonymum, minorem Cleomenis filium, significat Polyaen. II, 29, 1: *Κλεώνυμον Λακεδαιμονίων βασιλέα* dicens. Narratur restitisse ducibus

PROCLIDAE.

nes II, cuius longissimi regni nono aut decimo anno Agesilaus mortem obiit.

21. ARCHIDAMUS III. Diod. XVI, 63: *ἐβασίλευσε τῶν Λακεδαιμονίων ἔτη τρία πρὸς ταῖς εἴκοσιν.* Id. XVI, 88: *ἦρξε τῶν Λακεδαιμονίων ἔτη τρία καὶ εἴκοσιν.* Archidamus adolescens fuisse memoratur quo tempore Sphodrias Piraeeo imminuerat, 378. Xenoph. Hell. V, 4, 25—33. Reportavit victoriam *lacrymis carentem*, *τὴν ἄδακρυν μάχην*, 367. V. tabb.

Archidamus Phocenses in bello sacro, quod quinto eius regni anno geri coeptum est, sustentavit. Primo clam Philomelum adiuvit. Diod. XVI, 24: *ὁ Φιλόμηλος ἐν ἀποῤῥήτοις διελέχθη τῷ βασιλεῖ τῶν Λακεδαιμονίων Ἀρχιδάμῳ.* Secundum Theopompum Archidamus pecunia corruptus erat. Pausan. III, 10, 4: *Θεόπομπος τόν τε Ἀρχίδαμον μετασχεῖν τῶν χρημάτων αὐτὸν καὶ ἔτι Δεινίχαν τὴν Ἀρχιδάμου γυναῖκα παρὰ τῶν δυναστευόντων ἐν Φωκεῦσιν ἔφη λαμβάνουσαν δωρεὰν ἑτοιμότερον ποιεῖν σφισιν ἐς τὴν συμμαχίαν Ἀρχίδαμον.* Atque Messenii dixerunt, *ἡνίκα οἱ Φωκέων δυνάσται τὸ ἱερὸν τὸ ἐν Δελφοῖς κατειλήφασιν ἰδίᾳ τε κατ' ἄνδρα τοὺς βασιλεύοντας ἐν Σπάρτῃ* [Archidamum et Cleomenem] *καὶ τῶν ἄλλων τοὺς ἐπ' ἀξιώματος καὶ κοινῇ τῶν τε ἐφόρων τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν γερουσίαν μετασχεῖν τῶν τοῦ θεοῦ.* Pausan. IV, 5, 1.

Archidamus in Italia occisus est, Augusto 338. Diod. XVI, 63: *συμμαχήσας τοῖς Ταραντίνοις ἔν τινι μάχῃ διαγωνισάμενος λαμπρῶς ἐτελεύτησεν.* Quum quadraginta annis ante a Xenophonte adolescens commemoratus sit, videtur sexaginta annorum fuisse.

22. AGIS III. Diod. XVI, 88: *τὴν βασιλείαν διαδεξάμενος ὁ υἱὸς Ἄγις ἦρξεν ἔτη ἐννέα.* Id. XVII, 63: *ἐπ' ἄρχοντος Ἀριστοφῶντος* [330] — *κατέστρεψε τὸν βίον ἄρξας ἔτη ἐννέα.* Ex his numeris corrigere licet quod apud Diod. XVI, 63 legitur *ἔτη πεντεκαίδεκα.* Attamen novem annos Agis regnasse non potest. Successit enim patri Augusto 338, secundo Aristophontis archontis mense. Iam causa de corona acta est ipso Aristophontis, qui a Chaeronda nonus archon fuit, anni initio. Itaque tantum octo anni inter Archidami mortem et causam de corona interiecti fuerunt. Et tamen Agis hoc tempore iam mortuus erat. Aeschin.

AGIDAE.

Crateri, qui 322 in Graecia fuit et 321 occisus est sub finem regni Cleomenis. Itaque *Cleonymus*, non proprie *rex* dictus, Cleomenis filius erat, qui postea cum Areo, fratris filio, de regno disceptavit.

26. AREUS I, Cleomenis nepos, tertius et trecesimus ab Eurysthene regnum adeptus est 309. Diod. XX, 29: *ἐπ' ἄρχοντος Δημητρίου — τὴν βασιλείαν διαδεξάμενος ὁ Ἀρεὺς* b) *υἱὸς [νἱωνὸς] ἦρξεν ἔτη τέσσαρα πρὸς τοῖς τεσσαράκοντα.* Pro *υἱός* emendandum esse *νἱωνός* perspicuum est. Prudenter, ut solet, Wesselingius: *ego vero*, inquit, *non mutavi, incertum arbitratus auctorisne peccatum sit an librariorum.* Simile peccatum sive Diodori sive librarii deprehendas in Sophoclis posterioris mentione. V. tabb. 396, 4. [Ceterum cf. Manso Sparta III, 2 p. 249 s. *Kr.*]

Cleonymus, Arei patruus, regno exclusus Pyrrhum contra Lacedaemonios advocavit. Plutarch. Pyrrhi c. 26: *Κλεωνύμου τοῦ Σπαρτιάτου παραγενομένου καὶ καλοῦντος αὐτὸν ἐπὶ τὴν Λακεδαίμονα προθύμως ἤκουσεν. ὁ δὲ Κλεώννυμος ἦν μὲν γένους βασιλικοῦ, δοκῶν δὲ βίαιος εἶναι — οὔτ' εὔνοιαν οὔτε πίστιν εἶχεν, ἀλλ' Ἄρευς ἐβασίλευε κ. τ. λ.* Pausan. III, 6, 2: *ἐς ἀντιλογίαν ἀφίκοντο ὑπὲρ τῆς βασιλείας Κλεώννυμός τε ὁ Κλεομένους καὶ Ἀρεὺς ὁ Ἀκροτάτου. — Κλεωνύμῳ δὲ ἀπελαθέντι τῆς βασιλείας περισσῶς δή τι ὁ θυμὸς εἶλε. — τέλος δὲ — Πύρρον τὸν Αἰακίδου σφίσιν ἐπηγάγετο ἐς τὴν χώραν.* Hanc rem conatus est Pyrrhus 272, proinde 37mo Arei anno, Acrotato iam adulto: *ὁ νεανίας Ἀκρότατος.* Plutarch. Pyrrhi c. 28. Areus Athenienses adiuvit in bello adversus Antigonum, Demetrii filium, gesto, qui regnare coepit 283. Cf. Pausan. III, 6, 3. Hic Spartae rex ad Corinthum occisus est. Plutarch. Agid. 3: *Ἄρεως πεσόντος περὶ Κόρινθον υἱὸς ὢν Ἀκρότατος τὴν βασιλείαν κατέσχεν.* Areus I aequalis erat *Oniae I*, pontificis maximi Iudaeorum, qui nono anno Arei regni mortem obiit, ad eumque legatio missa est; I Macc. XII, 20; quam Iosephus Ant. XII, 4, 10 male ad posterioris Oniae tempora refert, cuius aetate Areus Spartanorum rex erat.

PROCLIDAE.

Ctes. p. 72, 33: *Λακεδαιμόνιοι οἱ ταλαίπωροι — νῦν μέλλουσιν ὡς Ἀλέξανδρον ἀναπέμπεσθαι, τοῦτο πεισόμενοι καὶ αὐτοὶ καὶ ἡ πατρὶς ὅ τι ἂν ἐκείνῳ* 215 *δόξῃ.* Cf. p. 77, 15—21. Proelium in quo Agis occidit, fere eodem tempore factum est quo Alexander ad Arbela vicit; (*v. Append. c. 4. Alexander III*) sub finem anni 331. Itaque Agidem *Aristophane* archonte periisse statueris, ut octo, non novem annos regnaverit.

Quo tempore ad Issum pugnatum est, 333, Agis ad Persarum duces in Aegeo mari classi praefectos venit pecunias ad bellum contra Macedonas gerendum petiturus. Arrian. exped. II, 13: *παρ' αὐτοὺς ἀφικνεῖται Ἄγις ὁ τῶν Λακεδαιμονίων βασιλεὺς ἐπὶ μιᾶς τριήρους χρήματα αἰτήσων ἐς τὸν πόλεμον.*

23. EUDAMIDAS II, minor Archidami filius, Agidi fratri successit 330, quadragesimo *Cleomenis II* anno. Pausan. III, 10, 6: *τοῦ δὲ Ἀρχιδάμου τὸν μὲν πρεσβύτατον παῖδα Ἄγιν κατέλαβεν ἀποθανεῖν Μακεδόσιν ἐναντία καὶ Ἀντιπάτρῳ μαχεσάμενον. Εὐδαμίδας δὲ ὁ νεώτερος Λακεδαιμονίοις ἐβασίλευσεν ἄγουσιν εἰρήνην.* In dictis quae apud Plutarch. Apophthegm. p. 220, d — 221, a Eudamidae tribuuntur sunt quae pacis amantem indolem agendique rationem declarent. In hac collectione dicto *θ'* respicitur quod Alexander 324 edixerat.

24. ARCHIDAMUS IV, Eudamidae filius, iam erat rex 296, quo tempore a Demetrio Poliorceta devictus est. Plutarch. Demetr. 35: *ἐχομένων τῶν Ἀθηνῶν εὐθὺς ἐπεβούλευε τῇ Λακεδαίμονι· καὶ περὶ Μαντίνειαν Ἀρχιδάμου τοῦ βασιλέως ἀπαντήσαντος αὐτῷ νικήσας μάχῃ καὶ τρεψάμενος εἰς τὴν Λακωνικὴν ἐνέβαλεν.* Hoc in quartum decimum Arei I annum inciderit.

25. EUDAMIDAS II. Plutarch. Agid. c. 3 ita originem eius ab Agesilao magno subtexit: *ἦν Ἀγησιλάου μὲν Ἀρχίδαμος ὁ περὶ Μανδόνιον τῆς Ἰταλίας ὑπὸ Μεσσαπίων ἀποθανών. Ἀρχιδάμου δὲ πρεσβύτερος μὲν υἱὸς Ἄγις, Εὐδαμίδας δὲ νεώτερος· ὃς Ἄγιδος ὑπ' Ἀντιπάτρου περὶ Μεγάλην πόλιν ἀναιρεθέντος ἀτέκνου τὴν βασιλείαν ἔσχε· τούτου δ'*

b) Hoc nomen apud Plutarchum *Ἄρευς*, apud Diodorum et Pausaniam *Ἀρεύς* scribitur.

AGIDAE.

216 27. ACROTATUS. Plutarch. Agid. 3: *Ἀκρότατος τὴν βασιλείαν κατέσχεν. ἀπέθανε δὲ καὶ οὗτος ἡττηθεὶς μάχῃ περὶ Μεγάλην πόλιν ὑπ' Ἀριστοδήμου τοῦ τυράννου.* Aristodemus Arati Sicyonii aetate vixit et ab Ecdemo et Demophane, qui Arcesilai philosophi auditores fuerant, interfectus est. Polyb. X, 25. Quod cum Acrotati, Arei filii, aetate congruit. Qui Acrotatum in bello cum Aristodemo gesto occidisse refert Pausanias per errorem *Cleomenis* filium dicit VIII, 27, 8: quem errorem VIII, 30, 3 repetit: *ἡνίκα τὸ παῖσμα ἐγένετο Ἀκροτάτῳ τῷ Κλεομένους — μαχεσαμένου πρὸς Ἀριστόδημον.* Sed Acrotatum Cleomenis filium patre vivo quinquaginta ante annis mortuum esse Plutarchus et Polybius testantur. Neque vero Cleomenis filius in priore Lacedaemoniorum et Megalopolitanorum bello, quod 352 gestum est, occidisse potest. Nam hoc bellum sex et octoginta annis ante filii eius Arei mortem fuit. [Cf. Manso Sparta III, 2 p. 250 s. *Kr.*] Sed recte eius familiae originem subtexit Pausanias III, 6, 3, qui quum regnum Cleonymo postposito Areo datum esse tradiderit, *Ἀρέως δέ*, inquit, *ἐγένετο υἱὸς Ἀκρότατος, τοῦ δὲ Ἀρεύς.*

Acrotati virtute Sparta 272 a Pyrrho defensa est Areo patre in Creta absente. Plutarch. Pyrrhi c. 28. Fortasse hunc Acrotatum dicit Plutarch. Apophthegm. p. 216, d.

Areus et *Acrotatus*, *οἱ μικρὸν πρὸ Κλεομένους βασιλεύσαντες* [ante Cleomenem III] a Phylarcho apud Athen. IV p. 142, b victum et cultum mutasse ac veterem Spartae simplicitatem corrupisse insimulantur.

28. AREUS II, filius posthumus, octo annorum mortem obiit. Plutarch. Agid. 3: *κατέλιπεν* [Acrotatus] *ἐγκύμονα τὴν γυναῖκα. παιδίον δ' ἄῤῥενος γενομένου Λεωνίδας ὁ Κλεωνύμου τὴν ἐπιτροπὴν ἔσχεν· εἶτα πρὶν ἐν ἡλικίᾳ γενέσθαι τελευτήσαντος οὕτως εἰς αὐτὸν ἡ βασιλεία περιῆλθεν.* Pausan. III, 6, 3: *Ἀρεὺς ὀκτὼ μάλιστα ἔτη γεγονὼς τελευτᾷ νόσῳ. καὶ ἐλείπετο γὰρ τῆς Εὐρυσθένους οἰκίας γένος τὸ πρὸς ἀνδρῶν Λεωνίδας Κλεωνύμου παντάπασιν ἤδη γέρων.*

217 *Areus II* duodetricesimus rex, sextus a Cleombroto (qui ad Leuctra cecidit circiter 110 annis

PROCLIDAE.

Ἀρχίδαμος· Ἀρχιδάμου δὲ ἕτερος Εὐδαμίδας· Εὐδαμίδα δὲ Ἄγις.

26. AGIS IV Eudamidae II filius, quintus et vicesimus a Procle, sextus ab Agesilao II. Plutarch. Agid. 3: *Ἄγις Εὐρυτιωνίδης καὶ Εὐδαμίδα παῖς, ἕκτος ἀπ' Ἀγησιλάου τοῦ διαβάντος εἰς τὴν Ἀσίαν.* Id. Agesil. 40: *ἡ βασιλεία διέμεινε τῷ γένει μέχρις Ἄγιδος, ὃν ἐπιχειροῦντα τὴν πάτριον ἀναλαβεῖν πολιτείαν ἀπέκτεινε Λεωνίδας πέμπτον ἀπ' Ἀγησιλάου γεγονότα. Sextus* erat Agis etiam Agesilao numerato. [Non post Ol. 134, 1 regnum adeptum esse probat Manso III, 2 p. 246 s. *Kr.*]

Exercitum contra Aratum duxit, quum Aratus Corinthum liberasset, et victus est. Pausan. II, 8, 4: *ἐλευθέρωσαντος Ἀράτου Κόρινθον, — Λακεδαιμόνιοι καὶ Ἄγις ὁ Εὐδαμίδου βασιλεὺς ἔφθησαν μὲν Πελλήνην ἑλόντες, ἥκοντι δὲ Ἀράτῳ καὶ τῇ σπρατιᾷ συμβαλόντι ἐκρατήθησαν.* Corinthus liberata est quum Aratus iterum praetor fuit, anno ante quam Carthaginienses a Lutatio Catulo victi sunt. Polyb. II, 43, 6: *ταῦτ' ἐγίγνετο τῷ προτέρῳ ἔτει τῆς Καρχηδονίων ἥττης, ἐν ᾗ καθόλου Σικελίας ἐκχωρήσαντες πρῶτον ὑπέμειναν τότε φόρους ἐνεγκεῖν Ῥωμαίοις.* Unde Corinthum 243 liberatam esse discimus.

In bello quod Achaei et socii cum Aetolis gesserunt Agis copias suas cum Arato coniunxit. Plutarch. Arat. 31: *συμβαλεῖν μὲν τοῖς Αἰτωλοῖς πρὸ τῆς Μεγαρικῆς ὡρμημένων τῶν Ἀχαιῶν καὶ τοῦ βασιλέως τῶν Λακεδαιμονίων Ἄγιδος ἀφικνουμένου μετὰ δυνάμεως καὶ συνεξορμῶντος ἐπὶ τὴν μάχην τοὺς Ἀχαιούς* (ὁ Ἄρατος) *οὐ προήκατο τὸν τοῦ συμφέροντος λογισμόν.* E narrationis tenore hoc bellum post Corinthum liberatam et ante Antigoni mortem gestum esse conieceris, proinde inter 243 et 239. [Cf. Manso Sparta III, 2 p. 259. *Kr.*] Haec postrema expeditio rursus memoratur a Plutarch. Agid. 13: *στρατεία συνέβη τῷ Ἄγιδι μεταπεμπομένων τῶν Ἀχαιῶν, συμμάχων ὄντων, βοήθειαν ἐκ Λακεδαίμονος. Αἰτωλοὶ γὰρ ἦσαν ἐπίδοξοι διὰ τῆς Μεγαρικῆς ἐμβαλοῦντες.* Hoc factum est quo tempore Cleombrotum collegam habuit. Plutarch. ibid. Deinceps Agis mortuus est.

Memorat Pausan. VII, 7, 2 Agidem Pellena capta rursus ab Achaeis expulsum; et Megalopolin aggressum esse ac paene cepisse VIII, 27, 9, copioseque magnam pugnam qua Agis cum Achaeis

ante quam Areus natus est), quintus et vicesimus ab Eurysthene. Qui ei successit *Leonidas* tantum tertius et vicesimus ab Eurysthene et Cleombroti abnepos erat.

29. LEONIDAS II. Postquam Areo II vivo octo annos tutor fuit, puero mortuo regnum adeptus est. Collegae sui Agidis factione machinante regno privatus eiusque gener rex factus est. Itaque prius Leonidae regnum continuatum est circiter usque ad a. 243.

30. CLEOMBROTUS. Pausan. III, 6, 4: *ἐπαύθη Λεωνίδας βασιλείας καὶ ἀντ' αὐτοῦ Κλεόμβροτος ἔσχε τὴν τιμήν. — ἔτεσι δὲ ὕστερον οὐ πολλοῖς κατάγουσιν αὐτὸν καὶ αὖθις βασιλέα ἐποιήσαντο.* Leonidam ab Agidis factione exactum et Cleombrotum pro eo regem factum esse narrat Plutarch. Agid. 11: *Κλεόμβροτον ἔπειθε τῆς βασιλείας ἀντιποιεῖσθαι γάμβρον ὄντα τοῦ Λεωνίδου, γένους δὲ τοῦ βασιλικοῦ.* Polyb. IV, 35: *Κλεομβρότου. — τὸν δὲ συνέβαινε βεβασιλευκέναι καθ' οὓς καιροὺς ἐξέπεσε Λεωνίδης ἐκ τῆς ἀρχῆς.*

Agide in expeditione absente Leonidas rediit, circiter 240 [v. AGIS IV] atque Agidem interfecit.

31. CLEOMENES III, unus et tricesimus rex, quartus et vicesimus ab Eurysthene, octavus a Pausania ad Plataeas victore, Leonidae patri circiter quattuor annis post quam Agis occisus est, regnavit annos sedecim. Plutarch. Cleom. 38: *Κλεομένης ἐκκαίδεκα βασιλεύσας ἔτη κατέστρεψεν.* Mortuus est tertio anno post quam e Graecia eiectus est. Polyb. IV, 35: *σχεδὸν ἤδη τρεῖς ἐνιαυτοὺς μετὰ τὴν Κλεομένους ἔκπτωσιν οὐδ' ἐπενόησαν οὐδέποτε βασιλεῖς καταστῆσαι τῆς Σπάρτης· ἅμα δὲ τῷ τὴν φήμην ἀφικέσθαι περὶ τῆς Κλεομένους τελευτῆς εὐθέως ὥρμησαν ἐπὶ τὸ βασιλεῖς καθιστάναι.* Proinde decessit Ol. 139, 4, a. C. n. 222. Polyb. V, 39. [Cf. Manso Sparta III, 2 p. 266. *Kr.*] Unde eum 236 regem factum esse apparet.

Cleomenis bellum, ὁ *Κλεομενικὸς πόλεμος*, tribus annis gestum erat quum aufugit. Ac primi anni res Polyb. II, 51 s., secundi II, 54, 4—13, tertii, quo ad Sellasiam pugnatum est, II, 64 s. persequitur.

Cleomenis mortem optime describit Polyb. V, 35—39. Agidarum qui Spartae regnaverunt postremum fuisse memorat Pausan. III, 6, 5: *γένους*

et Mantinensibus dimicaverit ipseque ceciderit persequitur VIII, 10, 4. Sed hic est error manifestus, repugnans iis quae pro certo de Agide tradita sunt. Notavit hoc peccatum Larcherus ad Herod. t. VII p. 511. Sed est illud ipsius Pausaniae, non librarii peccatum. Nam Agidem in hoc proelio cecidisse etiam alio loco VIII, 27, 9 significat. Fortasse sequutus est Mantinensium narrationem, quam ut civitatem suam exornarent confinxerint. Pausaniae auctoritate qui se decipi passus est Scaliger *Ὀλυμπ. ἀναγρ.* p. 367 Agidem, postremum Proclidarum, in pugna occisum esse tradit.

27. EURYDAMIDAS. Pausan. II, 9, 1: *Κλεομένης ὁ Λεωνίδου τοῦ Κλεωνύμου παραλαβὼν τὴν βασιλείαν ἐν Σπάρτῃ — βασιλέα τε τῆς οἰκίας τῆς ἑτέρας Εὐρυδαμίδαν παῖδα ἔτι ἀνελὼν φαρμάκῳ διὰ τῶν ἐφορευόντων ἐς Εὐκλείδαν τὸν ἀδελφὸν μετέστησε τὴν ἀρχήν.* Alio loco (III, 10, 6) Pausanias eum *Εὐρυδαμίδαν τὸν Ἄγιδος* dicit. Hunc Agidis filium (*παιδίον νεογνόν*) memorat Plutarch. Cleom. I.

28. ARCHIDAMUS V, Eudamidae filius, Agidis frater, eodem tempore regnavit quo qui eum interfecit Cleomenes. Plutarch. Cleom. 1: *ἀποθανόντος Ἄγιδος τὸν μὲν ἀδελφὸν Ἀρχίδαμον οὐκ ἔφθη συλλαβεῖν ὁ Λεωνίδας εὐθὺς ἐκφυγόντα.* Aliquanto post quam Cleomenes regnum adeptus est interfecerunt eum qui Agidem occiderant. Plutarch. Cleom. 5: *Ἄρατος — ὥρμησε μεταπέμπεσθαι τὸν Ἄγιδος ἀδελφόν. Ἀρχίδαμον ἐκ Μεσσήνης, ᾧ βασιλεύειν ἀπὸ τῆς ἑτέρας οἰκίας ἦν προσῆκον, — οἱ δ' ἀνῃρηκότες πρότερον τὸν Ἄγιν αἰσθόμενοι τοῦτο — ἐδέξαντο μὲν αὐτόν, εὐθὺς δ' ἀπέκτειναν, εἴτ' ἄκοντος τοῦ Κλεομένους, ὡς οἴεται Φύλαρχος, εἴτε πεισθέντος.* Polyb. V, 37: *Ἀρχίδαμος ὁ Λακεδαιμονίων* 218 *βασιλεὺς ἐκ τῆς Σπάρτης ἔφυγε δείσας τὸν Κλεομένην καὶ παρεγένετ' εἰς Μεσσηνίαν. — μετὰ ταῦτα τοῦ Κλεομένους ὑποδείξαντος ἐλπίδα καθόδου καὶ διαλύσεως πρὸς τὸν Ἀρχίδαμον — ὁ μὲν Ἀρχίδαμος εἰς τὴν Σπάρτην κατῆει — ὁ δὲ Κλεομένης ἀπαντήσας τὸν μὲν Ἀρχίδαμον ἐπανείλετο κ. τ. λ.* Idem VIII, 1: *Ἀρχίδαμος ὁ τῶν Λακεδαιμονίων βασιλεὺς ὑπιδόμενος τὴν Κλεομένους φιλαρχίαν ἔφυγεν ἐκ τῆς Σπάρτης· μετ' οὐ πολὺ δὲ πάλιν πεισθεὶς ἐνεχείρισεν ἑαυτόν· τοιγαροῦν ἅμα τῆς ἀρχῆς καὶ τοῦ βίου στερηθεὶς κ. τ. λ.* Archidamus V

AGIDAE.

μὲν δὴ τοῦ Εὐρυσθένους, καλουμένων δὲ Ἀγιαδῶν, Κλεομένης ὁ Λεωνίδου βασιλεὺς ὕστατος ἐγένετο ἐν Σπάρτῃ, *Agesipolin III*, ut videtur, regem habendum esse non ratus.

32. AGESIPOLIS III. Cleomene mortuo Agesipolis III, pupillus, Cleombroti nepos rex factus et Lycurgo collega datus est. Polyb. IV, 35: ἅμα τῷ τὴν φήμην ἀφικέσθαι περὶ τῆς Κλεομένους τελευτῆς εὐθέως ὥρμησαν ἐπὶ τὸ βασιλεῖς καθιστάναι. — τὸν μὲν ἕνα νομίμως καὶ καθηκόντως, Ἀγησίπολιν, ὄντα μὲν παῖδα τὴν ἡλικίαν, υἱὸν δὲ Ἀγησιπόλιδος τοῦ Κλεομβρότου. — ἐπίτροπον δὲ εἵλοντο Κλεομένην, Κλεομβρότου μὲν υἱόν, Ἀγησιπόλιδος δ' ἀδελφόν. Mox a collega suo regno privatus est. Inter eos qui ad Flaminium convenerunt, 195, *princeps erat exsulum Agesipolis, cuius iure gentis regnum Lacedaemone erat, pulsus infans a Lycurgo tyranno post mortem Cleomenis.* Liv. XXXIV, 26. Interfectus est a praedonibus circiter 183. Polyb. XXIV, 11: ἐξαπεστάλησαν ὑπὸ τῶν ἐκ Λακεδαίμονος φυγάδων πρέσβεις· ἐν οἷς ἦν — Ἀγησίπολις, ὃς ἔτι παῖς ὢν ἐγενήθη βασιλεὺς ἐν τῇ Σπάρτῃ. τούτους μὲν οὖν λῃσταί τινες διέφθειραν. Agesipolis, quem quadraginta annorum periisse statueris, ab Eurysthene videtur quintus et vicesimus fuisse, siquidem avus eius Cleombrotus eiusdem propaginis erat cuius Leonidas II.

PROCLIDAE.

filios reliquit, qui quamquam vivebant quo tempore Cleomenes interfectus est, 220, tamen neglecti et regnum alii datum est. Polyb. IV, 35: ἀπὸ τῆς ἑτέρας οἰκίας, ὄντων ἐκ τῆς Ἱππομέδοντος θυγατρὸς Ἀρχιδάμῳ δυοῖν παίδων, ὃς ἦν υἱὸς Εὐδαμίδου, ζῶντος δὲ καὶ Ἱππομέδοντος — ὃς ἦν υἱὸς Ἀγησιλάου τοῦ Εὐδαμίδου — τούτους μὲν ἅπαντας ὑπερεῖδον, Λυκοῦργον δὲ βασιλέα κατέστησαν. Itaque Proclidarum familiae postremus rex erat Archidamus V.

Agesilaum eiusque filium Hippomedontem memorat Plutarch. Agid. 6: Ἀγησίλαον θεῖον ὄντα τοῦ βασιλέως [*Agidis*] — ὁ υἱὸς Ἱππομέδων ἐκίνει καὶ παρεθάρρυνεν. Videtur filius fuisse Eudamidae I ac proinde Agidis IV patruus magnus.

LYCURGUS quum regiae stirpis non esset, ephoros corrupit, ut se regem crearent, circiter tribus annis post pugnam ad Sellasiam. Regem factum esse memorat Polyb. IV, 2. Successerunt ei MACHANIDAS et NABIS. Horum tyrannorum posterior, Nabis, occisus est L. Quinctio Flaminino et Cn. Domitio Css. a. C. 192. Liv. XXXV, 35.

IV.
DE MACEDONIAE REGIBUS.

220

(1. *Caranus.*)
(2. *Coenus.*)
(3. *Thurimas.*)
4. Perdiccas I.
5. Argaeus.
6. Philippus I.
7. Aëropus.

		A.	a. C. n.
8.	Alcetas.		
9.	Amyntas I.	..	[540.]
10.	Alexander I.	..	[500.]
11.	Perdiccas II.	..	[454.]
12.	Archelaus	14.	413.
13.	Orestes *et* Aëropus (6.)	5.	399.
14.	Pausanias	1.	394.
15.	Amyntas II.	24.	393.
16.	Alexander II.	(1.) 2.	369.
	Ptolemaeus Alorites	3.	367.
17.	Perdiccas III.	5.	364.
18.	Philippus II.	23.	359.
19.	Alexander III.	13.	336.
20.	Philippus III. Aridaeus	7.	323.
	Olympias	..	313.
21.	Cassander.	19.	315.
22.	Philippus IV.	[1.]	296.
23.	Demetrius Poliorcetes	7.	294.
24.	Pyrrhus	7m.	287.
25.	Lysimachus (5. *an.* 6. *m.*)	3.	286.

	A.	M.	D.
Ptolemaeus Ceraunus.	[1.	6]	
Meleager		(2.)	
Antipater		45.	
Sosthenes	(2.)		
Ptolemaeus			
Alexander			
Pyrrhus *iterum*			

A. 3. a. C. n. 280—277.

26.	Antigonus Gonatas	44.	283.
27.	Demetrius II.	10.	239.
28.	Antigonus Doson.	9.	229.
29.	Philippus V.	42.	220.
30.	Perseus	11.	178.

Primi Macedoniae reges huc non pertinent. Sufficiat annos proposuisse quos qui tempora descri- 221
pserunt prioribus decem huius indicis regibus assignandos esse censuerunt. Regnorum annos notavit Eusebius et aliquanto aliter Dexippus [c]).

Eusebius.	A.	Dexippus.
1. Caranus	28.	Caranus . . . . . 30.
2. Coenus	12.	Coenus . . . . . 28.
3. Thurimas	38.	Turimmas . . . . 45.
4. Perdiccas	51.	[Perdiccas . . . . 48.]
5. Argaeus	38.	Argaeus . . . . 34.
6. Philippus	38.	Philippus . . . . 35.
7. Aëropus	26.	Aeropus . . . . . 23.
8. Alcetas	29.	Alcetas . . . . . 28.
9. Amyntas	50.	Amyntas . . . . . 42.
10. Alexander . . .	43.	Alexander . . . . 44.
	353	357

Hos numeros ab iis qui tempora notaverunt certis traditisque testimoniis, quibus carebant, factos non esse manifestum est. *Perdiccae* nomen apud Dexippum librarii culpa videtur excidisse [d]).

Tres primos reges ab Herodoto et Thucydide omnino non commemorari satis notum est. Hi scriptores Perdiccae primum Macedoniae regem, certe Temenidarum stirpis fuisse tradunt.

Amyntas, nonus vel secundum Herodotum sextus Macedoniae rex, regnabat quo tempore Pisistratidae Athenis exacti sunt, 510 [e]). Ipse iam provecta, filius eius iam constante aetate erat quum Megabazus Persarum dux Thraces subegit atque legatos ad Amyntam misit qui aquam terramque peterent. Herodotus [f]): *Ἀλέξανδρος ὁ Ἀμύντεω, ἅτε νέος τε ἐὼν καὶ κακῶν ἀπαθὴς οὐδαμῶς ἔτι κατέχειν οἷός τε ἦν· ὥστε εἶπε πρὸς Ἀμύντεα τάδε· „Σὺ μέν, ὦ πάτερ, εἶκε τῇ ἡλικίᾳ ἀπιών τε ἀναπαύεο κ. τ. λ.“* Quae circiter 507 facta sunt. De temporibus primorum Macedoniae regum haec sola explorata habemus. Amyntae decessores quibus temporibus regnaverint non constat.

Alexander, Amyntae filius, secundum eos qui tempora descripserunt decimus rex, regnavit quo tempore Persae in Graeciam invaserunt, nondum decesserat 463, quum Cimon Thasum expugnavit. Plutarchus [g]): *(Κίμων) ἐκεῖθεν ῥᾳδίως ἐπιβῆναι Μακεδονίας καὶ πολλὴν ἀποτεμέσθαι παρασχόν, ὡς ἐδόκει, μὴ θελήσας αἰτίαν ἔσχε δώροις ὑπὸ τοῦ βασιλέως Ἀλεξάνδρου συμπεπεῖσθαι.* Secundum Iustinum [h]) 222
Alexander Amyntae successit paulo post res ab Herodoto [i]) traditas: *Post discessum Bubaris Amyntas rex decedit: cuius filio et successori Alexandro cognatio Bubaris non Darii tantum temporibus pacem praestitit, verum etiam Xerxen conciliavit.* Si Alexander post 507 successit necdum mortem obierat 463, amplius quadraginta annos regnavit.

---

c) Apud Syncell. p. 262 s. Scalig. Euseb. p. 57.

d) In Paris. ed. Syncelli Perdiccas additus est in marg. indice qui inscribitur *Marginale laterculum e Ms. Regio.* In eo reges ita proponuntur:

Κάρανος ἔτη λ'.
Κοῖνος . . . . . κη'. ὁμοῦ νη'.
Τυριμμᾶς . . . . . με'. . . . ργ'.
Περδίκκας . . . . . μη'. . . . ρνα'.
Ἀργαῖος . . . . . λδ'. . . . ρπε'.
Φίλιππος . . (λε'.) ιε'. . . . σ'.
Ἀεροπᾶς . . (κγ'.) ιγ'. . . . σιγ'.
Ἀλκέτας . . . . . κη'. . . . σμα'.
Ἀμύντας . . . . . μβ'. . . . σπγ'.
Ἀλέξανδρος (μδ'.) μγ'. . . . τκστ'.

Ubi quod sexti et septimi et decimi regnorum alii numeri ponuntur omnino anni 31 deficiunt.

e) V. tabb.

f) V, 19.

g) Cimon. 14.

h) VII, 4.

i) V, 17—22.

Secundum Herodotum [k]) Olympio ludicro contendit demonstravitque Graecae se stirpis esse [l]).

11. Perdiccas II. Athenaeus [m]) haec tradit: *Περδίκκας πρὸ Ἀρχελάου βασιλεύει, ὡς μὲν ὁ Ἀκάνθιός φησι Νικομήδης ἔτη μα'. Θεόπομπος δέ φησι λε'. Ἀναξιμένης, μ'. Ἱερώνυμος, κη'. Μαρσύας δὲ καὶ Φιλόχορος, κγ'* [n]). Dexippus [o]): *Περδίκκας ἐβασίλευσεν ἔτη κγ'.* Marmor Parium: *ἀφ' οὗ Ἀλέξανδρος ἐτελεύτησεν, ὁ δὲ υἱὸς Πε.δίκκας Μακεδόνων ἐβασίλευεν ἔτη ΗΓΔΔΔΔΠ . . . ἄρχοντος Ἀθήνησιν Εὐθίππου* [p]) [461] *ἀφ' οὗ Ἀρχέλαος Μακεδόνων ἐβασίλευσε Περδίκκου τελευτήσαντος ἔτη Η.....οντος Ἀθήνησιν Ἀστυφίλου* [q]) [420].

Itaque de Perdiccae annis ita discrepant:

	A.
Nicomedes et marmor Parium	41.
Theopompus	35.
Anaximenes	40.
Hieronymus	28.
Marsyas et Philochorus Dexippusque	23.

Perdiccas vivus erat extremo anno 414 [r]), minimum *sexto et octogesimo* post quam pater eius Alexander rex factus erat, circiter *tertio et nonagesimo* post res 507 actas, quo tempore Alexander adolescens erat. Itaque minus probabile est quod tantum tres et viginti annos regnasse dicitur, proinde regnum adeptus 437: qua ratione Alexander amplius sexaginta annos [500—437] regnasset vixissetque septuaginta annis post quam adultus fuerat. Iure igitur Dodwellus [s]) longiora eius regni quae posita sint tempora magis veri similia esse censet, statuitque Perdiccam 454 regnum adeptum esse. Hac ratione utrumque regnum fuerit 45+41=86 annorum. Quum Theopompus, Anaximenes, Marsyas et Hieronymus tam propinquis temporibus tantopere de Perdiccae regno discrepent, facile perspicitur quanta fides iis habenda sit qui superiorum regnorum annos constituere conati sunt. Paulatim certior fit ratio ab *Amynta I* et *Alexandro I*, quorum tempora prope constituere licet. Sed annus quem in hac regnorum serie definire possimus primus est qui *postremus* fuit
223 *Perdiccae*, quem Thucydide et Dexippo collato *Pisandro* archonte, Ol. 91, 2, a. C. $41\frac{4}{3}$, mortem obisse statueris.

Mira incuria Demosthenes [t]) pro Alexandro Perdiccam Macedoniae regem fuisse dicit quo tempore Persae Graeciae bellum intulerunt: *Περδίκκᾳ τῷ κατὰ τὴν τοῦ βαρβάρου ποτ' ἐπιστρατείαν βασιλεύοντι Μακεδονίας.* Idem error in oratione, sive germana sive subditicia, *περὶ συντάξεως* [u]) repetitus est. Quod Reiskius [x]) Demosthenem ita excusat ut statuat: „*quia Perdiccas regii generis et regni haeres fuerit, iam tum dici potuisse βασιλεύοντα*, huic excusationi aliquid tribuendum esset, si Perdiccas hoc tempore iam adultus fuisset et rerum administrandarum particeps esse potuisset. Sed inter bellum Persicum 480 et Perdiccae mortem sex et sexaginta anni interiecti erant atque hic rex quo tempore Xerxes in Graeciam expeditionem fecit aut nondum natus aut certe puer erat. Itaque magnus orator a negligentiae crimine hic defendi non potest.

---

k) V, 22.

l) Cf. Iustin. VII, 2.

m) V p. 217, d. e.

n) Lacunam apud Athen. V p. 217, e Casaubonus ita explevit: *ἄρχοντος Ἐπαμείνονος ἐφ' οὗ τελευτᾷ [Ἀλέξανδρος, καὶ τὴν βασιλείαν Περδίκκας διαδέχεται, ὃς ἐβασίλευεν ἕως Καλλίου, ἐφ' οὗ τελευτᾷ] Περδίκκας.* Sed neutrum tempus veritati respondet. Et ex priore quidem (= 429) Alexander amplius septuaginta annos regnasset; eidemque repugnat Thucydides I, 57 Perdiccam 432 regem fuisse memorans. Alterum [406] Diodoro XIII, 49 repugnat, qui de Archelao ut iam 410 regnante loquitur.

o) Apud Syncell. p. 262, d.

p) No. 59.

q) No. 62.

r) V. tabb. 414, 2.

s) Annal. Thuc. p. 92 s.

t) In Aristocrat. p. 687.

u) p. 173.

x) In ind. hist. v. *Perdiccas.*

12. Archelaus, nonus a Perdicca I, rex factus est Pisandro archonte, ineunte a. 413 [y]). Regnavit annos quattuordecim: *μετὰ Περδίκκαν Ἀρχέλαος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἐβασίλευσεν ἔτη ιδ'. πρὸς ὃν καὶ Εὐριπίδης τραγῳδιοποιὸς παραγενηθεὶς πάντα τὸν χρόνον διῆξε τιμώμενος παρ' αὐτῷ* [z]). Itaque Archelaus interemptus est 399, Lachete archonte, ubi recte mortuum esse narrat Diodorus [a]), quamquam falsum annorum numerum ei assignat: *Ἀθήνησι μὲν ἦρχε Λάχης — κατὰ τὴν Μακεδονίαν Ἀρχέλαος ὁ βασιλεὺς ἔν τινι κυνηγίῳ πληγεὶς ἀκουσίως ὑπὸ Κρατεροῦ τοῦ ἐρωμένου τὸν βίον μετήλλαξε, βασιλεύσας ἔτη ἑπτά.* Quem errorem satis refutat Diodorus ipse [b]), quippe qui Archelaum decem annis ante, Glaucippo archonte, $4\frac{1}{0}\frac{0}{9}$ regem memoret. Marmor Parium notum est contraria ratione peccasse, Archelaum septem annis ante quam debebat, 420, regem factum esse tradens.

Archelaum Perdiccae filium fuisse prodit Thucydides [c]): *Ἀρχέλαος ὁ Περδίκκου υἱὸς βασιλεὺς γενόμενος τὰ νῦν ὄντα ἐν τῇ χώρᾳ ᾠκοδόμησε καὶ ὁδοὺς εὐθείας ἔτεμε καὶ τἄλλα διεκόσμησε τά τε κατὰ τὸν πόλεμον ἵπποις καὶ ὅπλοις καὶ τῇ ἄλλῃ παρασκευῇ κρείσσονι ἢ ξύμπαντες οἱ ἄλλοι βασιλῆς ὀκτὼ οἱ πρὸ αὐτοῦ γενόμενοι.* Sed secundum Platonem [d]) spurius erat atque vi et insidiis regnum occupavit: *προσῆκε μὲν τῆς ἀρχῆς οὐδὲν ἦν νῦν ἔχει, ὄντι ἐκ γυναικὸς ἦ ἦν δούλη Ἀλκέτου τοῦ Φιλίππου ἀδελφοῦ. — ὅς γε πρῶτον μὲν τοῦτον αὐτὸν τὸν δεσπότην καὶ θεῖον μεταπεμψάμενος ὡς ἀποδώσων τὴν ἀρχὴν ἣν Περδίκκας αὐτὸν ἀφείλετο, ξενίσας καὶ καταμεθύσας αὐτόν τε καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ἀλέξανδρον ἀπέσφαξε. — καὶ ταῦτ' ἀδικήσας ἔλαθεν ἑαυτὸν ἀθλιώτατος γενόμενος, καὶ οὐ μετεμέλησεν αὐτῷ, ἀλλ' ὀλίγον ὕστερον τὸν ἀδελφὸν τὸν γνήσιον, τὸν Περδίκκου υἱόν, παῖδα ὡς ἑπταετῆ, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐγίγνετο κατὰ τὸ δίκαιον, — εἰς φρέαρ ἐμβαλὼν καὶ ἀποπνίξας κ. τ. λ.* [e]). Matris nomen conservavit Aelianus [f]): *Ἀρχέλαος ὁ Μακεδόνων βασιλεὺς δούλης υἱὸς ἦν τῆς Σιμίχης.* Secundum Dionem [g]) *Archelaus*, Alexandri magni progenitor, capellas pavit: *ὁ πρόγονός σου Ἀρχέλαος — ἦ οὐκ αἰπόλος ἦν ὁ Ἀρχέλαος οὐδὲ ἦλθεν εἰς Μακεδονίαν αἶγας ἐλαύνων;* Sed hic Archelaus per errorem pro Perdicca, qui huius regum stirpis au- 224
ctor erat, nominatus est, cui simile vitae genus tribuit Herodotus [h]).

Secundum Diodorum Archelaus casu occisus est; sed secundum auctores fide digniores a coniuratis, quorum *Crataeus* s. *Crateuas* s. *Craterus* fuit, interemptus est. Plato [i]): *οἶμαι δέ σε οὐκ ἀνήκοον εἶναι ἐνιά γε χθιζά τε καὶ πρωιζὰ γεγενημένα, ὅτε Ἀρχέλαον τὸν Μακεδόνων τύραννον τὰ παιδικὰ — ἀπέκτεινε, — κατασχὼν δὲ τρεῖς ἢ τέτταρας ἡμέρας τὴν τυραννίδα πάλιν αὐτὸς ἐπιβουλευθεὶς ὑφ' ἑτέρων τινῶν ἐτελεύτησε* [k]). Aristoteles [l]): *διὰ τὸ εἰς τὸ σῶμα αἰσχύνεσθαι — ἡ Κραταίου (ἐπίθεσις) εἰς Ἀρχέλαον· ἀεὶ γὰρ βαρέως εἶχε πρὸς τὴν ὁμιλίαν· ὥστε ἱκανὴ καὶ ἐλάττων ἐγένετο πρόφασις, διότι τῶν θυγατέρων*

---

y) V. tabb. 414, 2.

z) Dexippus apud Syncell. p. 263, a.

a) XIV, 35. 37.

b) XIII, 43. 49.

c) II, 100.

d) Gorg. p. 471, a.

e) Athenaeus XI, 506, d. e Platonem reprehendit, quod haec de Archelao narraverit. Sed recte Perizonius ad Aelian. VIII, 9 annotavit Platonem non quod falsa tradiderit, sed quod ingratus fuerit ab Athenaeo vituperari: *Reprehenditur hoc nomine Plato ab Athenaeo, non ille quidem quod falsa dixerit, verum quod ea scripserit de Archelao, quum tamen Speusippus dicat eum fuisse φίλτατον Ἀρχελάῳ.* Atque hunc regem feris istis et conturbatis temporibus malis artibus usum regno potitum esse probabile fit ex iis quae de moribus eius Aristoteles notata reliquit.

f) V. H. XII, 43.

g) Orat. IV p. 163 Reisk.

h) VIII, 137.

i) Alcib. II p. 141, d.

k) Qui res a Platone respectas cum veritate conciliare laborant hoc exemplum addant iis quibus Athenaeus V, p. 216—218. p. 505—509 (vel potius Democharis, ex quo Athenaeus partem eorum quae profert hausit) Platonem tempora neglexisse docet. Archelaus quattuor aut quinque annis post quam Alcibiades eodemque quo Socrates ipse mortem obiit; et tamen in sermone quem aliquot annis ante Alcibiadis mortem habitum esse statuendum est Archelai nex memorata est. Sed tam minuta crisis vana est et supervacanea. Quasi Plato id egisset ut potius accurate tempora computaret quam in exornandis et colorandis dialogis homines moribus accurate notatis quodammodo in scenam produceret. Idem dicendum est si quis *alterum Alcibiadem* Xenophonti potius quam Platoni tribuendum censeat, quandoquidem fuerunt qui Xenophontem iisdem argutiis calumniarentur.

l) Polit. V, 8, 11—13.

οὐδεμίαν ἔδωκεν ὁμολογήσας αὐτῷ. — ἀλλὰ τῆς γε ἀλλοτριότητος ὑπῆρχεν ἀρχὴ το βαρέως φέρειν πρὸς τὴν ἀφροδισιαστικὴν χάριν. Συνεπέθετο δὲ καὶ Ἑλλανοκράτης ὁ Λαρισσαῖος διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν. — Καὶ τῆς Ἀρχελάου δ' ἐπιθέσεως Δεκάμνιχος ἡγεμὼν ἐγένετο, παροξύνων τοὺς ἐπιθεμένους πρῶτος· αἴτιον δὲ τῆς ὀργῆς ὅτι αὐτὸν ἐξέδωκε μαστιγῶσαι Εὐριπίδῃ τῷ ποιητῇ. Plutarchus [m]), Ἀρχέλαον ἀπέκτεινε ἐρώμενος γεγονώς. Platonis narrationem exscripsit Aelianus [n]), causa quae praetexebatur ex Aristotele addita.

13. Orestes, Archelai filius. Cratero, qui Archelaum percusserat, e medio sublato rex factus est Archelai filius *Orestes* Aëropo tutore: Τὴν ἀρχὴν διεδέξατο Ὀρέστης, παῖς ὤν, ὃν ἀνελὼν Ἀέροπος ἐπίτροπος ὢν κατέσχε τὴν βασιλείαν ἔτη ἓξ [o]). Ἀρχελάου δὲ ἀναιρεθέντος διεδέξατο τὴν βασιλείαν Ὀρέστης υἱὸς αὐτοῦ ἔτη δ'. ὃν ἀνεῖλεν Ἀεροπᾶς ἐπίτροπος καὶ ἐβασίλευσε μετ αὐτὸν ἔτη δ' [p]). Diodorus [q]): περὶ τὸν αὐτὸν χρόνον [Diophanto archonte $39\frac{1}{4}$] Ἀέροπος ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς ἐτελεύτησε νόσῳ, βασιλεύσας ἔτη ἓξ. Ex his Aëropus quattuor annos cum Oreste, reliquos solus regnavit. Diodorus totum hoc spatium Aëropo tribuit, Dexippus suam utrique partem. Sed haec duo regna non fuerunt octo annorum, quia Pausanias sexto anno post Archelai mortem successit. Itaque cum Dexippo *quattuor* annos Oresti, pupillo, *duos* Aëropo assignaveris. Sed non integri sex anni fuerunt. Nam inter Lachetem, quo archonte Archelaus occisus est, et Diophantum, cuius anno Pausanias successit, nonnisi quattuor archontes interpositi fuerunt.

14. Pausanias. Diodorus [r]): Ἀθήνησι μὲν τὴν ἀρχὴν ἔλαβε Διόφαντος — Ἀέροπος ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς ἐτελεύτησε νόσῳ· — τὴν δὲ ἡγεμονίαν διαδεξάμενος Παυσανίας ὁ υἱὸς ἦρξεν ἐνιαυτόν. Idem tempus Diodorus alio loco posuit [s]): Ἀθήνησι μὲν Εὐβουλίδης ἦρξεν [qui Diophantum excepit], ἐτελεύτησε δὲ Παυσανίας ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς ἀναιρεθεὶς ὑπὸ Ἀμύντου δόλῳ ἄρξας ἐνιαυτόν. In Dexippi fragmento *Pausanias* non memoratus et *Amyntas* Aëropi successor factus est.

225 15. Amyntas II. Secundum Diodorum [t]) *Amyntas* Eubulide archonte, $39\frac{2}{3}$, regnum adeptus est: τὴν βασιλείαν κατέσχεν Ἀμύντας καὶ ἦρξεν ἔτη εἰκοσιτέσσαρα. Atque mortem obiit Dyscineto archonte $37\frac{9}{10}$. Ἀθήνησι μὲν ἦρχε Δυσκίνητος. — Ἀμύντας Θαρραλέου βασιλεύων τῆς Μακεδονίας ἐτελεύτησεν ἄρξας ἔτη εἴκοσι καὶ τέσσαρα, υἱοὺς ὑπολιπὼν τρεῖς, Ἀλέξανδρον καὶ Περδίκκαν καὶ Φίλιππον. διεδέξατο δὲ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ Ἀλέξανδρος καὶ ἦρξεν ἐνιαυτόν [u]). Sed non perpetuos quattuor et viginti annos regnavit. Diodorus [x]): Ἀθήνησι μὲν παρέλαβε τὴν ἀρχὴν Δημόστρατος. [$39\frac{3}{2}$.] — κατὰ δὲ τὴν Μακεδονίαν Ἀμύντας ὁ Φιλίππου πατήρ, Ἰλλυριῶν ἐμβαλόντων εἰς Μακεδονίαν ἐξέπιπτεν ἐκ τῆς πόλεως· ἀπογνοὺς δὲ τὴν ἀρχὴν Ὀλυνθίοις μὲν τὴν σύνεγγυς χώραν ἐδωρήσατο, αὐτὸς δὲ τότε μὲν ἀπέβαλε τὴν βασιλείαν· μετ' ὀλίγον δὲ χρόνον ὑπὸ Θετταλῶν καταχθεὶς ἀνεκτήσατο τὴν ἀρχὴν καὶ ἐβασίλευσεν ἔτη εἰκοσιτέσσαρα. Ἔνιοι δέ φασι μετὰ τὴν ἔκπτωσιν τὴν Ἀμύντου διετῆ χρόνον Ἀργέον βασιλεῦσαι τῶν Μακεδόνων, τότε δὲ τὸν Ἀμύνταν ἀνακτήσασθαι τὴν βασιλείαν. Itaque Amyntas expulsus est postquam annum regnavit, quod Dexippus confirmat. Decem annis post ad incitas redactus fuisse, sed tamen potentiam suam recuperasse traditur. Diodorus [y]): ἐπ' ἄρχοντος Ἀθήνησι Φανοστράτου [$38\frac{3}{2}$.] — κατὰ τὴν Μακεδονίαν Ἀμύντου τοῦ βασιλέως ἡττηθέντος ὑπὸ Ἰλλυριῶν καὶ τὰ κατὰ τὴν ἀρχὴν ἀπογνόντος — μετὰ δὲ ταῦτ' ἀνελπίστως ἀναλαβόντος ἑαυτὸν καὶ τὴν ὅλην ἀρχὴν ἀνακτησαμένου. Deinde sociis Lacedaemoniis cum Olynthiis bellum gessisse traditur: Ἀμύντας ἰδίαν τε δύναμιν συνεστήσατο καὶ τοὺς Λακεδαιμονίους ποιησάμενος συμμάχους ἔπεισεν ἐξαποστεῖλαι στρατηγὸν καὶ δύναμιν ἀξιόλογον ἐπὶ τοὺς

---

m) Amator. p. 768, f.
n) V. H. VIII, 9.
o) Diod. XIV, 37.
p) Dexippus apud Syncell. p. 263, a.
q) XIV, 84.
r) XIV, 82. 84.
s) XIV, 85. 89.
t) XIV, 89.
u) XV, 57. 60.
x) XIV, 90. 92.
y) XV, 15. 19.

Ὀλυνθίους. Confirmat hoc Isocrates [z]), qui idem [a]) quanta fortunae vicissitudine Amyntas regnaverit, ut a barbaris expulsus sit, ut regnum recuperaverit et postremo potentiam suam fundaverit enarrat. Xenophonte [b]) tamen auctore Amyntam 383 difficultatibus nondum expeditum fuisse constat: quas explicat Acanthiorum legatus [c]): *Ἀμύνταν αἰσθανόμεθά ἀποχωροῦντά τε ἐκ τῶν πόλεων καὶ ὅσον οὐκ ἐκπεπτωκότα ἤδη ἁπάσης Μακεδονίας.* Dexippus [d]) singulos annos quos diversis temporibus regnavit videtur persequutus fuisse: *Ἀμύντας ἔτος α΄ βασιλεύσας ὑπὸ Μακεδόνων ἐξεβλήθη· καὶ Ἀμύντας ὁ προῤῥηθεὶς καθείρχθη, υἱὸς μὲν Ἀριδαίου τοῦ υἱοῦ Ἀμύντου τοῦ Ἀλεξάνδρου, καθ' ὃν γέγονεν ἡ Ξέρξου διάβασις ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα..... Ἀμύντου τοίνυν τούτου βασιλεύσαντος ἔτη ιβ΄ διεδέξατο τὴν ἀρχὴν Ἀλέξανδρος υἱὸς αὐτοῦ πρῶτος, ἔτος α΄.* Quattuor et viginti annorum numerus, quem Diodorus ter repetit, totum intervallum a tempore quo Amyntas rerum potitus est usque ad mortem eius complectitur, annumeratis quibus non regnavit annis.

Oreste occiso ipsius Perdiccae II progenies exstincta est. Amyntas ex alia regiae stirpis familia oriundus erat, quartus ab Alexandro I. Amyntae pater, quem Dexippus *Aridaeum* vocat, Iustinus [e]) et Aelianus [f]) *Menelaum*, Diodorus [g]) *Θαῤῥάλεον* appellat. *Menelaum* qui Alexandri I fratrem dicit Iustinus duas ex stemmate propagines omittit: *Regnum Macedoniae ad Amyntam fratris eius (Alexandri) Menelai filium pervenit. Amyntam, Philippi* filium, quem Thucydides [h]) memorat, Scholiastes [i]) hunc regem Amyntam II esse statuit. Sed repugnat temporum ratio. Nec enim probabile est Amyntam, qui Thucydide [k]) auctore 429 adultus fuit, usque ad 369 regnasse. Adversantur etiam quae Dexippus et Iustinus ac Diodorus tradunt.

16. Alexander II, Amyntae filius natu maximus, annum regnavit: *ἦρξεν ἐνιαυτόν* [l]). Unum annum notavit Dexippus. Sed Diodori narratio longius tempus significat. Successit Dyscineto ar- 226
chonte [m]), $3\frac{7}{8}\frac{0}{9}$. Rex Macedoniae memoratur proximi archontis, Lysistrati, anno, $36\frac{9}{8}$: *ἐπ' ἄρχοντος Ἀθήνησι Λυσιστράτου — οἱ Ἀλευάδαι — ἀπελθόντες ἐκ Λαρίσσης εἰς Μακεδονίαν ἔπεισαν Ἀλέξανδρον τὸν βασιλέα συγκαταλῦσαι τὸν τύραννον* [n]). Mortem obisse traditur tertio archonte, Nausigene [o]), $36\frac{8}{7}$. Pariter eum diutius regnasse produnt quae Iustinus [p]) de eius regno tradit: *Alexander inter prima initia regni bellum ab Illyriis pacta mercede et Philippo fratre dato obside redemit. Interiecto quoque tempore per eundem obsidem cum Thebanis gratiam pacis reconciliat.* Videtur igitur ex iis quae Diodorus tradit prope duos annos regnasse, ab 369 ad 367.

Alexandrum interemit *Ptolemaeus Alorites: ἐπ' ἄρχοντος Ἀθήνησι Ναυσιγένους — Πτολεμαῖος ὁ Ἀλωρίτης ὁ Ἀμύντου υἱὸς ἐδολοφόνησεν Ἀλέξανδρον τὸν ἀδελφὸν καὶ ἐβασίλευσε τῆς Μακεδονίας ἔτη τρία* [q]). Diodorum confirmat Marsyas [r]) Alexandrum a Ptolemaeo interfectum esse tradens. Ex iis qui huius caedis participes fuerant unum memorat Demosthenes [s]): *καίτοι τῶν ἀποκτεινάντων ἦν Ἀλέξανδρον τὸν ἀδελφὸν τὸν Φιλίππου οὗτος ὁ Ἀπολλοφάνης.*

---

z) V. tabb. 382, 2.
a) Archid. c. 18 p. 125.
b) Hellen. V, 2, 38.
c) Apud Xenoph. Hell. V, 2, 13.
d) Apud Syncell. p. 263, a.
e) VII, 4.
f) V. H. XII, 43.
g) XIV, 92.
h) II, 95.
i) Cod. Cassel. apud Duker. annot. in Schol. ad II, 95.
k) II, 100.
l) XV, 60.
m) Diod. XV, 60.
n) Diod. XV, 61. Cf. etiam c. 67.
o) Diod. XV, 71.
p) VII, 5.
q) Diod. XV, 71.
r) Apud. Athen. XIV p. 629, d. Quod Alexander a Ptolemaeo interfectus esse dicitur, id Mitford. V. VII p. 329. 332 iis annumerat rebus in quibus narrandis Iustinus et Athenaeus fide indigni sint. Sed Ptolemaeum percussorem fuisse non Athenaei, sed Marsyae auctoritate nititur: qui prope aequalis illorum temporum fuit, nec dubitare licet quin res Macedonicas exploratas habere potuerit. De Marsya scriptore v. tabb. 308, 3.
s) De falsa leg. p. 402.

Quo tempore Alexander occisus est qui fuerit Macedoniae status exposuit Aeschines [t]: *Ἀμύντου νεωστὶ τετελευτηκότος καὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ πρεσβυτάτου τῶν ἀδελφῶν, Περδίκκου δὲ καὶ Φιλίππου παίδων ὄντων, Εὐρυδίκης δὲ τῆς μητρὸς αὐτῶν προδιδομένης ὑπὸ τῶν δοκούντων αὐτοῖς εἶναι φίλων, Παυσανίου δὲ ἐπὶ τὴν ἀρχὴν αὐτῶν κατιόντος, φυγάδος μὲν ὄντος, τῷ καιρῷ δ' ἰσχύοντος, κ. τ. λ.* In hac calamitate Eurydice filios suos Iphicratis, Atheniensium praetoris, fidei tradidit, qui Pausaniam exegit: *Eurydice, mater Perdiccae et Philippi, cum his duobus pueris Amynta mortuo ad Iphicratem confugit eiusque opibus defensa est* [u].

Ptolemaeus Alorites neque rex fuit et iniuria a Diodoro [x] Amyntae filius dicitur. Dexippus [y]: *μετὰ δὲ τοῦτον* [Alexandrum] *Πτολεμαῖος ἦρξεν ὁ λεγόμενος Ἀλωρίτης, ἀλλότριος τοῦ γένους, ἔτη γ'. Τοῦτον δὲ ἀνελὼν Περδίκκας υἱὸς καὶ αὐτὸς Ἀμύντου .....* Aeschines [z]: *μετὰ ταῦτα εἶπον περὶ Πτολεμαίου, ὃς ἦν ἐπίτροπος καθεστηκὼς τῶν πραγμάτων, ὡς ἀχάριστον καὶ δεινὸν ἔργον διεπράξατο, διδάσκων ὅτι πρῶτον μὲν ὑπὲρ Ἀμφιπόλεως ἀντέπραττε τῇ πόλει. — καὶ πάλιν ὡς Περδίκκας εἰς τὴν ἀρχὴν καταστὰς ὑπὲρ Ἀμφιπόλεως ἐπολέμησε τῇ πόλει.* Aeschine cum Syncelli fragmento comparato probabile videtur Ptolemaeum iusta ratione pupilli Perdiccae tutorem factum fuisse [a]; eum postea fide abusum indeque a Perdicca occisum esse. Tres annos eum rebus praefuisse etiam Dio-
227 dorus tradit [b]: *ἐπ' ἄρχοντος Χίωνος — [36$\frac{5}{4}$] — Πτολεμαῖος ὁ Ἀλωρίτης ἐδολοφονήθη ὑπὸ Περδίκκα, βασιλεύσας ἔτη τρία· τὴν δὲ ἀρχὴν διαδεξάμενος ὁ Περδίκκας ἐβασίλευσεν ἔτη πέντε.*

17. Perdiccas III. Constat Diodori [c] ratio: *ἐπ' ἄρχοντος Καλλιμήδους [3$\frac{6}{5}$9] Φίλιππος παρέλαβε τὴν βασιλείαν. — μετὰ γὰρ τὴν Ἀμύντου τελευτὴν Ἀλέξανδρος ὁ πρεσβύτατος τῶν υἱῶν διεδέξατο τὴν ἀρχήν. τοῦτον δὲ Πτολεμαῖος ὁ Ἀλωρίτης δολοφονήσας παρέλαβε τὴν βασιλείαν· καὶ τοῦτον ὁμοίως Περδίκκας ἐπανελόμενος ἐβασίλευσε. τούτου δὲ παρατάξει μεγάλῃ λειφθέντος ὑπὸ Ἰλλυριῶν καὶ πεσόντος Φίλιππος ὁ ἀδελφὸς παρέλαβε τὴν βασιλείαν.* Inter *Chionem* et *Callimedem* quattuor archontes interfuerunt, ut Perdiccas quattuor annos regnaverit. Quumque inter Archelai mortem, ineunte a. 399, et Philippi regni primordia, ineunte a. 359, quadraginta anni interpositi fuerint, Diodori rationes, qui singulorum tempora regnorum notavit, numeris computatis constare videas.

Aëropus (cum Oresta)	6 annos
Pausanias	1
Amyntas	24
Alexander	1
Ptolemaeus Alorites .	3
Perdiccas III	5
	40

Demonstratum est Aëropi et Orestis regnum coniunctum paulo minus sex annorum fuisse. Sed hoc eo compensatur quod Alexander paulo amplius annum regnavit, ut summa quadraginta annorum deminuta non sit.

---

t) De falsa leg. p. 31. 33.

u) Nepos Iphicr. 3.

x) XV, 71.

y) Apud Syncell. p. 263, b.

z) De falsa leg. p. 32, 7.

a) Ptolemaeum iusta ratione, partium consensu, tutorem factum esse ex Plutarchi narratione perspicias, quamquam Plutarchus Thebanorum quod Aeschines Atheniensium potentiae tribuit. Pelop. c. 27: *ὁ Πτολεμαῖος ἀνῃρήκει τὸν βασιλέα καὶ τὴν ἀρχὴν κατέσχεν· οἱ δὲ φίλοι τοῦ τεθνηκότος ἐκάλουν τὸν Πελοπίδαν· — ὡς δ' ἐγγὺς ἀλλήλων ἐγένοντο, Πτολεμαῖος δεξιωσάμενος καὶ δεηθεὶς ὡμολόγησε τὴν μὲν ἀρχὴν τοῖς τοῦ τεθνηκότος ἀδελφοῖς διαφυλάξειν.* — Secundum Iustinum VII, 4, 5 Eurydice cum moecho coniugi Amyntae et postea suis ipsius liberis insidiata est: quorum Alexander et Perdiccas artibus Eurydices perierint. Moechus ita fuerit Ptolemaeus Alorites. Sed huic narrationi de Eurydices facinoribus, quam alia testimonia non confirmant, prorsus adversantur quae Aeschines tradidit. His rationibus ductus Mitford. V. VII p. 332 annot., qua est sagacitate, istam narrationem fictam esse iudicavit.

b) XV, 77.

c) XVI, 2.

18. Philippus II, a *Carano* rex octavus decimus, a *Perdicca I*, quem Herodotus familiae auctorem fuisse tradit, undecimus, utroque annumerato, tertius *Amyntae* filius, successit annos tres et viginti natus, ineunte a. 359. Quo anno Philippum rerum potitum esse hac ratione docetur.

Occisus est Pythodemi anno ineunte, paulo post mediam aestatem 336. Regnavit annos quattuor et viginti secundum Diodorum: *εἴκοσι καὶ τέτταρα ἔτη τῶν Μακεδόνων ἐβασίλευσεν* [d]). — *ἄρξας ἔτη τέτταρα πρὸς τοῖς εἴκοσι* [e]). Sed qui Philippi vitam scripserat Satyrus [f]) duo et viginti annos eum regnasse tradidit: *ἐν ἔτεσι γοῦν εἴκοσι καὶ δυσίν, οἷς ἐβασίλευσεν, ὥς φησι Σάτυρος ἐν τῷ περὶ τοῦ βίου αὐτοῦ* [g]). Atque Dexippus [h]) tres et viginti annos bis posuit: . . . . *ἔτη κγ' κρατήσας τῆς βασιλείας Μακεδόνων, δεόντως δὲ ἅπαντα πράξας καὶ κατὰ τάξιν μεγίστην πασῶν τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην ἀναδείξας τὴν Μακεδόνων ἀρχήν. — βασιλεύσας, ὡς προλέλεκται, ἔτη κγ' καὶ ἀναιρεθεὶς ὑπὸ Παυσανίου.* Inde collegeris eum minus quattuor et viginti annos regnasse. Inter *Callimedem* et *Pythodemum* archontes fuerunt tres et viginti; et si circiter septimo Callimedis anno rex factus sit, tres et viginti annos et sex menses regnaverit: qua ratione Dexippus et Diodorus inter se conciliantur, quum alter integros tres et viginti annos, alter quartum et vicesimum inchoatum dixerit.

Theophili archontis mensis undecimus s. Maius 347 in tertium decimum Philippi regni annum 228
incidit [i]), quandoquidem Plato hoc eius regni anno septimo Thargelionis die mortem obiit. Iam quum Theophilus a Callimede utroque numerato tertius decimus archon sit, haec computatio et ipsa congruit cum ea ratione qua Philippum circiter septimo Callimedis mense rerum potitum esse statuimus. Quum accurate computanti ad Platonis mortem duodecim anni et quattuor menses exacti sint, hic recte tertius decimus Philippi regni annus dictus est. Negligentius de tempore quo Philippus rex factus est exposuit Corsinus [k]).

Philippus ut primum rerum potitus est nullo requietis aut apparatus tempore interposito continuo periculis undique sibi impendentibus occurrit: id quod ex Diodoro [l]) colligere licet. Uno eodemque anno Argaeum et Athenienses vicit, cum Atheniensibus pacem composuit, in Paeoniam et Illyriam expeditionem fecit. Has res Diodorus partim Callimede, partim Eucharisto [m]), qui illum excepit, archontibus gestas esse refert. Quanta celeritate Philippus in iis quas primas gessit rebus egerit etiam Iustini [n]) narratio prodit. Secundum Diodorum [o]) Illyrios adortus est priusquam illi victoria de Perdicca reportata usi novas rapinas facerent: *ὑπολειπομένων δὲ πολεμίων τῶν Ἰλλυριῶν ἐφιλοτιμεῖτο καὶ τούτους καταπολεμῆσαι. εὐθὺς οὖν συναγαγὼν ἐκκλησίαν καὶ τοὺς στρατιώτας οἰκείοις λόγοις προτρεψάμενος εἰς τὸν πόλεμον ἐστράτευσεν εἰς τὴν τῶν Ἰλλυριῶν χῶραν.* Verisimile non est inter pugnam in qua Perdiccas occidit et hanc expeditionem multos menses intercessisse. Et tamen scriptor eam Eucharisto archonte factam narrat, postquam eodem archonte Paeones victi erant. Itaque haec in Illyriam expeditio non ante auctumnum 359 facta est, atque Perdiccam eodem anno ineunte occidisse statueris [p]).

---

d) XVI, 1.

e) XVI, 95. [Cf. XVII, 1. *Kr.*]

f) Apud Athen. XIII p. 557, c.

g) Hic locus in Schweighaeuseri editione t. V. p. 10 ut Dicaearchi fragmentum notatus est. Sed quum *Dicaearchus Satyrum*, qui post illum vixit, laudare non potuerit, ipsius Athenaei verba sint necesse est. Sola Dicaearchi verba quae proponuntur haec sunt: *ὃς περὶ τῶν ὅλων πολεμῶν τριακοσίας πεντήκοντα περιήγετο παλλακάς, ὡς ἱστορεῖ Δικαίαρχος ἐν τῷ περὶ τοῦ τῆς Ἑλλάδος βίου.*

h) Apud Syncell. p. 263.

i) V. tabb.

k) Fastt. Att. t. IV p. 18.

l) XVI, 2. 4.

m) V. tabb. 359.

n) VII, 6.

o) Diod XVI, 4.

p) Longius tempus statuit Gemistus Pletho Hell. I, 13: *δεύτερον ἦν*, inquit, *ἔτος Φιλίππῳ ὅτε Παίονας ὑπηγάγετο.* Et postquam adversus Illyrios bellum, qui soli hostes reliqui fuerint, — *λοιπὸς δ' αὐτῷ ὁ πρὸς Ἰλλυριοὺς πόλεμος ἦν* — et Philippi prosperam fortunam subactosque Illyrios memoravit, haec subiicit: *καὶ Φίλιππος ἐπισφαλέστατα ἔχουσαν τὴν Μακεδονικὴν βασιλείαν παρειληφὼς πρὶν δεύτερον αὐτῷ ἔτος ἐξῆκειν βασιλεύοντι ἐς τὸ ἀσφαλέστατον κατεστήσατο.* Sed Gemistus non nisi iis fontibus usus est unde nobis quoque haurire licet. Nam e Diodoro et Plutarcho sua repetiit. Ac Diodori narrationem sequutus Ol. 105, 1. 2 primos duos Philippi regni annos computavit: quaeque Diodorus Ol. 105, 2 (qui Eucharisti annus est) adscripsit,

Secundum Iustinum q) Philippus septem et quadraginta annos natus mortem obiit: *Decessit Philippus quadraginta et septem annorum, cum annis viginti et quinque regnasset.* Qua aetate si re vera fuit, natus erat 382 et tredecim annos habuit quum pater eius Amyntas mortuus et Alexander frater natu maior rex factus est, 369. Quo tempore Eurydice eum ad Iphicratem, Atheniensium praetorem, deduxit admodum puerum fuisse dicit Aeschines r): *μετεπέμψατο Ἰφικράτην Εὐρυδίκη ἡ μήτηρ ἡ σή, καί, ὥς γε δὴ λέγουσιν οἱ παρόντες πάντες, Περδίκκαν μὲν τὸν ἀδελφὸν τὸν σὸν καταστησασα εἰς τὰς χεῖρας τὰς Ἰφικράτους, σὲ δὲ εἰς τὰ γόνατα τὰ ἐκείνου θεῖσα παιδίον ὄντα κ. τ. λ.* Philippus tunc quintum decimum annum egerit necesse est. Ex his quae de eius aetate tradita habemus colligere licet quid narratiunculis quibusdam tempora quibus Thebis fuit spectantibus tribuendum sit. Diodorus s) ab Alexandro 368 obsidem datum et Thebas deductum esse statuit. Idem alio loco t) narrat ab Amynta Illyriis traditum ab iisque Epaminondae patri creditum esse atque cum
229 Epaminonda in Pythagoreorum disciplina institutum Perdicca mortuo Thebis aufugisse ut regnum rege carens occuparet. Cum priore narratione congruunt quae Plutarchus u) tradit. Secundum Iustinum x) Philippus ab Alexandro primum Illyriis, deinde Thebanis obses datus et Thebis tres annos fuit. *Thebis triennio obses habitus prima pueritiae rudimenta in urbe severitatis antiquae et in domo Epaminondae — deposuit.* Thebis eum fuisse alii scriptores passim significant, veluti Aelianus y): *ὡμήρευσε παρ' αὐτοῖς ὁ Φίλιππος ἔτι παῖς ὤν.* Dio z): *ἐν Θήβαις ὁμηρεύων Πελοπίδᾳ τε συνῆν ἀνδρὶ πεπαιδευμένῳ· — καὶ Ἐπαμινώνδου τά τε ἔργα ἐώρα καὶ τῶν λόγων δὲ ἤκουσεν. — ὅθεν, οἶμαι, πολὺ διήνεγκεν ὁ Φίλιππος τῶν πρότερον ἐν Μακεδονίᾳ βασιλευσάντων.* Plutarchus a): *πρὸς Φίλωνα τὸν Θηβαῖον εὐεργέτην αὐτοῦ γενόμενον καὶ ξένον, ὅπηνίκα διῆγεν ἐν Θήβαις ὁμηρεύων κ. τ. λ.* Qui hanc rem accurate et acute disceptavit Wesselingius b) haec eruit: 1. primum si Philippus patre vivo Thebanis traditus esset, ad philosophicam Pythagoreorum disciplinam percipiendam per aetatem minus aptum futurum fuisse. 2. Deinde Epaminondam, quippe triginta annis maiorem Philippo, eius condiscipulum esse non potuisse; praesertim Lyside magistro, qui iam 379 Philippo puerulo decesserat. 3. Tum Aeschine auctore Philippum quo tempore frater eius mortuus sit Thebis non fuisse. 4. Denique Speusippo c) teste eum quo tempore Perdiccas interemptus sit iam in Macedonia fuisse regioni quae ei Platone rogante tradita fuerit praefectum. Haec omnia refutari non possunt. Sed pro certo habeamus licet ipsum illud quod tam multis nititur testimoniis, Philippum puerum Thebis fuisse, ubi Pelopidae et Epaminondae institutione usus fuerit. Cum Thebanis societatem initam fuisse Ptolemaeo tutore regnante testatur Aeschines d): *εἶπον περὶ Πτολεμαίου ὅτι — πρὸς Θηβαίους διαφερομένων Ἀθηναίων συμμαχίαν ἐποιήσατο.*

19. Alexander III. Eius vitae et regni tempora satis constituta sunt testimoniis in tabulis propositis ann. 356. 336. 323. Natus erat Macedonum mense *Loo*, sexto die *Hecatombaeonis* Attici. Plutarchus e): *ἐγεννήθη δ' οὖν Ἀλέξανδρος ἱσταμένου μηνὸς ἑκατομβαιῶνος, ὃν Μακεδόνες Λῶον καλοῦσιν, ἕκτῃ.* Mortem obiit 28mo aut 30mo *Daesii* Macedonum mensis f), qui Attico *Thargelioni* g)

---

ea Gemistus in secundum Philippi annum incidisse opinatus est.

q) IX, 8. Iustinus satis consentit cum Pausania, qui VIII, 7, 4 Philippum 46 annorum decessisse tradit: *οὐ πρόσω βιώσας ἔξ τε καὶ τεσσαράκοντα ἐτῶν.* Videtur 46 annis completis 47mum ingressus esse.

r) De falsa leg. p. 32, 1.

s) XV, 67.

t) XVI, 2.

u) Pelop. 26.

x) VII, 5.

y) V. H. XIII, 7.

z) t. II p. 248 Reisk.

a) Apophthegm. p. 178, c.

b) Ad Diod. XVI, 2.

c) Apud Athen. XI p. 506, f.

d) De falsa leg. p. 32, 10.

e) Alex. 3.

f) Plutarch. Alex. 75 s. Singula persequitur Mitford. ubi Plutarchum cum Arriano (VII, 26) comparat V. X p. 452—458.

g) Plutarch. Alex. 16: *τῶν Λαρσίου στρατηγῶν — παρατεταγμένων ἐπὶ τῇ διαβάσει τοῦ Γρανικοῦ μάχεσθαι μὲν ἴσως ἀναγκαῖον ἦν, ὥσπερ ἐν πύλαις τῆς Ἀσίας· — ἐνίων*

respondet. Testimoniis a Plutarcho conservatis confirmatur quod Aelianus notavit tempus: *καὶ ὁμολογοῦσι τοῦ αὐτοῦ μηνὸς (Θαργηλιῶνος) πάντα. καὶ αὐτὸν δὲ τὸν Ἀλέξανδρον καὶ γενέσθαι καὶ ἀπελθεῖν τοῦ βίου τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ πεπίστευται* h). Corsinus i) *Daesii* diem 28um *Thargelionis* quoque 28um fuisse statuit: *Alexander Thargelione mense, ut ait Aelianus, hoc est Plutarcho teste,* 28 *Daesii sive Thargelionis die e vivis excessit. — Plutarchus ex Diariis asserit Alexandrum* 230 28 *Daesii sive Thargelionis die obiisse.* Pariter Larcherus k) utrumque mensem eundem fuisse statuit: „*Alexander mortem* 29mo *die Daesii Macedonici, qui* 30mo *Thargelionis respondet.*“ Eadem ratione Plutarchum intellexit Dodwellus l), quasi 6^{tum} *Hecatombaeonis* diem etiam *Loi* 6^{tum} diceret. „*Natalem Alexandri Loi VI*^{m} *docet fuisse Plutarchus.*“ Sed non dixit utriusque mensis singulos dies sibi respondisse. Pars tantum *Thargelionis* in partem *Daesii* incidit, quemadmodum *Hecatombaeonis* pars in *Loi* partem. Secundum Aelianum Alexander *sexto* die Thargelionis mortuus est. Quod si verum sit, hoc anno 6^{tus} Thargelionis dies in 28^{mum} incidat ac proinde 1^{mus} Thargelionis in 23um Daesii. Quod Aelianus tradit Alexandrum eodem die quo natus esset mortem obiisse confirmat Plutarchus m). Natus est *sexto Hecatombaeonis* die, decessit *sexto Thargelionis* n).

Alexandrum Pythodemi anno ineunte regem factum esse in tabulis docuimus. Idque confirmat Arrianus o), de Nearchi itinere haec notans: *ὥρμηντο ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθήνησι Κηφισοδώρου, εἰκάδι τοῦ βοηδρομιῶνος μηνός, καθότι Ἀθηναῖοι ἄγουσιν, ὡς δὲ Μακεδόνες τε καὶ Ἀσιανοὶ ἦγον, τὸ ἑνδέκατον βασιλεύοντος Ἀλεξάνδρου.* Archontis nomen corruptum est. Nám aliis testimoniis constat Nearchum Chremetis archontis Boedromione, Octobri 326, iter ingressum esse p). Itaque Alexandri regnantis decimo anno *exacto* undecimus *inchoatus* erat tertio *Chremetis* mense, ut primus eius annus ante tertium *Pythodemi* archontis mensem inceperit. Praeterea notandum est secundum Aristobulum Alexandrum duo et triginta annos et octo menses vixisse, duodecim annos et octo menses regnasse. Itaque Aristobulus eum quo tempore rex factus est ipsos octo annos, non amplius, habuisse statuit, ut Hecatombaeone Pythodemi archontis regnum adeptus fuerit q).

δὲ τῶν περὶ τὸν μῆνα νενομισμένων οἰομένων δεῖν φυλάξασθαι· Δαισίου γὰρ οὐκ εἰώθεισαν οἱ βασιλεῖς τῶν Μακεδόνων ἐξάγειν τὴν στρατιάν· τοῦτο μὲν ἐπηνωρθώσατο κελεύσας δεύτερον Ἀρτεμίσιον ἄγειν. Idem Camill. 19: *Ἀλέξανδρος ἐπὶ Γρανικῷ τοὺς βασιλέως στρατηγοὺς Θαργηλιῶνος ἐνίκησεν.* Aelian V. H. II, 25: *καὶ Ἀλέξανδρον δὲ τὸν Μακεδόνα τὰς πολλὰς μυριάδας τὰς τῶν βαρβάρων φθεῖραι καὶ αὐτὸν λέγουσιν ἕκτῃ ἱσταμένου (Θαργηλιῶνος), ὅτε καὶ Δαρεῖον καθεῖλεν Ἀλέξανδρος.* Recte Corsinus Fastt. Att. t. II p. 459 Aelianum de pugna ad Granicum facta loqui statuit: quam Aelianus cum Plutarcho Thargelioni mensi assignat.

h) Aelian. V. H. II, 25.

i) Fastt. Att. t. IV p. 50 s.

k) Herod. t. VII p. 708.

l) Dissert. IX s. 3.

m) Alex. 3.

n) Iosephus in Apion. I p. 1184 Alexandrum *undecimo* anno ante pugnam ad Gazam mortem obisse tradit: *Ἑκαταῖος ὁ Ἀβδηρίτης μνημονεύει τῆς Πτολεμαίου περὶ Γάζαν πρὸς Δημήτριον μάχης· αὕτη δὲ γέγονεν ἐνδεκάτῳ μὲν ἔτει τῆς Ἀλεξάνδρου τελευτῆς, ἐπὶ δὲ ὀλυμπιάδος ἑβδόμης καὶ δεκάτης καὶ ἑκατοστῆς, ὡς ἱστορεῖ Κάστωρ. προσθεὶς [l. προθείς. Kr.] γὰρ ταύτην τὴν ὀλυμπιάδα φησίν· Ἐπὶ ταύτης Πτολεμαῖος ὁ Λάγου ἐνίκα κατὰ Γάζαν μάχῃ Δημήτριον τὸν Ἀντιγόνου τὸν ἐπικληθέντα Πολιορκητήν.* Hic locus illustrabit tabb. 312, 2. Recte pugna huic Olympiadi adscripta est. Facta est enim ineunte Polemonis anno et Ol. 117, 1. [a. C. n. 312.] Minus recte undecimo anno post quam Alexander mortem obierit ad Gazam pugnatum esse ponitur, quum integri duodecim anni tertio decimo inchoato intercesserint.

o) Indic. 21 p. 550.

p) V. tabb.

q) Hae rationes facile elevant Iosephi opinionem, si quidem ille, ut Petitus putat, Philippum 24 Ianuarii die, septimo huius archontis mense, interfectum esse tradit, i. e. eodem die eiusdem mensis quo Caligula periit, qui occisus est *nono Calendas Februarias.* Sueton. Calig. 58 Quod quidem tempus Petitus Legg. Att. p. 331 ex hoc loco elicuit, Ioseph. Ant. XIX, 1, 13: *μῖμος εἰσάγεται καθ' ὃν σταυροῦνται ληστῶν ἡγεμών, ὅ τε ὀρχηστὴς δρᾶμα εἰσάγει Κινύραν, ἐν ᾧ αὐτός τε ἐκτείνετο καὶ ἡ θυγάτηρ Μύρρα, αἷμά τε ἦν τεχνητὸν πολὺ καὶ τὸ περὶ τὸν σταυρωθέντα ἐκκεχυμένον καὶ τὸ περὶ τὸν Κινύραν, ὁμολογεῖται δὲ καὶ τὴν ἡμέραν ἐκείνην γενέσθαι ἐν ᾗ Φίλιππον τὸν Ἀμύντα Μακεδόνων βασιλέα κτείνει Παυσανίας εἷς τῶν ἑταίρων εἰς τὸ θέατρον εἰσιόντα.* Rem ita exposuit Sue-

231 Singulas Alexandri expeditiones dux noster fide dignissimus Arrianus notatis rerum quae maioris momenti essent temporibus constituit. Nimis Arrianum in rerum quas Alexander gessit temporibus describendis neglexit Mitfordus. Ex tabulis apparet Alexandrum vere 334 in Asiam traiecisse, inter eius in Asiam adventum et Darii mortem *quattuor hiemes* interiectas fuisse, Darium Alexandro bellum Asiaticum *quinto* anno gerente occisum esse. Porro apparet *tres hiemes* inter Darii mortem et Pori cladem interpositas fuisse, duobus belli annis in septentrionis terris debellandis consumptis, tertio in India, quo cum Poro congressus est. Perturbat harum tempora rerum Mitfordus. Hic Alexandrum eo belli anno quo Bessus condemnatus et interfectus est circumacto, exercitu Bactra in hiberna deducto, ferme septem et viginti annorum fuisse statuit [r]), duos et viginti habuisse in Asiam traiicientem: qua ratione tempus re vera interpositum prope recte notatur. Porro tempus quo Arrianus ad Arbela [s]) pugnatum esse tradit recte notat 331 [t]); et tamen quae proximo anno facta sunt Alexandro bellum in Asia *quarto* anno gerente acta esse dicit [u]). Darium 330 in fuga fuisse recte memorat [x]); et tamen quae proximo anno gesta sunt *quinto* belli anno facta esse refert [y]). Ubi Darium 330 interfectum esse tradidit [z]), hiberna post bellum Sogdianum Nautacis ab Alexandro acta hiemi 329, 328 adscribit [a]), ut inter Darii mortem et bellum Sogdianum nonnisi *unus* annus interfuerit; et tamen ipse Arrianum sequutus inter Darii mortem et hiberna Nautacis duas hiemes interiectas fuisse memorat: „auctumno iam adulto“ [b]). Et ad Oxum pervenit „vere adulto“ [c]). Itaque haec est *prima* hiems $3\frac{3}{29}$°. „Aestatem adultam“ memorat ubi trans Oxum bellatum esse refert [d]); et postmodum „Zariaspa exercitum in hiberna deduxit“ [e]). Haec erat *altera* hiems $32\frac{9}{8}$°. Tum Sogdianum bellum persequitur [f]); post illud rursus „hiems instabat“ [g]). Itaque haec erat *tertia* post Darii mortem hiems, anni $32\frac{8}{7}$°.

Issicam pugnam et Tyri obsidionem et expugnationem Mitfordus eidem aestati adscribit easque res secundum belli annum ex parte explesse statuit [h]). Hanc ob causam quae posthac gesta sunt anno prius quam debebat facta esse dicit, *tertio* belli anno quae *quarto*, *quarto* quae *quinto* gesta sunt assignans. Pariter in relicuis. Deficientem hunc annum videtur supplere voluisse eo quod duobus castellis montanis et Roxana in matrimonium ducta „aestatem consumptam fuisse“ statuit [i]), ut Chorienae petra capta alia hiems intercesserit, quam Macedones Bactris vel Zariaspis egerint [k]). His „quae Bactris acta sint“ hibernis rursus commemoratis [l]) illo tempore Clitum interfectum et nobilium puerorum coniurationem factam esse dicit, „adhuc in hibernis Bactrianis“ [m]). Atque in

---

tonius Calig. 57: *Pantomimus Mnester tragoediam saltavit quam olim Neoptolemus tragoedus ludis quibus rex Philippus occisus est egerat.* [Cf. Stob. Serm. 98, 70.] Eadem fabula utroque tempore data est atque Iosephum rem minus accurate rettulisse dixeris, quae Usheri sententia est Annal. ad A. M. 3668 p. 200. Sed illum hoc crimine liberat emendatio facillima, qua huius scriptoris verba cum Suetonio conciliantur: *αἱμά τε ἦν τεχνητὸν πολὺ τὸ περὶ τὸν σταυρωθέντα ἐκκεχυμένον. Καὶ τὸ περὶ τὸν Κινύραν ὁμολογεῖται καὶ τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ γενέσθαι ἐν ᾗ Φίλιππον — κτείνει Παυσανίας κ. τ. λ.* Qua emendatione admissa sententia haec est: „Quo die Caligula occisus est „primum latro cruci suffigendus in scenam prodiit, deinde „Cinyras tragoedia acta est. Atque hanc fabulam, *τὸ περὶ „τὸν Κινύραν* (sc. *δρᾶμα*), etiam quo die Philippus inter„fectus est actam esse constat.“

r) V. X p. 88.

s) Praeterea Hecatombaeonem in Maium extremum vel Iunium ineuntem incidisse statuit, circiter menstruo spatio aberrans.

t) V. IX p. 399.

u) V. X p. 1.

x) V. X p. 10.

y) V. X p. 45.

z) P. 10 et p. 51.

a) P. 96.

b) V. X p. 51.

c) P. 65.

d) P. 80.

e) P. 84.

f) P. 91 — 95.

g) P. 96.

h) V. c. 48 s. 4. Quod in margine v. IX p. 366 notavit tempus cum ipsius expositione p. 307. 392 non congruit.

i) V. X p. 108.

k) P. 108.

l) P. 120.

m) P. 125.

his hibernis Alexander usque ad „ver adultum“ [n]) commorabatur priusquam ad Indum proficisceretur. Itaque Mitfordus tametsi Indicam expeditionem recte veri 327 assignat, tamen ubi singula persequitur anno posteriorem fuisse efficit, post Darii mortem *quattuor* hiemes pro *tribus* interfuisse ponens.

Indo traiecto ante pugnam cum Poro factam aliam hiemem intercessisse cum Diodoro statuit. 232
„Ad Taxila in hiberna concessit“ [o]). Quo tempore Alexander Hydaspem transiit, „ver adultum erat“ [p]). Ita reddit verba [q]): *ὥρα ἔτους ἧ μετὰ τροπὰς μάλιστα ἐν θέρει τρέπεται ὁ ἥλιος* [r]), deductus, ut videtur, corrupta scriptura *μοννυχιῶνος* [s]). Itaque inter Darii mortem et Hydaspem traiectum *quinque* hiemes enumeravit, qua ratione Pori bellum in a. 325 ponitur, quo tempore Alexandrum iam in Susianam revertisse constat.

Quum Alexander Zariaspis stativa habuit, Roxana in matrimonium ducta, „circiter sextum et vigesimum annum egisse“ dicitur [t]); et tamen secundum ipsum Mitfordum haec est hiems $32\frac{8}{12}$. Atque secundum eundem Mitfordum Alexander duo et viginti annos natus in Asiam traiecit, vere 334, qua ratione non quinque, sed prope septem anni interiecti essent. Recte statuit [u]) Alexandrum matura aetate quattuor et viginti annorum Aegyptum expugnasse.

Itaque Mitfordus vero Tyri expugnatae tempore neglecto inter Alexandri in Asiam transitum et Darii mortem annum amisit. Contra neglectis expeditionum in septentrionis terras factarum temporibus inter Darii mortem et Pori cladem duos annos addidit.

Sed a Nearchi itinere tempora bene descripsit, recteque Alexandrum vere 324 Babylonem venisse statuit. De rebus quas Alexander postremas gessit complura recte notavit. Ita quum Vincentius [x]) Nearchi iter anno 326, Alexandri mortem 324 assignaverit, ipsi probabilius videtur [y]) „Alexandrum Maio 323 decessisse.“ „Restat tamen, inquit, quod opponas. Nam a nullo scriptore post „quam Alexander Susa revertit, duas hiemes notatas video. Una est manifesta, qua Cossaeos subegit. „Sed qui sequuntur menses septendecim, iis res gestas adscriptas legimus nullas.“ Hanc difficultatem Mitfordus removere conatur [z]) removitque ita ut eius rationes maximam partem sufficiant. Docet enim unius hiemis Babylone transactae otium parum suffecturum fuisse ad ea quae hoc tempore acta sunt perficienda. Aedificata est enim classis maxima; facta navalia navibus recipiendis; capta consilia eaque latissime patentia quibus mediterraneae navigationi prospiceretur; exstructum oppidum in limite hostili; constituta provinciarum immensi regni administrandarum ratio. Porro docet Mitfordus duo itinera quae secundo flumine ad lacum facta sunt duas diversasque tempestates quibus perficerentur requisivisse. Quae quum exposuerit, ex hac parte historiae multas quae inesse putabantur difficultates sustulit.

In Alexandri itinere per Asiam superiorem describendo [a]) Rennellii librum quo tabulam geographicam Indiae explicat [b]) sequutus sum: ubi vir harum rerum peritissimus Alexandri itinera a mari Caspio ad Indum persequitur. Intervalla emendata sunt ex Arrowsmithii tabula geographica, quae nuper modestissima inscriptione edita [bb]) regiones inter Delhi urbem et Constantinopolin interpositas egregie illustrat. Qui Alexandri itinera a Zadracartis ad Iaxartem sequi cupiunt fere haec 233
intervalla Anglicis millibus computata invenient.

---

n) P. 136.
o) P. 166.
p) P. 168.
q) Arrian. V, 9 p. 330.
r) Similiter Arrianus alibi loquitur: *ὑπὸ τροπὰς ἀστέρας τοῦ θέρους ὁ ἥλιος ἐπιστρέφει.* VII, 21. Quem locum Mitfordus v. X p. 427 recte interpretatus est.
s) Apud Arrian. V, 19. V. tabb. 327.
t) V. X p. 109.
u) P. 359.
x) De Nearchi itinere (Voyage of Nearchus) p. 36.
y) P. 530.
z) V. X p. 424—427.
a) In tabb. 330. 329. 328.
b) Memoir of a Map of Hindostan p. 200 ed tertiae 1793.
bb) Out-lines of the Countries between Delhi and Constantinople.

A *Zadracartis* ad *Herat* [c])	522 millia
Ex *Herat* ad *Zarang* [d])	232
A *Zarang* ad *Agriaspen* [e])	207
Ex *Agriaspe* per *Arachosiam* (*Arokhage*) ad *Alexandriam* [f]) . .	188
Alexandria septentrionem versus ad *Ghizni*	213
Ghizni ad *Bactra* [g])	307
Bactris Nautaca	230
Nautacis Maracanda (Samarcand) . . .	22
Maracandis Cyropolin	163
	2084

Qui Alexandri in Bactrianum iter persequitur Strabo [h]) testimonia in tabulis proposita confirmat, sive terras quas rex emensus est respicis, sive tempestatem qua iter perfecit. Per *Arios*, *Drangas*, *Euergetas*, *Arachotos* profectus exercitus in *Paropamisi* montana advenit auctumno. Ibi urbs condita est, *Alexandria ad Paropamisum*, quumque hiemasset exercitus, septentrionem et occidentem versus per montana profectus quinto decimo die post quam Alexandria movit in Bactrianam pervenit: εἰς τὴν Ἀριανὴν ἦκεν· εἶτ' εἰς Δράγγας· — εἶτ' ἐκ Δραγγῶν ἐπί τε τους Εὐεργέτας ἦκεν καὶ τοὺς Ἀραχωτούς, ἤτοι διὰ τῶν Παροπαμισαδῶν ὑπὸ Πλειάδος δύσιν. ἔστι δ' ὀρεινὴ καὶ κεχιονοβόλητο τότε, ὥστε χαλεπῶς ὡδεύετο. — διαχειμάσας δ' αὐτόθι ὑπερδέξιον ἔχων τὴν Ἰνδικὴν καὶ πόλιν κτίσας ὑπερήκρισεν εἰς τὴν Βακτριανὴν διὰ ψιλῶν ὁδῶν. — πεντεκαιδεκαταῖος δὲ ἀπὸ τῆς κτισθείσης πόλεως καὶ τῶν χειμαδίων ἦκεν εἰς Ἄδραψα, πόλιν τῆς Βακτριανῆς. Secundum Strabonem, quocum Arrianus et Curtius consentiunt, Alexander *Bactrianam* vere 329 ingressus est.

Dum Alexander *quarto* anno, 331, bellum in Asia gerit, inter Agidem et Antipatrum in Pelo-
234 ponneso pugnatum est: quod quo tempore factum sit non facile definiri potest. Quae Plutarchus [i]) conservavit Alexandri verba hoc proelium fere eodem tempore factum esse significant quo ad Arbela pugnatum est. Quum Alexander Susis fuit, circiter mense post hanc pugnam, nihildum

---

c) *Herat*, terrae quae hodie Korasan dicitur, et nomine et situ cum vetere *Aria* congruit, quam Strabo XV p. 724 qua orientem spectet *Paropamisadis*, qua meridiem *Drangianae*, qua occidentem *Pylis Caspiis* adiacere tradit, eam quae arctioribus circumscripta sit finibus dicens.

d) „Quae in Nasereddini et Ulugbeigi tabulis comparet „*Zarang* haud dubie est vetus *Zarangaeorum* caput. Pu„tatur urbs antiquissima.“ Rennell. Geograph. Herod. p. 196. *Zarang*, prope meridiem versus ab *Herat* sita est ad borealem ripam *Hindmend* amnis in terra quae hodie *Segistan* dicitur.

e) *Agriaspas* (*Εὐεργέτας* Alexandri historicorum) in ea quae hodie *Dergàspe* dicitur agnoverunt, qui et ipsi ad *Hindmend* amnis ripas, prope orientem versus ab oppido *Zarang*.

f) *Alexandriam ad Paropamisum* sive *Alexandriam ad Caucasum* Alexander condidit priusquam septentrionem versus in Bactrianam profectus est. Arrian. III, 28, 6 p. 230: πρὸς τὸν Καύκασον τὸ ὄρος ἦγεν, ἵνα καὶ πόλιν ἔκτισε καὶ ὠνόμασεν Ἀλεξάνδρειαν. καὶ θύσας ἐνταῦθα τοῖς θεοῖς ὑπερέβαλε τὸ ὄρος τὸν Καύκασον. Bactriana inde spectanti ad septentrionem et occidentem sita quindecim itinerum via aberat. Strabo XV p. 725: ἔστι τα προσάρκτια καὶ τὰ πρὸς ἑσπέραν Βάκτρια. — πεντεκαιδεκαταῖος δὲ ἀπὸ τῆς κτισθείσης πόλεως ἦκεν εἰς Ἄδραψα, πόλιν τῆς Βακτριανῆς. Ex his admodum probabile fit sitam fuisse quo loco in Arrowsmithii tabula posita est, ubi a *Ghizni* 213 mill. Angl. septentrionem et meridiem versus et ab *Arachosia* [*Arokhage*] 75 mill. orientem versus sita est. Ex Curtii narratione VII, 3 Alexandria in septentrione montanorum et propius ad Bactrianae fines sita fuisset.

g) *Bactra* sive *Zariaspa* urbs, hodie *Balk*, minus quadraginta millibus ab Oxo amne distat. *Bactriana* tamen longe in meridiem porrigebatur; ac tametsi eius magnitudo atque fines, quos Alexander ad *Adrapsa* ingressus est, accuratius definiri non possunt, videntur tamen multis millibus a *Ghizni* remoti fuisse.

h) XV p. 724 s.

i) Ages. 15.

de ea audiverat. Namque Menetem, quem cum ter mille talentis Syriae et Phoenices Ciliciaeque satrapam remisit, iussit *ἀπ᾽ αὐτῶν ἀποστεῖλαι παρ᾽ Ἀντίπατρον ὅσων ἂν δέηται Ἀντίπατρος ἐς τὸν πρὸς Λακεδαιμονίους πόλεμον* [k]). Curtius [l]) ad Megalopolin prius quam ad Arbela pugnatum esse ponit: *Prius finitum est (bellum) quam Darium Alexander apud Arbela superaret.* Secundum Iustinum [m]) Alexander post Darii mortem de Antipatri victoria cognovit: *Dum haec aguntur, epistolae Antipatri e Macedonia ei redduntur, quibus bellum Agidis — continebatur.* Quum hanc pugnam prius quam causa de corona acta est factam esse constet, horum testimoniorum coniuncta auctoritas certe *Aristophanis* archontis anno adscribendam esse docet.

Qui proximo anno, *Aristophonte* archonte, pugnatum et Agidem occisum esse ponit Diodorus de proelio ad Arbela nuncium in Graeciam perlatum fuisse statuit priusquam Lacedaemonii bellum adversus Antipatrum commoverent. Sed illud iam commotum fuisse quo tempore ad Arbela pugnatum est ex Arriano [n]) apparet. Adde ipsius Diodori [o]) verba: *ἕως ἔτι τὰ Περσῶν πράγματα διαμένῃ τῆς ἐλευθερίας ἀντέχεσθαι. βοηθήσειν γὰρ αὐτοῖς Δαρεῖον. — εἰ δὲ περιόψονται τοὺς Πέρσας καταπολεμηθέντας μονωθήσεσθαι τοὺς Ἕλληνας κ. τ. λ.* Haec verba satis docent adhuc dubium fuisse magnae cum Dario pugnae eventum. Re explorata absurda fuisset illa ratiocinatio. Praeterea Diodorus Darii mortem post Agidis cladem enarrat. Atqui quum Darius ipso primo mense Aristophontis occisus fuerit, inde quoque perspicuum est Agidem superioris archontis anno occisum esse.

Hoc Agidis et Antipatri bellum respicit Dinarchus [p]): *οἷα ἐπ᾽ Ἄγιδος* [quae felicissima est Wesselingii emendatio ad Diod. XVII, 62] *ἐγένετο, ὅτε Λακεδαιμόνιοι μὲν ἅπαντες ἐξεστράτευσαν, Ἀχαιοὶ δὲ καὶ Ἠλεῖοι τῶν πραγμάτων ἐκοινώνουν, ὑπῆρχον δὲ ξένοι μύριοι, Ἀλέξανδρος δέ, ὡς οἱ λέγοντες, ἐν Ἰνδοῖς ἦν.* Quod Alexandrum in India fuisse dicit, quo ille demum tribus post annis pervenit, non est intelligendum proprie. Orator tantum id egit ut quanto intervallo Alexander a Graeciae rebus remotus esset declararet.

Quas rerum conversiones Macedonia circiter tribus et quadraginta annis qui Alexandri mortem insequuti sunt experta sit optime Dexippo duce cognoscimus. Quem ego quum saepius laudaverim, totum fragmentum hic proponere satius duxi [q]): *Θάπτεται τὸ σῶμα (Ἀλεξάνδρου) σταλὲν εἰς Ἀλεξάνδρειαν ὑπὸ Ἀριδαίου ἀδελφοῦ αὐτοῦ πρὸς πατρός, ὃς μετὰ Ἀλέξανδρον ἦρξε Μακεδόνων μετονομασθεὶς ὑπ᾽ αὐτῶν Φίλιππος, σὺν Ἀλεξάνδρῳ ἐκ Ῥωξάνης τῆς Δαρείου (?) παιδὸς τοῦ μεγάλου Ἀλεξάνδρου, ἐγγὺς ἔτη ζ΄. — Ὅσα μὲν οὖν ἐχρῆν πρὸ τῆς Ἀλεξάνδρου βασιλείας περὶ τῆς Μακεδόνων ἀρχῆς παραθέσθαι συνοπτικῶς ἤδη προτέτακται μέχρις αὐτοῦ. λοιπὸν δὲ καὶ τοὺς μετ᾽ αὐτὸν διαδεξαμένους τὴν ἡγεμονίαν ἐπισημοτέρους ἄξιον εἰπεῖν καὶ αὐτοὺς ἐν κεφαλαίῳ. Μετὰ τὴν Ἀλεξάνδρου τελευτὴν διαιροῦνται τὴν ἡγεμονίαν Μακεδόνων μέν, ὡς ἤδη λέλεκται, Ἀριδαῖος, ἀδελφὸς αὐτοῦ πρὸς πατρὸς ἐκ Φιλίννης τῆς Θεσσαλῆς, ὁ ἐπικληθεὶς Φίλιππος πόθῳ τῶν Μακεδόνων τῷ πρὸς τὸν πατέρα Φίλιππον, καὶ Ἀλέξανδρος παῖς ἐκ Ῥωξάνης τῆς Ὀξυάρτου· εἶτα καὶ οἱ λοιποὶ καθ᾽ ἑαυτοὺς ἕκαστος· ὧν οἱ προὔχοντες ἦσαν Πτολεμαῖος* 235 *ὁ Λάγου κληρωσάμενος τὴν Αἰγύπτου βασιλείαν· Σέλευκος ὁ Νικάτωρ Συρίας καὶ Κιλικίας μέχρι Βαβυλῶνος· Περδίκκας ὁ λαβὼν παρ᾽ Ἀλεξάνδρου τὸν δακτύλιον* [r]) *ἐπὶ τῆς μεγάλης τάττεται Φρυγίας· Λυσίμαχος τὴν εἰς δεξιὰ τοῖς πλέουσι τὸν Πόντον ἡγεμονίαν παραλαμβάνει· Ἀντίγονος Φρυγίας τῆς μικρᾶς καὶ Παμφυλίας καὶ Λυκίας ἄρχει· Εὐμένης Παφλαγονίας καὶ Καππαδοκίας κληροῦται· Κάσανδρος ὁ Ἀντιπάτρου* [s]) *σὺν τῷ πατρὶ τὴν Ἀριδαίου καὶ Ἀλεξάνδρου διοικεῖ βασιλείαν ἐν Μακεδόσι καὶ τῆς Ἑλλάδος κρατεῖ. Ταῦτα πάντα συντρέχει κατὰ τὴν ριδ΄* [t]) *ὀλυμπιάδα, καθ᾽ ἣν ἀρχομένην, πρινὴ ἄρξασθαι τὸν Ἀριδαῖον Ὀλυμπιὰς κτείνεται* [u])‖ *ἡ Ἀλεξάνδρου μήτηρ, ἡ παρὰ Αἰάκου σταλεῖσα τοῦ βασιλέως Ἠπείρου, ἡ*

k) Arrian. III, 16 p. 198.
l) VI, 1.
m) XII, 1.
n) III, 16 p. 198.
o) XVII, 62.
p) In Demosth. p. 94, 30.
q) Syncell. p. 264, b — 267, b ed. Paris. Scaligeri Euseb. p. 58. Hoc fragmentum e Dexippo excerptum est potius quam transscriptum. Qui ex aequalis sui narratione hausit Porphyrius apud Scalig. p. 62 s. in aliis discrepat, alia addita habet.
r) Sic Scalig. *τὸ δακτυλίδιον* Syncell.
s) Sic Syncell. *Κάσανδρος Ἀντιπάτρου* Scalig.
t) Sic Syncellus; *ριε΄* Scalig.
u) Haec corrupta videntur.

τοῦτον [x]) φυγοῦσα καὶ πρὸς Μακεδόνας ἐλθοῦσα. διττῶς γὰρ ἱστορεῖται. τοῦτον μὲν οὖν ἀνελοῦσα σὺν τῇ γαμετῇ ζ' ἔτει τῆς μετὰ Ἀλέξανδρον βασιλείας αὐτοῦ καὶ αὐτὴ μετὰ βραχὺν χρόνον ἀναιρεῖται ὑπὸ Κασάνδρου τοῦ Ἀντιπάτρου. βασιλεύει δὲ Μακεδόνων ἀρξαμένη σὺν δύο παισὶν Ἀλεξάνδρου τῷ τε ἐκ Βαρσίνης τῆς Ἀρταβάζου [y]) Ἡρακλεῖ καλουμένῳ, καὶ Ἀλεξάνδρῳ τῷ προρρηθέντι ἐκ Ῥωξάνης τῆς θυγατρὸς Ὀξυάρτου Βάκτρων βασιλέως· οὓς καὶ αὐτὸς ὁ Κάσανδρος ἀνελών, τὴν δὲ Ὀλυμπιάδα καὶ ἄταφον ἐκρίψας, ἑαυτὸν Μακεδόσι βασιλέα ἀνηγόρευσεν, γήμας τὴν Φιλίππου τοῦ βασιλέως γαμετὴν Θεσσαλονίκην, καὶ βασιλεύσας ἔτη ιθ', φθινάδι τε νόσῳ διαλυθεὶς ἐπὶ τρισὶν υἱοῖς, Φιλίππῳ, Ἀλεξάνδρῳ καὶ Ἀντιπάτρῳ. ὧν Φίλιππος πρῶτος ἦρξε μετὰ Κάσανδρον ἐν Ἐλατείᾳ [z]) θανών· Ἀντίπατρος δὲ Θεσσαλονίκην ἀνελὼν τὴν ἰδίαν μητέρα συμπράττουσαν Ἀλεξάνδρῳ τῷ ἀδελφῷ περὶ τῆς βασιλείας [εἰπόντων] [a]) φεύγει πρὸς Λυσίμαχον, καὶ ἀναιρεῖται ὑπ' αὐτοῦ καίπερ γήμας θυγατέρα αὐτοῦ. Ἀλέξανδρος δὲ Λυσάνδραν τὴν Πτολεμαίου γαμεῖ, παρὰ Δημητρίου δὲ ἀναιρεῖται τοῦ Πολιορκητοῦ, συμμαχήσειν κατὰ Ἀντιπάτρου τοῦ νεωτέρου ἀδελφοῦ τοῦτον προσκαλεσαμένου. καὶ ἄρχει Μακεδόνων Δημήτριος ὁ Ἀντιγόνου μὲν παῖς οὗτος, (τοῦ τὴν μικρὰν κληρωσαμένου Φρυγίαν, ὡς ἀνωτέρω προείρηται, φοβερωτάτου δὲ τῶν τότε κατὰ τὴν Ἀσίαν βασιλέων, ὃς καὶ ἐν Φρυγίᾳ θνήσκει, πάντων αὐτῷ διαφόρων ἐπιτεθέντων δυναστῶν, ἔτη ιη' τῆς βασιλείας κρατήσας,) Πολιορκητὴς δὲ ἐπικληθείς, διότι [b]) ὤφθη δεινότατος ἐν τῇ πολιορκίᾳ βασιλεύσας ἁπάντων τῶν τηνικαῦτα. Οὗτος τῆς μὲν Ἀσίας τῆς μικρᾶς ἔτη ιζ', Μακεδόνων δὲ ς' ἐβασίλευσεν ἔτη μόνα μετὰ τὸ ἀνελεῖν Ἀλέξανδρον τὸν Κασάνδρου· καὶ ἐκβάλλεται τῆς ἀρχῆς ὑπὸ Πύρρου βασιλέως τῆς Ἠπείρου υἱοῦ μὲν Αἰακοῦ Ἠπειρώτου δυνάστου διαδεξαμένου τὴν Ἠπειρωτικὴν ἀρχὴν ἀπ' αὐτοῦ, εἰκοστοῦ δὲ καὶ τρίτου ἀπὸ Ἀχιλλέως τοῦ Θέτιδος καὶ Πηλέως, ἀνδρὸς καὶ χειρὶ δυνατοῦ καὶ εὐβουλίᾳ στρατηγικοῦ. ὃς Πύρρος ἐκβαλὼν Δημήτριον, ὡς προσηκούσης αὐτῷ τῆς Μακεδόνων ἀρχῆς μετὰ τὸ γένος Φιλίππου, δι' Ὀλυμπιάδα τὴν Ἀλεξάνδρου τοῦ κτίστου μητέρα φέρουσαν ἐκ Πύρρου (τοῦ καὶ Νεοπτολέμου) παιδὸς Ἀχιλλέως τὸ γένος, ἐκράτησε Μακεδόνων [c]) μῆνας ζ'. Λυσίμαχος δὲ ὁ Θετταλός, Ἀγαθοκλέους παῖς, εἷς τῶν Ἀλεξάνδρου δορυφόρων, Θρᾴκης τε καὶ Χερρονήσου τῆς λοιπῆς τε βασιλεύων [d]) ὁμόρου χώρας τῷ Πόντῳ καὶ τῇ Μακεδονίᾳ, ταύτῃ ἐπιδραμὼν ὡς γείτονι, Πύρρον μὲν διεδέξατο, αὐτὸς δὲ ἐβασίλευσε Μακεδόνων ἔτη [e]) ε' καὶ μῆνας ς'. οὗτος ἡττηθεὶς ἐν τῇ πρὸς Σέλευκον τὸν Νικάτορα μάχῃ βασιλέα Συρίας καὶ Ἀσίας, αἰχμάλωτον ἑλόντα καὶ τὸν Πολιορκητὴν Δημήτριον, ἐκπίπτει τῆς ἀρχῆς [f]). Φανεροῦ δὲ ὄντος τοῦ

---

x) Sic legendum videtur. ἢ τοῦτον Scalig. ὡς τοῦτον Syncell.

y) Sic Syncell. δύο παισί, τῷ τε ἐκ Φαρσίνης τῆς Φαρναβάζου Ἡρ. Scalig.

z) Sic Syncell. α' ἦρξε μετὰ Κ. τὸν πατέρα Μακεδόνων ἐν Ἐλάτρῳ θανών. Scalig.

a) *εἰπόντων redundat. Syncell. in margine. τῶν ἀδελφῶν περὶ βασιλείας εἰπόντων Scalig.

b) Habet Scalig. διὰ τὸ μετὰ θάνατον Ἀντιγόνου τοῦ πατρὸς ἐν Ἐφέσῳ διασωθῆναι φυγὰς, ἡνίκα τῆς ὅλης Ἀσίας ἀποσφαλεὶς ὤφθη —. omissa apud Syncell.

c) Sic Syncell. τῆς Μακεδόνων ἀρχῆς. Scalig.

d) Sic Syncell. βασιλεύει Scalig.

e) ἔτη δ' Syncell. in margine.

f) Porphyrius apud Scalig. p. 63: Ἀριδαῖος ὁ Φιλίππου καὶ Φιλίννης τῆς Θετταλῆς, ὃν οἱ Μακεδόνες πόθῳ τοῦ Φιλίππου γένους Φίλιππον προσαγορεύσαντες βασιλέα ἀνέδειξαν μετ' Ἀλέξανδρον, καίπερ ἐξ ἑταίρας γεγονότα, — διαδέχεται τὴν ἀρχήν, ὥσπερ ἔφαμεν, ὀλυμπιάδος τῆς ριδ' ἔτει δευτέρῳ. λογίζεται δὲ αὐτῷ ἔτη ζ'. ἐπέζησε γὰρ ἄχρι ἑκατοστῆς πεντεκαιδεκάτης ὀλυμπιάδος ἔτους τετάρτου. Κατέλιπε δὲ ὁ Ἀλέξανδρος παῖδας κ. τ. λ. — Ἀριδαῖον μὲν οὖν Ὀλυμπιὰς ἔκτεινεν ἡ μήτηρ Ἀλεξάνδρου, αὐτὴν δὲ καὶ τοὺς δύο παῖδας Ἀλεξάνδρου Κάσανδρος ἀναιρεῖ· — γήμας δὲ Θεσσαλονίκην τὴν Φιλίππου βασιλεύων ἐπεβίω ἔτη ιθ' καὶ φθινάδι νόσῳ ἐπιπόνῳ διελύθη. τοῦτον διαδέχονται οἱ παῖδες Φίλιππος καὶ Ἀντίπατρος· οἵτινες ἔτη τρία καὶ μῆνας ς' ἐβασίλευσαν μετὰ τὸν πατέρα. πρῶτος μὲν Φίλιππος· καὶ ἐν Ἐλατείᾳ ἀποθνήσκει. Ἀντίπατρος δὲ Ἀλεξάνδρῳ τῷ παιδὶ συμπράττουσαν ἀνελὼν τὴν μητέρα Θεσσαλονίκην εἰς Λυσίμαχον ἔφυγε καὶ τῶν ἐκείνου θυγατέρων γήμας τινὰ ὁμοίως ἀνῃρέθη πρὸς αὐτοῦ Λυσιμάχου. Ἀλέξανδρος δὲ γαμεῖ μὲν Λυσάνδραν τὴν τοῦ Πτολεμαίου· πρός τε τὸν νεώτερον Πτολεμαῖον ἀδελφὸν εἰς συμμαχίαν ἐπικαλεῖται Δημήτριον τὸν Ἀντιγόνου, — ἀναιρεῖται τε ὑπ' αὐτοῦ καὶ Μακεδόσιν αὐτὸς ἄρχει Δημήτριος. τῶν οὖν παίδων Κασάνδρου τῆς ἀρχῆς ἔτη λογίζονται ἀπὸ τοῦ τετάρτου ἔτους τῆς ἑκατοστῆς ..... [ἄχρι] τοῦ τρίτου ἑκατοστῆς εἰκοστῆς πρώτης ὀλυμπιάδος. Δημήτριον δὲ ἓξ ἔτη βασιλεύσαντα Μακεδονίας Πύρρος ἐκβάλλει τῆς Ἠπείρου βασιλεύς. — ἑπτὰ δὲ μῆνας ἄρχει Μακεδόνων· τῷ δὲ ὀγδόῳ τοῦτον Λυσίμαχος διαδέχεται ὁ Ἀγαθοκλέους, Θετταλὸς ὢν ἐκ Κρανώνος καὶ Ἀλεξάνδρου γεγονὼς δορυφόρος. — βασιλεύει δὲ Μακεδονίας ἔτη ε' καὶ μῆνας ς', ἡττᾶται δὲ ἐν τῇ περὶ Κόρου πεδίον μάχῃ τῇ πρὸς Σέλευκον τὸν τῆς Ἀσίας βασιλέα, — ὅτε καὶ τοῦ ζῆν ἀπαλλάττεται. Εὐθὺς δ' ἐπὶ τῇ νίκῃ Σέλευκον Πτολεμαῖος ὁ τοῦ Λάγου καὶ Εὐρυδίκης παῖς τῆς Ἀντιπάτρου, ᾧ Κεραυνὸς

τρόπου καθ' ὃν Ἀντίγονός τε, ο τῆς μικρᾶς Φρυγίας καὶ Παμφυλίας καὶ Λυκίας ἄρξας εὐθὺς μετὰ 236
Ἀλέξανδρον g), τέθνηκε· καὶ ὅπως ὁ τούτου παῖς Δημήτριος δόλῳ κρατήσας Μακεδόνων ὑπὸ Πύρρου ἐξεβλήθη, αἰχμαλωτός τε ἁλοὺς ὑπὸ Σελεύκου ἐν Κιλικίᾳ τηρούμενος βασιλικῶς θνήσκει· καὶ αὖθις ὁ Λυσίμαχος Πύρρον ἐκβαλὼν Μακεδόνων ἐβασίλευσεν καὶ ὑπὸ Σελεύκου τοῦ Νικάτορος καταπολεμηθεὶς ἐκπέπτωκε τῆς ἀρχῆς· ὑπολείπεται δεῖξαι καὶ Σέλευκον ὅπως τῆς βασιλείας ἔτυχεν. Πτολεμαῖος ὁ Λάγου πρῶτος τῆς Αἰγύπτου μετὰ Ἀλέξανδρον βασιλεύσας ἔτη μ' ἐλθὼν εἰς Παλαίγαζαν συνάπτει μάχην Δημητρίῳ τῷ Ἀντιγόνου, καὶ νικήσας ἀναδείκνυσι Σέλευκον βασιλέα Συρίας καὶ τῶν ἄνω τόπων· Σέλευκος δὲ ἀναβὰς μέχρι Βαβυλωνίας h), καὶ κρατήσας τῶν βαρβάρων, βασιλεύει ἔτη λβ'· διὸ καὶ Νικάνωρ ἐπεκλήθη. τῷ γοῦν λβ' ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ, οε' τῆς ὅλης ζωῆς, Λυσίμαχον ἐκβαλὼν τῆς Μακεδονικῆς ἀρχῆς ἐπαρθεὶς i) δὲ ἐπὶ τῇ νίκῃ καὶ αὐτὸς ἀναιρεῖται ὑπὸ k) Πτολεμαίου τοῦ Λάγου τοῦ Κεραυνοῦ λεγομένου, μέλλων δὲ Μακεδόνων ἄρχειν. καὶ κρατεῖ Μακεδόνων Πτολεμαῖος οὗτος ὁ Λάγου καὶ Εὐρυδίκης παῖς τῆς Ἀντιπάτρου, Σέλευκον ἀνελὼν εὐεργέτην τε ὄντα ἑαυτοῦ καὶ ἐκ φυγῆς ὑποδεξάμενον, ἔτος ἓν l) καὶ μῆνας ε', ἀναιρεῖται καὶ αὐτὸς Γαλάταις πολεμῶν κατακοπεὶς μετὰ τῆς δυνάμεως καὶ τῶν ἐλεφάντων. Κατὰ δὲ τοὺς χρόνους τούτους m), τῶν Γαλατῶν ἐπικειμένων τῇ Μακεδονίᾳ καὶ λεηλατούντων αὐτήν n), διὰ τὸ πολλοὺς ἐπεμβαίνοντας τῇ βασιλείᾳ πρὸς βραχὺ κρατεῖν καὶ ἐκπίπτειν αὐτῆς· ὧν εἷς καὶ Μελέαγρος ἀδελφὸς Πτολεμαίου τοῦ Λάγου πρὸς ὀλίγας ἡμέρας δυναστεύσας καὶ ἐκπεσών· ὡσαύτως δὲ καὶ Ἀντίπατρος ἡμέρας μέ· μεθ' ὃν Σωσθένης· ἔτι δὲ Πτολεμαῖος· πρὸς δὲ τούτοις Ἀλέξανδρος καὶ Πύρρος Ἠπειρώτης· οἱ πάντες ἔτη τρία κατὰ Διόδωρον ἐβασίλευσαν o)· Ἀντίγονος ὁ Γονατᾶς ἐπικληθεὶς διὰ τὸ ἐν Γόνοις τῆς Θεσσαλίας τραφῆναι, υἱὸς τοῦ Πολιορκητοῦ, βασιλεύει Μακεδόνων ἔτη p) μδ'· προβασιλεύσας ἔτη ιβ' τῆς Ἑλλάδος, καὶ μετὰ ταῦτα τῆς Μακεδονικῆς ἀρχῆς σὺν τῇ Ἑλλαδικῇ ἀντιποιησάμενος ἓν κράτος. μετὰ τοῦτον ὁ υἱὸς Δημήτριος ἔτη ι' βασιλεύσας τελευτᾷ καταλιπὼν Φίλιππον υἱὸν νήπιον. τούτου ἐπίτροπος Ἀντίγονος κατασταθεὶς q) κρατεῖ Μακεδόνων ἔτη ιβ'· κατὰ δὲ τὸν Διόδωρον, ἔτη θ'. μεθ' ὃν ὁ Φίλιππος αὐξηθεὶς ἀπέλαβε τὴν πατρῴαν ἀρχὴν καὶ ἦρξεν ἔτη μβ'. τούτου τελευτήσαντος διεδέξατο τὴν ἀρχὴν Περσεὺς ἔτη ι'.

Secundum Dexippum undeviginti *Cassandri* anni non a *Philippi Aridaei*, sed ab *Olympiadis* morte, quae circiter octodecim mensibus post, Democlidis anno exeunte, vere 315 occisa est, computandi sunt. Itaque Cassander Antiphate archonte, circiter ineunte an. 296 mortem obiit.

Lysimachi et Seleuci ac Ptolemaei Cerauni mortes in Olympiadem 124am incidunt. Polybius r): Ὀλυμπιὰς ἦν εἰκοστὴ καὶ τετάρτη πρὸς ταῖς ἑκατόν — καιροὶ δὲ καθ' οὓς Πτολεμαῖος ὁ Λάγου 237
καὶ Λυσίμαχος, ἔτι δὲ Σέλευκος καὶ Πτολεμαῖος ὁ Κεραυνὸς μετήλλαξαν τὸν βίον. πάντες γὰρ οὗτοι περὶ τὴν προειρημένην Ὀλυμπιάδα τὸ ζῆν ἐξέλιπον. *Ptolemaeus Lagi* filius decessit postquam quadraginta annos regnavit ab Alexandri morte ad exitum Ol. 124, 1 sive initium an. 283 s). *Seleucus* inter-

---

ἐπίκλησις ἦν, εὐεργέτην τε ὄντα ἑαυτοῦ καὶ ἐκ φυγῆς ὑποδεξάμενον ἀνελὼν ἦρξεν αὐτὸς Μακεδόσιν, ὅσπερ Γαλάταις πολεμῶν ἀνῃρέθη, βασιλεύσας ἐνιαυτὸν καὶ μῆνας ε'.

g) Sic Syncell. ὁ τῆς μικρᾶς Φρυγίας εὐθὺς μετὰ Ἀλέξανδρον βασιλεύσας Scalig.

h) Sic Syncell. Βαβυλῶνος Scalig.

i) Memno apud Phot. cod. 224 p. 716: Σέλευκος δὲ τοῖς κατωρθωμένοις κατὰ Λυσιμάχου ἐπαρθεὶς εἰς τὴν Μακεδονίαν διαβαίνειν ὥρμητο. Malim tamen apud Syncellum εὐθὺς δὲ ἐπὶ — ex Porphyrio.

k) Sic Scalig. πρὸς Syncell.

l) ἔτος α' καὶ μῆνας ε' Scalig.

m) Sic Syncell. τοὺς χρόνους ςζ' [ὀλυμπιάδος] Scalig.

n) Post αὐτήν lacunae signum apposuit Scalig.

o) ἔτη γ' κατὰ Διόδωρον Scal. omisso ἐβασίλευσαν.

p) Sic Syncell. idem quoque in margine. κδ' Scalig.

q) Ἀ. κ. ὁ Δημητρίου Scalig. r) II, 41.1

s) *Ptolemaeus Soter* septemdecim annos praefectus erat, tres et triginta regnabat. V. tabb. 306, 2. *Philadelphus* duos annos cum patre, sex et triginta solus regnabat. Porphyr. in fragmento apud Scalig. Euseb. c. 95: ἐπεὶ ζῶν ἔτι τῆς ἀρχῆς παρεχώρησε τῷ Πτολεμαίῳ τῷ παιδὶ τὴν ἀρχὴν διαδεξαμένῳ, οὐκέτι δὴ τεσσαράκοντα, τριάκοντα δὲ καὶ ὀκτὼ τὰ τοῦ πρώτου Πτολεμαίου τοῦτον διαδέχεται Πτολεμαῖος ὁ υἱὸς ὁ ἐπικληθεὶς Φιλάδελφος· καὶ ζῶντος μὲν ἔτι τοῦ πατρὸς δύο πληροῖ τῆς βασιλείας ἔτη, ἀποθανόντος δὲ ὀκτὼ [*leg.* ἓξ] καὶ τριάκοντα. ὡς καὶ τούτῳ ὀκτὼ καὶ τριάκοντα τοὺς τῆς βασιλείας ἐνιαυτούς, ἴσους τοῖς τοῦ πατρός, ἀποδιδοῦσθαι. Quum Philadelphus post patris mortem sex et triginta, non octo et triginta annos regnaverit, ἓξ pro ὀκτώ legendum est. Porphyrius ita ratiocinatur. Haec duo regna sex et septuaginta annorum

fectus est quum duo et triginta annos regnasset. Ratione a Seleucidarum aera subducta [auctumno 312] unum et triginta anni completi erant sub finem anni 281, ipso initio Ol. 124. Decessit septem mensibus post quam Lysimachus: *menses admodum septem* [t]).

Dexippus Seleucum septendecim mensibus ante quam *Ptolemaeum Ceraunum* mortem obisse tradit. Dexippi et Pausaniae auctoritate ductus Dodwellus [u]) tempora ita describit: *Seleucus interiit anno Ol.* 124, 4 *ad exitum vergente:* [mature 280] *inde ergo coeperit regnum Ptolemaei in Macedonas ab anno Ol.* 124ae 4o *desinente. Huic autem annum unum et menses quinque tribuunt fragmenta. — Exibunt Ol.* 125ae 2i *anni mense circiter quarto.* [Octobri 279.] Hae rationes parum probabiles sunt. 1. Ac primum adversantur Polybio, qui Ceraunum aut Ol. 124 aut saltem prope hoc tempus mortem obisse tradit: *περὶ τὴν προειρημένην ὀλυμπιάδα*, quum ex Dodwelli descriptione media Ol. 125 mortuus fuisset. 2. Deinde Galli Cerauno caeso aliquamdiu morati sunt priusquam Graeciam invaderent. Secundum Pausaniam exercitus qui Cerauno cladem intulerat in patriam revertit ac tum demum Brennus expeditionem fecit: *ὁ μὲν Πτολεμαῖος ἀπέθανεν ἐν τῇ μάχῃ. — προελθεῖν δὲ ὡς ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα οὐδὲ τότε ἐθάρρησαν οἱ Κελτοί, καὶ ὁ δεύτερος οὕτω στόλος ἐπανῆλθεν εἰς τὴν οἰκείαν. ἔνθα δὴ ὁ Βρέννος πολὺς μὲν ἐν συλλόγοις τοῖς κοινοῖς, πολὺς δὲ καθ' ἕκαστον ἦν τῶν ἐν τέλει Γαλατῶν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἐπαίρων στρατεύεσθαι. — ἀνέπεισέ τε δὴ τοὺς Γαλάτας ἐλαύνειν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα* [x]). *— τοῖς δέ γε Ἕλλησι — τὰ ἐς Μακεδόνας καὶ Θρᾷκας καὶ Παίονας τὰ ἐπὶ τῆς προτέρας καταδρομῆς τῶν Γαλατῶν ἔτι ἔκειτο ἐν μνήμῃ* [y]). Itaque Cerauni clades et Brenni in Graeciam irruptio diverso tempore factae sunt. Idque confirmatur Macedoniae regum serie. Post *Ceraunum Meleager*, *Antipater* et *Sosthenes* sese exceperunt [z]): atque Sosthenem Brennus Iustino [a]) auctore hac
238 altera expeditione facta vicit antequam in Graeciam invasit. Galli qui Anaxicrate archonte in Graeciam irruperunt ad Delphos fuerunt hieme [b]), proinde huius hieme archontis, ut invaserint auctumno 279. Has res qui reputaverit Cerauni caedem Gorgiae anno adscribendam esse perspiciet, fortasse auctumno 280, Ol. 125, 1, quae ratio melius cum Polybii verbis congruit. Quamdiu hic tyrannus regnum obtinuerit alii aliter definiunt. Septendecim menses ei attribuit Dexippus; Eusebius ex

---

fuerunt: quorum utrique regi octo et triginta tribuuntur, quum duo anni quos filius cum patre regnavit filio assignentur, patri nonnisi octo et triginta anni quos solus regnavit, priusquam filium in societatem imperii adscivit. Ita 40 + 36 fiunt 38 + 38.

t) Iustin. XVII, 2. u) Dissert. X p. 564 s.

x) X, 19, 4 s. y) 20, 1.

z) Meleager, cui paucos dies Dexippus, duo menses tribuunt Eusebius et Porphyrius. *Quinque et quadraginta etesiarum* dies singulari numeri ratione stabiliuntur. Sostheni, cuius regnum ante Brenni in Graeciam expeditionem coeptum est, Porphyrius apud Scal. p. 63 duo annos attribuit. Deinde, *τὸν δὲ Πτολεμαῖον*, inquit, *Μελέαγρος ὁ ἀδελφὸς διεδέξατο. Μακεδόνες δ' αὐτὸν τῆς ἀρχῆς εὐθὺς ἐκβάλλουσιν ἄρξαντα δύο μῆνας ὡς ἀνάξιον φανέντα· καὶ ἀντ' αὐτοῦ ποιοῦνται βασιλέα Ἀντίπατρον, ἀδελφιδοῦν μὲν ὄντα Κασάνδρου, υἱὸν δὲ Φιλίππου, κατ' ἀπορίαν γένους βασιλικοῦ. πέντε δ' αὐτὸν καὶ τεσσαράκοντα ἡμέρας ἄρχοντα Σωσθένης τις τῶν δημοτικῶν ἐξελαύνει ὡς ἀδύνατον στρατηγεῖν, Βρέννου τοῦ Γαλάτου ἐπιόντος, τοσούτου πολεμίου. καὶ αὐτὸν οἱ Μακεδόνες Ἐτησίαν ἐκάλεσαν, ὅτι χρόνῳ τοσῷδε οἱ Ἐτησίαι πνέουσι. Σωσθένης δὲ Βρέννον ἐξελάσας καὶ ὅλων δύο ἐτῶν προστὰς τῶν πραγμάτων ἀποθνήσκει· καὶ γίνεται ἀναρχία Μακεδόσιν.* Quod Porphyrius in hac regnorum tabula p. 64 inter Demetrii Poliorcetae mortem et tempus quo Antigonus Macedoniae regnum occupavit decem annos interfuisse tradit, id omnibus testimoniis adeoque suo ipsius repugnat. Probabilius est quod Diodorus tradit, post Cerauni mortem tribus annis, 280 — 277, res perturbatas fuisse. Quem inter eos qui illo tempore regnum affectaverunt nominatum legimus, Pyrrhus tantum per factionem suam et internuntios rem agitare potuit. Ipse enim non prius in Macedoniam venit quam 274, bello Italico composito et Antigono regnum adepto. Plutarch. Pyrrhi 26: *ἐξαετῆ χρόνον ἀναλώσας περὶ τοὺς ἐκεῖ πολέμους — ἐνέβαλεν εἰς Μακεδονίαν Ἀντιγόνου τοῦ Δημητρίου βασιλεύοντος.* Eius in Macedoniam irruptionem, quam enarrant Plutarch. Pyrrhi 26 et Iustin. XXV, 3, annum 273 explesse perspicuum est. Laconicam invasit 272 et Argis interiit aestate confecta, quum exercitum in hibernis collocare paravit. Plutarch. Pyrrhi 30: *τὴν χώραν ἐπόρθει, διανοούμενος αὐτόθι χειμάσαι. τὸ δὲ χρεὼν ἦν ἄφυκτον. — φθάσας ὁ Ἀριστέας ἐκάλει τὸν Πύρρον εἰς τὸ Ἄργος. — εὐθὺς οὖν ἀνεζεύγνυεν ἐπὶ τὸ Ἄργος.*

a) XXIV, 5.

b) Hiemem in Pausaniae narratione agnoscimus. Pausan. X, 23, 3 — 6: *ῥῖγος ἰσχυρὸν καὶ νιφετός. — χειμέριος νύξ.*

altera scriptura annum, ex altera novem menses c). Quum in Dexippi narratione mensium inter Lysimachi et Seleuci mortes interiectorum ratio non habeatur, hos menses interdum Cerauni regno annumeratos fuisse probabile est d). Inde factum videtur quod diversa eius regni tempora notata leguntur, quum *novem* menses a Seleuci, *septemdecim* a Lysimachi morte fuerint. Proinde in tabulis *novem* menses Eusebii, ut qui cum Polybii et iis quae de bello Gallico memoriae prodita sunt melius concinant, praetuli et Dexippi *septendecim* mensibus totum tempus a Lysimachi morte comprehensum esse statui e).

De *Seleuco* haec tradit Appianus f): *Σέλευκος τελευτᾷ τρία καὶ ἑβδομήκοντα ἔτη' βιώσας καὶ βασιλεύσας αὐτῶν δύο καὶ τεσσαράκοντα.* Hi duo et quadraginta anni totum spatium complectuntur usque a tempore quo Antipater provincias distribuit, 321. *Ἀντίπατρον πάλιν ἄρχειν εἵλοντο· καὶ ποιεῖται νέμησιν καὶ αὐτὸς τῆς Ἀσίας. — Αἴγυπτον μὲν Πτολεμαίου εἶναι· — Σελεύκῳ δὲ τὴν Βαβυλωνίαν προσέθηκεν* g). De aetate Lysimachi alii aliter. Et Iustinus h) quidem, *Lysimachus*, inquit, *quattuor et septuaginta annos natus erat, Seleucus septem et septuaginta.* Secundum Dexippum quinque et septuaginta annos habuit. Qui septem mensibus ante quam Seleucus occidit, aestate 281, Lysimachus omnino rex aut praefectus fuerat amplius quadraginta annos: *ἐβασίλευσε τετταράκοντα ἔτη μάλιστα σὺν οἷς ἐσατράπευσεν* ik). Hoc spatium ab eo tempore computandum est quo Perdiccas primum Babylone 239
provincias distribuit et Lysimacho Thraciam dedit: *Θράκης καὶ Χερρονήσου καὶ ὅσα Θράκης σύννομα ἔθνη — Λυσιμάχῳ ἡ ἀρχὴ ἐπετράπη* l). A Cephisodori anno Ol. 114, 2 (paucis mensibus post Alexandri mortem) ad Ol. 124, 3 annumerato utroque anno duo et quadraginta anni fuerunt. Quemadmodum Seleuci, ita etiam Lysimachi aetas ab aliis alia statuitur: quattuor et septuaginta annorum a Iustino; septuaginta ab Appiano m): *τοῦ μὲν ἐς ἑβδομήκοντα ἔτη, τοῦ δὲ ἐς πλέονα τούτων ἔτι ἄλλα τρία.* Octo-

---

c) Eusebius Pontaci p. 131: *Ptolemaeus cognomento Ceraunus an.* 1. *Meleagrus menses* 2. *Antipater dies* 45. Eusebius Scaligeri: *Μακεδόνων ἐβασίλευσε Πτολεμαῖος ὁ καὶ Κεραυνὸς μῆνας θ'. μεθ' ὃν ἐβασίλευσε Μελέαγρος μῆνας γ'. μεθ' ὃν Ἀντίπατρος ἡμέρας μέ'.*

d) In regnorum indice Porphyr. apud Scal. p. 64 Ceraunus nullo tempore intermisso Lysimacho succedit:

Δημήτριος ὁ Πολιορκήτης . . . ἔτη ς'
Πύῤῥος . . . . μῆνας ς'
Λυσίμαχος . . . . . ἔτη ε' μῆνας ε'.
Πτολεμαῖος ὁ Κεραυνός . . . . ἔτος α' μῆνας ε'.

e) Memno apud Phot. cod. 224 p. 717 Ceraunum duos annos regnasse tradit: *πολλὰ καὶ παράνομα ἐν δυσὶ διαπραξάμενος ἔτεσιν — ἀξίως τῆς ὠμότητος καταστρέφει τὸν βίον.* Qui si secundum annum tantum inchoatum intellexit, omnino septendecim menses Dexippi expresserit. Integros duos annos, a Seleuci morte computandos, neque cum Polybio neque cum Gallicae temporibus irruptionis ullo modo conciliaveris. f) Syr. c. 36.

g) Arrian. apud Phot. cod. 92 p. 224. h) XVII, 1.

ik) Appian. Syr. c. 64. Ex Taylori praecepto ad Demosth. Aristogit. p. 785 Appianus verbo *μάλιστα* veram rationem indicasset: *Cum definitum numerum paulo excedit dicimus μάλιστα aut aliquid simile. Plato in Critia: περὶ δύο μάλιστα ὄντας μυριάδας. Quae verba non recte a plurimis accipiuntur. Nam si cum Salmasio Graeci sermonis proprietatem spectes non* circiter *aut* admodum, *ut illi, exponeś, sed „quod binas myriades aliquantulum excedit.“* Sed hoc praeceptum cautius accipiendum est. Etenim ubi *μάλιστα* de tempore dicitur, ei contrariam significationem exemplis demonstratam tribuit Wyttenbachius ad Plutarch. Moral. p. 367, e: *est haec vis particulae μάλιστα, in significando tempore quae respondeat Latino prope, fere, circiter, admodum.* Iis quae proposuit exemplis addas licet Thuc. VIII, 68: *τὸν Ἀθηναίων δῆμον* [an. 411] *ἔτει ἑκατοστῷ μάλιστα ἐπειδὴ οἱ τύραννοι κατελύθησαν ἐλευθερίας παῦσαι.* Interiecti erant minus centum anni, 99 e mea computatione, tantum 98 e Dodwelli rationibus. Itaque hic *μάλιστα* eam quam Wyttenbachius posuit significationem habet, ut Appiani verba hoc dicere possint: *summum quadraginta annos* pro: *amplius quadraginta annos*, quamquam hac interpretatione Lysimachi regnum recte notatum esset. [Addideris Thuc. I, 118: *ταῦτα — ἐγένετο ἐν ἔτεσι πεντήκοντα μάλιστα μεταξὺ τῆς τε Ξέρξου ἀναχωρήσεως καὶ τῆς ἀρχῆς τοῦδε τοῦ πολέμου.* Itaque si tempora recte computata sunt, non potest significare *minimum*, ut statuit Weisk. ad Xenoph. Hell. p. 472 s. Neque tamen *μάλιστα* esse *summum* tales loci docent. Thuc. I, 18: *ἔτη μάλιστα τετρακόσια καὶ ὀλίγῳ πλείω.* Quibus locis etiam Scholiastae sententia refutatur hanc particulam *κατ' ἀκρίβειαν* explicantis III, 92 et VII, 29. Itaque acquiescendum videtur in Wyttenbachii sententia, cui illud favet quod huic particulae interdum *πή, πώς* similesve voces adduntur. Cf. Herod. II, 75: *ἔστι χῶρος τῆς Ἀραβίης κατὰ Βουτοῦν πόλιν μάλιστά κη κείμενος. Kr.*]

l) Arrian. apud Phot. p. 216.

m) Syr. 64.

ginta annos eum complesse tradidit Hieronymus n): *ἐν τῇ πρὸς Σέλευκον ἀπώλετο μάχῃ ἔτος ὀγδοηκοστὸν τελῶν, ὥς φησιν Ἱερώνυμος.*

Lysimachus quo tempore victus et occisus est quinque annos et sex menses in Macedonia regnaverat. Ex tempore quo interiit huius spatii initium in annum 286 ineuntem sive Ol. 123, 2 medium incidisse colligitur, quo tempore Pyrrhus Macedoniam septem octove menses obtinuerat. Proinde eam occupaverat 287, ut Demetrius Poliorcetes hoc anno expulsus fuerit o). Hoc tempore constituto quando Demetrius Macedoniam occupaverit definire possumus: id quod septem annis ante factum est: *ἑπταετίαν ὑπὸ Δημητρίου βεβαίως ἀρχθείσης* p). Qui septem anni quum Ol. 123, 1 exeunte [prope mediam aestatem 287] praeterierint, Ol. 121, 2[i] posteriore parte sive 294 inceperint necesse est. Itaque inter Cassandri mortem et hoc Demetrii septennium circiter duo anni et sex menses interpositi fuerunt: quos Cassandri filii expleverunt. Secundum Dexippum primum regnavit *Philippus*. Plutarchus q): *ὁ πρεσβύτατος αὐτοῦ τῶν παίδων οὐ πολὺν χρόνον ἐβασίλευσε.* Quod relicuum erat temporis, quantumcunque fuit, superstitum fratrum, *Antipatri* et *Alexandri* r), contentionibus consumptum est, donec Demetrius Alexandrum occidit ipseque pro eo regnavit, 294 s).

240 Quo tempore illud trium et quadraginta qui ab Alexandri morte computantur annorum spatium exibat secundum Polybium *Achaeorum foederis* fundamenta acta sunt. Cuius initia vel potius

---

n) Lucian. Macrob. 11.

o) Cf. Plutarch. Pyrrhi 11 s. Demetr. 43 s. Iustin. XVI, 2 s.

p) Plutarch. Demetr. 44.

q) Demetr. 36.

r) V. Plutarch. l. l. In libro *περὶ δυσωπίας* p. 530, c Plutarchus per errorem *Antipatrum* pro *Alexandro* dicit. Paucis trium Cassandri filiorum fata complectitur Pausanias IX, 7, 3: *τῶν δὲ οἱ παίδων Φίλιππον μὲν τὸν πρεσβύτατον, ὡς μετ᾽ οὐ πολὺ παρέλαβε τὴν ἀρχήν, ἀπήγαγεν ὑπολαβοῦσα νόσος φθινώδης· Ἀντίπατρος δὲ μετ᾽ ἐκεῖνον Θεσσαλονίκην τὴν μητέρα ἀποκτίννυσι Φιλίππου τε οὖσαν τοῦ Ἀμύντου καὶ Νικασιπόλιδος· ἀπέκτεινε δὲ Ἀλεξάνδρῳ νέμειν πλέον εὐνοίας αἰτιασάμενος. ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ἦν νεώτατος τῶν Κασσάνδρου παίδων· ἐπαγόμενος δὲ Δημήτριον τὸν Ἀντιγόνου καθεῖλε μὲν δι᾽ ἐκεῖνον καὶ ἐτιμωρήσατο τὸν ἀδελφὸν Ἀντίπατρον, ἐφάνη μέντοι φονέα ἑξευρηκὼς ἑαυτῷ καὶ οὐ σύμμαχον.*

s) Porphyrius Cassandri filiis *tres* annos et sex menses attribuit: qua ratione Demetrius Macedoniam demum Ol. 121, 3, prope mediam aestatem 293 occupavisset. Sed in tabulis docuimus eum in Cassandri morte et Demetrii exactione definienda cum iis consentire temporibus quibus illae res aliis rationibus assignantur. Quae Demetrius Athenis fecit *Pythia* haud dubie sunt anni Ol. 122, 3, a. C. n. 290. Quod inter regnum ab eo occupatum et hos ludos interfuit tempus, ferme quattuor anni et sex menses, eo Plutarchus duas in Boeotiam expeditiones factas et Thebas bis captas esse tradit. Priorem expeditionem primo eius regni anno adscripseris, 29⅘. Plutarch. Demetr. 39: *ἐπὶ Βοιωτοὺς ἐστράτευσεν. — ὡς δὲ ταῖς Θήβαις ἐπαγαγὼν τὰς μηχανὰς ὁ Δημήτριος ἐπολιόρκει — καταπλαγέντες οἱ Βοιωτοὶ παρέδωκαν ἑαυτούς.* Iterum Thebas non multo ante Pythia captas esse ex Plutarcho apparet, qui rem ita persequitur c. 39: *οὐ πολλῷ ὕστερον ἁλίσκεται Λυσίμαχος ὑπὸ Δρομιχαίτου· καὶ πρὸς τοῦτο κατὰ τάχος ἐξορμήσαντος ἐπὶ Θρᾴκην τοῦ Δημητρίου, ὥσπερ εὔρημα καταληψομένου, πάλιν ἀπέστησαν οἱ Βοιωτοὶ καὶ Λυσίμαχος ἅμα διειμένος ἀπηγγέλλετο. ταχέως οὖν καὶ πρὸς ὀργὴν ἀναστρέψας ὁ Δημήτριος εὗρεν ἡττημένους ὑπὸ τοῦ παιδὸς Ἀντιγόνου μάχῃ τοὺς Βοιωτοὺς καὶ τὰς Θήβας αὖθις ἐπολιόρκει·* Ibid. c. 40: *εἶλε τὰς Θήβας πάλιν· καὶ παρελθὼν ἀνάτασιν μὲν καὶ φόβον ὡς τὰ δεινότατα πεισομένοις παρέσχεν· ἀνελὼν δὲ τριςκαίδεκα καὶ μεταστήσας τινὰς ἀφῆκε τοὺς ἄλλους.* [Diod. t. IX p. 273: *Δημήτριος ὁ βασιλεὺς τὸ δεύτερον ἀποστατησάντων Θηβαίων πολιορκίᾳ τὰ τείχη καθεῖλε τὴν πόλιν κατὰ κράτος εἶλε, δέκα μόνους ἄνδρας ἀνελὼν τοὺς τὴν ἀποστασίαν κατεργαζομένους.*] *ταῖς μὲν οὖν Θήβαις οὔπω δέκατον οἰκουμέναις ἔτος ἁλῶναι δὶς ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ συνέπεσε. Τῶν δὲ Πυθίων καθηκόντων — ἐν Ἀθήναις αὐτὸς ἦγε τὸν ἀγῶνα.— ἐντεῦθεν ἐπανελθὼν εἰς Μακεδονίαν — ἐστράτευσεν ἐπ᾽ Αἰτωλούς κ.τ.λ.* Ita altera Thebarum oppugnatio circiter aestati 290, Ol. 122, 2 exeunti adscribenda est. Inter priorem et alteram Demetrii in Boeotiam expeditionem Lysimachus a Dromichaeta captus est, de qua re v. Strab. VII p. 302. 305. Diod. t. IX p. 269. Pausan. I, 9, 7. Difficultas inest in Plutarchi numero, *οὔπω δέκατον ἔτος*, notata illa a Wesselingio ad Diod. t. IX p. 501: *Id certe liquet verum esse non posse Thebas ea tempestate οὔπω δέκατον ἔτος fuisse habitatas. Instauratae enim sunt a Cassandro Ol. 116, 2 [a. C. 315], altera vice a Demetrio occupatae Ol. 122, 2, quod intervallum XX annis amplius est.* Sed fortasse Plutarchus Polemonem sequutus inter Thebas ab Alexandro eversas et ab Cassandro restitutas *triginta* annos interfuisse statuit, ut rursus aedificatae fuerint *Euxenippo* archonte 305. V. tabulas. Numerus apud Plutarchum corruptus et pro *οὔπω δέκατον* legendum videtur *οὔπω πεντεκαιδέκατον*. Quindecim anni completi non erant ab Euxenippo archonte (ex Polemonis notatione) ad Ol. 122, 2 numeranti, quo anno urbem iterum captam esse Pythiorum tempus docet.

instaurationem quum ille Ol. 124 eique tempori quo Pyrrhus in Italiam traiecit [t]) adscripserit, singulatim ita rem persequitur: *πρῶτοι μὲν συνέστησαν Δυμαῖοι, Πατρεῖς, Τριταιεῖς, Φαραιεῖς. διόπερ οὐδὲ στήλην ὑπάρχειν συμβαίνει τῶν πόλεων τούτων περὶ τῆς συμπολιτείας. μετὰ δὲ ταῦτα μάλιστά πως ἔτει πέμπτῳ τὴν φρουρὰν ἐκβαλόντες Αἰγιεῖς μετέσχον τῆς συμπολιτείας· ἔξῆς δὲ τούτοις Βούριοι, ἅμα δὲ τούτοις Κερυνεῖς* [u]).

Postea re a principio repetita foedus quinque et viginti annos constitisse tradit priusquam singuli praetores annui crearentur; eoque spatio confecto *Marcum Cerynensem* creatum esse; quarto anno post quam Marcus praetor fuisset *Aratum* Sicyonem liberasse et octavo post anno Aratum iterum praetorem fuisse, anno ante quam Carthaginienses victi essent: *εἴκοσι μὲν οὖν ἔτη τὰ πρῶτα καὶ πέντε συνεπολιτεύσαντο μεθ' ἑαυτῶν αἱ προειρημέναι πόλεις, γραμματέα κοινὸν ἐκ περιόδου προχειριζόμενοι καὶ δύο στρατηγούς. μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν ἔδοξεν αὐτοῖς ἕνα καθιστάναι. — καὶ πρῶτος ἔτυχε τῆς τιμῆς ταύτης Μάρκος ὁ Κερυνεύς. τετάρτῳ δ' ὕστερον ἔτει τοῦ προειρημένου στρατηγοῦντος Ἄρατος ὁ Σικυώνιος ἔτη μὲν ἔχων εἴκοσιν — ἐλευθερώσας τὴν πατρίδα προσένειμε πρὸς τὴν τῶν Ἀχαιῶν πολιτείαν. — ὀγδόῳ δὲ πάλιν ἔτει στρατηγὸς αἱρεθεὶς τὸ δεύτερον — ἐλευθερώσας Κορινθίους προσηγάγετο πρὸς τὴν τῶν Ἀχαιῶν πολιτείαν. — Ταῦτ' ἐγίγνετο τῷ προτέρῳ ἔτει τῆς Καρχηδονίων ἥττης* [v]).

Qui illos *quinque* annos spatio quinque et viginti annorum superiores fuisse statuit Larcherus [x]) res ita ordinavit: 284. *Foederis fundamenta acta sunt a Patrensibus, Dymaeis, Pharaeis.* 280. *Circiter quinto anno post quam Dymaei, Patrenses et Pharaei foedus constituerant relicuae urbes tyrannos ejecerunt* et q. s. Sed haec ratio Polybio repugnat. Namque secundum eum Patrarum et 241
Dymae Pharaeque foedus in idem tempus quod Pyrrhi expeditio incidit, quum illa ratione admissa quattuor annis ante eam factum esset. Itaque illi quinque anni quinque et viginti annorum spatio continebantur eiusque pars erant. Larcherum deduxisse videntur verba *αἱ προειρημέναι πόλεις*. Verum eis non omnia quae memorata sunt oppida spectantur, sed tantum quae scriptor prae ceteris nominavit, *Dymen*, *Patras*, *Tritaeas*, *Pharas* [y]).

Iam si illos quinque annos quinque et viginti annorum numero comprehensos esse statuimus, ex iis quae Polybius exposuit hic rerum ordo exsistit.

	a.	a. C. n.
Societas *Dymae*, *Patrarum* *Tritaeae*, *Pharorum*	5	280
Applicat se *Aegium*	20 [z])	25 — 275
Marcus Cerynensis praetor	4	. . . 255
Aratus Sicyonem liberat a)	8	. . . 251
Aratus iterum praetor	1	. . . 243
Carthaginienses Lutatio et Postumio consulibus devicti ad Aegates. Liv. XXXIII, 13		. . . 242

t) V. tabb. 280, 2. u) II, 41.

v) II, 43. x) Herod. t. VII p. 718 s.

y) Qui Polybium eadem ratione qua ego interpretatus sum intellexit Strabo VIII p. 384 Achaeorum foedus quo tempore Pyrrhus in Italiam traiecit exortum esse tradit: *ἀνέλαβον σφᾶς πάλιν κατὰ μικρόν. ἦρξαν δὲ Πύῤῥου στρατεύσαντος εἰς τὴν Ἰταλίαν τέσσαρες συνοῦσαι πόλεις, ὧν ἦσαν Πάτραι καὶ Δύμη. εἶτα προσελάμβανόν τινας τῶν δώδεκα.*

z) [Cf. Manso Sparta III, 2 p. 259. *Kr.*] Strabo VIII p. 385: *εἴκοσι μὲν δὴ ἔτη διετέλεσαν γραμματέα κοινὸν ἔχοντες καὶ στρατηγοὺς δύο κατ' ἐνιαυτὸν οἱ Ἀχαιοὶ καὶ κοινοβούλιον εἰς ἕνα τόπον συνήγετο αὐτοῖς, ἐκαλεῖτο δὲ Ἀρνάριον, ἐν ᾧ τὰ κοινὰ ἐχρημάτιζον καὶ οὗτοι καὶ οἱ Ἴωνες πρότερον. εἶτα ἔδοξεν ἕνα χειροτονεῖσθαι στρατηγόν.* Profecto statuere licet cum Casaubono et Schweighaeusero apud Strabonem vocem *πέντε* excidisse, aut cum Lipsiensi editore, *numerum summatim positum esse.* Sed potest etiam sanus esse locus et Strabo viginti annis positis ab eo tempore computasse quo columna quae initam societatem testaretur statuta est. Idque probabilius est quod conciliorum locum memoravit: *Ἀρνάριον*, *Λινάριον* sive *Ὁμάριον*. V. Schweigh. ad Polyb. II, 39. Atque is prope Aegium erat; Strabo VIII p. 387. Pausan. VII, 24, 3. VII, 7, 1; ac proinde concilii locus factus est postquam Aegium se ad societatem applicaverat.

a) Quo tempore primum praetor erat e Gronovii et

26. Antigonus Gonatas, *Demetrii* filius, Antigoni I nepos, mortuus est 239, postquam quattuor et quadraginta annos regnaverat, octoginta annos natus: *Ἀντίγονος υἱὸς μὲν ἦν Δημητρίου, υἱωνὸς δὲ Ἀντιγόνου τοῦ μονοφθάλμου· οὗτος τέσσαρα καὶ τεσσαράκοντα Μακεδόνων ἐβασίλευσεν ἔτη, ἐβίωσε δὲ ὀγδοήκοντα, ὡς Μήδιός τε ἱστορεῖ καὶ ἄλλοι συγγραφεῖς* [b]). De temporis quo regnaverit spatio cum Luciano consentit Dexippus. Mortem eum Ol. 135, 1 obisse tradit Porphyrius [c]): *λογίζεται δὲ αὐτῷ τὰ πάντα ἔτη τῆς βασιλείας τέσσαρα καὶ τεσσαράκοντα. ἦν γὰρ βασιλεὺς καὶ πρὶν τῆς Μακεδονίας κρατῆσαι ὅλοις ἔτεσι δέκα πρότερον. — τελευτᾷ δὲ τῆς ρλέ ὀλυμπιάδος ἔτει πρώτῳ.* Hi quattuor et quadraginta anni a patris Demetrii morte, 283, computati sunt et 239 exeunt. Quos decem annos ante quam Macedoniam recepit regnavit, hi a captivitate Demetrii, 286, incipiunt. Hoc Plutarchus confirmat: *ὁ δὲ Δημήτριος ἐν τοιαύτῃ τύχῃ γεγονὼς ἐπέστειλε πρὸς τὸν υἱὸν καὶ τοὺς περὶ Ἀθήνας καὶ Κόρινθον ἡγεμόνας*
242 *καὶ φίλους — Ἀντιγόνῳ τὰς πόλεις καὶ τὰ λοιπὰ πράγματα διαφυλάττειν κ. τ. λ.* [d]). Illi decem anni finiti sunt 277, tribus qui Cerauni mortem insequuti sunt annis exactis [e]).

Tres anni quibus Demetrius captivus fuit ab eo tempore quo Pyrrhus a Lysimacho expulsus est incipiunt vel potius illud antecedunt [f]). Quod quidem tempus quum in annum 286 incidere e Lysimachi morte colligi possit, sequitur ut Demetrii captivitas eodem anno coepta 283 exierit, quattuor et quadraginta annis ante Antigoni mortem [g]). De aetate eius discrepat. Quum Polemone archonte, 312, duo et viginti annos habuisse dicatur [h]), natus esset 334; et tamen quattuor et quadraginta annorum decessisse traditur, qua ratione 337 natus esset. Posterius probabilius est propter filii Antigoni aetatem. Demetrius Philam Antipatri filiam in matrimonium duxit, postquam cui prius nupta fuerat Craterus [i]) occiderat 321: *ταύτην κομιδῇ νέον ὄντα τὸν Δημήτριον ἔπειθεν ὁ πατὴρ λαβεῖν* [k]). Ex quo matrimonio qui procreatus est Antigonus quum octoginta annorum decesserit 239, natus fuerit 318, quo tempore Demetrius eius aetate quam latissime producta non plus undeviginti annos habere potuit. Itaque probabilior est ea ratio quae prius natum ponit.

27. Demetrius II. Huic Polybius [l]) cum Dexippo consentiens decem annos tribuit: *Δημητρίου βασιλεύσαντος δέκα μόνον ἔτη καὶ μεταλλάξαντος τὸν βίον περὶ τὴν πρώτην διάβασιν εἰς τὴν Ἰλλυρίδα Ῥωμαίων.* Romani in Illyricum transierunt 229, *Postumio Albino* et *Cn. Fulvio* consulibus [m]), ipsis decem annis post *Antigoni Gonatae* mortem, cuius regnum 239 finitum esse hac ratione confirmatur.

28. Antigonus Doson. Diodori [n]) *novem* annos confirmat Polybius [o]). Antigonus paulo post pugnam ad Sellasiam decessit, quae anno 222 videtur adscribenda esse [oo]). Statim post hanc victoriam *Ἀντίγονος — εἰς Ἄργος ὑπ' αὐτὴν ἦλθε τὴν τῶν Νεμείων πανήγυριν. — ὥρμησε κατὰ σπουδὴν εἰς*

Reiskii Larcherique opinione. Sed eam falsam esse docet Schweighaeuser. ad Polyb. II, 43, 2. Polybius primam Arati praeturam non notavit.

b) Lucian. Macrob. 11.

c) Apud Scalig. Euseb. p. 63. Addit Porphyrius Antigonum tres et octoginta annos vixisse: *καὶ βιοῖ μὲν τὰ πάντα ἔτη τρία καὶ ὀγδοήκοντα.* Sed hoc per Demetrii aetatem non credibile est. Veriores sunt Luciani numeri.

d) Demetr. 51.

e) Arati vitae scriptore teste Antigonus Ol. 125 floruit: *γέγονε δὲ Ἀντίγονος κατὰ τὴν ρκέ ὀλυμπιάδα.* Vita Arati t. II p. 431 ed. Buhl. Unde tempus in alia vita Arati notatum restituere licet t. I p. 4 Buhl.: *Ἀντίγονος υἱὸς Δημητρίου τοῦ Πολιορκητοῦ καὶ παρέλαβε τὴν ἀρχὴν περὶ ἑκατοστὴν καὶ πέμπτην* [leg. *ἑκατοστὴν καὶ εἰκοστὴν καὶ πέμπτην*] *ὀλυμπιάδα. καθ' ἣν Πτολεμαῖος ὁ Φιλάδελφος Αἰγύπτου ἐβασίλευσεν.* Hic tempus quo Macedoniam recepit, 277, Ol. 125, $\frac{3}{4}$, significatur.

f) V. Plutarch. Pyrrhi 12. Ex eodem Plutarcho Demetr. 47 s. hieme captum fuisse colligimus: *ὁ δὲ Δημήτριος ἠξίου αὐτὸν — τὸν χειμῶνα διαθρέψαι τὴν δύναμιν αὐτόθι. — Σέλευκος ἐκέλευσεν αὐτόν, εἰ βούλεται, δύο μῆνας ἐν τῇ Καταονίᾳ χειμάσαι.* Erat haec hiems Ol. 123, 2, ut Demetrius circiter Ianuario 286 captus esse videatur. Itaque tertius annus captivitatis eius completus erat, ut ineunte an. 283 mortuus esse videatur.

g) Ol. 135, 1, quo tempore Porphyrius Antigonum decessisse tradit, incidit in $2\frac{4}{9}$ a. C. n.

h) V. tabb. 312, 2.

i) Diod. XIX, 59.

k) Plutarch. Demetr. 14.

l) II, 44.

m) Polyb. II, 10. 11.

n) Apud Dexippum.

o) II, 70.

[oo) V. Manso Sparta III, 2 p. 280 ss. *Kr.*]

Μακεδονίαν. καταλαβὼν δὲ τοὺς Ἰλλυριοὺς καὶ συμβαλὼν — τῇ μὲν μάχῃ κατώρθωσε. — μετ' οὐ πολὺ δὲ νόσῳ τὸν βίον μετήλλαξεν. Idem testatur Plutarchus [p]). Antigoni successorem regnantem videmus 220. Itaque hic rex nonnisi *novem* annos regnavit. Falsus *duodecim* annorum numerus e Dexippo [q]) receptus totius huius aetatis rationem perturbavit. Sagaciter Dodwellus quamdiu Antigonus re vera regnaverit exputavit: quo tempore non recte constituto quae tradita habemus cum Polybio conciliari non possunt.

29. Philippus V. Quando regnum adeptus et quando mortuus sit recte notaverunt Polybius 243
et Livius, duo et quadraginta annos a Dexippo ei adscriptos confirmantes. Iam sedecim annos natus rex fuit [r]), quo tempore *Aristo Aetolorum* [s]), *Achaeorum Timoxenus* [t]) praetor fuit. Et Aristo quidem praetor erat ab auctumno 221 ad auctumnum 220; Timoxenus a vere 221 ad ver 220 [u]). Itaque Philippus ipso initio 220 videtur rex factus esse. Mortem Livius [x]) eum 179 obisse tradit: *Eodem anno* [*Q. Fulvio, L. Manlio consulibus*] *Philippus rex Macedonum senio et moerore consumptus decessit.* Itaque regnavit U. c. Varr. 534—575 [a. C. n. 220—179] utroque anno annumerato, ut duo et quadraginta anni expleantur.

30. Perseus. Pugna ad Pydnam solis defectione quae superiore nocte facta est 22° Iunii diei assignatur. Paulo post Perseus in Samothracia captus est: *Perseus Q. Fulvio, L. Manlio consulibus regnum accepit, regnavit undecim annos* [y]). *Decem* annos numerat Dexippus. Sed haec non est repugnantia, quum Livius *inchoatum* undecimum, Dexippus *completum* decimum dicat. Re vera decem annos et sex menses regnavit [z]).

Macedoniae regum numerum qui memoraverunt alii alium fuisse tradunt [a]). Si omnes tyrannos annumeraveris, octo et triginta Macedoniae reges fuerunt.

V.

IONICUM BELLUM. — MARATHON. — SALAMIS.

Naxium bellum et Ioniae defectionem quattuor annis ante quam debebant posuerunt, quod inter Mileti expugnationem et Datidis expeditionem *septem* annos interfuisse statuerunt, quum

p) Vita Cleom. 27. 30.

q) Cum Dexippo etiam Porphyrius eum duodecim annos regnasse tradit p. 63: *Φίλιππον μὲν οὖν — ἐπετρόπευεν Ἀντίγονος ἕτερος ἐκ τοῦ βασιλείου γένους, ᾧ Φοῦσκον ἐπώνυμον ἦν· δίκαιον δὲ εἰς τὴν ἐπιτροπὴν ὁρῶντες οἱ Μακεδόνες ἐστήσαντο βασιλεύειν καὶ τὴν Χρυσηΐδα αὐτῷ ἥρμοσαν. ὁ δὲ παίδων γενομένων ἐκ τῆς Χρυσηΐδος οὐκ ἀνεθρέψατο, τὴν ἀρχὴν τῷ Φιλίππῳ παρασώζων. ᾧ δὴ καὶ παρέδωκεν ἀποθνήσκων, ἐπιτροπεύσας μὲν ἐπ' ἔτη ιβ', ζήσας δὲ πάντα ἔτη μβ'.*

r) Polyb. IV, 5: *τὴν ἡλικίαν τοῦ προεστῶτος· οὐ γὰρ εἶχε πλεῖον ἐτῶν τότε Φίλιππος ἑπταπαίδεκα.*

s) Polyb. ibid.

t) Polyb. IV, 6.

u) De *Aristone* cf. Polyb. IV, 9, 17. De Timoxeno IV, 6, 7.

x) XL, 54. [Anno prius hos praetores fuisse statuit Manso Bayeri Fastos Achaicos sequutus. *Kr.*]

y) Liv. XLV, 9.

z) Consentit Porphyrius, qui de Philippi et Persei regnis haec tradit (apud Scalig. p. 63): *ὁ δὲ τοῦ Δημητρίου υἱός, ὃν οἱ Μακεδόνες καλὸν ἐπωνόμαζον, χωρὶς τοῦ ἐπιτρόπου ἀπὸ τῆς ρμ' ὀλυμπιάδος ἄρχειν ἤρξατο· καὶ ἐβασίλευσεν ἔτεσιν ὅλοις δύο καὶ μ'. τελευτᾷ δὲ δευτέρῳ ἔτει τῆς ρνθ'* [leg. ρν'] *ὀλυμπιάδος, νὴ τὰ ὅλα βιοὺς ἔτη. Περσεὺς δὲ υἱὸς τοῦ Φιλίππου Δημήτριον τὸν ἀδελφὸν ταῖς πρὸς τὸν πατέρα αὐτοῦ διαβολαῖς ἀποκτείνας βασιλεύει ἔτεσι δέκα καὶ μησὶν ὀκτώ.*

a) V. Drackenborch. ad Liv. XLV, 9.

Herodotus nonnisi tres notaverit. Apparet error ex temporum ordinibus a Larchero [b]) et Reizio [c]) expositis.

Larcherus.	A. C. n.		Reizius.	A. C. n.	Herodot.
Ioniae res turbari coeptae.	504.		Naxiorum status	506.	V, 28.
Sardes incendio conflagrant. . .	503.		Palam rebellant	504.	V, 37.
Cyprii deficiunt	502.		Sardes capiunt Iones	503.	V, 100.
Cyprii pacantur	501.	(V, 116.)	Cyprus deficit	502.	V, 104.
Miletus expugnata	498.		Cyprus denuo subiecta	501.	V, 115.
Aristagoras occiditur	498.		Aristagoras occiditur	498.	V, 126.
Insulae Chios, Tenedos, aliae expugnantur	497.		Miletus sexto anno capta . .	498.	VI, 18.
Darius bellum adversus Graecos parat	496.		Altero post Miletum captam anno Persae ceteros Ionas subigunt *		VI, 31.
Mardonius castra movet vere . .	495.		Proximo vere Mardonius Europam petit	495.	VI, 43.
Thasii muros suos diruunt . . . Praecones in Graeciam missi . .	493.		Altero anno post Darius et Thasios navibus exuit et in Graeciam mittit qui aquam terramque petant . . . . . *		VI, 46—48.
Novi Persarum adversus Graecos apparatus	492.	(VI, 505. 65. 94.)	Datis et Artaphernes in Graeciam tendunt	490.	VI, 94. 113.
Persae Naxum insulam populantur	490.				

244 Larcherus quae in temporibus notandis peccavit occultat, quum non reddiderit quae Herodotus posuit, *δευτέρῳ ἔτεϊ τουτέων κ. τ. λ.* Manifestam facit repugnantiam Reizii interpretatio: *altero anno — proximo vere* et *altero anno post*, quibus integros septem annos concludit, 497—491, utroque comprehenso. Notis *altero anno* et *altero anno post* anni numeros adscribere supersedit, fortasse quod inconstantia nimis aperta esset.

Aristagorae mors loco suo mota et Mileti captae anno posita est. Larcherus post expugnatam urbem occisum statuit. At caesus est ante quam Histiaeus ad oram maritimam devenerat. Devenit autem duobus annis ante Miletum captam [d]). Itaque Aristagoras interfectus est non *sexto*, sed *tertio* belli anno. Contraria ratione erravit Corsinus [e]), quippe qui Aristagoram Ol. 69, $\frac{3}{4}$ [501] occisum et Miletum Ol. 71, $\frac{1}{2}$ [495] captam ponat [f]). Nempe Aristagoras periit ante quam bellum incepit! Eius erroris causa alio loco explicabitur [g]).

Ad Ionici belli initium adscendimus a pugna Marathonia. Anni notantur *decem*. Horum primo defectio coepta est; postremo Datis et Artaphernes in Graeciam transierunt. *Sex* annis Ionicum bellum gestum est; *septimum* perspicue describit Herodotus [h]); *octavus* Mardonii, *ἅμα ἦρι* profecti [i]), expeditioni insumptus est; *nono* haec facta sunt: Quum Thasii muris exuti essent, Darius in Graeciam dimittit qui aquam terramque petant: *ἄλλους δὲ κήρυκας διέπεμπε ἐς τὰς ἑωυτοῦ δασμοφόρους πόλιας τὰς παραθαλασσίους, κελεύων νέας τε μακρὰς καὶ ἱππαγωγὰ πλοῖα ποιέεσθαι* [k]). Tum insequitur *decimus* annus [l]), quo Datis et Artaphernes adversus Athenas et Eretriam missi sunt: *ὡς δὲ οἱ στρατηγοὶ οὗτοι πορευόμενοι παρὰ βασιλῆος ἀπίκοντο ἐς τὸ Ἀλήϊον πεδίον — ἐνθαῦτα*

b) Herod. t. VII p. 636—641.
c) Ad marg. Herodoti.
d) V. tabb. 496. 494.
e) Fastt. Att. t. III p. 133.
f) P. 140.
g) V. c. 9. De Amphipoli.
h) VI, 31—42. V. tabb. 493, 2.
i) V. tabb. 492, 2.
k) Herod. VI, 46. 48.
l) Herod. VI, 94 s.

στρατοπεδευομένοισι ἐπῆλθε μὲν ὁ ναυτικὸς πᾶς στρατος ὁ ἐπιταχθεὶς ἑκάστοισι· παρεγένοντο δὲ καὶ αἱ ἱππαγωγοὶ νέες τὰς τῷ προτέρῳ ἔτεϊ προεῖπε τοῖσι ἑωυτοῦ δασμοφόροισι Δαρεῖος ἑτοιμάζειν. Mardonii apparatus, caduceatorum missio et Datis expeditio hic distincta et per tres annos deinceps sequutos digestae sunt.

Sed scriptor sibi ipse non videtur constare. Etenim caduceatores a Dario in Graeciam missi dicuntur anno Mardonii cladem insequuto, δευτέρῳ ἔτεϊ τουτέων. Atque eo qui post hunc fuit anno, qui proinde τὸ πρότερον ἔτος dicitur [m]), Datis et Artaphernes proficiscuntur. Et tamen prima expeditio dicitur facta esse τῷ προτέρῳ ἔτεϊ [n]), qui annus esset Datidis expeditione proxime superior. Haec difficultas ita videtur tollenda esse ut Atticus vel Olympicus annus [o]) intelligi statuatur. Mardonius proficiscitur ἅμα ἦρι. [vere 492.] Ol. 71, 4 *exeunte*. Tempestas ad montem Atho coorta incidit in Iulium aut Augustum 492. Ol. 72, 1 *ineuntem*. Alter qui in expeditionem missus est exercitus profectus est ante mediam aestatem 490. Ol. 72, 2 *exeuntem*. Itaque tempestas illa recte dici potuerit fuisse τῷ προτέρῳ ἔτεϊ, superiore Olympico anno, licet revera viginti menses interfuerint.

Ad Marathona Boedromione 490 decem annis ante quam ad Salamina pugnatum est [p]). Decem annos, non plures inter haec proelia interfuisse omnes auctores, quos deinceps excitabimus, con- 245
sentiunt. Et tamen *undecim* annos intercessisse statuunt Scaliger, Dukerus [q]), Wesselingius aliique. Et Wesselingius [r]) quidem rem ita exposuit: *Dissidium de intervallo temporis quo certamen disiungitur utrumque, his decem, illis undecim annos probantibus. Herodoti calculos nos subducemus. Apparatum Darii ad novum in Graecos bellum triennalem signavit c. 1, adiungens quarto post Marathoniam pugnam anno Aegyptios descivisse; tum proximo ab eorum defectione Darium diem obiisse supremum c. 4, qui quintus utique praelio Marathonio. Sequuntur pleni quatuor anni a Xerxe in comparandis ad Graecum bellum rebus absumti: πέμπτῳ δὲ ἔτεϊ, volvente sive procedente anno quinto, rex Persa expeditionem ingreditur: delatusque Sardes post iter longum interquiescit, ac ibidem hiemem transigit c. 32. vere deinde ineunte Abydum proficiscitur c. 37. Unde consequens videtur, ut pro Herodoti rationibus rex undecimo post Marathoniam cladem anno in Europam moverit Graecosque.*

Haec argumentatio propterea falsa est quod verba πέμπτῳ ἔτεϊ ἀνομένῳ [s]) ad Xerxis iter quo *Susis Sardes* [t]) profectus est 481 referuntur, quum illud significetur quo *Sardibus Abydum* castra movit, vere 480. Nam scriptor expeditionis initium notare voluit. At vero expeditio s. bellum contra Graecos a tempore quo Xerxes Sardes advenit initium cepisse dici non potuit, quum ibi hiemaret et bellum apparare pergeret. Itaque proprie hanc expeditionem ab itinere in Hellespontum inchoatam esse dicendum est; atque hoc tempus significatur verbis πέμπτῳ ἔτεϊ ἐστρατηλάτεε χειρὶ μεγάλῃ πλήθεος. Quibus motus significantur qui facti sunt postquam quattuor apparatus anni prorsus completi erant. Sed iter Susis Sardes factum dicitur dum fossa per Athonem ducitur: ἐν τῷ δὲ οὗτοι τὸν προκείμενον πόνον ἐργάζοντο, ἐν τούτῳ ὁ πεζὸς ἅπας ἅμα Ξέρξῃ ἐπορεύετο ἐς Σάρδις [u]).

---

m) VI, 95.

n) VI, 95.

o) Ab Herodoto anni initium non a bruma computari intelligitur e verbis κατὰ τὸ ἔτος τοῦτο IX, 121. Sesti obsidione respecta. V. tabb. 479, 2.

p) Accurate computanti inter utramque pugnam decem anni et quattuordecim dies interfuerunt. Nam altera facta est 6 die Boedromionis, [secundum Boeckhium 16 aut 17 Metagitnionis. *Kr.*] tertii mensis Ol. 72, 3. a. C. 490; altera 20 die Boedromionis tertii mensis Ol. 75, 1. a. C. 480. V. tabb. 490. 480.

q) Dukerus ad Thuc. I, 18 Scaligeri sententiam proposuit, qui undecim annos interfuisse statuit, quum Petavius tantum decem interponat. Dukerus Scaligeri sententiam sequitur eamque defendit. Cum Dukero undecim annos computat qui post eum annotationes ad Thucydidem conscripsit Gottleber.

r) Ad Herod. VII, 20.

s) Herod. VII, 20.

t) Herod. VII, 32.

u) VII, 26.

Hoc opus nondum absolutum erat [x]) eique quattuor apparatus annorum tres tantum insumpti sunt [y]). Praeterea notandum est de duobus illis itineribus Herodotum diversae significationis vocabulis uti: de itinere Sardibus Abydum facto: *ἐστρατηλάτεε* [z]). — *ἐλῶν ἐς Ἄβυδον* [a]). — *ὥρμᾶτο ἐλῶν* [b]). — *ἐξήλασε ἐκ Σαρδίων* [c]). — *ἔμελλε μὲν ἐλᾶν στρατιὴν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα* [d]). et inferius: *ἐξήλαυνε τὸν στρατὸν διὰ τῆς Θρηΐκης* [e]). — *ταύτης τῆς ἐλάσιος* [f]). — *τὸν στρατὸν ἤλασε* [g]). Sed de itinere Susis Sardes facto: *ἐπορεύετο ἐς Σάρδις* [h]) — *παρεγένοντο ἐς Κελαινάς* [i]). — *ἐπορεύετο τὸ πρόσω* [k]). — *ἐξέβαλε ἐς τὴν Λυδίην*. — *πορευομένῳ*. — *ἀπίκετο ἐς τῶν Λυδῶν τὸ ἄστυ* [l]). De priore itinere scriptor verbo *ἐλαύνειν* non utitur. Iam haudquaquam dixerim hoc vocabulum cum diversis formis suis et derivativis atque compositis ubi de exercitus itinere dicatur semper hostilem motum significare, quod ex ipso Herodoto [m]) refutari posset, apud quem Darius ex Thracia expeditione redux *ἀπήλαυνε ἐς Σοῦσα*: hoc tantum sumo, quae ex aliis argumentis effecta sunt, ea verborum quam notavimus diversitate confirmari
246 atque scriptorem *ἐστρατηλάτεε χειρὶ μεγάλῃ* dicentem [n]) non illud quasi praecursorium iter a Susis, sed castra a Xerxe Sardibus in Hellespontum mota significare.

Illa Herodoti verba qui de praevio itinere apparatus annis facto, non de vero belli initio intellexerunt, multum contulerunt ad rationem horum temporum conturbandam. Qui inter Marathoniam et Salaminiam pugnam decem annos interfuisse recte statuit Dodwellus [o]) singulis quae Herodotus de hac aetate notat violentam interpretationem adhibere cogitur, quandoquidem, sicuti Wesselingius, verbum *ἐστρατηλάτεε* [p]) ad iter a Susis rettulit: „*Numerat*, inquit, *annos quatuor apparatus ipsius Xerxis.* VII, 20. *Quos tamen annos ternario numero mox concludit* c. 21. *Vel inde intelligimus tres annos tantum fuisse completos. Horum annorum primo, altero post Darii mortem, Xerxis expeditionem contra Aegyptios statuit Herodotus* VII, 7. — *Inde ineunte anno quinto Sardes movisse tradit, ibique hyemâsse.* VII, 20 [q]). Sed iure hanc interpretationem reiecit Wesselingius [r]). *Errant*, inquit, *qui tres hos annos eosdem statuunt ac quatuor apparatûs ad bellum* c. 20. *Illi enim pleni et ad universum expeditionis paratum; hi intra eorum ambitum propter Athon erant.* Herodoti locum VII, 20 qui ad iter Susis inceptum rettulit Dodwellus quattuor annos in tres coegit, quoniam hoc *nono* [s]) anno post Marathoniam pugnam adscripsit. Recte Wesselingius quattuor apparatus annos intelligit; sed verbum *ἐστρατηλάτεε* qua Dodwellus ratione interpretatus Xerxem non *nono*, sed *decimo* anno post Marathoniam pugnam Susis movisse tradit. Ita alter in singula computationis parte, alter in summa subducenda peccavit, quamquam utriusque error ab eadem causa videtur repetendus esse.

Restat ut testimonia tabulis 490, 2 respecta, quae decem annos, non amplius inter Marathoniam et Salaminiam pugnam intercessisse docent, colligamus. Plato [t]): *σχεδὸν γὰρ δέκα ἔτεσι πρὸ*

---

x) c. 33. 37.
y) c. 21.
z) c. 20.
a) c. 33.
b) c. 37.
c) c. 41.
d) c. 57.
e) c. 105.
f) c. 106.
g) c. 115.
h) VII, 26.
i) c. 26.
k) c. 30.
l) c. 31.
m) V, 25.
n) VII, 20.
o) Annal. Thuc. p. 44.
p) Apud Herod. VII, 20.
q) Eandem sententiam amplexus est Hales. Vol. III p. 151 annot.: „Herodotus, inquit, integros hos quattuor annos „ab Aegypto subacta numerat. VII, 20. Sed hic „erraverit necesse est. Nam ab hoc tempore tantum tres „anni sunt numerandi cum ipso Herodoto c. 21 et Dio„doro Siculo l. XI.“ Sed haec satis refutata sunt iis quae Wesselingius disputavit.
r) ad Herod. VII, 22.
s) Revera Xerxes Susis vere noui anni, 481, Sardibus vere decimi, 480, profectus est.
t) Legg. III p. 698, c.

τῆς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίας ἀφίκετο Δᾶτις Περσικὸν στόλον ἄγων. Thucydides [u]): *δεκάτῳ ἔτει μετ' αὐτὴν (τὴν ἐν Μαραθῶνι μάχην) αὖθις ὁ βάρβαρος τῷ μεγάλῳ στόλῳ ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα δουλωσόμενος ἦλθε.* Herodotum expeditionis initium notantem iam demonstratum est non dicere castra Susis mota. Non magis est quod hunc Thucydidis locum cum Dukero ad praevium hoc iter referamus. Quod scriptor dicit *ἦλθεν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα*, id obvia et aperta interpretatione ad Xerxis iter in Hellespontum est referendum, quod proinde decimo anno post Marathoniam pugnam factum dicitur. Marmor Parium [x]): *ἀφ' οὗ ἐν Μαραθῶνι μάχη ἐγένετο — ἔτη ΗΗΔΔΠΙΙ. — ἀφ' οὗ — ναυμαχία τοῖς Ἕλλησι περὶ Σαλαμῖνα πρὸς τοὺς Πέρσας ἔτη ΗΗΔΠΙΙ* [y]). Interpositi sunt ipsi decem anni. Ex Herodoto huc referenda sunt haec: (post Marathoniam pugnam) *ἡ Ἀσίη ἐδονέετο ἐπὶ τρία ἔτεα. — τετάρτῳ ἔτεϊ Αἰγύπτιοι, ὑπὸ Καμβύσεω δουλωθέντες, ἀπέστησαν ἀπὸ Περσέων. — ἀλλὰ γὰρ μετὰ ταῦτά τε καὶ Αἰγύπτου ἀπόστασιν τῷ ὑστέρῳ ἔτεϊ παρασκευαζόμενον συνήνεικε αὐτὸν Δαρεῖον ἀποθανεῖν* [z]). = *Ξέρξης — ἀπὸ Αἰγύπτου ἁλώσιος ἐπὶ μὲν τέσσερα ἔτεα πλήρεα παραρτέετο στρατιήν τε καὶ τὰ πρόσφορα τῇ στρατιῇ· πέμπτῳ δὲ ἔτεϊ ἀνομένῳ ἐστρατηλάτεε* [a]). Iam dixerat: *ὡς δὲ ἀνεγνώσθη Ξέρξῃ στρατεύεσθαι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, ἐνθαῦτα δευτέρῳ ἔτεϊ μετὰ τὸν θάνατον τὸν Δαρείου πρῶτα στρατηΐην ποιέεται ἐπὶ τοὺς ἀπεστεῶτας. τούτους μέν νυν καταστρεψάμενος — ἐπιτρέπει Ἀχαιμένεϊ* [b]). Hic probe notandum est *completorum* et *inchoatorum* discrimen annorum. Hos quum dicit Herodotus, quemadmodum alii scriptores, extremum utrumque annum annumerat. Ita formula *δευτέρῳ ἔτεϊ* [c]) utitur ut annum rem de qua egit proxime consequutum notet: *δευτέρῳ ἔτεϊ τουτέων* [d]) significat „annum has res insequutum;“ *τῷ δευτέρῳ ἔτεϊ* [e]) est anno Mileto captae *proximo*. Eadem ratione alii scriptores, veluti Aristides [f]): *ἀπὸ Λάχητος εἰς Εὐβουλίδην ἑβδομος ἄρχων Εὐβουλίδης αὐτός· ἀπὸ δὲ Εὐβουλίδου πάλιν ἄρχων ὄγδοος Θεόδοτος.* Hic 7+8 Theodotum a Lachete quintum decimum faceret. Sed inter Lachetem et Theodotum tantum duodecim archontes intersunt. Etenim Aristides bis annumerat Eubulidem, qui prioris seriei ultimus, posterioris primus est. Eadem ratione loquitur Herodotus locis ante laudatis atque omnes temporum notae decem annorum terminis conclusae sunt, ut haec tabula ostendit.

A.

1mus.	*Marathon*	*πρῶτον ἔτος.*
2dus.	. . . . .	*δεύτερον ἔτος.*
3ius.	. . . . .	*τρίτον ἔτος.*
4tus.	. . . . .	*τετάρτῳ ἔτεϊ Αἴγυπτος ἀπέστη.*
5tus.	*Xerxes*	*τῷ ὑστέρῳ ἔτεϊ Δαρεῖος ἀπέθανε.*
6tus.	*δευτέρῳ ἔτεϊ μετὰ τὸν Δαρείου θάνατον Αἴγυπτον κατεστρέψατο. Πρῶτον ἔτος τῶν τεσσέρων.*	
7mus.	. . . . .	*δεύτερον ἔτος.*
8vus.	. . . . .	*τρίτον ἔτος.*
9nus.	. . . . .	*τέταρτον ἔτος.*
10mus.	. . . . .	*πέμπτῳ δὲ ἔτεϊ ἐστρατηλάτεε.*

Verbum *ἀνομένῳ* [g]) male *exeunte anno quinto* interpretantur Reiskius et Portus; rectius Wesselingius: *volvente*, et Larcherus: *dans le courant* [*de la cinquième*]; optime tamen Valla et

u) I, 18.
x) N. 49.
y) N. 52.
z) VII, 1, 4.
a) VII, 20.
b) VII, 7.
c) VII, 7.
d) VI, 46.
e) VI, 31.
f) T. II p. 286.
g) Herod. VII, 20.

Dodwellus: *ineunte*[gg]) [*anno quinto*]. Nam post Aegyptum subactam quattuor anni completi erant, τέσσερα ἔτεα πλήρεα, et quinto ineunte, πέμπτῳ ἔτεϊ ἀνομένῳ, Xerxes Sardibus movit, ἅμα ἦρι, vere 480. Itaque Aegyptus iam subacta erat vere 484; eaque tempestate a Darii morte unus annus praeterierat et inchoatus erat secundus. Proinde iam ante ver 485 mortem obierat. Haec computatio ad amussim congruit cum Canonis Astronomici ratione, ex qua Xerxis primi anni *thoth* in 23um Decembris diem a. 486 incidit et Xerxes a. 263 A. N. rex factus est. Itaque eum ineunte a. 485 regnum occupasse consentientibus Herodoti et Canonis rationibus demonstratur [h]). Subacta erat Aegyptus ineunte a. 484, quum secundus Xerxis annus inchoatus erat. Ab hoc tempore quattuor anni completi, quintus inchoatus erat vere 480, quum Xerxes secundum Platonem, Thucydidem, Herodotum et Marmor Sardibus movit. Darii morte quae superiora sunt tempora facile digeri possunt. Aegyptii defecerunt *quarto* anno post Marathoniam pugnam; sed *tres* tantum anni
248 completi erant. Darius *quinto* post eandem pugnam anno decessit; sed completi tantum *quattuor* anni erant: quintus erat inchoatus, videnturque revera intercessisse quattuor anni et totidem menses. Nam a sexto die Boedromionis 490 ad 23um Decembris 486, qui primi Artaxerxis anni *thoth* fuit, anni sunt quattuor et menses circiter tres.

VI.

DE ATHENIENSIUM PRINCIPATU.

Atheniensium principatus initium Diodorum [a]) sequutus posui tertio anno post Salaminiam pugnam, archonte Adimanto, Ol. 75, 4. Sed Dodwellus [b]) quum Lacedaemonios imperium s. principatum decem annis post Xerxis in Graeciam irruptionem obtinuisse sumat, Pausaniam 470 extra Graeciam cum imperio missum esse statuit. Dodwelli rationem amplectitur Corsinus [c]): *Huic anno* [Ol. 77, $\frac{2}{3}$. a. C. 470] *Pausaniae Lacedaemonii στρατηγία adscribi debet. Id perspicue contra Diodorum demonstravit Dodwellus. — Eionis et Scyri occupatio* Ol. 77, $\frac{3}{3}$ *contigit, ut superius ostensum fuit atque accuratissime demonstravit Dodwellus.* Eundem Dodwellum sequuntur Wesselingius [d]) et Mitfordus [e]). Quorum a iudiciis cur dissentiam ut demonstrem, testimonia de hoc loco examinanda sunt.

Atheniensium imperii tempora, quae alii aliter circumscribunt, recentior historiae Graecae scriptor [f]) hoc modo disponit: „Pugna ad Aegos flumen, inquit, Athenienses imperio maritimo „privavit. — Hoc obtinuerant a 477 ad 405 per duo et septuaginta annos. Notabilis haec ratio „a nemine veterum auctorum tradita legitur; neque duo scriptores quamdiu Athenienses principatum

---

gg) Per se tamen ἀνομένῳ non magis initium quam finem significare potest; in Apollonii locis a Wesselingio comparatis hanc vim demum addito νέον accipit. *Kr.*

h) Bene regulam constituit Hales. v. I p. 285: „*Regis cuiusque regni initium est* [in canone] *thoth s. primus dies anni antequam rex factus est et postremi eius anni menses qui totum annum non explent, primo successoris anno comprehenduntur.*" [Cf. Ideler. Handbuch der Chronol. p. 117 ss. *Kr.*]

a) XI, 41. V. tabb. 477, 2.
b) Annal. Thuc. p. 60—62.
c) Fastt. Att. t. III p. 181—183.
d) Ad Diod. XI, 44.
e) Hist. Gr. vol. II p. 340.
f) Gillies. Hist. Gr. c. XXII.

„habuerint consentiunt. *Lysias* septuaginta annos ponit; *Diodorus* quinque et sexaginta. *Isocrates* „altero loco cum Lysia, altero cum Diodoro consentit. *Andocides* quinque et octoginta annos „statuit; *Lycurgus* nonaginta; *Dionysius Halicarnassensis* octo et sexaginta; *Demosthenes* aliter „aliis locis quinque et quadraginta, quinque et sexaginta, tres et septuaginta.“ Hic quae traduntur eorum multa sunt verissima. Attamen discrepantia non est tanta quanta affirmatur esse. Nam *tres* auctores de *duobus et sexaginta* annis; de *septuaginta* ex hoc numero *duo* aut revera *sex* consentiunt. *Duorum et septuaginta* annorum rationem ipse Demosthenes sequitur et Aristides g).

Doctissimus Isocratis editor, Coraes h) has varietates similiter exposuit: *ἐνταῦθα ὁμολογῶν τῷ Λυσίᾳ ἑβδομήκοντα φησὶν ἔτη διαμεῖναι, κ. τ. λ. — διαπεφώνηται γὰρ μάλιστα τὰ περὶ τοῦ χρόνου τῆς Ἀθηναίων ἀρχῆς. καὶ γὰρ Δημοσθένης ὅτε μὲν πέντε καὶ τεσσαράκοντα, ὅτε δὲ ἑβδομήκοντα καὶ τρία ἔτη προστῆναι τοὺς Ἀθηναίους τῶν Ἑλλήνων λέγει. Λυκοῦργος δὲ, ἐνενήκοντα. (πλὴν εἰ μὴ γραφικῶς ἡμάρτηται ὁ ἀριθμός, ὥς τινες ὑπειλήφασιν.) Ἀνδοκίδης δὲ, πέντε καὶ ὀγδοήκοντα. Διονύσιος δὲ, δυοῖν δέοντα ἑβδομήκοντα.*

Huius imperii initium recte Gillesius statuit 477: a quo anno omnes de eius tempore computa- 249
tiones proficiscuntur.

Quinque et quadraginta annorum spatium belli Peloponnesiaci initio concluditur 477—432. Hoc Demosthenes accurate notat eo quod Athenienses volentibus sociis imperitasse dicit: *ἐκεῖνοι τοίνυν — πέντε καὶ τετταράκοντα ἔτη τῶν Ἑλλήνων ἦρξαν ἑκόντων* i). De quo loco Ulpianus j): *πῶς τετταράκοντα καὶ πέντε νῦν εἰπὼν ἐν ἑτέρῳ λόγῳ τρία καὶ ἑβδομήκοντα φησί; — λέγομεν ὅτι προσέθηκεν, ἐνταῦθα τὸ ἑκόντων τὰ γὰρ ἄλλα ὀκτὼ καὶ εἴκοσι ἔτη ἀκόντων αὐτῶν ἦρξαν*

Quinque et sexaginta annorum computatio clade quam Athenienses in Sicilia acceperunt definitur terminaturque anno 413, ipso annumerato.

Trium et septuaginta annorum numerus, pro quo Aristides *septuaginta amplius*, alii *septuaginta* dicunt, ipsum bellum Peloponnesiacum comprehendit et totum spatium ab initio imperii ad Athenas captas complectitur, 477—404. Rotundo numero septuaginta annos ponunt, 1. Lysias k): *ἑβδομήκοντα μὲν ἔτη τῆς θαλάττης ἄρξαντες*. 2. Plato l): *ἑβδομήκοντα ἔτη διεφύλαξαν τὴν ἀρχήν*. 3. Isocrates m): *ἑβδομήκοντ' ἔτη διετελέσαμεν*. 4. Aristides n): *πλέον ἢ ἑβδομήκοντα ἔτη κατέσχον* o).

---

g) In Panathenaico.

h) Ad Isocr. Paneg. p. 58, 22.

i) Olynth. III p. 35. Eadem verba repetuntur in oratione *περὶ συντάξεως* p. 174, quae iure dubitatur an Demostheni abiudicanda sit

j) P. 25, 33 ed. Paris.

k) Or. fun. p. 195, 38.

l) Epist. p. 332, b.

m) Panegyr. c. 30 p. 62, e. Morus ad h. l. hos septuaginta annos singulari ratione interpretatur. Statuit enim Isocratem dicere septuaginta annorum spatium quod inceperit a primo archonte annuo, Creonte, 684—608. „*Sermo est*, inquit, *de vera democratia quae a tempore archontum annuorum initium cepit. Porro per hoc totum tempus nullus extitit tyrannus, nulla seditio, nec bella sunt cum aliis gesta.* Sed vix Isocrates tam obscurum saeculum quod respiceret elegisset. Adde quod hac aetate adeo non obtinuit merus popularis status ut Aristoteles Polit. II, 9, 2 tempora Solone superiora *λίαν ἄκρατον ὀλιγαρχίαν* dicat. Aristides (Paneg.), qui usquequaque Isocratis Panegyricum exprimit, eundem numerum septuaginta annorum ponit et de imperio ma itimo intelligit. Praeterea Isocrates huius loci initio haec sub Atheniensium imperio facta dicit: *ἐπὶ τῆς ἡμετέρας ἡγεμονίας*. At vero quid imperii obtinebant Creontis primi archontis annui tempore? Profecto cum aetate Peloponnesiaco bello terminata congruere non videtur quod Isocrates dicit: *ἄγοντες εἰρήνην πρὸς ἅπαντας ἀνθρώπους*. Sed si similem locum Panath. 18 adhibeamus, fortasse probabilem sententiam eliciamus. Orator id egit ut quomodo quum Athenienses tum Lacedaemonii in socios consuluerint comparato utrorumque imperio declararet: hi denos harmostas constituerunt in sociis civitatibus; illi socios suae simili reipublicae forma impertierunt. Hac sententia verbis *εἰρήνην ἄγειν* Isocrates videtur usus esse, opposito harmostarum a Lacedaemoniis constitutorum dominatu. Coraes Isocr. t. II p. 45 Mori interpretationem memorat, ipse tamen vulgarem sequitur. [Huic repugnare videntur etiam haec verba: *ἀστασίαστοι δὲ πρὸς σφᾶς αὐτούς*. Memineris enim Quadringentorum virorum. Neque locum *εἰρήνην ἄγοντες πρὸς ἅπαντας ἀνθρώπους* ea qua Clinto dixit ratione explicari posse manifestum est. Quid igitur? Equidem non dubito

5. Demosthenes p), *καίτοι προστάται μὲν ὑμεῖς ἑβδομήκοντα ἔτη καὶ τρία τῶν Ἑλλήνων ἐγένεσθε, προστάται δὲ τριάκοντα ἑνὸς δέοντα Λακεδαιμόνιοι· ἴσχυσαν δέ τι καὶ Θηβαῖοι τοὺς τελευταίους τουτουσὶ χρόνους μετὰ τὴν ἐν Λεύκτροις μάχην. — καίτοι πάνθ' ὅσα ἐξημάρτηται καὶ Λακεδαιμονίοις ἐν τοῖς τριάκοντ' ἐκείνοις ἔτεσι καὶ τοῖς ἡμετέροις προγόνοις ἐν τοῖς ἑβδομήκοντα, κ. τ. λ.* Hic temporum spatia rotundis numeris repetuntur, unde discimus quomodo *septuaginta anni* quos alii scriptores dicunt sint intelligendi. Egregia haec rerum actarum adumbratio cum priore *quinque et quadraginta* annorum computatione convenit accuratissime. Nam in priore bellum Peloponne-
250 siacum excluditur; in hac annumeratur. In priore Athenienses volentibus sociis imperitasse dicuntur; in hac simpliciter imperium obtinuisse traduntur. 6. Lycurgus q): *ἐνενήκοντα μὲν ἔτη τῶν Ἑλλήνων ἡγεμόνες κατέστησαν.* Taylorus *ἑβδομήκοντα* legendum esse suspicatur: quae quidem emendatio, probata, ut videtur, Corai r), vix in dubium vocari potest rr), ut Lycurgus eorum qui de septuaginta annorum tempore loquuntur numero addendus esse videatur.

Sed Andocides s) *octoginta octo* annos computat: *καὶ ταῦτα τὰ ἀγαθὰ ἐν ὀγδοήκοντα καὶ πέντε ἡμῖν ἔτεσιν ἐγένετο.* Enimvero quum non *imperii*, sed *felicitatis* Atheniensium tempora notet, quamquam comprehenso imperio, eius computatio ad Marathoniam pugnam adscendit: abs qua, 490, ad cladem quam Athenienses ad Aegos flumen acceperunt, 405, ipsi quinque et octoginta anni completi sunt.

Minus facilis expeditu est Dionysii Halicarnassensis t) ratio: *ἦρξαν δυοῖν δέοντα ἑβδομήκοντα ἔτη.* Hos octo et sexaginta annos si premamus, eam aetatem ad a. 409 producamus, quo archon fuit Glaucippus, octavus ille et sexagesimus ab Adimanto. Sed hoc anno Athenienses hostibus superiores fuerunt. Fortasse scriptor quadringentorum virorum dominatum intuebatur, quem Thucydides fere centesimo anno post exactos tyrannos constitutum ait. Quumque Athenienses Adimanto archonte imperium occupaverint, annis duo et triginta post, illi octo et sexaginta anni centum annos a Thucydide computatos compleverint.

Verum tamen in hoc loco inest difficultas. Sed eam prorsus elevant tum septem locorum consensus, quibus anni *septuaginta tres*, *septuaginta amplius*, et rotundo numero *septuaginta* feruntur, tum trium aliorum concentus, quibus quinque et quadraginta, quinque et sexaginta, quinque et octoginta anni ponuntur, modo hos diversis initiis finibusve conclusos interpretemur.

Sed Dodwellus u) Atheniensium imperii initium ad a. 470 producit, tantum sex et sexaginta annis ante quam Athenae sunt a Lysandro captae. Hanc coniecturam Isocratis loco v) superstruxit: *Σπαρτιᾶται μὲν γὰρ ἔτη δέκα μόλις ἐπεστάτησαν αὐτῶν, ἡμεῖς δὲ πέντε καὶ ἑξήκοντα συνεχῶς κατέσχομεν τὴν ἀρχήν.* Dodwellus annotat: „*loquitur de Graecis in Persas foederatis*," atque hoc decenne imperium incepisse a Persico bello, terminatum esse Pausania a Spartanis revocato. Corsinum aliosque vidimus hanc interpretationem amplexos esse.

---

statuere oratorem, ut Atheniensium imperium quasi quandam Saturniam aetatem praedicare posset, rerum veritatem non curasse: id quod quum ipsum tum alios oratores sexcentis locis fecisse constat. *Kr.*]

n) Panath. t. I p. 170 Iebb.

o) Coraes et Gillesius Platonis et Aristidis testimonia omittunt. [Excitavit tamen Spohn. ad Isocratis l. l. *Kr.*]

p) Philipp. III p. 116. s.

q) In Leocr. p. 157, 1 [XVII, 6].

r) Ad Isocr. p. 58, 22.

[rr) Potest, si statuas Andocidis locum ei obversatum fuisse et pro octoginta quinque annis, ut rotundum numerum haberet, nonaginta posuisse. *Kr.*]

s) De pace p. 28, 20. [Hunc locum eodem fere modo quo Clinto interpretatus est Boeckh. Staatshaush. d. Athen. I p. 476, n. Sed quum orator ibi plura turbaverit, vix numerus ab eo positus ad historiae normam exigi potest. Cf. Neues Archiv f. Philol. u. Paed. I, 3 p. 92 s. *Kr.*]

t) Antiqq. I p. 8. [Mihi Dionysius a secundo bello Persico videtur computasse. *Kr.*]

u) Annall. Thuc. p. 60 s. [Dodwellum manifestum est eo deceptum esse quod quae orator loco priora posuit, eadem etiam tempore priora intellexit. Quod falsum esse iam docuit Dahlmann.: Forschungen auf dem Gebiet der Gesch. t. I p. 45 annot. *Kr.*]

v) Panathen. c. 19 p. 244, b.

Sed Isocrates hoc loco de Graecis adversus Persas foederatis non loquitur. Etenim comparat Atheniensium Spartanorumque rationes inde a vetustissimis temporibus. Quae prius utrique egissent persequutus ad Persicum bellum descendit et cum decem navibus quas Lacedaemonii suppeditassent maiorem earum quas Athenienses praebuissent numerum confert atque Spartanorum Eurybiadi Atheniensium Themistoclem opponit. Hoc loco absoluto ad imperium maritimum ab utraque civitate administratum progreditur. „In hoc Athenienses foederatis civitatibus sui iuris esse suisque legibus uti „permiserunt, Lacedaemonii denos praefectos (harmostas) vv) in civitatibus constituerunt. Hoc imperium „Spartani decem, quinque et sexaginta annos obtinuerunt Athenienses; Athenienses decem annis „hostibus restiterunt breviorique temporis spatio quam quo ad potentiam eorum concutiendam opus „fuerat vires receperunt: Lacedaemoniorum opes, una pugna a Thebanis devictorum, in perpetuum „prostratae sunt.“ Haec eorum quae hic disputat summa est w). Sed quid imperii maritimi Spartanis erat 251
Xerxis tempore? aut quando ante finem belli Peloponnesiaci harmostas per totam Graeciam dimiserunt? Permirum est hominem tanta quanta Dodwellus investigandi diligentia ita a loci sententia aberrasse. In alia oratione Isocrates utriusque civitatis imperium et mala quae inde ad utramque redundarint exponit. Postquam de Atheniensium principatu dixit, hoc modo pergit x): „Imperium maritimum non „minus vim suam exseruit in Lacedaemonios, adeoque breviori tempore quam in Athenienses. Illud enim „concussit et paene prostravit instituta quae septem saeculorum vim repulerant. Privatos enim „iniustitiae, socordiae, avaritiae implevit; rem publicam socios despicere, aliena appetere, iuraiu„randa et foedera negligere docuit.“ Tum quae Spartani peccassent singula enumerat, quorum poenas ad Leuctra dederint. Hic orator non aliud maritimum imperium respicit quam quod pugnam ad Aegos flumen consequutum est y): quod a Conone eversum esse diserte affirmat in alia oratione z): *Κόνων — συστάντος αὐτῷ ναυτικοῦ περὶ Ῥόδον καὶ νικήσας τῇ ναυμαχίᾳ Λακεδαιμονίους ἐξέβαλεν ἐκ τῆς ἀρχῆς.* Aristides a), qui Isocratem exprimit, Lacedaemoniorum imperium ut Cononis victoria finitum describit: *ἡ πόλις* (Athenae) *κλαπεῖσα τῇ ναυμαχίᾳ τῇ καθ' Ἑλλήσποντον, — ἐκείνους μὲν* [Lacedaemonios] *δι' ἑνὸς ἀνδρὸς ἀφείλετο τῆς θαλάττης τὴν ἀρχήν.* Rursus: *Ἀθηναίων ἀνὴρ εἷς τῆς θαλάττης Λακεδαιμονίους ἀφείλετο τὴν ἀρχὴν μόνος ἀνθρώπων ἅμα τῷ βασιλεῖ στρατηγήσας καὶ τῇ πόλει. — αὐτὴν τοίνυν τὴν τῆς θαλάττης ἀρχὴν ἡ μὲν πόλις* [Athenae] *ἐξ ὧν τοὺς βαρβάρους ἐνίκησεν ἐκτήσατο· οἱ δέ* [Lacedaemonii], *ἐξ ὧν ἡ πόλις ἠτύχησε* b). Aperte Spartanorum imperium bello Peloponnesiaco posterius dicit. Pariter Demosthenes c) verbis *τοῦτο μὲν — καὶ πάλιν* — Athenienses prius principatum habuisse significat.

Itaque Dodwellus falsis rationibus, quae neutiquam Isocratis auctoritate nituntur, ductus Themistoclis et Pausaniae tempora descripsit Spartanosque prius quam Athenienses imperium decem annorum habuisse opinatus est. Non minus eius computatio rerum gestarum ordinibus repugnat. Nam Pausaniam tantum unum annum in imperio fuisse ideoque non ante a. 470 bellandi causa a Spartanis missum esse statuit. Itaque a Sesto capta (479) integri octo anni quibus nihil factum esset praeteriissent. Sed omnino nullum temporis intervallum, nedum octo annorum, in Thucydi-

---

vv) Immo *δεκάρχους* dicit. Nam Lysander *ἕνα μὲν ἁρμοστὴν ἑκάστῃ* (πόλει) *Λακεδαιμόνιον κατέλιπε, δέκα δ' ἄρχοντας ἐκ τῶν ὑπ' αὐτοῦ συγκεκροτημένων κατὰ πόλιν ἑταιριῶν.* Cf. Cornel. Nep. Lys. I, 5 et interprr. ad Isocr. Paneg. 32. *Kr.*

w) 18 s. p. 243 c — 244, e.

x) De pace 32 s. p. 178 s.

y) Isocratis sententiam in Panath. c. 19 recte cepit Coraes ad h. l. et Schweighaeuser. ad Polyb. I, 2.

z) In Philipp. c. 25 p. 94. Eadem mente alio tempore Athenienses compellans Plataic. p. 304, b: *τίς οὐκ οἶδεν*, inquit, *ὅτι Λακεδαιμόνιοι τὴν δύναμιν τὴν ὑμετέραν ἀνυπόστατον δοκοῦσαν εἶναι κατέλυσαν μικρὰς μὲν ἀφορμὰς εἰς τὸν πόλεμον τὸν κατὰ θάλατταν τὸ πρῶτον ἔχοντες, — καὶ πάλιν ὑμεῖς τὴν ἀρχὴν ἀφείλεσθε τὴν ἐκείνων ἐξ ἀτειχίστου τῆς πόλεως ὁρμηθέντες καὶ κακῶς πραττούσης.*

a) Panath. t. I p. 164.

b) P. 170.

c) Philipp. III p. 116 s.

dis summario [d]) vel notatur vel significatur. Hic Athenienses statim post Sestum expugnatam muros suos aedificasse narrat, indeque res a Pausania gestas persequi pergit, cuius expeditio proxime Sesti expugnationem consequuta est.

Dodwelli rationem qui amplectitur Wesselingius [e]), saltem in hac re ab eo discrepans, longioris temporis spatium arguit ex eo quod alioqui rebus a Pausania gestis non quantum opus esset temporis relinquatur. *Id autem diligenter animadvertendum est, Diodorum in hunc annum coniicere obsidionem Byzantii, Pausaniae proditionem, ablatumque Lacedaemoniis imperium, atque in Athenienses transcriptum: quae omnia tam brevi tempore administrata non sunt. Constat ex*
252 *Isocrate Panath p.* 357, *Spartanos paene in decennium Graeciae imperium curasse, tumque ad Athenienses transisse, etc. — Vide H. Dodwell. Annal. Thucyd. p.* 61. Sed Pausaniae imperium modo unius anni erat. Concedit hoc Dodwellus [f]): *Pausanias*, inquiens, *spatio plus quam annuo esse in provincia ne quidem potuit.* Thucydides [g]) de hoc imperio ita loquitur ac si non longius fuerit solito, i. e. annuo: *ἐστράτευσαν ἐς Κύπρον — καὶ ὕστερον ἐς Βυζάντιον, Μήδων ἐχόντων καὶ ἐξεπολιόρκησαν αὐτὴν ἐν τῇδε τῇ ἡγεμονίᾳ.* Eiusque Scholiastes [h]) annotat: *διὰ μέσου τὴν τειχοποιίαν εἰπὼν εἰκότως πάλιν ἐπανέρχεται ἐπὶ τὰ κατὰ Παυσανίαν*, recte iudicans inter Sesti obsidionem et res a Pausania gestas longius temporis spatium non intercessisse. Itaque quaeritur utrum Sesto expugnata deinceps aliae res gestae sint, an Graeci per octo annos prorsus nihil gesserint.

Tale desidiae intervallum nullus antiquitatis auctor tangit. Contra Plutarchus [i]) Graecos Persis nullum respirandi tempus concessisse prodit: *οὐ γὰρ ἀνῆκεν ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἀπηλλαγμένον, ἀλλ' ὥςπερ ἐκ ποδὸς διώκων, πρὶν διαπνεῦσαι καὶ στῆναι τοὺς βαρβάρους, τὰ μὲν ἐπόρθει, κ. τ. λ.* Pariter Aristides [k]): *ἐνίκων μὲν τὴν ἐν Μυκάλῃ μάχην — διηρευνήσαντο δὲ τῆς Εὐρώπης τὰς ἀκτάς, εἴ πού τις ἔτι κρύπτοιτο τῶν ἐπελθόντων. καὶ τοὺς μὲν ἀπὸ Στρυμόνος ἤλασαν, τοὺς δ' ἀπὸ Σηστοῦ, τοὺς δ' ἀπὸ Βυζαντίου. — ἅμα μὲν περιέπλεον τὴν Ἀσίαν* [Athenienses], *ἅμα δὲ ἀνέπλεον διὰ τῶν δεχομένων ποταμῶν, ἅμα δ' ἠκούοντο, ἅμα δ' ἑωρῶντο. — οὕτω δὲ πυκνὸν καὶ σύντονον ἐξήλαντο ἐν τοῖς πράγμασιν, ὥςτε καὶ Λακεδαιμόνιοι τοῖς μὲν πρώτοις τῶν ἔργων παρεγένοντο, ἔπειτ' ἀπῆραν, ὥςπερ πτηνοῖς ἀκολουθεῖν οὐ δυνάμενοι.* Sestum et Byzantium iunctim memorat Plutarchus: *ἐπεὶ ἐκ Σηστοῦ καὶ Βυζαντίου πολλοὺς τῶν βαρβάρων αἰχμαλώτους λαβόντες οἱ σύμμαχοι τῷ Κίμωνι διανεῖμαι προςέταξαν.* Itaque Sesti et Byzantii obsidiones non magno temporis intervallo disiunctae, sed eiusdem rerum seriei fuerunt. Dodwelli rationi, qui novem annos intercessisse statuit, neutiquam favet Isocratis auctoritas. Repugnat rerum gestarum series, repugnat quod Thucydides significat, Plutarchus et Aristides diserte tradunt, repugnat denique temporis spatium quod Atheniensium imperio assignant Lysias, Isocrates ipse, Plato, Demosthenes, Aristides, quibus fortasse addendus est Lycurgus.

VII.

DE LACEDAEMONIORUM PRINCIPATU.

Atheniensium imperio posterius fuit Lacedaemoniorum. Quae imperia qui coniunctim memorant Spartanorum principatum non alium significant quam quem Lysandri victoria adepti sunt.

d) I, 89 — 94.
e) Ad Diod. XI, 44.
f) P. 61.
g) I, 94.
h) Ad I, 93.
i) Cimon. c. 12.
k) Panath. t. I. p. 151 Iebb.

Eum ab Isocrate [a]) dici putat Casaubonus [b]), alius interpretationis ne suspicione quidem prodita. Sed quot hi annos minus clare quam quot Athenienses imperium obtinuerint proditur.

Isocratem [c]) vidimus decem annos dicere; Polybius [d]): *μόλις*, inquit, *ἔτη δώδεκα κατεῖχον αὐτὴν ἀδήριτον;* Aristides [e]): *οὐδ' εἰς τρεῖς ὀλυμπιάδας διεφύλαξαν τὴν ἀρχήν.* Decem annorum spatium concluditur pugna Cnidia, 394, quo anno ab Athenis captis decem anni completi erant. Polybii numerus „vix decem annos" pariterque quae eodem redit Aristidis computatio „ne tres quidem olympiadas" eadem pugna terminantur; initium capiunt a victoria ad Aegos flumen repor-253 tata, quum Eubulides, quo archonte illa pugna facta est, duodecimus ab Alexia archon fuerit, utroque numerato. Hic igitur nulla dissensione undecim annos completos vel duodecimum initum habemus.

Sed diversum temporis spatium ponit Demosthenes [f]): *τριάκοντα ἐνὸς δέοντα* et pleno numero *τριάκοντα.* Eandem rationem sequitur Dionysius [g]): *ἐπαύθησαν ὑπὸ Θηβαίων οὔτε* [h]) *ὅλα ἔτη τριάκοντα τὴν ἀρχὴν κατασχόντες.* Huius computationis terminos non facile definias. Attamen Casaubonus [i]) si Demosthenis loci memor fuisset, non suasisset ut apud Dionysium *τετταράκοντα* pro *τριάκοντα* legeretur.

Si a pugna ad Aegos flumen triginta annos numeramus, terminum habemus proelium ad Naxum, quo Chabrias, Charisandro archonte, posteriore parte anni 376, victor fuit, quum ad Aegos flumen Alexia archonte 405 depugnatum sit. Iam si amborum quos nominavimus archontum annos annumeramus, triginta, si medium temporis spatium computamus, undetriginta annos habemus. Itaque fortasse pugna ad Naxum terminus est ad quem Demosthenes et Dionysius Lacedaemoniorum imperium extendunt.

VIII.

DE THUCYDIDIS SUMMARIO.

Thucydidem constat cura et diligentia historicis antecellere omnibus. His virtutibus maxime in summario quo res inter Persica bella et Peloponnesiacum gestas complectitur sese studuisse ipse profitetur, diserteque dicit eas se iccirco persequutum esse, quod alii scriptores hanc aetatem vel omnino transmiserint vel *βραχέως καὶ τοῖς χρόνοις οὐκ ἀκριβῶς* exposuerint [a]). Itaque iusto iniquius de hac Thucydidis historiae parte iudicat Mitfordus [b]), conquestus auctorem non ubique accurate quo quidque tempore factum sit notasse nec ordines quidem temporum explicasse atque mancam esse rerum huius aetatis per annos describendarum rationem. Profecto hoc summario eo nomine nihil praestantius est: quippe quo scriptor temporum ordines accurate notet eosque bis

a) In Panath.
b) Ad Polyb. I, 2 t. I. p. 736 ed. Ernest.
c) Loco in priore capite laudato.
d) I, 2.
e) Panath. t. I p. 170 Iebb.
f) Philipp. III p. 116 s.
g) Antiq. I p. 9.
h) Lege *οὐδέ*. *Kr.*
i) Ad Polyb. I, 2 t. I p. 738 ed. Ernest.
a) I, 97. [Ceterum idem quod hic disputat Clinto ipse dudum monui Prolegg. ad Dionys. historiogrr. p. XXXII s., paulo uberius persequutus sum in Archiv für Philol. u. Paedag. I, 2 p. 219 s. *Kr.*]
b) History of Graece v. II p. 333.

tantum negligat: primum in exponendo bello Messenio cuius initii descriptioni perspicuitatis causa exitus narrationem subiicit; deinde in Aegyptio bello tradendo, cuius eventum et ipsum rebus ante eo gestis annectit: quarum expositionem distulisse videtur auctor, ne narrationis perpetuitatem interrumperet. Ac licet nobis maximarum quarumque rerum tempora accuratius constituere quam exspectet qui reputaverit quae illa aetate gesta sunt, ea nobis ab uno duntaxat eius aequali scriptore brevissima adumbratione prodita esse. Revera horum temporum ratio turbata non erat ante quam turbavit Dodwellus. Dodwellus enim quum mira ratione in Isocratis loco quem superiore huius appendicis parte examinavimus [c]) interpretando errasset atque coniectura quam de archontibus ordinandis sequutus erat [d]) deceptus esset, horum temporum descriptionem magnopere confudit. Minoris igitur pretii sunt quae de initio huius aetatis quam quae in relicuo opere disputavit. Ita falsa quam de archontibus digerendis conceperat opinio ei inutile reddidit Pausaniae
254testimonium de Helotarum belli initio, quum illud revera notabili ratione cum Thucydide congruat.

Haec aetas omnino quadraginta septem annorum spatium complectitur [478—432]. Eam perspicuitatis gratia ex insignioribus quibusdam temporis notis, quas ipse Thucydides suppeditat, in tres partes distribuamus. Harum primam concludit Thasiorum defectio et coloniae ad Strymonem condendae conatus: quas res Thucydides anno 465 assignat. Inde adscendimus ad Sesti obsidionem, 479: qua ut Herodotus historiam suam concludit, ita ab eadem exorditur Thucydides, ut illa aperte ambobus scriptoribus contagioni sit. Alteram partem terminat Periclis expeditio, quam sunt quae 454 anno adscribendam esse doceant. Ab hoc tempore ad belli Peloponnesiaci initium tertia pars pertinet, annos complexa tres et viginti, totius aetatis paene dimidia pars.

I. Prima harum partium, quae tredecim annorum spatium continet [478—466], haec referuntur [e]): 1. Athenienses urbis muros restituunt et Piraei absolvunt: *εὐθὺς μετὰ τὴν Μήδων ἀναχώρησιν* [f]). 2. Pausanias in Cyprum et postea Byzantium proficiscitur, quod obsessum et eius ductu expugnatum est: *ἐν τῇδε τῇ ἡγεμονίᾳ* [g]). 3. [477.] Socii a Pausania offensi summam imperii ad Athenienses transferunt [h]). 4. Eïon ad Strymonem expugnatur: quae prima Cimonis fuit expeditio [i]). 5. Scyrus capitur. 6. Adversus Carystios Euboeenses bellum geritur. 7. Naxos obsidetur et expugnatur: quae prima sociarum civitatum in servitutem redacta est [ii]). 8. Posthac — *μετὰ ταῦτα* — ad Eurymedontem pugna facta est [k]). 9. [465.] Aliquanto post — *χρόνῳ δ' ὕστερον* — Thasii deficiunt.

II. Proximum temporis spatium, quod undecim annos explet [466—455], rebus memorabilibus est refertissimum: quas Thucydides maximam partem eo quo gesta sunt ordine persequi instituit. 1. [465.] Thasiorum defectioni subiicit quam eidem tempori assignat — *ὑπὸ τους αὐτοὺς χρόνους* — coloniam Drabescum deductam [l]). 2. [464.] Terrae motus Spartae et adversus Helotas bellum. 3. [463.] Thasii se dedunt, *τρίτῳ ἔτει*.

Relicuis octo huius aetatis annis haec gesta sunt: 4. [461.] Athenienses Lacedaemonios in Ithome obsidenda adiutum profecti remittuntur et cum Argivis societatem ineunt [m]). Perspicuitatis causa hic in narratione misso temporum ordine rerum seriem sequitur, Messenii eventum belli referens, quod decimo anno Ithome dedita et Messeniis Naupactum deductis finitum est.

---

c) supra c. 6 p. 250.
d) V. Prooem. p. XVI.
e) Thuc. I, 89—100.
f) c. 90—93.
g) c. 94.
h) c. 95.
i) c. 98.
ii) *ἐδουλώθη* i. e. *subacta est*, ut iam monuit Boeckh. Staatshaushalt d. Athen. I p. 440. Poterat addere Thucydidem hoc verbo nunquam pro *ἀνδραποδίζειν s. ἀνδραποδίζεσθαι* uti. Cf. I, 16. VI, 76. 77, ubi ut Xenoph. Hell. IV, 8, 2 *οἱ αὐτόνομοι τοῖς δουλωθεῖσιν* opponuntur. *Kr.*
k) c. 100.
l) c. 100.
m) c. 102.

5. Resumpto temporum ordine postquam Atheniensium auxilia ex Peloponneso rediisse eosque cum Argivis foedus fecisse narravit, deinceps tradit Athenienses Megara et Pegas obtinuisse [n]). 6. [460.] Inari defectio. Athenienses qui hoc tempore ducentas naves ad Cyprum habuerunt, illi auxilia laturi in Aegyptum contendunt. Aegyptium bellum Dodwellus ante fuisse statuit quam Athenienses Ithomen auxilia misissent. Quod si ita esset iure Thucydides temporum ordinem neglexisse insimularetur, quum Aegypti defectionem et Aegyptium bellum postquam de his auxiliis exposuit enarret. Sed revera Dodwellus [o]) ipse fallitur, qui Aegyptium bellum minimum duobus annis prius quam fert veritatis ratio collocat: id quod recte docuit et emendavit Mitfordus [p]). 255 7. Athenienses ad Halias a Corinthiis victi; victores ad Cecryphalas [r]). Magnam Aeginetis cladem [q]) inferunt [r]). 8. [457.] Post hanc pugnarum navalium seriem tradit Corinthios et Peloponnesios occupatis Geraneae iugis in Megaridem copias suas deduxisse [r]). Athenienses non revocato quod Aeginae fuit exercitu [r]),quamquam eodem tempore Aegyptio bello distenti Myronide duce hosti obviam eunt et pugna committitur, qua tametsi utrique victoriam reportasse sibi arrogaverunt superiores tamen fuerunt Athenienses. Duodecim diebus post Corinthii rursus exeunt, ut et ipsi tropaeum ponerent. Athenienses eis occurrunt et victoriam ferunt [r]): Corinthii fugientes in loco magna fossa circumdato intercepti ab Atheniensibus trucidantur.

9. Quo tempore haec gesta sunt — *κατὰ τοὺς χρόνους τούτους* — Athenienses longos muros inchoant [s]). 10. Eodem quoque tempore Lacedaemonii contra Phocenses, qui Doridem invaserant, proficiscuntur. 11. Quum reversuri essent, ab Atheniensibus, qui tunc Geraneam praesidio tenebant, interclusi sunt: inde in Boeotia commorantur. 12. Atheniensium fuisse traduntur qui, quo tempore Lacedaemoniorum exercitus in vicinia erat, id egerint ut status popularis everteretur nec longi muri perficerentur. 13. Athenienses cum sociis suis, quaterdecies mille numero, et cum Thessalis equitibus, qui in ipsa pugna transierunt, ad Tanagram caeduntur. Hac victoria reportata quum reditum sibi aperuissent Lacedaemonii, in Peloponnesum revertuntur.

Mitfordus [t]) Dodwellum aperte verum vidisse censet, qui proelium ad Oenophyta anno posterius collocaverit quam Diodorus, statuitque pugnam Tanagraeam factam esse vere 456, Ol. 80, 4; proelium ad Oenophyta auctumno eiusdem anni 456, Ol. 81, 1. Sed revera Dodwellus [u]) de Thebano bello Ol. 80, 4 assignando neutiquam Diodori fidem in dubium vocat et diserte affirmat ad Tanagram pugnam Decembri mense factam esse: *mense Posideone pugnatum.* Eamque in auctumnum eius anni quo Lacedaemoniorum exercitus e Doride revertit incidere manifestum est. Qua ratione Mitfordus [v]) tempora notavit, exercitus victor fuisset neque per hiemem redire conatus esset: ad quod demonstrandum Diodorum laudat, in hac sola re, quam Thucydides non memoraverit, ei fidem habens. Sed hi scriptores inter se discrepant. Secundum *Thucydidem* Lacedaemonii post Tanagraeam pugnam per Isthmum domum reverterunt: secundum *Diodorum* usque ad Ophy-

---

n) c. 103.

o) Annales Thucc. p. 83.

p) Vol. II p. 401.

q) Auctor orationis Lysiae adscriptae: *ἐπιτάφιος τοῖς Κορινθίων βοηθοῖς* p. 195 (*ὑστέρῳ δὲ χρόνῳ, Ἑλληνικοῦ πολέμου καταστάντος κ. τ. λ.*) has pugnas insigni eloquentia describit atque eodem quo Thucydides ordine persequitur.

r) In omnibus his rebus, pugna Cecryphalensi, in Megaridem expeditione et q. s. Aristides Panath. t. I p. 155 Iebb., quamquam narrationem oratorie amplificat, tamen in rebus ipsis cum Thucydide consentit.

s) c. 107.

t) Vol. II p. 410 annot.

u) Ann. Thuc. p. 91.

v) Vol. II p. 408 annot.

x) Pugnam Tanagraeam hieme factam esse ut probet apte Dodwellus Plutarchum laudat Cim. 17: *νενικημένοι ἐν Τανάγρᾳ καὶ προσδοκῶντες εἰς ὥραν ἔτους στρατείαν Πελοποννησίων ἐπ' αὐτούς.* Pericl. c. 10: *ἡττημένους ἐπὶ τῶν ὅρων τῆς Ἀττικῆς, προσδοκῶντας δὲ καὶ βαρὺν εἰς ἔτους ὥραν πόλεμον.* "Ωρα ἔτους videtur esse ver proximum. Itaque Tanagraeam pugnam ci citer Novembri mense factam esse statueris, auctumno exeunte aut ineunte hieme.

tensem pugnam videntur in Boeotia remansisse, cui ex eius narratione Lacedaemonii interfuerunt, quum Thucydides ad Oenophyta nullas Spartanorum copias memoret. De utraque re cum Thucydide consentit Plato [y]); et Aristides [z]) ita argumentatur ac si Lacedaemonii statim post pugnam ad Tanagram abierint.

256 14. Sexagesimo secundo die — *δευτέρᾳ καὶ ἑξηκοστῇ ἡμέρᾳ* — post hanc pugnam Athenienses Boeotios a sociis suis relictos adorti ad Oenophyta vincunt [a]). Utriusque pugnae mentionem facit Plato [b]) his verbis: *μετὰ δὲ τοῦτο γενομένου πολέμου συνέβαλον μὲν ἐν Τανάγρᾳ ὑπὲρ τῆς Βοιωτῶν ἐλευθερίας Λακεδαιμονίοις μαχόμενοι, ἀμφισβητησίμου δὲ τῆς μάχης γενομένης διέκρινε τὸ ὕστερον ἔργον· οἱ μὲν γὰρ ᾤχοντο ἀπιόντες, καταλείποντες Βοιωτοὺς οἷς ἐβοήθουν, οἱ δ' ἡμέτεροι, τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐν Οἰνοφύτοις νικήσαντες, τοὺς ἀδίκως φεύγοντας δικαίως κατήγαγον.* Post *τρίτῃ* excidisse videtur verbum *ἑξηκοστῇ*. Platonem probabile est scripsisse *τρίτῃ καὶ ἑξηκοστῇ ἡμέρᾳ*, quemadmodum Thucydides scripsit *δευτέρᾳ καὶ ἑξηκοστῇ ἡμέρᾳ*. Idem Plato dissentit ab aliis auctoribus ancipite Marte ad Tanagram pugnatum dicens. Nam secundum Thucydidem Lacedaemonii victores erant: *ἐνίκων*. Idemque diserte testatur Herodotus [c]).

15. Athenienses longos muros absolvunt et posthac — *μετὰ ταῦτα* — Aegina se dedit [d]). 16. [455.] Eodem tempore quo Aegina se dedidit Tolmides circum Peloponnesum navigavit et Laconicam populatus est [e]). 17. Dum haec geruntur, Athenienses adhuc in Aegypto sunt: *ἔτι ἐπέμενον*. Deinceps se dedidisse narrantur, quae res proxime Tolmidis expeditionem sit consequuta. Rerum Aegyptio bello gestarum narrationem Thucydides distulit, ne eorum quae in Graecia facta essent seriem interrumpere cogeretur. Quumque in temporum ordinibus explicandis ad Aegyptii belli finem pervenisset, rerum ante gestarum memoriam comprehendit, traditque Athenienses initio superiores fuisse, Megabazum a Persarum rege Spartam missum esse, pecunia Lacedaemonios corrupturum ut Atticam invaderent; quod ille quum frustra conatus esset, Persas magnum exercitum comparasse, et tandem post *sex* annorum bellum totam Aegyptum recepisse, exceptis palustribus locis, quae Amyrtaeus tenebat [f]).

19. Resumpto temporum ordine Athenienses refert Pharsalum misisse exercitum, ut Orestem Thessaliae regulum restituerent [g]). Haec rerum undecim annorum quos alteri huius aetatis parti tribuimus decursu factarum postrema est. Quam proximam tradit scriptor, eam sunt quae anno 454 assignandam esse doceant. Bellum Aegyptium, per sex horum undecim annos gestum, 455 finitum est. Dodwelli rationes Diodori auctoritate nixas iure reiicit Mitfordus [h]). Sed quod idem 454 illud finitum esse ponit, id anno prius factum videtur. Nam, ut Thucydides diserte affirmat, Tolmidis expeditionis tempore *ἔτι ἐπέμενον*, idemque significat Athenienses se dedidisse ante Thessalicam expeditionem, quam Periclis expeditio consequuta est. Tolmidis expeditio Ithomae deditione anno 455 assignatur, quoniam eodem quo haec tempore facta est: et Periclis expeditio auctumno 454 facta est. Proinde Aegyptium bellum anno 455 finitum est.

III. Quam postremam aetatis summario comprehensae partem posuimus, tres et viginti annos complexam, eius potissimas quasque res Thucydides ipse definit. Terminata est 432, qui annus tricennalis foederis decimus quartus fuit. Illud antecessit quinquennale foedus, quod inter et Peri-

---

y) Menex. p. 242, b.
z) Panath. p 156.
a) c. 108.
b) Menex. p. 242, b.
c) IX, 35.
d) c. 108.
e) Qui in tabulis 455, 2 excitatus est Aeschines (Falsa leg. p. 38, 1) de hac expeditione haec dicit: *τὴν Τολμίδου ζηλοῦν στρατηγίαν κελεύων, ὃς χιλίους ἔχων ἐπιλέκτους Ἀθηναίων διὰ μέσης Πελοποννήσου, πολεμίας οὔσης, ἀδεῶς διεξῆλθε.*
f) c. 109 s.
g) c. 111.
h) Vol. II p. 401.

clis expeditionem, trium annorum spatium interfuit quod Periclis expeditionem insequutum est i).

a. 257

Periclis expeditio	1
Trium annorum spatium	3
Quinquennale foedus	5
Tricennalis foederis anni quattuordecim . . .	14
	23

Periclis expeditio non potuit *posterius* esse quam 454, quoniam viginti duorum annorum spatium eam excepit, quorum postremus fuit 432; non potuit esse *prius*, quoniam Tolmidis expeditio, quae eam antecessit, 455 facta est. Huius aetatis primis quindecim annis quae gesta sunt, ex temporum ordine detexuntur. 1. [454.] *μετὰ ταῦτα οὐ πολλῷ ὕστερον* — i. e. paulo post Thessalicam expeditionem et Aegyptium bellum finitum — Pericles navibus Pegis conscensis Sicyonem profectus est. Inde assumptis Achaeorum auxiliis Acarnaniam petiit, quumque Oeniadas frustra oppugnasset, domum revertit j). Tum trium annorum intervallum sequitur; post quod [450] quinquennale foedus k)

---

i) Thuc. I, 111 s. 115. 87.

j) c. 111.

k) Hoc quinquennale foedus significare videntur Plutarchus in Cimone, Theopompus in fragmento apud Marx., Andocides et Aeschines. De Plutarcho et Theopompo v. tabulas 450, 2. Andocidis locus est de pace p. 23, 40—24, 10: *ἡνίκα τοίνυν ἦν μὲν ὁ πόλεμος ἡμῖν ἐν Εὐβοίᾳ, Μέγαρα δὲ εἴχομεν καὶ Πηγὰς καὶ Τροιζῆνα, εἰρήνης ἐπεθυμήσαμεν, καὶ Μιλτιάδην τὸν Κίμωνος ὠστρακισμένον καὶ ὄντα ἐν Χερρονήσῳ κατεδεξάμεθα δι' αὐτὸ τοῦτο, πρόξενον ὄντα Λακεδαιμονίων, ὅπως πέμψαιμεν ἐς Λακεδαίμονα προκηρυκευσόμενον περὶ σπονδῶν. καὶ τότε ἡμῖν εἰρήνη ἐγένετο πρὸς Λακεδαιμονίων, ἔτη πέντε, καὶ ἐνεμείναμεν ἀμφότεροι ταύταις ταῖς σπονδαῖς ἔτη τριακαίδεκα. — ἀγάθ' δὲ ὅσα ἐγένετο διὰ ταύτην τὴν εἰρήνην ἐγὼ ὑμῖν φράσω. πρῶτον μὲν τὸν Πειραιᾶ τότε ἐτειχίσαμεν ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ· εἶτα τὸ μακρὸν τεῖχος τὸ βόρειον· ἀντὶ δὲ τῶν τριήρων αἳ τότε ἡμῖν ἦσαν παλαιαὶ καὶ ἄπλοι — ἑκατὸν τριήρεις ἐναυπηγησάμεθα, κ. τ. λ.* Aeschines Fals. Leg. p. 51, 12—20: — *καταστάντες πρὸς Λακεδαιμονίους εἰς πόλεμον, πολλὰ καὶ παθόντες κακὰ καὶ ποιήσαντες, Μιλτιάδου τοῦ Κίμωνος προκηρυκευσαμένου πρὸς Λακεδαιμονίους, ὄντος προξένου, σπονδὰς τοῦ πολέμου πεντηκονταετεῖς ἐποιησάμεθα, ἐχρησάμεθα δὲ αὐταῖς ἔτη τριακαίδεκα. ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ ἐτειχίσαμεν τὸν Πειραιᾶ καὶ τὸ βόρειον τεῖχος ᾠκοδομήσαμεν, ἑκατὸν δὲ τριήρεις πρὸς ταῖς ὑπαρχούσαις ἐναυπηγησάμεθα, κ. τ. λ.* Virorum doctorum illam orationem Andocidis esse censentium iudicia enumeravit Sluiter. Lectt. Andocid. p. 204 s. *Non germanam esse hanc orationem praeter Dionysium Halicarnasseum, auctore Argumenti teste* [annotat: *ὁ Διονύσιος νόθον εἶναι λέγει.*] *iudicarunt etiam alii, aut saltem dubitarunt an vere esset ab Andocide conscripta. Harpocration, qui ter eam laudat,* [v. *Ἑλληνοταμίαι, νεώρια, Πηγαί,*] *semper addit, εἰ γνήσιος.* — *Taylorus, suo more non dubiam sibi visus censuram agere, sophistae orationem esse statuit. Valckenaerio contra accurate lecta Andocidis esse videbatur: etiam Wesselingius ad Diod. XII, 8 et Ruhnkenius in Hist. Crit. Or. Graec. exscriptum ab Aeschine censent Andocidem.*

Memorabiles hos oratorum locos nec Dodwellus nec Mitfordus notaverunt. Taylor. Lectt. Lys. p. 261 R. Andocidem ex Aeschine emendat legitque *πεντήκοντα* pro *πέντε*. Sluiter. Lectt. Andoc. p. 208. verbum *πέντε* prorsus non tangit. Reiskius in annotationibus suis ad Andocidem nihil nisi Taylori emendationem probat. Sed de foedere quinquaginta annorum a Miltiade Cimonis filio composito praeter Aeschinem nemo quidquam prodidit; neque ea quae significatur aetate tredecim annorum induciae inter Lacedaemonios et Athenienses agitatae esse possunt. Megara et Pegas Athenienses occupaverunt 461; tricennale foedus inierunt 445. His factis oratores res includunt. Sed ex tabulis apparet has civitates bella gessisse 457. 455. 454. Itaque alicubi error est. Aut enim oratores res confuderunt aut numerus *τριακαίδεκα* corruptus est. Fortasse his locis quinquennale foedus significatur et Aeschines ex Andocide corrigendus est. Ac si utroque loco *τρία* pro *πέντε* legimus, adumbratio oratoris (nam Aeschines Andocidem tantum exscripsit) satis consentit cum Thucydidis narratione: *εἰρήνη ἐγένετο ἔτη πέντε.* [450.] *καὶ ἐνεμείναμεν αὐταῖς ἔτη τρία.* [450. 449. 448.] Hoc cum historico convenit. Nam quarto foederis anno, 447, bellum in Boeotia est exortum. Sed breve trium annorum spatium oratoris argumentationi non sufficit et aliae difficultates restant. Andocides longos muros *post* foedus initum exstructos ait, quod *ante* factum esse Thucydides testatur. V. tabulas 456, 2. Secundum Andocidem septentrionale bracchium et Piraei muri per pacem cum Lace-

258factum est cum Peloponnesiis [1]). 3. [450. 449.] Athenienses Graeco bello abstinuerunt — *Ἑλληνικοῦ μὲν πολέμου ἔσχον οἱ Ἀθηναῖοι* — et Cimonem cum ducentis navibus in Cyprum miserunt. Sed haec domestici belli intermissio non pertinuit per totum foederis tempus, cuius quarto anno s. auctumno 447 ad Coroneam pugnatum est. 4. Parte navium in Aegyptum missa, ut Amyrtaeum adiuvarent, reliquae Cittium obsident. Sed Cimone mortuo obsidione recesserunt. 5. Iam mortuo Cimone Phoenicum et Cilicum naves et terrestres copias ad Salamina Cypriam vincunt ac domum revertuntur. 6. Posthac — *μετὰ ταῦτα* — exortum est bellum sacrum: in quo Lacedaemonii oraculum et templum Delphis tradunt. Sed simulatque Lacedaemonii abierunt, Athenienses Phocensibus ea restituerunt [m]). 8. [447.] Aliquo tempore interiecto — *χρόνου ἐγγενομένου* — Athenienses in Boeotiam profecti Chaeroneam occupant. Quum domum reverterunt Boeotii ad Coroneam eos
259adorti caedunt et tota Boeotia cedere cogunt [n]). 9. [445.] Non multo post — *μετὰ ταῦτα οὐ πολλῷ ὕστερον* — Euboea ab Atheniensibus deficit. 10. Quum Pericles in Euboeam traiecisset, certior fit Megarenses descivisse et Peloponnesios in Atticam irruptionem parare. 11. [445.] Pericles cito ex Euboea revertitur; posthac — *μετὰ ταῦτα* — Peloponnesii ad Eleusina veniunt; nec ultra progressi domum recedunt. 12. Pericles rursus in Euboeam profectus totam insulam subigit. 13. Non multo

---

daemoniis aedificati sunt, quum ex Thucydide constet eos per ipsum bellum exstructos esse. Itaque quamquam revera quinquennale foedus respici puto, tamen sententia mea inclinat ad credendum oratores in hac rerum sexaginta post annis a se descriptarum adumbratione res consilio suo accommodasse, accuratam historiae fidem nihil moratos. Hanc opinionem confirmant quae sequuntur apud oratores. Pergunt ad quinquaginta annorum foedus, cuius quinto decimo anno Peloponnesiacum bellum coeptum esse constat. De hoc tempore illi haec tradunt, Andocides: *οὗτοι ἡμῖν εἰρήνην ἐποιήσαντο ἔτη τριάκοντα. καὶ ἐν τοσούτῳ χρόνῳ ἔστιν ὅπου ὁ δῆμος κατελύθη; — αὕτη γὰρ ἡ εἰρήνη τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων ὑψηλὸν ἦρε καὶ κατέστησεν ἰσχυρὸν οὕτως, ὥστε πρῶτον μὲν ἐν τούτοις τοῖς ἔτεσιν εἰρήνην λαβόντες ἀνηνέγκαμεν χίλια τάλαντα εἰς τὴν ἀκρόπολιν καὶ τὸ τεῖχος τὸ μακρὸν τὸ νότιον ἐτειχίσθη.* Aeschines: *εἰρήνην ἔτη τριάκοντα ἠγάγομεν, ἣ τὸν δῆμον ὑψηλὸν ἦρεν· χίλια μὲν γὰρ τάλαντα ἀνηνέγκαμεν εἰς ἀκρόπολιν,* κ. τ. λ. — *καὶ τὸ μακρὸν τεῖχος τὸ νότιον ἐτειχίσθη.* Oratores non dubitant affirmare tricennale. foedus per triginta annos servatum esse. Atque hoc tempore australem sive Phalericum murum exstructum esse tradunt, quem decem annis ante, 456, absolutum esse ex Thucydide apparet. Tota haec Andocidis et qui hunc sequitur Aeschinis rerum adumbratio exemplo est quantam negligentiam oratores admittere audeant ubi id agunt ut ex rebus longius ab auditorum suorum memoria remotis argumententur. [De his difficultatibus nuper exposui in Neu. Arch. f. Philol. u. Paed. I, 3 p. 77 ss. *Kr.*]

l) c. 112.

m) Parum accurate de hoc bello Schol. Aristoph. Av. 557: *ὁ ἱερὸς πόλεμος ἐγένετο Ἀθηναίοις πρὸς Βοιωτούς, βουλομένους* [sic leg. e Suida] *ἀφελέσθαι Φωκέων τὸ μαντεῖον. νικήσαντες δὲ Φωκεῦσι πάλιν ἀπέδωκαν, ὡς Φιλόχορος ἐν τῇ δ'. δύο δὲ πόλεμοι γεγόνασιν, ὁ τότε καὶ ὁπότε Φωκεῦσιν ἐπέθεντο Λακεδαιμόνιοι. — γεγόνασι δὲ δύο πόλεμοι ἱεροί, πρότερος μὲν Λακεδαιμονίοις πρὸς Φωκεῖς ὑπὲρ Δελφῶν· καὶ κρατήσαντες τοῦ ἱεροῦ Λακεδαιμόνιοι τὴν προμαντείαν παρὰ Δελφῶν ἔλαβον· ὕστερον δὲ τῷ τρίτῳ ἔτει τοῦ προτέρου πολέμου Ἀθηναίοις πρὸς Λακεδαιμονίους ὑπὲρ Φωκέων. καὶ τὸ ἱερὸν ἀποδεδώκασι Φωκεῦσι, καθάπερ καὶ Φιλόχορος ἐν τῇ δ' λέγει. καλεῖται δὲ ἱερὸς ὅτι περὶ τοῦ ἐν Δελφοῖς ἱεροῦ ἐγένετο. ἱστορεῖ περὶ αὐτοῦ καὶ Θουκυδίδης* [I, 112] *καὶ Ἐρατοσθένης ἐν τῷ θ' καὶ Θεόπομπος ἐν τῷ κέ.* Inter templum Delphis a Lacedaemoniis traditum et Phociis ab Atheniensibus restitutum non interfuisse trium annorum spatium ex Thucydide intelligitur, quocum de hac re consentit qui et ipse breve tempus interiectum fuisse significat Plutarch. Pericl. 21.: *ἐπεὶ γὰρ οἱ Λακεδαιμόνιοι στρατεύσαντες εἰς Δελφούς, Φωκέων ἐχόντων τὸ ἱερόν, Δελφοῖς ἀπέδωκαν, εὐθὺς ἐκείνων ἀπαλλαγέντων ὁ Περικλῆς ἐπιστρατεύσας πάλιν εἰσήγαγε τοὺς Φωκέας.* Et tamen quum Thucydides Periclem non memoret, Plutarchum, qui Philochoro et Theopompo uti potuerit, probabile est ex his narrationem suam duxisse. Cum Thucydide et Plutarcho consentit Hesychius: *ἱερὸν πόλεμον· ὃν ἐπολέμησαν Λακεδαιμόνιοι πρὸς Φωκέας ὑπὲρ τοῦ ἐν Δελφοῖς ἱεροῦ· ἐβοήθησαν δὲ Φωκεῦσιν Ἀθηναῖοι καὶ παρέδοσαν τὸ ἱερόν.* Perspicuum est hoc bellum quod Lacedaemonii gesserunt a scholiasta cum priore quod Boeotii gesserunt confusum esse. Hoc confirmant Suidae verba v. *ἱερὸς πόλεμος. Δύο ἐγένοντο ἱεροὶ πόλεμοι Ἀθηναίοις, εἷς μὲν πρὸς Βοιωτοὺς βουλομένους ἀφελέσθαι Φωκέων τὸ μαντεῖον· νικήσαντες δὲ Φωκεῦσι πάλιν ἀπέδωκαν. ὁ δὲ ἕτερος Ἀθηναίοις πρὸς Λακεδαιμονίους ὑπὲρ Φωκέων διὰ τὸ ἐν Δελφοῖς ἱερόν.* Equidem suspicor Scholiastam illa *ὕστερον τρίτῳ ἔτει* e Thuc. I, 112: *ὕστερον διαλιπόντων ἐτῶν τριῶν*, duxisse, quae per festinationem aut negligentiam falsa ratione adhibuerit.

n) c. 113. Hanc victoriam respicit Pagondas Boeotius apud Thuc. IV, 92.

post — *οὐ πολλῷ ὕστερον* — tricennale foedus icitur. Athenienses *Nisaea*, *Achaia*, *Pegis* et *Troezene* cedunt. 14. [440.] Sexto foederis anno Samus deficit et Byzantium. 15. Samii nono obsidionis mense se dedunt; Byzantium quoque receptum est. Sami deditione summarium terminatur. Eam quae consequuta sunt, *τὰ Κερκυραϊκὰ καὶ τὰ Ποτιδαιατικά*, iam ante uberius descripta erant — *μετὰ ταῦτα γίγνεται οὐ πολλοῖς ἔτεσιν ὕστερον τὰ Κερκυραϊκὰ κ. τ. λ.* o). Corinthiorum et Corcyraeorum navales pugnae [435] circiter quinque annis post Sami defectionem factae sunt.

Diodori et Thucydidis discrepantias iam notavimus. Diodori auctoritati olim iusto plus tributum est. Ita insignis criticus p) quum in aliqua re hos historicos diversa tradere vidisset, adiicit: *Ergo vel non fuit satis exactus Thucydides in ea narratione vel calculus Diodori falsus est. Viderint chronologi quomodo concilientur.* Hodie rectius aestimata est Diodori fides, neque criticus quisquam dubitaverit quaesiveritque uter scriptor sit sequendus. Diodorus quae notat tempora si cum rerum ordine conspirant et ab aliis auctoribus aut confirmantur aut certe non evertuntur proditis contrariis, cum aliqua fiducia amplecti possumus: cuiusmodi est quod de Atheniensium imperio tradit. Hoc autem non cadit in eam aetatem de qua modo disputavimus. In qua si Thucydidem ducem assumimus et hoc teste usi illius fidem examinamus, insigni eum negligentia plures maioris momenti res digessisse dolebimus. Exemplo haec sunto.

$47\frac{0}{0}$. *Demotio.* Cimo Eionem et Scyrum expugnat et ad Eurymedontem victoriam reportat: *ταῦτα μὲν ἐπράχθη κατὰ τοῦτον τὸν ἐνιαυτόν.* XI, 60. 62. At Eion et Scyrus sex annis prius capta, quandoquidem hoc statim post quam Atheniensibus imperium delatum est factum est, quod ipso Diodoro teste 477 obtinuerunt. Ad Eurymedontem quattuor annis post quam Diodorus tradit pugnatum est, quandoquidem haec pugna post Naxi obsidionem 466 facta est. Proinde unum in annum coegit quae decem annorum intervallo discreta erant.

$46\frac{9}{8}$. *Apsephio.* Terrae motus Spartae et Helotarum bellum, quod decem annis gestum esse annotavit XI, 63 s. Hoc quinque annis *prius* quam debebat posuit. Hic error videtur inde ortus esse quod Archidami regnum falso disposuit. Huius quarto anno terrae motus fuit; sed quartus eius annus, qui revera erat 464, secundum Diodorum esset 471.

$46\frac{3}{4}$. *Tlepolemus.* Inari defectio et Aegyptium bellum. XI, 71. Haec tribus annis *prius* quam debebant posita sunt.

$45\frac{6}{5}\frac{0}{0}$. *Phrasiclides.* Aegyptium bellum finitum. XI, 77. Hoc quinque annis *post* factum. Dodwellus de hoc bello Diodori auctoritatem amplexus neglexit Thucydidem. Sed ex parte Diodorum emendat postremum hunc annum in duos distrahens et belli finem in 457 260 deducens.

$45\frac{9}{8}$. *Philocles.* Pugna navalis ad Halias et q. s. XI, 78.

$45\frac{8}{7}$. *Bio.* Pugna in Megaride. Expeditio in Doridem. Pugna ad Tanagram. XI, 79 s.

$45\frac{7}{6}$. *Mnesithides.* Inter pugnas ad Tanagram et ad Oenophyta magnam victoriam in Boeotia reportatam interponit, quam nec Thucydidis nec Platonis testimonio confirmari notavit Mitford. v. II p. 412. Addere poterat Aristidem Panath. t. I p. 157 Iebb. Deinde apud Diodorum pugna ad Oenophyta sequitur.

$45\frac{6}{5}$. *Callias.* Tolmidis expeditio. *Eodem tempore — κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον* — Ithomes deditio. XI, 84. Belli initium ipse posuerat $46\frac{9}{8}$. Proinde finitum esset $4\frac{6}{5}\frac{0}{0}$. Itaque sibi ipse repugnat, Ithomen eodem anno quo Tolmides expeditionem fecerit expugnatam dicens, quattuor annis posterius quam ipse antea significarat. Diodori inconstantia factum est ut errorem propter negligentiam ab eo commissum emendare possimus. Confirmat enim Thucydidem

o) c. 118.

p) Palmerius Exercit. p. 109 ad Diod. XI, 70.

inscius eumque illustrat addens quod non exigui momenti est, Tolmidis expeditionem et Ithomes expugnationem in idem tempus incidisse: quod ubi ex Diodoro didicimus, relicua ex Thucydide conficere licet.

45¼. *Sosistratus.* Periclis expeditio. XI, 85.

45¾. *Aristo.* *Αἱ πενταετεῖς σπονδαί.* XI, 86. Hoc foedus tribus annis *post* factum est.

45⅔. *Lysicrates.* Periclis expeditio XI. 88. Hanc iam duobus ante annis copiose persequutus nunc post foedus enarrat.

44⅞. *Philiscus.* Megarorum defectio. XII, 5. Haec rei duobus annis post factae notatio vel temporum ordinibus repugnat. Nam Megarenses posterius quam Euboeenses defecerunt, moti clade quam Athenienses in Boeotia acceperant. Sed Diodorus utrique rei illam praemittit.

44⅞. *Timarchides.* Clades in Boeotia. XII, 6. Hanc iusto loco posuit. Peloponnesii Atticam invadunt. Ib. Hoc duobus *post* annis factum. Hoc tempore foedus nondum factum est.

43¾. *Glaucides.* Corinthium bellum coeptum est. XII, 30. Hoc quattuor annis *prius* quam debebat posuit.

43⅞. *Theodorus.* Pugna navalis Corinthiorum et Corcyraeorum. XII, 31. Haec tribus annis *post* facta est.

43⅝. *Lysimachus.* Pugna navalis in qua Athenienses Corcyraeos adiuverunt. XII, 33. Rursus haec quattuor annis prius quam debebat posita est.

43¼. *Antilochides.* *Τὰ Ποτιδαιατικά.* XII, 34. Haec quoque tribus annis *post* facta sunt. Postea Pythodoro archonte pugnam ad Potidaeam quo facta est anno enarrat: quae tamen revera obsidionem antecessit, quamquam Diodorus ita eam profert ac si tribus annis posterius fuisset.

In hac aetate persequenda quae scriptor peccavit ex parte imputanda videntur fontium defectui. Nam usque ad Thucydidis aetatem *ἐκλιπὲς τοῦτο ἦν τὸ χωρίον* q). In posterioribus historiae suae partibus eum minus mancum esse sumpseris. In temporibus Peloponnesiacum bellum consequutis compluribus videtur usus esse historicis qui rebus aequales aut prope aequales essent, veluti Theopompus, Ephorus, Callisthenes, Philistus, Anaximenes, alii, qui haec tempora copiose, accurate
261 et distincte exposuerant. Inde maiore fiducia in temporibus notandis posteriores Diodori libros sequaris quam eos qui quam modo examinavimus aetatem persequuntur. Sed in illis quoque sunt quae falsa probari possint, veluti quae de Cyprii belli tempore tradit r). Atque de ipso bello Peloponnesiaco, ubi Thucydide usus est, aliquot negligentiae exempla colligi possunt s).

---

r) V. c. 12 huius Append.

s) V. Duker. ad Thuc. V, 116. [Satis multa huius negligentiae exempla ipse exposui in Commentatt. meis de Thuc. hist. parte postr. editioni historiogrr. Dionysii Halic. subiectis. *Kr.*]. Quod Diodorus XIII, 8 Eurymedontem, quem Thuc. VII, 16 *περὶ τροπὰς τὰς χειμερινὰς* profectum tradit, *περὶ τὰς θερινὰς τροπὰς* in expeditionem missum esse dicit, id fortasse librario potius quam Diodoro ipsi imputandum.

IX.

DE AMPHIPOLI.

Aristagoram 497 mortem obiisse ac triginta duobus annis post, a. 465, decies mille colonos in eum locum ubi posterius Amphipolis fuit ab Atheniensibus missos eamque undetriginta annis post, 437, ab Agnone conditam esse testantur auctores in tabulis excitati. Quae 465 facta sunt describit Thucydides [a]): *ἐπὶ Στρυμόνα πέμψαντες μυρίους οἰκήτορας αὐτῶν καὶ τῶν ξυμμάχων ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς χρόνους* [quo tempore Thasus defecit], *ὡς οἰκιοῦντες τὰς τότε καλουμένας Ἐννέα ὁδούς, νῦν δὲ Ἀμφίπολιν, τῶν μὲν Ἐννέα ὁδῶν αὐτοὶ ἐκράτησαν, ἃς εἶχον Ἠδωνοί· προελθόντες δὲ τῆς Θρᾴκης ἐς μεσόγειαν διεφθάρησαν ἐν Δραβήσκῳ τῇ Ἠδωνικῇ ὑπὸ τῶν Θρᾳκῶν ξυμπάντων, οἷς πολέμιον ἦν τὸ χωρίον αἱ Ἐννέα ὁδοὶ κτιζόμενον.* Thucydidem sequitur Diodorus [b]), qui Aristagoram primum coloniam ibi condere conatum esse tradit; quumque mortuus et qui eum sequuti erant ab Edonis caesi essent: *μετὰ ταῦτα ἔτεσι δυσὶ πρὸς τοῖς τριάκοντα Ἀθηναῖοι μυρίους οἰκήτορας εἰς αὐτὴν ἐξέπεμψαν. ὁμοίως δὲ καὶ τούτων ὑπὸ Θρᾳκῶν διαφθαρέντων περὶ Δράβησκον διαλιπόντες ἔτη δύο* [lege cum Wesselingio *εἴκοσι καὶ ἐννέα*] *πάλιν ἐκτήσαντο τὴν πόλιν Ἀπίωνος* [leg. cum Wesselingio *Ἄγνωνος*] *ἡγουμένου.* Caedem decies mille colonorum eisdem fere quibus Thucydides verbis describit sub Archidamide archonte [c]), 464. Ab Agnone Euthymene archonte urbem conditam esse statuit [d]), 437. Ex Herodoto et Pausania colligimus decies mille colonorum duces fuisse *Sophanem* et *Leagrum*. Herodotus [e]): *αὐτὸν δὲ Σωφάνεα χρόνῳ ὕστερον τουτέων κατέλαβε, ἄνδρα γενόμενον ἀγαθόν, Ἀθηναίων στρατηγέοντα ἅμα Λεάγρῳ τῷ Γλαύκωνος ἀποθανεῖν ὑπὸ Ἠδωνῶν ἐν Δάτῳ, περὶ τῶν μετάλλων τῶν χρυσέων μαχεόμενον.* Pausanias [f]): *πρῶτοι δὲ ἐτάφησαν* [in Academia] *οὓς ἐν Θρᾴκῃ ποτὲ ἐπικρατοῦντας μέχρι Δραβήσκου τῆς χώρας Ἠδωνοὶ φονεύουσιν ἀνέλπιστοι ἐπιθέμενοι. λέγεται δὲ καὶ ὡς κεραυνοὶ πέσοιεν ἐπ' αὐτούς. στρατηγοὶ δὲ ἄλλοι τε ἦσαν καὶ Λέαγρος, ᾧ μάλιστα ἐπετέτραπτο ἡ δύναμις, καὶ Δεκελεὺς Σωφονής* [*sic*]. Hic dubium esse non potest quin Thucydides et Diodorus decies mille colonos memorantes de eadem expeditione loquantur de qua Herodotus et Pausanias exponunt. Ipse Corsinus [g]), qui Dodwelli coniecturam, quam mox memorabimus, amplectitur, eandem esse concedit: „*Cladem illam* [ad Drabescum] *non modo Pausanias Att. c.* 29, *sed Herodotus etiam lib. IX memoravit.*“ Itaque expeditio in qua Leagrus praetor erat, fuit ea colonia de qua Thu- 262
cydides tradit, non alia.

Sed Aeschinis Scholiastes [h]), cuius verborum partem in tabulis proposuimus, de duabus cladibus loquitur quas Athenienses ante Agnonis coloniam acceperint. Omnino eis *novem* clades ad Amphipolin illatas tradit: *τὰ δὲ ἀτυχήματά ἐστι ταῦτα. πρῶτον μὲν Ἀυσιστράτου καὶ Λυκούργου καὶ Κρατίνου στρατευσάντων ἐπ' Ἠϊόνα τὴν ἐπὶ τῷ Στρυμόνι. διεφθάρησαν γὰρ ὑπὸ Θρᾳκῶν, εἰληφότες Ἠϊόνα, ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθήνησι Φαίδωνος* [i]) [476]. *δεύτερον, οἱ μετὰ Λεωγόρου κληροῦχοι, ἐπὶ*

a) I, 100.
b) XII, 68.
c) XI, 70.
d) XII, 32.
e) IX, 75.
f) I, 29, 4.
g) Fastt. Att. t. III p. 194.
h) Ad fals. Leg. p. 755 R.
i) Hic locus refutat Dodwelli descriptionem rerum post Persicum bellum a Pausania gestarum confirmatque argumenta de Atheniensium imperii initio a nobis proposita. Discimus e Scholiasta Athenienses iam Phaedone archonte Eionem at Strymonem cepisse. V. tabb. 476, 2 et Append. c. 6 p. 250.

Ανσιχράτους [453]. *τρίτον, οἱ μετ' Εὐκλέους καὶ Θουκυδίδου* [424]. *τέταρτον, οἱ μετὰ Κλέωνος, ἐπὶ ἄρχοντος Ἀλκαίου* [422]. Agnonem Scholiastes, quocum Diodorus consentit, Euthymene archonte [437] coloniam deduxisse testatur. Hac priores duae clades fuisse dicuntur, quarum tamen neutra in illud tempus incidit quod Thucydides cladi ad Drabescum acceptae assignat. Sed quum fieri non possit ut haec in illo indice omissa sit, haud dubie alterutra hanc expeditionem significat. Iam Dodwellus [k]), quocum Corsinus consentit, *priorem* cladem, *Phaedone* archonte acceptam, eandem esse statuit quam Thucydides Atheniensibus ad Drabescum illatam dicit; atque ut hunc scriptorem cum Scholiasta conciliet contra Diodori et Dionysii testimonium Phaedonem ex anno 476 summotum 465 archontem fuisse statuit. *Alteram* quam Scholiastes notat cladem posterius factum neque a Thucydide memoratam esse. Corsinus cladem [l]) ad Drabescum a. 465 adscribit, sed coloniam quattuor ante annis deductam esse putat. Itaque pro numeris a Thucydide editis 29+32 haberemus 29+4+32. Hac descriptione usus Aristagoram 501 occidisse efficit, i. e. prius quam Ionicum bellum, cuius auctor erat Aristagoras [m]), exortum est. Praeterea, ut Scholiastes Phaedonem archontem nominans cum hac descriptione concilietur, uno anno [469] duos archontes *eponymos* fuisse sumit. Sed mittamus miras Corsini et Dodwelli rationes quae nulla auctoritate nituntur et inquiramus potius utrum Scholiastes in priore an in posteriore clade notanda erraverit; utrum Phaedonis an Lysicratis anno cladem ad Drabescum perperam adscripserit. Haec potissimum quaestio hoc loco instituenda est, non archontes locis suis summovendi aut violenta interpretatio Thucydidis verbis adhibenda.

Prima expeditio quam Scholiastes memorat non fuit ea qua Athenienses cladem ad Drabescum acceperunt, quoniam de utraque omnia diversa produntur. Ac primum diversi fuerunt praetores. Nam ad Drabescum duces fuerunt *Leagrus* et *Sophanes;* Scholiastes *Lysistratum*, *Lycurgum Cratinumque* nominat. Poteratne omitti qui princeps expeditioni praefuit *Leagrus?* Deinde res ipsa diversa fuit. Ad Drabescum coloniam condere constituerant: nam colonos, *κληρούχους* s. *οἰκήτορας*, deductos aiunt Thucydides et Diodorus: Scholiastes nihil nisi militarem expeditionem memorat. Tum diversi fuerunt loci. Nam ex Thucydidis atque Herodoti et Pausaniae narratione
263 Athenienses ad Drabescum progressi ab Edonis, populo mediterraneo [n]), caesi sunt: Scholiastes tantum Eionem memorat, nulla Amphipoleos aut Drabesci mentione facta. Eion autem et Amphipolis, quamquam a Stephano Byzantino [o]) confusae, diversis locis positae erant: *Eion* ad Strymonis ostium; *Amphipolis* tribus millibus [Anglicis] superius ad eundem amnem [p]). Itaque hic nihil est quod priorem quam Scholiastes notavit expeditionem eandem esse demonstret qua decies mille coloni cladem cuius Thucydides aliique complures mentionem faciunt acceperunt. Itaque altera clades quam Scholiastes memorat ea est quam Athenienses ad Drabescum acceperunt. Hic coloni, *κληροῦχοι*, memorantur eorumque dux est *Leogoras*, quod nomen facili corruptione e *Leagri* nomine ortum est. Errorem in tempore notando commissum emendaveris si pro *ἐπὶ Ανσιχράτους* [453] legeris *ἐπὶ Ανσιστράτου* [467] aut *ἐπὶ Ανσιθέου* [465]. Haec posterior emendatio ipsum quem Thucydides notavit annum exhibet. Atque totus locus sic videtur restituendus esse: *δεύτερον, οἱ μετὰ Λεάγρου κληροῦχοι ἐπὶ Ανσιθέου.* Itaque prior, non posterior expeditio minoris momenti fuit nec a Thucydide memorata est.

---

k) Annal. Thuc. p. 76.

l) Fastt. Att. t. III p. 136. 184.

m) V. tabulas 500 — 497 et hanc append. c. 5 p. 244.

n) *Edones* a quibus coloni caesi sunt mediterraneum populum fuisse testatur Tzetzes ad Lycophr. 419: *οἱ μὲν Ἤδωνες παρὰ θάλασσαν οἰκοῦσιν, Ἤδωνοὶ δὲ τὴν μεσόγαιαν.*

o) v. *Ἀμφίπολις.*

p) Utrumque locum distinguit Marcellin. vita Thuc. p. XXV. Anon. vita Thuc. p. XXXV. Plutarch. Cim. 8 et Herod. VII, 113 s. Thucydides ipse IV, 104. 106.

Huius dux coloniae Leagrus e nobilissima Athenis gente oriundus erat. Eius filius Glauco circiter triginta post annis [432] cum Andocide classi praefuit. Eius nepos videtur memoratus esse a Platone comico in fragmento ab Athenaeo q) conservato: *Πλάτων Λαΐῳ·*

οὐχ ὁρᾷς
ὅθ' ὁ Μελέαγρος, Γλαύκωνος ὢν μεγάλου γένους,
* * * *κόκκυξ ἠλίθιος περιέρχεται,*
σικυοῦ πέπονος εὐνουχίου κνήμας ἔχων;

Cuius loci metra Porson r) sic restituit:

οὐχ ὁρᾷς ὅτι
ὁ Μελέαγρος Γλαύκωνος ὢν μεγάλου γένους
[λαμπροῦ τε] κόκκυξ κ. τ. λ.

Haec emendatio metra restituit, sed nihil aliud expedit. Equidem hos versus ita legerim:

οὐχ ὁρᾷς
ὅθ' ὁ Λέαγρος Γλαύκωνος ὢν μεγάλου γένους rr) . . . .

Leagrus, *Glauconis* filius, is de quo Andocides s) loquitur, a Platone videtur derisus esse triginta aut fortasse quadraginta annis post t) quam pater eius classi praefuerat, sexaginta aut septuaginta annis post quam avus ad Drabescum occubuerat. Ita ex hac familia memorati leguntur hi:

Leagrus, *ὁ Γλαύκωνος*, colonorum ad Drabescum praetor 465. 264
Glauco, *ὁ Λεάγρου*, qui classi praefuit 432 u).
Leagrus, *ὁ Γλαύκωνος* in Platonis *Λαΐῳ* derisus.

Scholiastes v) in enumerandis cladibus hoc modo pergit: *πέμπτον, οἱ ἐνοικοῦντες ἐπ' Ἠιόνα Ἀθηναῖοι ἐξηλάθησαν. ἕκτον, οἱ μετὰ Συμβίχου στρατηγοῦντος διεφθάρησαν. ἕβδομον, ὅτε Πρωτόμαχος ἀπέτυχεν. ὄγδοον, ἐκπεμφθεὶς ὑπὸ τοῦ Τιμοσθένους Ἀλκίμαχος ἀπέτυχεν αὐτοῦ παραδόντος αὐτὸν Θρᾳξὶν ἐπὶ Τιμοκράτους Ἀθήνησιν ἄρχοντος* [364]. *ἔνατον, Τιμόθεος ἐπιστρατεύσας ἡττήθη ἐπὶ Καλαμίωνος* [*Καλλιμήδους*] *ἄρχοντος* [360]. *Octava* clades accepta videtur quo tempore *Perdiccas III* propter Amphipolin cum Atheniensibus bellum gessit, de quo Aeschines x) refert: *καὶ πάλιν ὡς Περδίκκας εἰς τὴν ἀρχὴν καταστὰς ὑπὲρ Ἀμφιπόλεως ἐπολέμησε τῇ πόλει.* Quod Scholiastes tradit Perdiccae regni initio videtur factum esse; ac fieri potest ut quem ille *Timosthenem* apellat idem sit atque is quem Aeschines *Callisthenem* dicit. Nona clades qua accepta Timotheus repulsus est memorata legitur in tabb. sub a. 360.

---

q) II, 68, c.
r) Adversar. p. 58.
rr) Optime Meinek. Quaestt. scen. II p. 18:
οὐχ ὁρᾷς ὅτι
ὁ μὲν Λέαγρος Γλαύκωνος ὢν μεγάλου γένος
(ἔπειτα) κόκκυξ ἠλίθιος περιέρχεται. Kr.
s) De Myster. p. 16.
t) De Platonis aetate qui comoedias scripsit 428–391 v. Prooem. p. XL. Eius *Λαΐας* fuit ex posterioribus eius fabulis, quoniam in ea derisus fuit Philonides Laidis meretricis amator. Schol. Pluti 179. Atque Philonides irrisus erat Aristophanis in *Pluto secundo* (v. Prooem. p. LV) et Nicocharis Theopompique fabulis (Schol. Pluti 179) quae ad posteriorem veteris comoediae aetatem pertinuerunt.
u) Thuc. I, 51.
v) Ad Aeschin. Fals. leg. p. 755.
x) Fals. leg. p. 32, 12.

X.

DE SYRACUSIS.

Syracusae circiter quingentos quinque annos sui iuris fuerunt, inde a tempore quo conditae sunt usque ad annum 212, quo Marcellus eas expugnavit. Quo anno conditae sint definire non licet, quoniam Thucydides, quem solum hic fide dignum ducem habemus, hoc tempus non satis accurate notavit. Ex eo haec tantum discimus.

Megara Hyblaea ducentis quadraginta quinque annis ante quam a Gelone expugnarentur constitutae sunt: *ἔτη οἰκήσαντες πέντε καὶ τεσσαράκοντα καὶ διακόσια ὑπὸ Γέλωνος τυράννου Συρακοσίων ἀνέστησαν* [a]). Hoc non ante annum 485, qui Gelonis Syracusis regnantis primus fuit, factum esse potest. Itaque Megara Hyblaea non ante 484 + 245 = 729 sunt condita, fortasse uno duobusve annis posterius.

Tempus inter Syracusas et Megara constituta interiectum sic definitur: „Anno quinto post „Syracusas conditas Leontini et Catana conditae sunt. Fere eodem tempore Lamis Trotilum con„didit; quumque aliquamdiu cum Leontinis habitavisset inde eiectus et Thapso constituta occisus „est: quos deduxerat, Thapso expulsi Megara Hyblaea condiderunt:“ *ἔτει πέμπτῳ μετὰ Συρακούσας οἰκισθείσας Λεοντίνους οἰκίζουσι, καὶ μετ' αὐτοὺς Κατάνην. — κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον Λάμις ἐκ Μεγάρων — Τρώτιλόν τι ὄνομα χωρίον οἰκίσας, καὶ ὕστερον αὐτόθεν τοῖς Χαλκιδεῦσιν ἐς Λεοντίνους ὀλίγον χρόνον ξυμπολιτεύσας καὶ ὑπὸ αὐτῶν ἐκπεσὼν καὶ Θάψον οἰκίσας, αὐτὸς μὲν ἀποθνήσκει· οἱ δ' ἄλλοι ἐκ τῆς Θάψου ἀναστάντες — Μεγαρέας ᾤκισαν τοὺς Ὑβλαίους* [b]). Trotilus circiter quinto anno post Syracusas conditus est: sed restat ut definiatur quantum temporis inter Trotilum et Megara condita interfuerit quaeque accurata sit verborum *ὀλίγον χρόνον* significatio.

Qui temporum ordines exposuerunt, Syracusarum conditarum alii alium annum tradiderunt.
265 Marmor Parium [c]) Archiae coloniam 758 adscripsit: *ἀφ' οὗ Ἀρχίας Εὐαγήτου δέκατος ὢν ἀπὸ Τημένου ἐκ Κορίνθου ἦγαγε τὴν ἀποικίαν . . . Συρακού . . . . . — . . . τος Ἀθηνῶν Αἰσχύλου ἔτους εἰκοστοῦ καὶ ἑνός.* Hanc rationem sequutus est Larcherus aliique. Eusebius urbem 733 constitutam tradit, quinque et viginti annis posterius quam marmor prodit: *Ol.* 11, 4. *Syracusae conditae.* Eusebium sequuntur Dodwellus, Iackson aliique. Quod Eusebius notat tempus eis quae ad Trotilum et Thapsum gesta sunt et Megaris condendis unum aut duo annos attribuit [cc]); quum marmor inter Trotilum et Megara constituta viginti amplius annos interfuisse ponat. Quumque viginti quinque anni vix *ὀλίγος χρόνος* a Thucydide dici potuerint, tempus ab Eusebio notatum magis cum eius verbis congruere videtur.

Sunt etiam alia quae hoc tempus confirment. 1. Ac primum Polyaenus [d]) refert Megarenses, quos Lamis deduxit et Chalcidenses qui Leontinos condiderunt *sex menses* coniunctos fuisse: tum eos a Thucle, Naxi et Leontinorum conditore, eiectos *Trogilium* constituisse, qui idem locus est atque *Trotilus* [e]), ubi Chalcidenses Thucle duce eos tantum *unam hiemem* habitare passi sunt.

---

a) Thuc. VI, 4.

b) Idem VI, 3 s.

c) N. 32.

cc) Quod Thucydidis narrationi accommodatum esse negat C. O. Müller. Dor. II p. 504. Alias rationes sequitur Mannert. Geogr. d. Gr. u. R. IX, 2 p. 308. *Kr.*

d) Polyaen. V, 5, 1. 2. Thuclem memorat Hellanicus apud Steph. Byz. v. *Χαλκίς. Ἑλλάνικος Ἱερειῶν Ἥρας δευτέρῳ· „Θεοκλῆς ἐκ Χαλκίδος μετὰ Χαλκιδέων καὶ Ναξίων ἐν Σικελίᾳ πόλεις ἔκτισεν.“*

e) V. Duker. ad Thuc. VI, 4.

Haec breve temporis spatium arguunt: *ὀλίγον χρόνον*, unum aut duos annos ex quo Lamis in Siciliam venit quoad Megara condita sunt.

2. Deinde *Archias* Syracusarum conditor Achaeos in *Crotone* constituendo adiuvit, ubi forte appulit in Siciliam proficiscens, *συμπράξαντος τοῦ Ἀρχίου — προσπλεύσαντος κατὰ τύχην ἡνίκα ὥρμηντο ἐπὶ τὸν τῶν Συρακουσῶν οἰκισμόν* [f]). Sumpsit haec Strabo ab Antiocho Syracusano, rerum Siculorum peritissimo. Sed secundum Timaeum [g]) Croton conditus est *ἐνιαυτῷ τρίτῳ τῆς ἑπτακαιδεκάτης ὀλυμπιάδος* s. 710. Alio loco Strabo [h]) Crotonem eodem tempore quo Syracusas constitutum esse tradit. Idem [i]) ait: *τὰς δὲ Συρακούσας Ἀρχίας μὲν ἔκτισεν ἐκ Κορίνθου πλεύσας περὶ τοὺς αὐτοὺς χρόνους οἷς ᾠκίσθησαν καὶ ἡ Νάξος καὶ τὰ Μέγαρα.* Narratque j) Chersicratem, Archiae comitem, Corcyrae relictum esse: *καταλιπεῖν Χερσικράτην συνοικιοῦντα τὴν νῦν Κέρκυραν καλουμένην, πρότερον δὲ Σχέριαν.* Ephorus [k]) *Megara* pariterque *Naxum* ante quam Syracusas tradit constitutas esse: *φησὶ δὲ ταύτας Ἔφορος πρώτας κτισθῆναι πόλεις Ἑλληνίδας ἐν Σικελίᾳ. — Θεοκλέα δ' Ἀθηναῖον — Χαλκιδέας τοὺς ἐν Εὐβοίᾳ συχνοὺς παραλαβόντα καὶ τῶν Ἰώνων τινὰς ἔτι δὲ Δωριέων, οἳ πλείους ἦσαν Μεγαρεῖς, πλεῦσαι· τοὺς μὲν οὖν Χαλκιδέας κτίσαι Νάξον, τοὺς δὲ Δωριέας Μέγαρα τὴν Ὕβλαν πρότερον καλουμένην.* Syracusas viginti tribus annis prius quam Crotonem conditas ponit. Hoc verum fuerit, si Strabonis verba latiore significatione accipiamus statuamusque Archiam Crotoni constituendo affuisse quo tempore sua ipsius colonia condenda occupatus erat. Sed quoniam Archias utrique urbi constituendae affuit, fieri non potest ut tantum temporis intervallum quantum ex marmoris rationibus efficitur, h. e. quadraginta octo annorum spatium, inter utramque civitatem conditam intercesserit.

3. Tum Agrigentum secundum Thucydidem [l]) centum quinquaginta tribus annis post quam Syracusae conditum est: *Γέλαν Ἀντίφημος καὶ Ἔντιμος — ἔκτισαν ἔτει πέμπτῳ καὶ τεσσαρακοστῷ μετὰ Συρακουσῶν οἰκισιν. — ἔτεσι δὲ ἐγγυτάτω ὀκτὼ καὶ ἑκατὸν μετὰ τὴν σφετέραν οἰκισιν Γελῷοι Ἀκράγαντα ᾤκισαν.* Et centum triginta quinque annis post quam Syracusae *Camarina* est condita: *ἔτεσιν ἐγγύτατα πέντε καὶ τριάκοντα καὶ ἑκατὸν μετὰ Συρακουσῶν κτίσιν* [m]). Proinde octodecim annis post quam Agrigentum. At vero Camarina circiter 600 constituta est, ut cum Eusebio auctor est Pindari Scholiastes: *κτίζεται ἡ Καμάρινα τεσσαρακοστῇ πέμπτῃ ὀλυμπιάδι* [n]). *Olymp.* 45, 1: *Camarina condita* [o]). Inde efficitur Syracusas 735 constitutas esse, quo confirmatur annus ab Eusebio positus. *Agrigentum* Pindarus circiter centum annis ante Ol. 77, a. C. 472 conditum dicit [p]); Olympiade 50 eius Scholiastes: quod prope eodem redit. Et Pindarus [q]) quidem:

αὐδάσομαι —
τεκεῖν μή τιν' ἑκατόν
γε ἑτέων πόλιν
φίλοις ἄνδρα μᾶλλον
εὐεργέταν —

---

f) Strabo VI p. 262, d.

g) Apud Dionys. Antiq. II p. 361 Reisk.

h) VI p. 269: *ἅμα δὲ Μύσκελλόν τέ φασιν εἰς Δελφοὺς ἐλθεῖν καὶ τὸν Ἀρχίαν χρηστηριαζόμενον ἐρέσθαι τὸν θεόν, πότερον αἱροῦνται πλοῦτον ἢ ὑγίειαν· τὸν μὲν οὖν Ἀρχίαν ἑλέσθαι πλοῦτον, Μύσκελλον δὲ τὴν ὑγίειαν· τῷ μὲν δὴ Συρακούσας δοῦναι κτίζειν, τῷ δὲ Κρότωνα.* Cf. Steph. Byz. v. *Συρακοῦσαι.* Ipsum oraculum conservavit Schol. Aristoph. Eq. 1089. Myscellus Rhypibus oriundus erat, quae una erat e duodecim Achaiae civitatibus. Strabo VIII p. 387: *ἐκ δὲ τῶν Ῥυπῶν ἦν ὁ Μύσκελλος, ὁ Κρότωνος οἰκιστής.* V. etiam Zenob. Adag. III, 42.

i) VI p. 269.

j) Ibid.

k) Apud Strab. VI p. 267.

l) VI, 4.

m) Thuc. VI, 5.

n) Schol. Pindar. Ol. V, 16. [Cf. Cluver. Sic. Ant. p. 192 s. et Wessel. ad Diod. XI, 76 p. 383. *Kr.*]

o) Euseb. Chron.

p) Quo tempore secundum Olympicum carmen scriptum est. [Secundum Boeckh. Ol. 76, 1. *Kr.*] V. tabb. 472, 4. [Aliter Heyn. Opuscc. Ac. II p. 260.]

q) Olymp. II, 168.

Scholiastes annotat: *εἰ τὸ „τινὲ" πρὸς τὸ „ἄνδρα" συνάψῃς, πόλιν ἑκατὸν ἐτῶν νοήσεις τὴν Ἀκράγαντα. ἐν γὰρ τῇ πεντηκοστῇ ὀλυμπιάδι* [580] *ἐκτίσθη.* Pindari numerum si urgeamus, quod haud dubie non licet, Syracusas 725 (472+153+100) conditas esse efficiatur. Ex Scholiastae ratione Agrigentum quinque Olympiadibus post quam Camarina condita est (quod satis congruit cum vero quod Thucydides ponit intervallo octodecim annorum), Syracusae autem 733, quem ipsum annum Eusebius notavit. Huic igitur fidem habendam esse, reiecto Marmoris testimonio, etiam ex tempore quo Camarina et Agrigentum constituta sunt subductis rationibus colligi potest.

4. Postremo notandum est inter Marmor et Eusebium totidem hic annis quot de superioribus rebus omnibus discrepare. „Nam ante annuos archontes, inquit Iackson [r]), omnia quae Marmor „notavit quinque et viginti annis prius quam debebant posita sunt." Proinde collegeris huius monumenti auctorem etiam in hoc tempore definiendo eodem quo in superioribus errore verum numerum excessisse atque ut in superioribus, ita etiam in hac re deductis qui supersunt quinque et viginti annis veriorem rationem elici.

Itaque hic amplectamur licet tempus ab Eusebio notatum, ut quod veritati proximum esse probabile sit. Huius aera Syracusana, 733, circiter viginti annis posterior est Romana Varronis; et Gelo Syracusas occupavit anno 249no post quam conditae sunt, a. C. 485. Adoptamus hoc tempus non pro certo, sed pro probabili et uno tantum duobusve annis a vero tempore aberrante.

Gelo primum Gelae tyrannus factus est, quam 491 occupavit. Hoc oppidum quas fortunae vicissitudines superioribus quattuordecim annis expertum sit Herodotus tradit. *Cleander* ibi regnavit septem annos, totidem *Hippocrates:* Hippocrati successit *Gelo.*

	a.	A. C. n.	
Cleander Gelae tyrannus	7 . . .	505.	Herod. VII, 154.
267 *Hippocrates*	7 . . .	498.	Herod. VII, 155.
Gelo	(6) . . .	491.	Dionys. Ant. VII. p. 1309.
— Syracusarum tyrannus . . .	— . . .	485.	

Ab hoc tempore ad Syracusas a Marcello captas, quod 273 annorum spatium est, haec urbs has rerum vices experta est:

Aera Pyr.		a. m.	a. C.
249.	Gelo.	7.	485.
256.	Hiero	11.	478.
267.	Thrasybulus	1.	467.
268.	*I. Intervallum*	60.	466.
328.	Dionysius	38. 3. . . .	406.
367.	Dionysius posterior . . .	11. 6. . . .	367.
378.	Dio	3.	356.
381.	Callippus [t])	1. 1. . . .	353.
382.	Hipparinus [tt])	2.	352.
384.	*II. Intervallum*	6.	350.

r) Chron. Antiquities Vol. II p. 334.

s) V. tabb.

t) *Callippus* Syracusis tredecim mensibus imperitavit: *ἦρξε μῆνας τρεῖς καὶ δέκα.* Diod. XVI, 31. et Eudemo archonte, 35⅔, eiectus est: *ἠττηθεὶς ἐξέπεσε τῆς πόλεως.* Diod. XVI, 36. Hi tredecim menses eius imperium producunt in annum 352, circa mediam aestatem. Vivebat *Thessalo* archonte 35½. Diod. XVI, 45. atque a Demosthene a. 350 memoratur. V. tabulas 350, 3.

tt) Diod. XVI, 36: *Ἱππαρῖνος ἀνακτησάμενος τὴν πατρῴαν δυναστείαν ἦρξεν ἔτη δύο.* V. Polyaen. V, 4.

Aera Syr.			a. m.	a. C.
390.	Timoleon		7.	344.
397.	*III. Intervallum*		20.	337.
417.	Agathocles		28.	317.
445.	*IV. Intervallum* u)		14.	289.
459.	Hiero II v)	praetor	(5.)	270.
464.		rex	54.	270.
518.	Hieronymus		1. 1.	216.
520.	Syracusarum obsidio w)		2.	214.
522.	Syr. a Marcello captae			212.

268

Aristotelis auctoritatem x) in Gelonis et Hieronis temporibus notandis qui praeferunt de initio aut de fine temporis spatii hic *Geloni* atque *Hieroni* et *Thrasybulo* assignati annum deducent. Sed quum Diodorus sibi constet xx), quum Hiero Olympiadi 78 superstes fuerit, quum spatium *fere sexaginta annorum* y) Thrasybuli expulsionem in annum 466 exeuntem producat, denique quum Diodorus in rebus Siculis maioris fidei sit quam in relicuis, tempus ab eo *Hieroni* assignatum yy) adoptavi: quo Aristotelis ratio anno addito extenditur et his tribus regibus pro octodecim annis undeviginti tribuuntur.

---

u) Qui inter Agathoclis mortem et Hieronis praeturam intercesserunt anni quattuordecim, eorum novem Syracusis regnavit *Hicetas*. Diod. XXII ecl. 6. p. 295 Bip.: Ἱκέτας ἐννέα ἔτη δυναστεύσας Συρακούσης — ἐκβάλλεται.

v) Hieronem posteriore anni 216 parte mortem obiisse exploratum est. Nam superstes fuit filio *Geloni*, qui pugnae Cannensi superfuit. Liv. XXIII, 30. Hinc sequitur ut Hiero non ante medium a. 216 mortuus sit. Eius successor *Hieronymus* tredecim menses regnavit: μῆνας οὐ πλείους τριῶν καὶ δέκα. Polyb. VII, 7. et interfectus est 215 prius quam consules proximi anni creati sunt. Liv. XXIV, 7. Ita posteriore anni 216 parte Hieronymum regnum occupasse et Hieronem excessisse efficitur. Regnaverat Hiero annos quattuor et quinquaginta: ἔτη ν' καὶ τέτταρα βασιλεύσας. Polyb. VII, 8. Mortuus est annos natus *amplius nonaginta*. Polyb. ibid. aut *nonaginta duo*. Lucian. Macrob. 10. — *nonagesimum iam agens annum*. Liv. XXIV, 4. Ex Casauboni emendatione praetor creatus erat Ol. 126, 2 [275]. Pausan. VI, 12, 2: μετὰ τὴν Ἀγαθοκλέους — τελευτὴν Συρακουσίοις αὖθις ἀναπεφύκει τύραννος ὁ Ἱέρων οὗτος· τὴν δὲ ἀρχὴν εἶχεν ἔτει δευτέρῳ τῆς (ἕκτης) ὀλυμπιάδος ἐπὶ ταῖς εἴκοσι καὶ ἑκατόν. [*Sic supplet Casaub. ad Polyb.* I, 8.] Atque hoc anno Hieronem praetorem factum esse probabile est neque prius tempus admittunt novem anni Hicetae, cui Thymo et Sostratus successerunt. Diod. t. IX p. 296. Sed quoniam Hiero regnum occupavit 270, Ol. 127, 2 *exeunte*, non minus probabile est Pausaniam hunc annum dicere et pro ἕκτης addendum esse ἑβδόμης. [Adversatur illud quod Pausanias ea Olympiade Idaeum e stadio victorem discessisse dicit. Is autem Africano teste Ol. 126 vicit. Accedit quod ς facile ab antecedente τῆς oblitterari potuit. V. Siebelis. *Kr.*] Gloriatus est Hiero *fidem erga populum Romanum quinquaginta annos ab se cultam* esse. Liv. XXIV, 4. [Cf. c. 28. *Kr.*] Societatem cum Romanis iniit Man. Otacilio et Man. Valerio Coss. [263 a. C. n.] Polyb. I, 16. ut proprie tantum octo et qradraginta annos eorum socius fuerit.

w) Captae sunt Syracusae *anno tertio*. „*Se quidem tertium annum circumsedere Syracusas.*“ Liv. XXV, 31. Neque tamen obsidio multo longius quam duos integros annos producta est. Inchoata erat post Martium a. 214, quum Marcellus consulatum iniisset. Liv. XXIV, 9. Prima eius in Sicilia hibernacula exeunte a. 214 notat Liv. XXIV, 39. Expugnata est urbs Q. Fulvio Flacco et Appio Claudio Coss. [212 a. C. n.] Liv. XXV, 3. 23. Hoc anno Marcellus obsidione Syracusas premere perrexit: *initio veris*. Liv. XXV, 23. atque probabile est ante finem aestatis captas esse. Cf. c. 24 et 30. Itaque non accurate Blairius et Du Fresnoyus t. I p. 384 trium annorum obsidionem fuisse tradunt. [Tamen Liv. XXXI, 31: fatigati *prope per triennium* terra marique urbe munitissima obsidenda. *Kr.*]

x) Polit. V, 9 extr.: (ἡ περὶ Ἱέρωνα καὶ Γέλωνα τυραννὶς) διέμεινε τὰ σύμπαντα (ἔτη) δυοῖν δέοντα εἴκοσι. Annumeravit etiam Thrasybuli menses undecim. V. tabulas a. 478. *Kr.*

xx) V. tabulas ann. *Timosthenis* 478. *Lysistrati* 467. *Lysaniae* 466.

y) Diod. XI, 68. *Kr.*

yy) XI, 38 ibique Wesseling. *Kr.*

Dionysius prior sexto Calliae archontis mense regnum occupavit et octavo Nausigenis mense superstes fuit [z]): quod triginta octo annorum et trium mensium spatium est. *Posterior Dionysius* undecim annis et sex mensibus post quam pater mortem obierat, Elpinis anni initio, expulsus est[zz]). Utrumque quinquaginta annos regnasse accurate tradit Theopompus. Eundem numerum habet Nepos [a]): *quinquaginta annorum imperium:* fortasse a Theopompo repetitum. Quum Diodorus *Pythodoti* anno, 343, Theopompi degressionem de rebus Siculis memoret, Wesselingius [b]) hac occasione oblata de numero ἐτῶν πεντήκοντα disputat. „*Haec*, inquit, *vera esse non poterunt, si Theopompus cum ipso tyrannidis Dionysianae principio exorsus fuerit: — a quo ad hunc annum abierunt plus sexaginta.*“ Profecto verum est inter Calliam et Pythodotum archontem tres et sexaginta annos interfuisse; sed quum ambo tyranni quinquaginta annos regnaverint, non est quod de numeri veritate dubitetur. Difficultas potius inde repetenda videtur quod Diodorus negligenter vel non satis definite loquutus sit. Collegeris enim Theopompum, quamvis rerum Sicularum narrationem ad annum a Diodoro notatum produxerit, tamen quinquaginta annorum notatione non totum temporis spatium anno 343 [c]) terminatum, sed tantum utriusque regni tempora, „*quinquaginta annorum imperium*,“ Dionysii posterioris exactione 356 finitum, complexum esse. Posteriori Dionysio qui modo decem, utrique octo et quadraginta annos tribuit Plutarchus [d]) computationem tantum ad Dioni expeditionem videtur produxisse, Agathoclis anno excluso. Nam inter *Calliam* et *Agathoclem* octo et quadraginta archontes intersunt.

269 *Dio* quarto anno postquam in Siciliam redierat interfectus est [e]). Appulit secundo Agathoclis mense, unde ad Diotimi anni exitum circiter tres anni et sex menses praeterierunt. Nam Diotimus quartus archon est ab Agathocle. Diodorus igitur et Nepos consentiunt. *Timoleontis* expeditio secundum Plutarchum duodecim annis posterior fuit priore Dionysii exactione [f]). Res a Timoleonte postquam advenerat gestas respiciens Mitfordus [g]) haec disputat: „Diodorus, inquit, ordine persequitur quae per duas aestates duasque hiemes acta sint, postquam Timoleon advenerat, quoad urbem arcemque occupavit; et Plutarchum [h]) vituperat, omnia quinquaginta diebus confecta esse tradentem. Recte improbat Plutarchi „quinquaginta dies.“ Sed quod duas hiemes dicit, harum ne vestigium quidem apud Diodorum exstat. Profecto tres archontas notavit: quorum primi anno Timoleon profectus est; secundi advenit; tertio denique archonte arcem cepit. Sed quoniam archontes media aestate magistratum inierunt, quae a vere ad auctumnum deinceps gesta sunt ab auctore duobus annis adscripta sunt. Pariter in Peloponnesiaco bello quae a vere ad auctumnum facta sunt ad duos Atticos annos pertinent. Idem hac occasione in Diodori [i]) narratione deprehendere licet: Ἐπ᾽ ἄρχοντος Εὐβούλου. — Τιμολέων ἐξέπλευσεν ἐκ Κορίνθου. — καταπλεύσαντος δὲ τοῦ στόλου εἰς τὸ Μεταπόντιον — ἐξέπλευσεν εὐθέως ἐκ τοῦ Μεταποντίου. — οὗτος μὲν οὖν κατὰ σπουδὴν ἐτέλει τὸν εἰς Ῥήγιον πλοῦν — καὶ καθωρμίσθη πλησίον τῆς πόλεως. ἐπικαταπλευσάντων δὲ τῶν Καρχηδονίων — ἔλαθε διαδρὰς — καὶ ταχέως ἐξέπλευσεν — εἰς τὸ Ταυρομένιον. — ἀναζεύξας δὲ ἐκ τοῦ Ταυρομενίου — ἀνελπίστως ἐπέθετο τοῖς περὶ τὸν Ἰκέταν — καὶ τῆς παρεμβολῆς ἐκράτησε. — παραχρῆμα (δὲ) ἐπὶ τὰς Συρακούσας ἀφώρμησεν. — Ἐπ᾽ ἄρχοντος Λυκίσκου — Τιμολέων μὲν Ἀνδρανίτας καὶ Τυνδαρίτας εἰς συμμαχίαν προσλαβόμενος στρατιώτας οὐκ ὀλίγους παρ᾽ αὐτῶν παρέλαβεν. Ἐν δὲ ταῖς Συρακούσαις πολλὴ ταραχὴ κατεῖχε τὴν πόλιν, κ. τ. λ. Hic hiemem discernimus, quae *Lycisci* archontis fuit $34\frac{2}{3}$. Sed alteram indagare non possumus. Quae Timoleon gessit ad ver proximum pertinuerunt [343],

---

z) V. tabulas a. 406. 367.
zz) V. a. 356.
a) In Dione c. 5.
b) Ad Diod. XVI. 71.
c) Apud Diod. XVI. 71. V. locum ipsum in tabb. 343, 3.
d) V. tabb. 356.
e) V. tabb. 353.
f) V. testimonia in tabb. 343.
g) Vol. VI p. 263 annot.
h) Timol. c. 16.
i) XVI, 66–69.

etiamtum Lycisco archonte. Aestate Dionysius Corinthum decessit; quod scriptor *Pythodoti* archontis anno factum narrat. A profectione Timoleontis non multo amplius quam annum praeteriisse probabile est: ab extremo Eubuli mense [Maio 344] ad primum mensem Pythodoti [Iul. 343]. De toto tempore quo Timoleon in Sicilia fuerit Diodorus cum Plutarcho consentit. Phrynichi anno, 337 exeunte, mortuus satis accurate „non integris octo" annis post quam in Siciliam venerit, Lycisci anno, 344, decessisse dici videtur. Revera septem annos et sex menses interfuisse statueris.

XI.

DODWELLI RATIONES EXAMINANTUR.

Maximam Dodwello gratiam habeamus oportet, quod in aetate quam Xenophontis historia Graeca complectitur tanta diligentia testimonia collegit et temporum ordines disposuit. Sunt tamen in quibus ab eo dissentiendum esse censuerimus: quae consentaneum fuerit collecta uno in con-270
spectu ponere. Spectantur autem inprimis tempora *pugnae ad Aegos flumen* et *triginta virorum* [405—404]; *Thimbronis, Dercyllidae* atque *Agesilai expeditionum* [399—394]; *Antalcidae pacis* [387] et *concilii Spartae habiti* [371].

I. *Aegos flumen.* Dodwellum hanc victoriam quattuor mensibus ante Athenarum deditionem posuisse in tabulis dixi hoc loco ductus [a]): *Victi sunt ad Aegis fluvium Athenienses a Lysandro anno Olymp.* 93, 4. — *Novo deinde victoriae terrore urbs ipsa sub eiusdem anni Attici finem obsessa est, ita scilicet ut Munychionis die* 16 *urbem Lysandro deditam testetur Plutarchus.* — *Lysandrum vidimus bello ipsa hyeme proelio fatali finem imposuisse* [b]). Secundum hos locos Lysandri victoria a Dodwello hiemi Ol. 93, 4 adscripta est, archonti Alexiae, cuius decimo mense urbem se dedidisse constat. Sed celandum non est alio loco [c]) eum hanc pugnam Ol. 93, 3 assignare: „*Hoc anno* [*mense Posideone, qui ante Munychionem quartus erat, proinde Posideone II, qui coepit Dec.* 24] *victi a Lysandro ad Aegospotamos Athenienses.* Hic pugnam superiori anno adscribit, sexto *Calliae* archontis mensi, Decembri 406. Et tamen infra alio loco [d]) ad tempus prius positum redit: *Victoriam illam Lysandri ad Aegospotamos ad Olymp.* 93 *anni* 4^{i} *mensem Atticum retulimus Posideonem. Inde ad Posideonem anni* 2^{i} *Olymp. huius* 98 [Decembrem 387] *anni integri numerantur octodecim.*" Hic pugna assignatur sexto Alexiae archontis mensi s. Decembri 405, et victoriae ad Aegos flumen tempus fundamentum factum est argumentationis qua Antalcidae pax anno 386 assignatur. Iam ex huius argumentationis ratione colligo Dodwellum pugnam ad Aegos flumen quarto mensi ante Athenas captas adscripsisse [e]). De mense Dodwellum sequitur Corsinus [f]): „*Posideone mense Lysander Athenienses ad Aegospotamos superavit.*" Sed quod dixi eum Ol. 93, 4 *Alexiae* archontis Posideone pugnatum esse statuere, fortasse male eius sententiam reddidi. Nam hoc factum ponit Ol. 93, 3, *Calliae* archontis Posideone [ff]).

a) Dodwell. Annal. Xenoph. p. 226.

b) Annal. Xenoph. p. 246.

c) Annal. Xenoph. p. 239.

d) Annal. Xenoph. p. 263.

e) Rursus idem tempus, quartum mensem ante Athenas captas, ponit Dissert. VIII p. 358.

f) Fastt. Att t. III p. 261.

ff) Dubia ratione loquor, quandoquidem Corsinus alio loco, de quo p. 277 annot. a) dicetur, cum Dodwello de Alexiae anno consentit.

Sed harum rationum neutra potest admitti. Nam iusto brevior est Dodwelli, quae inter pugnam et Athenas captas nonnisi quattuor menses interpositas statuat; iusto longior Corsini, quae quum sedecim mensium tempus interiectum ponat, cum Xenophontis narratione conciliari non possit.

Brevius illud quattuor mensium spatium rebus interea gestis refutatur. Tradit enim Xenophon [g]) Lysandrum victoria reportata primum Byzantium et Chalcedona petiisse; deinde Lampsacum revertisse; tum Lesbum et Aeginam contendisse et utriusque insulae res composuisse; postea Melios restituisse et Salamina populatum esse; denique ad Piraeum naves statuisse [h]). Porro narratur Athenienses satis diu obsessos fuisse ut fame urgerentur; antequam Theramenes ad Lysandrum exiret, iam duas legationes missas fuisse; Theramenem postremo ad Lysandrum se contulisse, apud eum *tres menses amplius* remansisse et *quarto* revertisse [i]). Ex his apparet pugnam ad Aegos flumen
271 non posse factam esse Posideone Alexiae archontis mense quarto mense ante captam urbem. Nam sola Theramenis apud Lysandrum commoratio tantum temporis quantum Dodwellus statuit explevit.

Non magis admitti potest quem Corsinus ponit superioris anni *Posideon.* 1. Ac primum fieri non potest ut ad *Aegos flumen* quattuor mensibus post quam ad *Arginussas* pugnatum sit [k]). Nam Callicratida occiso Chii aliique socii legatos Lacedaemonem mittunt Lysandrum imperatorem petituros. Atque aliquantum temporis iam fuerat interiectum. Clade accepta Eteonicus Spartanus Chiis praesidio proficisci properavit [l]). Hic eius milites *ἕως μὲν θέρος ἦν ἀπὸ τῆς ὥρας ἐτρέφοντο — ἐπεὶ δὲ χειμὼν ἐγένετο καὶ τροφὴν οὐκ εἶχον, ξυνίσταντο ἀλλήλοις κ. τ. λ.* [m]). Tum seditionem quae concitabatur sedavit: *μετὰ δὲ ταῦτα οἱ Χῖοι καὶ οἱ ἄλλοι ξύμμαχοι ξυλλεγέντες ἐς Ἔφεσον ἐβουλεύσαντο — πρέσβεις ἐς Λακεδαίμονα πέμπειν Λύσανδρον αἰτήσοντας ἐπὶ τὰς ναῦς* [n]). Dimidium intervallum inter Septembrem et Decembrem praeterierit necesse est ante quam Lysander Ephesum veniret. Quum advenisset, naves ei non tantum parandae, sed etiam *aedificandae* erant: *ἀφικόμενος ἐς Ἔφεσον μετεπέμψατο Ἐτεόνικον ἐκ Χίου ξὺν ταῖς ναυσὶ καὶ τὰς ἄλλας πάσας ξυνήθροισεν, εἴ πού τις ἦν, καὶ ταύτας τε ἐπεσκεύαζε καὶ ἄλλας ἐν Ἀντάνδρῳ ἐναυπηγεῖτο. ἐλθὼν δὲ παρὰ Κῦρον χρήματα ᾔτει* [o]). Postmodum iterum Sardes ad Cyrum profectus est, qui quum eum dimitteret, petiit ut ne prius pugnam committeret quam classem hostibus longe superiorem haberet [p]): *Λύσανδρον (ὁ Κῦρος) οὐκ εἴα ναυμαχεῖν — ἐὰν μὴ πολλῷ πλείους ναῦς ἔχῃ* [q]). Inter hoc secundum ad Cyrum iter et res ad Lampsacum ab eo gestas eum in Cariae oram et Rhodum [r]), in Atticam et adiacentes insulas [s]) profectum esse colligimus. Non credibile est haec omnia facta esse paucarum hebdomadum spatio et brumae tempestate, quum aperte Lysandri rationibus non conduceret hostem ad belli discrimen cito subeundum urgere [t]). 2. Lysandrum *Anthesterione* Calliae archontis Ephesi fuisse docet quod forte

---

g) Hell. II, 2, 1.

h) II, 2, 5—9.

i) II, 2, 11. 16. 17.

k) Pugna ad *Arginussas* incidit in *Calliae* annum, (Diodorum eam huic anno assignantem XIII, 97—100 confirmat Athenaeus in tabulis laudatus a. 406, 2) paulo ante *Apaturia*, Xenoph. Hell. I, 7, 8, quae *Pyanepsione* mense agebantur. Theophrast. Char. 3. Harpocr. v. *Ἀπατούρια.* Schol. Aristoph. Acharn. 146. Itaque haec pugna adscribenda videtur tertio Calliae mensi, Boedromioni 406. Antigene archonte factam dicit Schol. Ran. 33: *τῷ πρότερον ἔτει* [anno ante quam Ranae data est] *ἐπὶ Ἀντίνου* [l. *Ἀντιγένους*] *ὅτε περὶ Ἀργίνουσαν ἐνίκων ναυμαχίᾳ.* Sed hoc falsum esse ex Alcibiadis temporibus perspicuum est, qui huius archontis Boedromione Athenis nondum profectus erat. V. tabulas 407, 2.

l) Xenoph. Hell. I, 6, 38.

m) Hell. II, 1, 1.

n) II, 1, 6.

o) Hell. II, 1, 10. 11.

p) II, 1, 14.

q) Eadem mente Plutarch. Lysand. 9: *δεηθεὶς μὴ ναυμαχεῖν Ἀθηναίοις πρὶν αὐτὸν ἀφικέσθαι πάλιν — ἀνέβαινεν ὡς βασιλέα. Λύσανδρος δὲ μήτε ναυμαχεῖν ἀγχωμάλῳ πλήθει δυνάμενος, μήτ' ἀργὸς καθέζεσθαι μετὰ νεῶν τοσούτων, ἀναχθεὶς ἐνίας προσηγάγετο τῶν νήσων.*

r) Xenoph. Hell. II, 1, 15. Diod. XIII, 104.

s) Plutarch. Lysand. 9. Diod. XIII, 104.

t) Mitfordus accurate percepta auctorum mente bene veram rerum rationem exposuit. „Lysander, inquit, quum Ephesum venisset, hieme nondum adulta primum id egit ut quantum posset navium pararet, ut vere cum Athenien-

Diodorus notatum reliquit. Etenim quo tempore iterum a Cyro revertit, Ephesi fuit *καθ' ὃν χρόνον ἐν τῇ Μιλήτῳ τινὲς ὀλιγαρχίας ὀρεγόμενοι κατέλυσαν τὸν δῆμον — Διονυσίων ὄντων* u). Colonos Ionicos sumere licet maioris patriae ritus secum traduxisse et Mileti *Dionysia* eadem tempestate acta fuisse atque vetustiora *Dionysia* Athenis. Idque revera factum esse testatur Thucydides v): 272
τὸ ἐν Λίμναις Διονύσου ᾧ τὰ ἀρχαιότερα Διονύσια x) *τῇ δωδεκάτῃ ποιεῖται ἐν μηνὶ ἀνθεστηριῶνι, ὥσπερ καὶ οἱ ἀπ' Ἀθηναίων Ἴωνες ἔτι καὶ νῦν νομίζουσιν.* Itaque Dionysia Ephesi Anthesterione acta sunt atque Anthesterione Lysander Ephesi erat, navale quod instabat bellum apparans. 3. Aristophanis *Ranae* data est Anthesterione Calliae archontis. Atqui quamquam ad *Arginussas* pugna in hac fabula respicitur, tamen ne levissima quidem significatione tangitur ad *Aegos flumen* proelium, ubi quo tempore haec fabula data est nondum depugnatum fuisse pro certo sibi persuadebit qui eam attente perlegerit. 4. Diodorum y) hanc pugnam Alexia archonte factam tradentem confirmat Lysias z). Lysiae cliens qui in ea trierarchus fuerat navem suam domum reduxit: *ὅτε ἐν τῇ τελευταίᾳ ναυμαχίᾳ αἱ νῆες διεφθάρησαν, οὐδενός μοι συμπλέοντος στρατηγοῦ — ἐγὼ τήν τε ἐμαυτοῦ ναῦν ἐκόμισα καὶ τὴν Ναυσιμάχου τοῦ Φαληρέως ἔσωσα.* Rediit autem Alexia archonte ac septem annorum quibus in classe militavit primus erat Theopompi archontis [411], postremus Alexiae [405]: *ἐδοκιμάσθην ἐπὶ Θεοπόμπου ἄρχοντος — τὸν δὲ μεταξὺ χρόνον ἐτριηράρχουν ἑπτὰ ἔτη — κατέπλευσα δὲ ἐπὶ Ἀλεξίου ἄρχοντος* a). Itaque ultima navalis pugna Alexia archonte facta est.

Hae rationes abunde docent Lysandrum ad Aegos flumen victoriam non Calliae archontis Posideone reportasse, quaeque mari gesserit non importuna brumae tempestate facta esse, qua mare vel omnino non navigabilis vel navigantibus periculosum erat, quaque Graeci, nisi necessitas urgeret, Aegaeum mare navigare non solebant b). Per hiemem Lysander naves paravit; Anthesterione Ephesi fuit; vere cum classe profectus est; denique cum copiis suis Lampsacum contendit aestatis tempore, ineunte Alexiae archontis anno.

II. *Triginta viri* c). Triginta viros Dodwellus rerum potitos esse statuit quo tempore Attici 273

---

sium classe congredi posset." Vol. IV p. 383. — „Lysander quum abunde navium copiis instructus Ephesum revertisset, ultro hostem petere statuit neque tamen incerto unius pugnae eventui totius belli discrimen committere, nisi urgeret necessitas." p. 386.

u) Diod. III, 104. De re ipsa cf. Plutarch. Lys. c. 8.

v) II, 15.

x) His antiquissimis et maxime solennibus Bacchi festis diebus praefuit archon rex. Pollux VIII, 90. Qualem eius mulierem, *τὴν βασίλινναν*, officiis suis satisfacturam esse oporteret columnae in hoc vetusto templo asservatae inscriptum erat. Demosth. Neaer. p. 1370 s.: *γράψαντες ἐν στήλῃ λιθίνῃ ἔστησαν ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Διονύσου παρὰ τὸν βωμὸν ἐν Λίμναις. καὶ αὕτη ἡ στήλη ἔτι καὶ νῦν ἕστηκεν, ἀμυδροῖς γράμμασιν Ἀττικοῖς δηλοῦσα τὰ γεγραμμένα. — καὶ διὰ ταῦτα ἐν τῷ ἀρχαιοτάτῳ ἱερῷ τοῦ Διονύσου καὶ ἁγιωτάτῳ ἐν Λίμναις ἔστησαν, ἵνα μὴ πολλοὶ εἰδῶσι τὰ γεγραμμένα· ἅπαξ γὰρ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἀνοίγεται τῇ δωδεκάτῃ τοῦ Ἀνθεστηριῶνος μηνός.* Haec vetustiora Dionysia, *τὰ ἐν Λίμναις, τὰ Λήναια, τὰ Ἀνθεστήρια* fuerunt antequam regum imperium sublatum est atque, ut par erat, a colonis quos Neleus deduxit in Asiam translata sunt. [Cf. Boeckh. über die Lenäen in Abh. d. K. Pr. Ak. hist. phil. Kl. 1816. p. 52. *Kr.*]

y) XIII, 104.

z) *Ἀπολογία δωροδοκίας* p. 162, 20.

a) Ibid. p. 161, 35—44.

b) Quod Eurymedontem circa brumam Syracusas missum legimus (Thuc. VII, 16), tunc festinare cogebat necessitas. Sed sponte Graeci hieme mare non navigabant: *quod ab Elaphebolione navigabile fuisse, τὴν θάλατταν ἐκ Διονυσίων πλοϊμον εἶναι*, Theophrastus Char. 3 pro re nota et obvia memorat. [Cf. Dodwell. Ann. Thuc. p. 694 Beck. *Kr.*] Athenis *αἱ λῆξεις τῶν δικῶν ἔμμηνοί εἰσιν ἀπὸ τοῦ βοηδρομιῶνος μέχρι τοῦ μουνυχιῶνος* (Demosth. in Apatur. p. 900), ut partes, quae sex mensibus hibernis domi essent, deinceps negotiandi causa proficisci possent. [Cf. Boeckh. Staatshaush. d Athen. I. p. 54 s. *Kr.*] Quae quum ita sint, licetne statuere Lysandrum Decembri Epheso in Cariam, ex Caria in Atticam, ex Attica in Hellespontum navigasse, idque quum nulla necessitas festinare cogeret, quumque auctores (Xenoph. Hell. II, 1. Plutarch. Lys. 9—13. Diodor. XIII, 105 s.) nihil tradant quo hostiles classes eiusmodi tempestate pugnasse significetur. Quod Posideone factum esse mera Dodwelli coniectura est Dissert. VIII p. 358, quae alia coniectura, quam rerum veritati repugnare vidimus, nititur, Athenas quarto mense post cladem ad Aegos flumen acceptam se dedidisse.

c) Eorum nomina enumerat Xenophon II, 3, 2, optime illustrat Taylor. Vita Lys. p. 129 s. Reisk.

magistratus munera auspicari solebant, solstitio aestivo, mense Hecatombaeone, quamquam creati sint urbe dedita. *Decretum de praeficiendis XXX tyrannis Ol.* 93, 4 *condiderint Lacedaemonii — ipsum tamen magistratum tenuerunt Olymp.* 94, 1. *cuius proinde partem priorem ἀναρχίᾳ postremam archonte Pythodoro designant* [d]). *Ab Hecatombaeone, quo inibant XXX tyranni, et Olymp.* 94. 1 [e]). *Iam octo mensibus tenuerant, — si a novi anni exordio Hecatombaeone, tum Anthesterione* [f]). Dodwellum sequitur Corsinus [g]): *Mensibus octo; — hoc est, Posideone mense, si calculus a Piraei occupatione instituatur, aut Anthesterione, si a civilis anni principio.* Pariter Wesselingius [h]). Sed nihil causae subest cur hac ratione distinguatur. Thrasybulus Phylen occupavit hieme, quo tempore *nix decidit* [i]): quae nota melius cum Posideone quam cum Anthesterione congruit. Neque significatur triginta viros, quibus imperium non legitimum pessumdata reipublicae forma demandatum est, ut iustos magistratus, civilis anni finem exspectasse. Immo statim rerum potiti sunt. Pariter quadringenti viri nono aut decimo Attici anni mense imperium occupaverunt [k]); et decem viri, qui triginta viris successerunt, non exspectato civilis anni exitu illico i. e. hieme rerum potiti sunt. Atque revera triginta viros nulla mora interposita magistratum iniisse significat Xenophon [l]): *οἱ τριάκοντα ἥρέθησαν μὲν ἐπὶ τάχιστα τὰ μακρὰ τείχη καθῃρέθη· αἱρεθέντες δὲ ἐφ' ᾧ τε συγγράψαι νόμους κ. τ. λ.* Idem [m]) notat constitutos fuisse ante quam Lysander Samum proficisceretur: *τούτων δὲ πραχθέντων ἀπέπλει Λύσανδρος πρὸς Σάμον* [n]).

---

d) Annal. Xenoph. p. 226.
e) P. 240.
f) P. 241.
g) Fastt. Att t. III p. 264.
h) ad Diod. XIV, 33.
i) Xenoph. Hell. II, 4, 3.
k) V. tabulas 411, 2.
l) II, 3, 11.
m) II, 3, 3.

n) Hic discrepare videtur inter Lysiam et Xenophontem. Nam Lysias in Eratosth. p. 126, 36 quo tempore triginta viri constituti sint, Lysandri naves iam Sami fuisse tradit: *Θηραμένης — μετεπέμψατο μὲν τὰς μετὰ Λυσάνδρου ναῦς ἐκ Σάμου, ἐπεδήμησε δὲ τὸ τῶν πολεμίων στρατόπεδον.* Xenophon post quam constituti essent, Lysandrum Samum petiisse narrat. Fortasse classis iam profecta erat Samum, quum Lysander ipse in Attica remaneret.

Quum Lysander Samo revertisset, bellum e Lacedaemoniorum sententia finitum erat. Sagaciter Dodwellus perspexit et idoneis rationibus probavit ab interpolatore additas esse temporum notas apud Xenoph. Hell. I, 2, 1. 3, 1. 6, 1. II, 1, 10. 3, 1. V. Dissert. VIII p. 340—359. [Cf. Mori examen quorundam locorum Hist. Gr. Xen. eius ed. praem. p. XV ss. et apud Weisk. in Xenoph. ed. t. IV p. XIV. *Kr.*] Sed non eodem iure Ephorum Spartanorum indicem Hell. II, 3, 10 interpolationis nomine suspectam reddidit. Nam Xenophon bellum ex *Lacedaemoniorum* computatione circumscribit: quod quum *Athenienses* urbe capta terminatum statuerent, *Lacedaemonii* circiter sex mensibus post i. e. auctumno 404, quo quidem tempore Lysander Samo subacta Lacedaemonem revertit, finitum esse sumpserunt. Consilio suo accommodate Xenophon ephorum nomina, secundum quos Lacedaemonii annos suos notaverunt, proposuit. Enumerat autem undetriginta: 1. *Αἰνησίας πρῶτος, ἐφ' οὗ ἤρξατο ὁ πόλεμος πέμπτῳ καὶ δεκάτῳ ἔτει τῶν μετ' Εὐβοίας ἅλωσιν τριακοντοντίδων σπονδῶν. μετὰ δὲ τοῦτον οἵδε.* 2. *Βρασίδας.* 3. *Ἰσάνωρ.* 4. *Σωστρατίδας.* 5. *Ἔξαρχος.* 6. *Ἀγησίστρατος.* 7. *Ἀγγενίδας.* 8. *Ὀνομακλῆς.* 9. *Ζεύξιππος.* 10. *Πιτύας* 11. *Πλειστόλας.* 12. *Κλεινόμαχος.* 13. *Ἴλαρχος.* 14. *Λέων.* 15. *Χαιρίδας.* 16. *Πατησιάδας.* 17. *Κλεισθένης.* 18. *Ἀνκάριος.* 19. *Ἐπήρατος.* 20. *Ὀνομάντιος.* 21. *Ἀλεξιππίδας.* 22. *Μισγολαΐδας.* 23. *Ἰσίας.* 24. *Ἄρακος.* 25. *Εὐάρχιππος.* 26. *Παντακλῆς.* 27. *Πιτύας.* 28. *Ἀρχύτας.* 29. *Εὔδικος, ἐφ' οὗ Λύσανδρος οἴκαδε κατέπλευσεν.* Ephoros auctumno magistratum iniisse discimus ex Thuc. V, 36. Primum Ephorum *Aenesiam* agnoscit Thuc. II, 2, eiusque septimus mensis in Pythodori archontis Atheniensis decimum incidit. Undecimus ephorus *Pleistolas* decimo belli anno archonte *Alcaeo* magistratum obtinuit (Thuc. V, 19 [cl. 25]), quem inierit tertio Alcaei mense auctumno 422. Unus et vicesimus ephorus *Alexippidas* vicesimo primo belli anno magistratum gessit. V. Thuc. VIII, 58. Lysander domum redisse videtur *τελευτῶντος τοῦ θέρους*, *Eudici* anno ineunte, circiter Octobri 404. Fortasse ex hoc vero ephorum indice ultimorum quattuor annorum ephori ab interpolatore additi sunt: *Archippus* Hell. I, 2, 1, *Pantacles* I, 3, 1, *Pityas* I, 6, 1, *Archytas* II, 1, 10, additis qui eisdem annis archontes essent. Horum postremi duo prope suis locis positi sunt; superiores duo a rebus quae his archontibus gestae sunt remoti et ambo anno prius quam debebant positi sunt. Ex interpolatoris consilio, qui paucos menses praecipit, *Pantacles* I, 4, 2 et *Euarchippus* I, 3, 1, quo loco nunc Pantacles legitur interponendus erat. Quod II, 3, 9 *octo et viginti anni et sex*

Inter creationem eorum et administrationem nullum temporis spatium intercessisse etiam Ly-274
siae) verba significant: *Λύσανδρος εἰς τοὺς λιμένας — εἰσέπλευσε καὶ αἱ νῆες παρεδόθησαν καὶ τὰ τείχη κατεσκάφη καὶ οἱ τριάκοντα κατέστησαν.* Rem conficit alius loci [p]) testimonium. Lysias eiusque frater Polemarchus a triginta viris in vincula dati sunt postquam hi potentia sua abuti coeperunt; proinde aliquanto postquam rerum potiti erant. Et tamen Lysias periclitatus Megara abiit *ἑπτὰ ἔτη μείνας* [q]), postquam Callia archonte [41$\frac{2}{3}$] Athenas reversus septem annos ibi degerat. Atqui a Callia octavus archon est Alexias. Itaque Megara abiit antequam Alexiae annus finitus fuit et triginta viri rempublicam administraverunt a decimo Alexiae mense.

III. *Dercyllidas et Agesilaus.* Ver a Xenophonte III, 4, 16 memoratum, quo ad Sardes pugna facta est, Dodwellus statuit *ultimum* fuisse quo Agesilaus in Asia bellum gesserit, eiusdemque anni fuisse quo ad Cnidum et ad Coroneam pugnatum est. Hoc quo minus verum putetur complures rationes impediunt [qq]). Ac primum Xenophon ipse adversatur *aliud ver* [r]) *hiemem* insequutum nominans [s]). Deinde repugnat illud quod Agesilaus per integros duos annos cum imperio in Asia fuisse dicitur. Plutarchus [t]): *ἤδη περιόντος ἐνιαυτοῦ δευτέρου τῇ στρατηγίᾳ πολὺς ἄνω λόγος ἐχώρει τοῦ Ἀγησιλάου.* Hoc prius fuit quam redeundi mandatum ad eum perlatum est: *ἐν τούτῳ δ' ἀφικνεῖται πρὸς αὐτὸν Ἐπικυδίδας ἀπαγγέλλων κ. τ. λ.* [u]). Plutarchum confirmat Xenophon [v]): *τὴν μὲν τῶν φίλων χώραν ἀδῄωτον παρέχων — ὥστε ἐν δυοῖν ἐτοῖν πλέον τῶν ἑκατὸν ταλάντων τῷ θεῷ ἐν Δελφοῖς δεκάτην ἀποθῦσαι.* Qui octodecim menses eum in Asia fuisse statuit Dodwellus [x]) Ianuario 395 eum ibi appulisse sumit, recteque revertentem Iulio 394 Hellespontum traiecisse ponit. Tum quae inter Sardianam et Corinthiam pugnam acta sunt tam brevi quam Dodwellus statuit temporis spatio confici non potuerunt. Acta sunt autem haec. Primum de Sardiana pugna nuntius ad Persarum regem perfertur et Tithraustes Tissapherni successor mittitur. Susa ab ora maritima tanto intervallo distabant [y]) ut aliquantum temporis praeteriisse necesse sit prius quam Tithraustes Sardibus imperium excipere posset. Ante Tissaphernes trium mensium inducias ab Agesilao petierat et adeptus erat, hoc duntaxat consilio ut quid regi de conditionibus latis videretur acciperet [z]). Secundum Diodorum [a]) Tissaphernes interemptus est dum Tithraustes ad mare descendens Colossis, Phrygiae urbe, versatur. Inde post inducias inter Tithraustem et Agesilaum factas [b]) *auctumnus* est, quum Agesilaus *ἅμα μετοπώρῳ* [c]) in Phrygiam moverit. Tum Timocrates in Graeciam mittitur [d]) aperte item *ἅμα μετοπώρῳ*. Post Timocratis missionem deinceps haec facta sunt. Postquam *Thebas*, *Corinthum*, *Argos*, *Athenas*que adierat, hae aliaeque Graeciae civitates societatem fece-275
runt; inde Phocenses Locridem invadunt, legati Lacedaemonem mittuntur, Lacedaemoniorum exercitus in Phocidem proficiscitur, mox domum revertitur et Pausanias imperio exuitur [e]). Coniunctis viribus Athenienses, Argivi aliaeque civitates magnum exercitum quinquaginta millium ad Corin-

---

menses notantur, hic numerus verus esse non potest. Nam si Lacedaemonii a pugna ad Potidaeam et a concilio Spartae habito auctumno 432 belli initium repetierint, ipsi viginti octo anni expleantur. Sed hoc tempus incidit in foederis annum quartum decimum, non quintum decimum. V. tabulas 432, 2. Itaque fortasse numeri apud Xenophontem corrupti sunt ab eoque *septem* et viginti anni et sex menses proditi erant.

o) in Agorat. p. 133, 1.

p) in Eratosth. p. 120. Cf. inprimis Xenoph. Hell. II, 3, 21.

q) V. tabulas a. 411, 3. 404, 3.

qq) Annal. Xenoph. p. 249. [Cf. Manso Sparta t. III. p. 2. p. 188 ss. *Kr.*]

r) IV, 1, 41.

s) IV, 1, 16.

t) Agesil. 14.

u) Id. c. 15.

v) Agesil. I, 34.

x) Annal. Xenoph. p. 248. 251.

y) *Τριῶν μηνῶν ἡ ἄνοδος.* Herod. V, 50.

z) Xenoph. Hell. III, 4, 6. Agesil. I, 10.

a) XIV, 80.

b) Xenoph. Hell. III, 4, 26.

c) Hell. IV, 1, 1.

d) III, 5, 1.

e) III, 5.

thum contrahunt. Tum pugna facta est ante solstitium aestivum [f]), proinde non post Iunium exeuntem. Nam hic Iunius erat eiusdem anni Iuliani quo Timocrates, qui omnes has turbas concitaverat, ἅμα μετοπώρῳ ex Asia profectus erat? Num fieri potest ut inter Sardianam et Corinthiam pugnam tantum tres menses intercesserint? Denique brevius illud temporis spatium etiam cum eis quae Agesilaus in Asia gessit conciliari nequit. Post Sardianam pugnam ἅμα μετοπώρῳ in *Phrygiam minorem* [g]) profectus est. Inde in *Paphlagoniam* [h]) progressus quaeque adiit depopulatus est: unde eum *Dascylium* revertisse ibique hiemasse dicit scriptor [i]). Inde in Thebarum campum profectus novas copias collegit. Ibi redeundi mandatum accepit et in Hellespontum movit. Ita exercitus octingentorum nongentorumve millium [Anglicorum] iter emensus est, pluribus locis occasione oblata moratus; quem aliquamdiu Dascylii mansisse quinque diebus notatis memoratur: et tamen secundum Dodwellum haec expeditio ἅμα μετοπώρῳ inchoata, ineunte Iulio finita est. *Auctumnum* [j]) et *hiemem* [k]) Dodwellus hac ratione removet: *Auctumnus* [l]) — *quocunque demum sensu, anni Olympici novi posterior, ut de frugibus maturis illum et mense Iulio intelligamus. — Hunc certe ni fallor, intellexit auctumnum, quo se superiori anno ad Ephesum contulerat hic idem Agesilaus. In hiberna nimirum, licet matura, quod maximos apparatus meditaretur in annum sequentem. Et talia quidem hiberna eius in palatio Pharnabazi hoc ipso anno refert Xenophon.* Deinde quum 14° die Augusti Agesilaum *in ipso introitu Boeotiae* fuisse memoraverit, recte colligit *illo quo Boeotiae fines attigit die Aug. 14° nondum iustum mensem ex quo Asia discesserit implevisse. sic medio Iulio ex Asia traiecisse.* Hac ratione Agesilaus medio Iulio exercitum in hiberna duxisset.

Itaque ver a Xenophonte memoratum [m]) non fuit anni 394, quoniam consequuta est hiems et aliud ver, aestate 394 superius; quoniam ita belli ab Agesilao in Asia gesti tempus anno minueretur; denique quoniam post illud ver res variae et multiplices gestae, foedera pacta, proelia facta sunt: quae omnia ante mediam aestatem 394 acta esse constat.

Una cum Agesilai imperio etiam Dercyllidae annus superius est ponendus. Huius imperii diserte tres tempestates distinguuntur. Postremus eius annus fuit 397, quoniam 396 Agesilaus in Asiam missus est; primus igitur 399. Confirmat hoc Xenophon [n]) Dercyllidae in Asia imperium cum bello Eleo coniungens: *τούτων δὲ πραττομένων ἐν τῇ Ἀσίᾳ ὑπὸ Δερκυλλίδα Λακεδαιμόνιοι κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον πάλαι ὀργιζόμενοι τοῖς Ἠλείοις κ. τ. λ.* Quod bellum quum aestate 399 [o]) finitum sit, Dercyllidam hoc anno in Asia fuisse necesse est [p]).

276 Omnium quae Dodwellus hic peccavit causa fuit quod Thimbronem, Dercyllidae decessorem, male totum annum in imperio fuisse statuit atque successorem non ante 398 advenisse opinatus est. Thimbronis imperium diruptum fuisse aperte docet Xenophon [q]): *δοκοῦντος αὐτοῦ οὐδὲν ποιεῖν πέμπουσιν οἱ ἔφοροι ἀπολιπόντα Λάρισσαν στρατεύεσθαι ἐπὶ Καρίαν. ἐν Ἐφέσῳ δὲ ἤδη ὄντος αὐτοῦ ὡς ἐπὶ Καρίαν πορευομένου Δερκυλλίδας ἄρξων ἀφίκετο. — ὁ μὲν οὖν Θίμβρων ἀπῆλθεν οἴκαδε καὶ ζημιωθεὶς ἔφυγε.* Num sumere licet Ephorum iussu perlato hiemem intercessisse ante quam Thimbro ei obtemperare institueret? Praeterea Thimbro si ad proximum ver remansisset, etiam secundo anno in imperio fuisset. Etenim iam in imperio fuit quo tempore qui cum Cyro fuerant Graeci apud

---

f) Rationem v. tabb. 394, 2.
g) Hell. IV, 1, 1—3.
h) IV, 1, 3.
i) Hell. IV, 1, 16.
j) Hell. III, 4, 26.
k) Hell. IV, 1, 16.
l) Ex eius rationibus p. 250 anni 394.
m) III, 4, 16.
n) Hell. III, 2, 21.
o) V. tabb.
p) Mira ratione Dodwellus perspicuum hoc testimonium removet Ann. Xen. p. 245: *De fine Thimbronis potius quam Dercyllidae illa intelligenda esse censeo.* Utrum Xenophon an Dodwellus ipse deceptus est?
q) Hell. III, 1, 7 s.

Seuthen merebant: *Θίμβρων ἐκπέπλευκεν* r). Copias collegit aliaque administravit priusquam cum illis se coniunxit s): quod non post mediam hiemem videtur factum esse, fortasse Ianuario 399 ss). Proinde iam quindecim menses praetor fuisset ante Aprilem 398; atque inter a. 400 auctumnum, qua tempestate Spartani imperia inire solebant, et idem tempus octodecim menses intercessissent quibus Thimbro in imperio fuisset. Itaque hic dux revocatus et mulctatus est antequam eius annus, qui auctumno 400 inchoatus est, praeteriit et Dercyllidas in Asia fuit aestate 399.

IV. *Antalcidae pax.* Hanc ego pacem Theodoti anni et Ol. 98, 2 initio adscripsi. Eiusdem anni fini s. veri 386 assignat Dodwellus t). *Hoc anno* 386, inquit, *qui a vere incipit, pacem Antalcidae acceptam arbitror — Ol.* 98, 2 *exeunte.* Eius argumenta haec sunt: Primum Lacedaemonii expeditionem adversus Argivos paraverunt, qui frustra *μηνῶν ὑποφορᾶν* praetenderunt. Hi menses spectant ad Isthmias et Nemeas inducias. *Itaque hic annus Isthmicus erat et Nemeus.* Deinde moram attulerunt Thebani et, qui Corinthum tenebant, Argivi. Tum Diodorus testatur bellum octo annorum fuisse. Atqui primus fuit Ol. 96, 3 *exeunte.* Ergo octo anni non fuerunt completi, *nisi ad* Ol. 98, 3 *pertigerit.* [aest. 386.] Denique Polybius pacem factam dicit undeviginti annis post pugnam ad Aegos flumen: quae quum Ol. 93, 4 *mense Posideone* facta sit, octodecim anni completi erant Posideone Ol. 98, 2 [Decembri 387], quocirca undevicesimus annus agebatur vere 386.

Etiamsi ista *μηνῶν ὑποφορά* u) de Nemeis et Isthmiis induciis intelligenda sit, quod est cur dubites v), tamen inde nihil colligi potest ad Dodwelli rationem confirmandam. Etenim opinatus est *Nemea aestiva* ineunte w), *Isthmia hiberna* medio x) tertii cuiusque anni Olympici acta esse. Inde collegit bellum quod contra Argivos parabatur, Ol. 98, 3 gestum ac proinde Ol. 98, 2 *exeunte* [vere 386] apparatum fuisse. Sed Corsinus y) demonstravit Dodwellum Nemeorum tempora male constituisse hosque ludos non primo et tertio, sed secundo et quarto Olympiadis cuiusque anno277 actos esse. Proinde *Nemea hiberna* Ol. 98 hieme Theodoti archontis celebrata sunt, secundo huius Olympiadis anno. Itaque apparatus Nemeas inducias antegressi facti sunt auctumno atque Argivi impressionem in fines suos, abs qua eos induciae Nemeae non erant defensurae, Theodoti anno ineunte, auctumno 387 exspectaverunt. Nullius momenti est alterum argumentum. Nam apparatus expeditionis in Argolidem, Boeotiam aliasque terras faciendae non minus apte *aestati* 387 quam hiemi proximae assignantur. Quod tertium posuit argumentum, revera Corinthium bellum initium cepit a pugna in qua Lysander occidit 395 *), abs qua octo anni completi erant Theodoti anni initio; et qui Eubulide archonte bellum coeptum dicit z) Diodorus videtur octavum annum inchoa-

---

r) Xenoph. Anab. VII, 6, 1.

s) Hell. III, 1, 4–6.

ss) *μέσος χειμών* Anab. VII, 6, 24. Cf. annot. ed. meae p. 560. *Kr.*

t) Ann. Xenoph. p. 262.

u) Apud Xenoph. Hell. V, 1, 29.

v) V. Weisk. ad Xenoph. Hell. IV, 7, 2.

w) Diss. VII s. 2 p. 301.

x) Diss. VII s. 7 p. 307.

y) Agon. Nem. s. XVI p. 80. [p. 108 Lips.] *Nemeades hybernae in medios secundos, aestivae vero in quartos ineuntes olympiadum annos inciderunt.* Cf. s. IV p. 56. [p. 75 Lips.] Aestivarum annum quattuor argumentis constituit. Primum de pugna ad Thrasymenum Philippo nuntius affertur dum Nemea spectat. Polyb. V, 101, 6. Quae pugna quum 537 u. c. Varr. 217 a. C. n. facta sit, sequitur ludos fuisse Ol. 140, 4. Deinde post proelium ad Sellasiam Antigonus Nemeis interfuit. Polyb. II, 70, 4. Sed ex pugnae tempore, quam Corsinus 221 ponit, (anno posterius quam aliae computationes) hi ludi celebrati sunt 139, 4 *ineunte.* Tum Nemea a Livio XXVII, 30 memorata in Ol. 142, 4 incidunt. (V. Corsin. s. X p. 65.) Denique quibus Nemeis Philopoemen iterum praetor interfuit (Philop. 11.) Ol. 143, 4 acta esse certum est. Iam quum *Nemea aestiva* quarto anno celebrata esse demonstratum sit, quoniam ludi trieterici fuerunt, secundo cuiusque Olympiadis anno acta esse hiberna sequitur: *in medios fere secundos olympiadum annos incidisse.* Corsin. p. 68. [p. 91 L.] [Cf. Boeckh. Abhandl. der hist. phil. Kl. d. k. Pr. Akad. d. Wiss. 1818 p. 92 ss. Aliter Manso Sparta III, 2 p. 279 ss. *Kr.*]

*) Cf. Diod. XII, 81. *Kr.*

z) V. tabulas 393, 2.

tum annumerasse. Quartum argumentum iam copiose refutatum est demonstratumque non Posideone, sed alia tempestate, Olympico hoc anno ineunte [a]) ad Aegos flumen pugnatum esse, ut Theodoto magistratum ineunte octodecim anni completi, undevicesimus inchoatus fuerit. Cur pacem prius quam Dodwellus putavit compositam esse statuendum sit in tabulis [b]) explicavimus. Addas licet quae Antalcidas in imperio suo fecerit non sufficere ad temporis spatium a Dodwello constitutum explendum.

Dodwelli errorem auget Corsinus [c]), hunc pacem *ineunte anno tertio Ol.* 98 factam esse statuere referens, ut omnibus testimoniis invitis in alius archontis, Mystichidis, annum incideret. Ipse Corsinus cum Diodoro Ol. 98, 2 compositam facit: quam eandem rationem in tabulis sequuti sumus.

V. *Concilium Spartae habitum.* Concilium et pacem quae Leuctricam pugnam antegressa sunt Dodwellus [d]) anno hanc insequuto 372 adscribit, quia quae inter pacem et pugnam acta sint amplius viginti dies requirant et Iphicrates etiamtum in imperio fuerit quod 374 inierit. Addit et alias rationes.

Sed primum Plutarchus diserte testatur non amplius viginti dies intercessisse et qui orationem *κατὰ Νεαίρας* scripsit [e]) de pugna ita loquitur ac si deinceps pacem consequuta sit: *ὡς οὖν γέγνεται ἡ*
278*εἰρήνη ἡ ἐπὶ Φρασικλείδου ἄρχοντος καὶ ἡ μάχη ἡ ἐν Λεύκτροις Θηβαίων καὶ Λακεδαιμονίων.* Pacem orator non Phrasiclidi archonti assignasset, quae revera extremo Alcisthenis mense composita est, si utraque res, pax et pugna, non deinceps facta esset. Deinde pax si, ut Dodwellus opinatur, Scirophorione 372 confecta esset, in alius archontis, Astii, annum incideret, contra Dionysii [f]) testimonium: *Ἀλκισθένην ἄρχοντα ἐφ' οὗ τὴν εἰρήνην — ὤμοσαν.* Tum Iphicrates et Callistratus Athenis fuerunt Novembri 373, quo tempore Timothei causa cognita est [g]); et Iphicrates nautas suos Corcyraeis operam suam in agris colendis locantes alebat [h]). Haec imperium prorogatum, non unius anni terminis circumscriptum produnt. Denique Xenophon non significat quo tempore ad Leuctra pugnatum est pacis legibus iam prorsus satisfactum esse: tantummodo id agebatur ut eis satisfieret. Quod Dodwellus laudat Diodori testimonium non tanti est ut coniuncta Dionysii et Plutarchi testimonia elevet.

Pugna ad Mantineam, qua Xenophon Hellenica sua concludit, recte a Dodwello constituta est ea auctoritate quam in tabulis proposuimus [i]). Bene etiam Barthelemius [k]) adscripsit anno 362. Atque Mitfordus [l]) de hoc loco haec annotat: „Pugna, inquit, 362 facta est: qua de re, ut opinor, nulla est discrepantia.“ Tamen Blairius et tabulae septimo Anacharsidis volumini subiectae eam anno 363 adscribunt; et, quod notabilius est, Mitfordus ipse [m]) neglecta superiore sententia sua Philippum ait regnum occupasse 360, „aestate tertii anni post pugnam Mantineensem, quae facta est auctumno.“ Et alio quoque loco [n]) anno 363 eam adscribit.

---

a) Notandum est quantopere vagentur Corsini et Dodwelli rationes et quam turbata sit eorum de pugna ad Aegos flumen computatio. Et Dodwellus quidem tribus libri sui locis *Posideone Alexiae* archontis factam tradit; quarto superioris anni Posideoni assignat. Ipsos locos iam excitavimus ubi de hac re exposuimus. Corsinus autem quamquam Calliae archontis Posideonem Ol. 93, $\frac{2}{3}$ amplectitur p. 261, tamen ad Ol. 98, $\frac{1}{2}$ p. 293 de hac pace agens haec tradit: *annum undevicesimum a victoria quam Lysander ad Aegospotamos reportavit. Victoria illa, Dodwello ipso teste, in Posideonem mensem anni 4 Ol.* 93 [Alexiae archontis] *inciderat; ergo Posideone mense anni 2 Ol.* 98 *octodecim anni absoluti iam fuerant* etc. Neutrum huius victoriae verum tempus esse iam docuimus.

b) A. 387, 2.

c) Fastt. Att. t. III p. 293.

d) Ann. Xenoph. p. 275.

e) P. 1357.

f) Lys. p. 479.

g) Demosth in Timoth. 1187. 1190.

h) Xenoph. Hell. VI, 2, 37.

i) A. 362, 2.

k) Anachars. t. IV p. 471 annot. c. 39.

l) Vol. VI p. 452.

m) Vol. VII p. 338.

n) P. 379.

XII.

DE BELLO CYPRIO.

In huius belli temporibus describendis non Diodori, sed Isocratis auctoritatem sequutus sum, repetitam ex duabus orationibus Euagora et Panegyrico. Difficultates quae hic exsistunt hae sunt. Isocrates [a]), qui illorum temporum aequalis fuit, res a. 380 factas memorat. Ac praeterierunt belli *annì sex*[i] [b]). Sextus igitur belli annus terminatus fuit a. 380. Sed Diodorus [c]) qui bellum per decem annos gestum esse tradit, a. 385 finitum ponit. De hac discrepantia Isocratis Panegyrici editor Morus [d]) haec annotat: *Diodorum*, inquit, *consentientem fere chronologiae Xenophonteae tamque studiosum in notandis numeris negligentiae errorisque in omni illa serie arguere velle temerarium fuerit.* Et tamen laudata Diodori diligentia in disputatione horum temporum rationes explicante eius auctoritatem deserere eumque erroris reum peragere cogitur. Panegyricum aliquot 279
annis ante a. 380 publicatum esse suspicatus alicubi interpolatum esse sumit statuitque Cyprium bellum modo sex septemve, non decem annis gestum esse, ut Diodorus affirmat. „*Si iam*, inquit, *cum Isocrates haec scripsit, sextus huius belli annus exactus est, si eo anno clades navalis iam acciderat, et insula obsidebatur, non concedi potest Diodoro, XV, 9, nono aut decimo anno finitum bellum. Nam finitum est hac ipsa obsidione, quae, auctore Isocrate, in septimum annum belli incidit. Et cur non adsentiamus, monente Wesselingio ad hunc locum Diodori, Isocrati, qui eo ipso tempore vixit? Quare Diodorus non accurate narravit decem annos insumptos esse* [e]).

Wesselingii rationes non recte proposuit Morus, neque Isocratis testimonium accurate excitavit. Nam Isocrates [f]) diserte affirmat, bellum *decem* annorum fuisse. *Εὐαγόρᾳ πολεμήσας ἔτη δέκα.* Et Wesselingius [g]) hoc modo argumentatur: *δεκαετής*] *Consentit hac quidem parte Isocrates Evag. cap.* 23. *In caeteris non item. Diodorus ait duobus potissimum annis bellum arsisse, eoque tempore navali proelio victum Evagoram intra Salaminem fuisse conclusum. At Isocrates Panegyr. c.* 39 *sextum eius belli annum verti, iamque Evagoram maritimo certamine superatum esse. Cui, eadem tempestate viventi, cur tandem non accessero?* Recte igitur Wesselingius Isocratem et Diodorum de decem belli annis alterum alterius testimonium confirmare colligit; sed de singulis rebus Diodorum ab Isocrate illorum temporum aequali refutari. Quorum contrarium posuit Morus.

Itaque uterque scriptor bellum per decem annos gestum esse affirmat. Sed secundum Isocratem *sextus* annus completus fuit 380, quum Diodorus *decimum* 385 ponat. Ex hac varietate hae temporum notae exsistunt.

---

a) Paneg. 35 p. 67, a.

b) c. 39 p. 70, a.

c) XV, 8 s.: *ἐπ' ἄρχοντος Δεξιθέου — [38‡] ὁ μὲν οὖν Εὐαγόρας — συνέθετο τὴν εἰρήνην, ὥστε βασιλεύειν τῆς Σαλαμῖνος καὶ τὸν ὡρισμένον διδόναι φόρον κατ' ἐνιαυτὸν καὶ ὑπακούειν ὡς βασιλεὺς βασιλεῖ προστάττοντι· ὁ μὲν οὖν Κυπριακὸς πόλεμος, δεκαετὴς σχεδὸν γεγενημένος καὶ τὸ πλέον τοῦ χρόνου περὶ παρασκευὰς ἀσχοληθεὶς διετῆ χρόνον τὸν ἐπὶ πᾶσι συνεχῶς πολεμηθεὶς τοῦτον τὸν τρόπον κατελύθη.*

d) Ad Paneg. p. XIX.

e) Annot. i c. 39.

f) Euagor. c. 23 p. 201, e.

g) Ad Diod. XV, 9.

Diodorus.	a. C.	*Belli annus.*	a. C.	*Isocrates.* Ol.
Ol. 96, 3.	394.	1.	385.	98, 4.
4.	393.	2.	384.	99, 1.
97, 1.	392.	3.	383.	2.
2.	391.	4.	382.	3.
3.	390.	5.	381.	4.
4.	389.	6.	380.	100, 1.
98, 1.	388.	7.	379.	2.
2.	387.	8.	378.	3.
3.	386.	9.	377.	4.
4.	285.	10.	376.	101, 1.

Ex Diodori temporum notatione haec perversitas exoritur ut primus belli annus ponatur is quo Euagoras Persas et Cononem adiuvit, 394. Nam victoriam ad Cnidum coniunctae *Euagorae* et *Cononis Pharnabazi*que copiae reportaverunt. Itaque hic annus non potuit esse primus belli per decem annos a Persis adversus Euagoram gesti. Neque probabile est bellum modo postremis duobus
280annis gestum, priores octo bello apparando impensos esse. Cui quod Artaxerxes amplius quindecies mille talenta insumpsisse dicitur [h]), id et ipsum argumento est diu bellatum esse.

Euagoras iam aliquot annis ante quam hoc bellum coeptum est hostilia adversus Persarum regem facere instituit. Nam quo tempore Teleutias Lacedaemoniorum classi praefectus erat, 391, auxilia missa sunt *Εὐαγόρᾳ τῷ πολεμοῦντι πρὸς βασιλέα* [i]). Hoc referendum est ad eam tempestatem qua Euagoras totam insulam subegit [k]). Rursus 388 Chabrias Euagoram adiutum in Cyprum profectus est [l]). Quamobrem Euagoras in pace facienda exceptus est: *ἐν ταῖς συνθήκαις ἐκδοτός ἐστιν* [m]), et Persarum rex sibi retinuit *τὰς ἐν τῇ Ἀσίᾳ πόλεις καὶ τῶν νήσων Κλαζομενὰς καὶ Κύπρον* [n]). Hac pace composita Persae per otium quae ad Cyprum rursus subigendam opus essent apparare potuerunt; atque *magnum navale proelium* a Diodoro [o]) descriptum omnia testimonia post Antalcidae pacem factam ponunt; Diodorus ipse anno proxime insequuto adscribit. Sed Isocrates [p]) tantum abest ut hanc postremam huius belli pugnam dicat ut primam esse declaret; aperteque profitetur quo tempore scripsit sex belli annos eam insequutos fuisse: (*Εὐαγόρας*) *κατὰ μὲν θάλατταν προδεδυστύχηκεν — ἀλλ' ὅμως οὕτω ταπεινῆς δυνάμεως οὐ δύναται περιγενέσθαι βασιλεὺς πολεμῶν, ἀλλ' ἤδη μὲν ἓξ ἔτη διατέτριφεν.* Perspicuum est igitur Euagoram, quamquam aliquot ante annis pro hoste habitum, non ante Antalcidae pacem totis viribus a Persis bello pressum esse et deinde per decem annos eorum impetus sustinuisse.

Non aliter habet Isocratis in Euagora [q]) narratio: *ὁ βασιλεὺς ἐποιήσατο τὸν πόλεμον πρὸς αὐτόν· οὕτω δ' οὖν ὥρμησεν ὥστε εἰς τὴν στρατείαν ταύτην πλέον ἢ τάλαντα πεντακισχίλια καὶ μύρια κατηνάλωσεν. ἀλλ' ὅμως — Εὐαγόρᾳ πολεμήσας ἔτη δέκα τῶν αὐτῶν κύριον αὐτὸν κατέλιπεν ὥνπερ ἦν καὶ πρὶν εἰς τὸν πόλεμον εἰσελθεῖν.* *Decem* hi anni magno illo apparatu posteriores fuerunt. Revera

---

h) In prioribus Isocratis editionibus quinquagies mille talenta: *πλέον ἢ πεντακισμύρια τάλαντα.* Isocr. Euag. c. 22 quae Mitfordus v. VI p. 384 amplius 10.000,100 Sterl. aestimavit. Sed postremus editor, I. Bekkerus, in egregia „Oratorum Atticorum" editione probabili ratione numerum diminuit, quum duorum librorum auctoritate *πεντακισχίλια καὶ μύρια* scripserit, ut circiter 3,000,000 Sterl. fuerint.

i) Xenoph. Hell. IV, 8, 24.

k) Diod. XIV, 90.

l) Xen. Hell. V, 1, 10.

m) Isocr. Paneg. c. 39 p. 69, e.

n) Xen. Hell. V, 1, 31.

o) XV, 2—4.

p) Panegyr. c. 39 p. 69, e. 70, a.

q) c. 23 s. p. 201.

bellum coeptum est ex quo rex ipse in expeditionem profectus et magna navalis pugna facta est; sed coeptum est tamen *post* Antalcidae pacem et Euagoras per decem annos restitit. Diodorus res hoc bello gestas confudit et quae primae fuerunt postremas posuit.

Diodorus non modo Isocrati, sed sibi ipse repugnat, si, ut Dodwellus statuit, quae 391 gesta sunt huius belli, quod decem annorum fuisse affirmat, primo anno facta esse opinatus est. Nam si decimus annus fuit 385, primus non potuit esse 391. Quo qui bellum coeptum esse statuit Dodwellus [r]) eum cum Isocratis sex annis conciliat. „*Ol.* 97, 2, inquit, *Evagoram Cypri regem a Persis defecisse docet Diodorus. Hoc anno, ut videtur, exeunte, ut sextum attingeret quo Persis bellum fecerit.* Rursus Diodorus [s]) priores belli annos apparatui insumptos esse tradit; gestas demum esse res 386. Sed ipsum regem 391 in Cyprum venisse refert: *ὁ δὲ βασιλεὺς αὐτὸς — μεγάλαις δυνάμεσι διαβαίνει εἰς τὴν Κύπρον* [t]). Iam si rex hoc tempore advenit, verum esse non potest quod quinque post annis narratur, priores octo annos apparando bello insumptos esse. Sin vero quod hic proditum est verum sit [u]), non potuerunt tanta esse quae 391 facta sunt. Itaque non281 licet nobis securis Diodorum in rebus hoc bello gestis exponendis auctorem sequi, quem non modo Isocrati, qui illorum temporum aequalis fuit, non consentire videamus, sed etiam quae ipse alio loco rettulit, ab iis alio discrepare reperiamus.

Euagoram Xenophon [v]) a. 405 memorat. Quumque 374 mortem obierit rex aut praefectus fuit amplius triginta annos.

XIII.

DE BOSPORI REGIBUS.

Chersonesum Tauricam Strabo [a]) et forma et magnitudine Peloponneso similem esse dicit: *ἡ μεγάλη Χερρόνησος τῇ Πελοποννήσῳ προσέοικε καὶ τὸ σχῆμα καὶ τὸ μέγεθος* [b]). Qua septentrionem et occidentem spectat isthmo variae latitudinis [c]) continenti adiungitur; qua septentrionem et orientem, Bosporo Cimmerio ab ea disiungitur, quod fretum a septuaginta stadiis ad triginta contrahitur [d]). Meridianae orae asperae et montanae sunt atque nonnullis locis 1200 pedibus editiores quam summa aqua Ponti Euxini [e]). Qua continentem spectat utramque aequa fit atque plana, fertilissima in orien-

---

r) Ann. Xenoph. p. 255.

s) V. locum in annot. p 278.

t) Diod. XIV, 98. Nicotelis anno 391/0.

u) Narratum a scriptore XV, 9.

v) Hell. II, 1, 29.

a) VII p. 310, d.

b) Peloponnesus, ut eam descripsit Arrowsmithius („Outlines of Greece and the Adjacent Countries") cuius tabula accuratior videtur omnibus quae prius editae sunt, circiter 7779 millia quadrata Anglica continet. Quam apposite comparaveris Walisia 7425 millia quadrata Anglica continet.

c) Strabo VII p. 308, b: *ὁ ἰσθμός, ὁ διείργων τὴν Σαπρὰν λεγομένην λίμνην ἀπὸ τῆς θαλάττης, σταδίων τεσσαράκοντα, καὶ ποιῶν τὴν Ταυρικὴν καὶ Σκυθικὴν λεγομένην χερρόνησον, οἱ δὲ τριακοσίων ἑξήκοντα τὸ πλάτος τοῦ ἰσθμοῦ φασίν.*

d) Polyb. IV, 39: *Κιμμερικὸς Βόσπορος, ὃς τὸ μὲν πλάτος ἔχει περὶ τριάκοντα στάδια, τὸ δὲ μῆκος ἑξήκοντα στάδια· πᾶν δ' ἐστὶν ἁλιτενές.* Strabo VII, 310, b: *τὸ στόμα τῆς Μαιώτιδος καλεῖται μὲν Κιμμερικὸς Βόσπορος, ἄρχεται δὲ ἀπὸ μείζονος πλάτους, ἀπὸ ἑβδομήκοντά που σταδίων· καθ' ὃ διαίρουσιν ἐκ τῶν περὶ Παντικάπαιον τόπων, εἰς τὴν ἐγγυτάτω πόλιν τῆς Ἀσίας, τὴν Φαναγορίαν· τελευτᾷ δ' εἰς πολὺ στενώτερον πορθμόν.*

e) Strabo VII p. 309: *ἡ Ταυρικὴ παραλία, χιλίων ποὺ σταδίων τὸ μῆκος, τραχεῖα καὶ ὀρεινὴ καὶ καταιγίζουσα τοῖς βορέαις ἵδρυται.* Idem p. 311: *τῆς δὲ χερρονήσου,*

tali parte, ubi Bospori regnum erat [f]). Caput erat *Panticapaeum* sive *Bosporus*, Milesiorum colonia, sita in occidentali extremitate freti, hic circiter octo millia [Angl.] patentis. Strabo [g]) eam his verbis descripsit: *ἡ ἐξῆς ἐστὶν εὔγαιος χώρα μέχρι Παντικαπαίου τῆς μητροπόλεως τῶν Βοσποριανῶν, ἱδρυμένης ἐπὶ τῷ στόματι τῆς λίμνης τῆς Μαιώτιδος. — χώρα πᾶσα σιτοφόρος, κώμας ἔχουσα καὶ πόλιν εὐλίμενον τὸ Νυμφαῖον καλούμενον. τὸ δὲ Παντικάπαιον λόφος ἐστὶ πάντη περιοικούμενος ἐν κύκλῳ σταδίων εἴκοσι· πρὸς ἕω δ' ἔχει λιμένα καὶ νεώρια, ὅσον τριάκοντα νεῶν· ἔχει δὲ καὶ ἀκρόπολιν· κτίσμα* 282 *δ' ἐστὶ Μιλησίων.* A Panticapaeo orientem versus haec terra oras freto oppositas amplectebatur [h]), occidentem versus fertilissimam quae littus adiacebat regionem, satis notam mercatoribus Atheniensibus [i]), quae per tria et quinquaginta aut septuaginta millia j) ad Theodosiam, item Milesiorum coloniam, pertinebat: quam urbem Demosthenes [k]) Leuconis regno attribuens divitiis et mercatura Bosporo non inferiorem esse affirmat. Situm et originem explicant Strabo et Arrianus: *ἡ Θεοδοσία κεῖται πόλις πεδίον εὔγαιον ἔχουσα, καὶ λιμένα ναυσὶ καὶ ἑκατὸν ἐπιτήδειον. οὗτος δὲ ὅρος ἦν πρότερον τῆς τῶν Βοσποριανῶν καὶ Ταύρων γῆς* [l]). *αὕτη πάλαι ἦν Ἑλληνὶς πόλις Ἰωνική, Μιλησίων ἄποικος. καὶ μνήμη ἐστὶν αὐτῆς ἐν πολλοῖς γράμμασιν* [m]). A Theodosia occidentem versus erant montes quibus ex hac parte regnum finiebatur. Fertilissima haec regio horreum erat Graecorum, praecipue Atheniensium, qui Demosthenis aetate quotannis 400,000 [n]) *medimnos* frumenti inde importaverunt.

Huius quamvis exiguae, opulentae tamen terrae iis de quibus explicavimus temporibus reges fuerunt hi:

πλὴν τῆς ὀρεινῆς τῆς ἐπὶ θαλάττῃ μέχρι Θεοδοσίας, ἥ γε ἄλλη πεδιὰς καὶ εὔγαιός ἐστι πᾶσα, σίτῳ δὲ καὶ σφόδρα εὐτυχής· τριάκοντα γοῦν ἀποδίδωσι, διὰ τοῦ τυχόντος ὀρυκτοῦ σχιζομένη. Quae de terrae natura tradit confirmant qui nostra aetate illa loca lustraverunt: Narrat Pallas: „Chersonnesum Tauricam a meridie, qua Pontum Euxi„num spectet, praecipiti fastigio pedum 1200 editam pau„latim continentem versus desidere, postremo tam levi „declivitate ut sensim in magnam planitiem excurrat, quae „praecipua pars sit borealis quae adiacet regionis, non „multo editior summo mari." Rennell. Geogr. of Herod. p. 68.

f) *Panticapaeum* et *Bosporum* diversa eiusdem urbis nomina esse e Plinio [IV, 24 Bip.] docuit Larcher. Herod. Tab. Geogr. v. *Panticapée.* Plinii auctoritati adde testimonium Anonymi qui *Peripl. Ponti Eux.* conscripsit p. 148. (ed. Gron.): *ἀπὸ Βοσπόρου ἤτοι Παντικαπαίου ἕως πόλεως Χερσῶνος στάδια βσ'.*

g) VII p. 309, d.

h) Strabo VII p. 310, a: *αἱ πλησιόχωροι κατοικίαι πᾶσαι αἱ περὶ τὸ στόμα τῆς Μαιώτιδος ἑκατέρωθεν.*

i) Artemonis et Apollodori mercatorum navis a Panticapaeo ad Theodosiam littus legens naufragium fecit: *διεφθάρη παραπλέουσα εἰς Θευδοσίαν ἐκ Παντικαπαίου.* Demosth in Lacrit. p. 933 s.

j) Strabo VII p. 309: *ἔστι δὲ τὸ μεταξὺ τῆς Θεοδοσίας καὶ τοῦ Παντικαπαίου στάδιοι περὶ πεντακοσίους καὶ τριάκοντα.* Arrian. Peripl. Maris Euxini p. 131 ed. Blancard.: *ἀπὸ Παντικαπαίου εἰς κώμην Καζέκα, ἐπὶ θαλάττῃ οἰκισμένην, στάδιοι εἴκοσι καὶ τετρακόσιοι. ἐνθένδε ἐς Θευδοσίαν, πόλιν ἐρήμην, στάδιοι ὀγδοήκοντα καὶ διακόσιοι.* Suspiceris Strabonem dicere intervallum terrestri itinere emetiendum, Arrianum incurva littora legentium viam significare.

k) In Lept. p. 467. [ubi vereor ne *οὐδοτουοῦν* pro *οὐδοτιοῦν* legendum sit. *Kr.*]

l) Strabo VII p. 309, d.

m) Arrian. Peripl. Mar. Eux. 131.

n) Strabo VII p. 311: *Λεύκωνά φασιν ἐκ τῆς Θεοδοσίας Ἀθηναίοις πέμψαι μυριάδας μεδίμνων διακοσίας καὶ δέκα.* Sed melior testis est Demosthenes Leptin. p. 466 s.: *ἴστε δήπου τοῦθ', ὅτι πλείστῳ τῶν ἁπάντων ἡμεῖς ἐπεισάκτῳ σίτῳ χρώμεθα. πρὸς τοίνυν ἅπαντα τὸν ἐκ τῶν ἄλλων ἐμπορίων ἀφικνούμενον ὁ ἐκ τοῦ Πόντου σῖτος εἰσπλέων ἐστίν. — αἱ τοίνυν παρ' ἐκείνου δεῦρ' ἀφικνούμεναι σίτου μυριάδες περὶ τετταράκοντά εἰσι.* Strabonem ut a negligentiae crimine defendas, statueris 210,000 *medimnos* quos dicit ex sola *Theodosia* importatos esse, quum 400,000 *medimni* e toto regno advecti essent.

	A.	M.	A. C. n.
1. Archaeanactidae	42.		(480.)
2. Spartacus I nn)	7.		438.
3. Seleucus	4.		431.
* * *	(20.)		(427.)
4. Satyrus I	14.		(407.)
5. Leucon	40.		393.
6. Spartacus II nn)	5.		353.
7. Parysades	38.		348.
8. Satyrus II		9.	310.
9. Prytanis			
10. Eumelus	5.	5.	309.
11. Spartacus III	20.		304.

Quos Spartacus I regnavit septem annos (non completos) Diodorus o) circumscripsit anno Theodori archontis [$43\frac{8}{7}$], quo Archaeanactidarum p) duo et quadraginta anni exierunt, et Apseudis archontis anno [$43\frac{3}{2}$], unde quattuor anni proximi regis incipiunt: *ἐπ' ἄρχοντος Ἀθήνησι Θεο-*283 *δώρου — κατὰ τὴν Ἀσίαν οἱ τοῦ Κιμμερίου Βοσπόρου βασιλεύσαντες, ὀνομασθέντες δὲ Ἀρχαιανακτίδαι, ἦρξαν ἔτη δύο πρὸς τοῖς τεσσαράκοντα. διεδέξατο δὲ τὴν ἀρχὴν Σπάρτακος, καὶ ἦρξεν ἔτη ἑπτά. ἐπ' ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀψεύδους — Σπάρτακος μὲν ὁ Βοσπόρου βασιλεὺς ἐτελεύτησεν, ἄρξας ἔτη δεκαεπτά [leg. cum Wess. ἑπτά]· διεδέξατο δὲ τὴν ἀρχὴν Σέλευκος καὶ ἐβασίλευσεν ἔτη τέσσαρα* q).

Sed quum inter *Theodorum* et *Apseudem* nonnisi quattuor archontes interfuerint, Spartacus I tantum *quinque* annos *sexto* inchoato regnasse potest, nisi forte ante Theodorum imperium obtinuit aut post Apseudem decessit. Hanc ob causam Seleucum anno post Apseudem regem factum esse statui.

Prodidit Diodorus quo anno *Seleucus* regnare coeperit, *Satyrus* desierit: quorum utrique qui numeri attribuuntur, alteri quattuor, alteri quattuordecim anni, si veri sunt, inter utrumque regnum viginti anni intercesserunt, de quibus Diodorus nihil tradidit. *Satyrum* Demostrato archonte [$39\frac{3}{2}$] mortem obisse dicit: *περὶ τὸν αὐτὸν χρόνον Σάτυρος ὁ Σπαρτάκου μὲν υἱὸς βασιλεὺς δὲ Βοσπόρου ἐτελεύτησεν, ἄρξας ἔτη δεκατέσσαρα. τὴν ἡγεμονίαν δὲ διεδέξατο ὁ υἱὸς Λεύκων ἐπ' ἔτη τεσσαράκοντα* r). Ita Antigene archonte [$40\frac{7}{6}$] regnum adeptus est, quattuor et viginti annis post patris obitum. Iam quo tempore Athenienses ad Aegos flumen devicti sunt regem fuisse tradit Lysias s): *ἡμᾶς ὁ πατὴρ πρὸ τῆς ἐν Ἑλλησπόντῳ συμφορᾶς ὡς Σάτυρον τὸν ἐν τῷ Πόντῳ διαιτησομένους ἐξέπεμψεν.*

Quae Leucone regnante cum Atheniensibus iuncta gerebatur amicitia iam Satyri aetate culta est t). Isocrates u) orationem scripsit pro homine ex Satyri regno oriundo, qui Athenis habitabat

---

nn) *Spartocos*, non *Spartacos* vocatos esse e monumentis apparet. V. Boeckh. Corp. Inscr. I p. 146. *Kr.*

o) XII, 31.

p) De *Archaeanactidis* v. Wesseling. ad Diod. XII, 31.

q) Diod. XII, 36.

r) XIV, 93.

s) Pro Mantitheo p. 145, 43.

t) De Leucone loquens Demosth. Lept. p. 467: *εὐεργέτηκεν ὑμᾶς οὗτος ὁ ἀνὴρ καὶ αὐτὸς καὶ οἱ πρόγονοι.*

u) Isocrat. Trapez. p. 359 s.: *ἐμοὶ πατὴρ μέν ἐστι Σωπαῖος, ὃν οἱ πλέοντες εἰς τὸν Πόντον ἅπαντες ἴσασιν οὕτως οἰκείως πρὸς Σάτυρον διακείμενον, ὥστε πολλῆς μὲν χώρας ἄρχειν, ἁπάσης δὲ τῆς δυνάμεως ἐπιμελεῖσθαι τῆς ἐκείνου. — χρόνῳ δ' ὕστερον διαβολῆς πρὸς Σάτυρον γενομένης, ὡς ὁ πατὴρ οὑμὸς ἐπιβουλεύοι τῇ ἀρχῇ κἀγὼ τοῖς φυγάσι συγγιγνοίμην, τὸν μὲν πατέρα μοῦ συλλαμβάνει. — μετὰ δὲ ταῦτ' ἀφικνοῦνται ἀπαγγέλλοντες ὅτι ὁ πατὴρ ἀφεῖται, καὶ Σατύρῳ οὕτως ἁπάντων μεταμέλει τῶν πεπραγμένων, ὥστε πίστεις τὰς μεγίστας αὐτῷ δεδωκὼς εἴη, καὶ τὴν ἀρχὴν ἔτι μείζω πεποιηκὼς ἧς εἶχε πρότερον, καὶ τὴν ἀδελφὴν τὴν ἐμὴν εἰληφὼς γυναῖκα τῷ αὐτοῦ υἱεῖ.* Haec acta sunt quo tempore Lacedaemonii

et cuius pater in Bospori regno gravissimis muneribus functus erat. Iudicum benevolentiam quum aliis rationibus tum eo conciliare studet quod quantopere Satyrus Atheniensibus faverit memorat v): ἄξιον δὲ καὶ Σατύρου καὶ τοῦ πατρὸς ἐνθυμηθῆναι, οἳ πάντα τὸν χρόνον περὶ πλείστου τῶν Ἑλλήνων ὑμᾶς ποιοῦνται, καὶ πολλάκις ἤδη διὰ σπάνιν σίτου τὰς τῶν ἄλλων ἐμπόρων ναῦς κενὰς ἐκπέμποντες ὑμῖν ἐξαγωγὴν ἔδοσαν x).

Occidit Satyrus *Theudosiam* oppugnans: Σάτυρος Θευδοσίαν πολιορκῶν ἐτελεύτησεν y).

Leuconem Satyri filium Diodorus quadraginta annos regnasse tradit: qui numerus satis congruit cum temporum notis ab eo positis. (ἦρχε Δημόστρατος) [39½]. — διεδέξατο Λεύκων ἐπ' ἔτη τεσσαράκοντα z). ἐπ' ἄρχοντος Διοτίμου [35⅔], — κατὰ τὸν Πόντον Λεύκων ὁ τοῦ Βοσπόρου βασιλεὺς ἐτελεύτησεν ἄρξας ἔτη τεσσαράκοντα. τὴν δὲ ἀρχὴν διαδεξάμενος Σπάρτακος ὁ υἱὸς ἐβασίλευσεν ἔτη πέντε a). Mortem obiit quadragesimo regni sui anno inchoato.

284 Leuconem complures veterum scriptorum prudentem, munificum, potentem fuisse b) atque inter omnes huius stirpis reges excelluisse testantur: quare Strabo c) prioribus regibus omissis praecipue de Leucone et Parysade ut huius regiae familiae auctoribus loquitur: ἐμοναρχεῖτο πολὺν χρόνον ὑπὸ δυναστῶν τῶν περὶ Λεύκωνα, καὶ Σάγαυρον [Σάτυρον *Casaub.*], καὶ Παιρισάδην, αὖτη τε καὶ αἱ πλησιόχωροι κατοικίαι πᾶσαι αἱ περὶ τὸ στόμα τῆς Μαιώτιδος ἑκατέρωθεν, μέχρι Παιρισάδου τοῦ Μιθριδάτῃ παραδόντος τὴν ἀρχήν. ἐκαλοῦντο δὲ τύραννοι, καίπερ οἱ πλείους ἐπιεικεῖς γεγονότες, ἀρξάμενοι ἀπὸ Παιρισάδου καὶ Λεύκωνος.

Spartacum quinque annos regnasse Diodorus d) iterum tradit sub Callimachi anno, 34⅔: ἐπ' ἄρχοντος Καλλιμάχου — ἐν τῷ Πόντῳ Σπάρτακος ὁ τοῦ Πόντου βασιλεὺς ἐτελεύτησεν, ἄρξας ἔτη πέντε. τὴν δ' ἡγεμονίαν διαδεξάμενος ὁ ἀδελφὸς Παρυσάδης ἐβασίλευσεν ἔτη τριακονταοκτώ. *Parysadis* mortem, βεβασιλευκότος ἔτη τριάκοντα ὀκτώ, Hieromnemonis anno adscripsit e), quem inter et Callimachum octo et triginta archontes intersunt. Itaque eius regnum octo et triginta annos complevit, ut statuendum videatur eum Callimachi anno exeunte, 348, regem factum esse. Quo tempore *Pary-*

---

maris imperium tenuerunt. p. 366, a: Λακεδαιμονίων ἀρχόντων κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον τῆς θαλάττης. Quo loco tempus constituitur atque ab Isocrate et Lysia et Diod. XIV, 93 eundem Satyrum dici demonstratur.

v) Isocr. Trapez. p. 370, b.

x) Ex hoc loco satis accurate quo tempore Isocrates τὸν Τραπεζιτικὸν composuerit definiri potest. Scripta est haec oratio ante Satyri mortem, qui 39½ decessit, atque, ut videtur, ubi Lacedaemonii maris imperio privati erant. (V. annot. v.) Quod si ex Isocratis verbis colligere licet, oratio extremo Satyri anno, 393, composita est.

y) Harpocr. v. Θευδοσίαν.

z) XIV, 93.

a) XVI, 31.

b) Locos quibus *Leuco* memoratur collegerunt Perizon. ad Aelian. V. H. VI, 13. Wesseling. ad Diod. XIV, 93. Wolf. ad Demosth. Lept. p. 249. Haec testimonia ita digesseris: 1. Demosth. Lept. p. 466 s. ex quo discimus Athenienses mercaturae immunitatem, quam sibi concesserat, remuneraturos, ipsi filiisque immunitatem dedisse eumque Theudosiam, quam pater eius quum oppugnaret occiderat, tenuisse. 2. Chrysippus apud Plutarch. Mor. p. 1043, c. d. p. 1061, d, quocum comparetur Strabo VII p. 301, b. 3. Aeneas Tacticus c. 5: Λεύκων ὁ Βοσπόρου τύραννος καὶ τῶν φρουρῶν τοὺς χρεωφειλέτας διὰ κυβείαν ἢ δι' ἄλλας ἀκολασίας ἀπομίσθους ἐποίει. 4. Dio orat. II p. 101 Reisk.: τὸν δέ γε ἀνδρεῖον καὶ φιλάνθρωπον καὶ τοῖς ὑπηκόοις εὔνουν — τῆς ἀρετῆς (ὁ Ζεὺς) ἀγάμενος, ὡς τὸ πολὺ μὲν ἄγει πρὸς γῆρας. καθάπερ ἀκούομεν Κῦρόν τε καὶ Δηϊόκην τὸν Μῆδον καὶ Ἀγάθυρσον τὸν Σκύθην καὶ Λεύκωνα. 5. Polyaenus VI, 9, qui de bello quod adversus Heracleam Bithyniae gesserit nonnulla narrat. Alio loco (V, 44, 1) bellum quo Memno Rhodius Leuconem petierit memorat: Μέμνων ἐπιθέμενος Λεύκωνι τῷ Βοσπόρου τυράννῳ. Memnonem Demosthenes a. 352 adolescentem dicit in Aristocr. p. 672. Mortem obiit 333, secundo anno quo Alexander in Asia bellum gessit. Arrian. II, 1. Adversus Leuconem huius extremis temporibus bellum gesserit necesse est. 6. Athenaeus VI p. 257, c. 7. Addideris licet locum quo eum respicit Aelian. V. H. VI, 13: μνημονεύονται — εἰς ἐγγόνους διαρκέσαι (τυραννίδες) αἵδε· ἥτε Γέλωνος ἐν Σικελίᾳ καὶ ἡ τῶν Λευκωνιδῶν [*sic emendat Scalig. pro vulg.* Λευκανίων] περὶ Βόσπορον καὶ ἡ τῶν Κυψελιδῶν ἐν Κορίνθῳ. 8. Nonni in commentat. ad Gregor. Naz., quem locum v. apud Wolf. ad Lept. p. 250. Adde Strabonem, cuius verba supra exscripta sunt.

c) VII p. 310.

d) XVI, 52.

e) Diod. XX, 22.

stides regnavit, Dinarchus [f]) *Birisadem* et *Satyrum* atque *Gorgippum* tyrannos memorat, ut viventes 324: *προῖκα τοῦτον (Δημοσθένην) οἴεσθε γράψαι — τὸ χαλκοῦς ἐν ἀγορᾷ στῆσαι Βιρισάδην καὶ Σάτυρον καὶ Γόργιππον τοὺς ἐχθίστους τυράννους, παρ' ὧν αὐτῷ χίλιοι μόδιοι τοῦ ἐνιαυτοῦ πυρῶν ἀποστέλλονται;* Quos Bospori regulos fuisse conieceris e nominibus et ex coniunctione quae mature Demosthenis familiae cum hoc regno intercesserat [g]). Hi tres reguli aequales erant; atque cum Wesselingio singularum huius terrae partium regna tenuisse suspiceris. *Βιρισάδην* Diodori *Parysadem* agnoveris [h]): qui quum quarto et vicesimo anno regnavit, Dinarchus hanc orationem habuit. *Satyrus* ille quem orator memorat est fortasse Parysadis filius natu maximus, qui cum patre regnaverit eique Diodoro teste quattuordecim annis post successit. *Gorgippum* inter Bospori reges Polyaenus memorat [i]): *ὁ Σάτυρος ἐτελεύτησε, Γόργιππος δὲ ὁ υἱὸς αὐτοῦ τὴν ἀρχὴν διαδεξάμενος, κ. τ. λ.* Sed hos eosdem reges fuisse atque eos quos Dinarchus nominat affirmare non licet, quum fieri possit ut per longum spatium ducentorum annorum, qui inter primum et postremum Parysadem intercesserunt [k]), alii reges fuerint quibus Satyri et Gorgippi nomina essent. 285

Inter tres *Parysadis* filios Hieromnemone archonte, $\frac{310}{309}$, bellum commotum est: quo gesto *Eumelus* rerum potitus est. Qui quum quinque annos et quinque menses regnaverit, circiter 304 videtur excessisse. Temporum notas Diodorus has offert: *περὶ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς* [Hieromnemonis anno] *ἐν τῷ Πόντῳ μετὰ τὴν Παρυσάδου τελευτὴν, ὃς ἦν βασιλεὺς τοῦ Κιμμερικοῦ Βοσπόρου, διετέλουν οἱ παῖδες αὐτοῦ διαπολεμοῦντες πρὸς ἀλλήλους ὑπὲρ τῆς ἡγεμονίας, Εὔμηλός τε καὶ Σάτυρος καὶ Πρύτανις· τούτων δὲ ὁ μὲν Σάτυρος ὢν πρεσβύτερος παρὰ τοῦ πατρὸς παρειλήφει τὴν ἀρχήν, βεβασιλευκότος ἔτη τριάκοντα ὀκτώ* [l]). Satyrus vulneribus in pugna acceptis mortuus est, *ἐννέα μόνον μῆνας βασιλεύσας μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν Παρυσάδου* [m]). Vacuum regnum qui occupare conatus est *Prytanis* ab *Eumelo* devictus et occisus est [n]). Eumelus ipse, qui rerum administrandarum prudentia non videtur destitutus fuisse, subito mortem obiit, priusquam regni augendi consilia exsequi posset: *ἐπεχείρησε πάντα τὰ περὶ τὸν Πόντον ἔθνη καταστρέφεσθαι, καὶ τάχα ἂν ἐκράτησε τῆς ἐπιβολῆς, εἰ μὴ σύντομον ἔσχε τὴν τοῦ βίου τελευτήν. πέντε γὰρ ἔτη καὶ τοὺς ἴσους μῆνας βασιλεύσας κατέστρεψε τὸν*

---

f) In Demosth. p. 95, 36.

g) Gylo, avus Demosthenis, in Bosporo sedem habuerat: Aeschin. in Ctes. p. 78, 15: *Γύλων ἐκ Κραμέων — ἀφικνεῖται εἰς Βόσπορον, κἀκεῖ λαμβάνει δωρεὰν παρὰ τῶν τυράννων τοὺς ὠνομασμένους κήπους, καὶ γαμεῖ γυναῖκα πλουσίαν μὲν καὶ χρυσίον ἐπιφερομένην πολύ, Σκύθιν δὲ τὸ γένος.* His parentibus nata erat mater Demosthenis. Quos Aeschines memorat tyrannos, hi videntur per tempora Satyro I superiora, de quibus Diodorus nihil tradidit, regnasse. Itaque statueris Gylonem illuc migrasse circiter triginta annis ante quam eius nepos Demosthenes natus est.

h) Dinarchi *Barisadem* Diodori *Parysadem* esse consentire videtur Wesseling. ad Diod. XIV, 93: *Satyro Polyaen. VIII, 55 successit filius Gorgippus. Gorgippum autem Demostheni aequalem perhibet Dinarchus p. 95 viderique adeo posset Satyri eius filius qui Berisadi successit, ni ea obstarent quae auctor* [XX, 22] *de Satyro eo memoriae tradidit. Opinor in parte aliqua Ponti regnasse et Berisadi aequaevum fuisse.* Sed postea de hac sententia decedit ad Diod. XVI, 52: *Doctissimo de Boze — re curatius examinata assentiri non possum Berisadem, de quo Dinarchus p. 95, eundem ac Parisadem arbitrato. Nam Berisades ille in parte Thraciae regnavit, nunquam Ponti rex. Docet id clarissime Demosthenes Aristocrat. p. 430.* [p. 624 Reisk.] Sed Demosthenis *Berisades*, qui cum *Amadoco* et *Cersoblepte* Thracum rex erat, iam 352 mortem obierat: *τελευτήσαντος Κότυος Βηρισάδην καὶ Ἀμάδοκον καὶ Κερσοβλέπτην τρεῖς ἀνθ' ἑνὸς γενέσθαι Θράκης βασιλέας. — ἑνὸς τελευτήσαντος τῶν βασιλέων, Βηρισάδου Κερσοβλέπτης ἐξέφερε πόλεμον πρὸς τοὺς Βηρισάδου παῖδας.* Dinarchi autem Berisades vivebat 324. Verior igitur est ea sententia quam Wesselingius improbat.

i) VIII, 55.

k) *Mithridates Eupator*, cui postremus Parysades regnum tradidit (Strabo VII p. 309, a. 310, a), regnum adeptus est a. 120 a. C. n. atque Chersonneso Taurica circiter ducentis annis post Parysadis I mortem videtur potitus esse.

l) XX, 22.

m) XX, 23.

n) Diod. XX, 24. Addit: *μόνος διέφυγεν Εὔμηλον ὁ παῖς ὁ Σατύρου Παρυσάδης, νέος ὢν παντελῶς τὴν ἡλικίαν· ἐξιππεύσας γὰρ ἐκ τῆς πόλεως κατέφυγε πρὸς Ἄγαρον τὸν βασιλέα τῶν Σκυθῶν.*

βίον o). Eumelo Phereclis anno, 304, successit filius Spartacus, qui viginti annos regnavit: *Εὔμηλος μὲν ὁ Βοσπόρου βασιλεὺς βασιλεύων ἔτον ἔτος ἐτελεύτησε· τὴν δὲ βασιλείαν διαδεξάμενος Σπάρταχος ὁ υἱὸς ἦρξεν ἔτη εἴκοσιν* p). Ab hoc tempore nostra Diodori exemplaria deficiunt.

XIV.

DE CARIAE REGULIS.

Perspicua sunt et satis rem explicant quae Strabo a) narrat: „Hecatomno, Cariae regi tres fuerunt filii, *Mausolus*, „et *Idrieus* atque *Pixodarus:* filiae duae, quarum maior natu *Artemisia*
286 „coniux fuit fratris natu maximi *Mausoli.* Alteram, *Adam*, in matrimonio habuit alter frater, „*Idrieus.* Regnum tenuit *Mausolus*, qui quum sine liberis decessisset, *Artemisiae* uxori imperium „reliquit, quae clarissimum illud ei monumentum fecit. Hac mortua regnavit *Idrieus;* eique succ„cessit uxor *Adae:* quam eiecit qui de Hecatomni filiis supererat *Pixodarus.* Quum Alexander Ca„riam occuparet, *Ada* ut se restitueret impetravit."

	A.	A. C. n.
1. Hecatomnus	. . . .	[385.]
2. Mausolus	24.	(377.)
3. Artemisia	2.	353.
4. Idrieus	7.	351.
5. Ada	4.	344.
6. Pixodarus	5.	340.
Intervallum	1.	335.
Ada restituta	. . . .	334.

1. Hecatomnus Cyprio bello a rege Persarum contra Euagoram bellum gerere iussus b) clam ei favit c). Theopompo auctore d) hoc bello classi Persarum praeerat: *ὁ βασιλεὺς Εὐαγόρᾳ συνεπείσθη πολεμῆσαι, στρατηγὸν ἐπιστήσας Αὐτοφραδάτην τὸν Λυδίας σατράπην, ναύαρχον δὲ Ἑκατόμνων.* Isocrates e) a. 380 Hecatomnum Cariae praefectum memorat: *Ἑκατόμνως ὁ Καρίας ἐπίσταθμος τῇ μὲν ἀληθείᾳ πολὺν ἤδη χρόνον ἀφέστηκεν.*

2. Mausolus. Diodorus f) Eudemo archonte, $35\frac{3}{4}$, mortuum esse tradit: *ἐπ' ἄρχοντος Εὐδήμου — Μαύσωλος ὁ Καρίας δυνάστης ἐτελεύτησεν, ἄρξας ἔτη εἰκοσιτέσσαρα· τὴν δὲ ἀρχὴν διαδεξαμένη Ἀρτεμισία ἡ ἀδελφὴ καὶ γυνὴ ἐδυνάστευσεν ἔτη δύο.* Diodorus g) eum Molone archonte, $36\frac{3}{4}$, una

o) Diod. XX, 25.
p) Diodorus XX, 100.
a) XIV p. 656 s.
b) Diod. XIV, 98: *Ἑκατόμνῳ τῷ Καρίας δυνάστῃ προσέταξε πολεμεῖν τῷ Εὐαγόρᾳ.*
c) Diod. XV, 2: *Εὐαγόρας παρ' Ἑκατόμνου τοῦ Καρίας δυνάστου λάθρα συμπράττοντος αὐτῷ χρημάτων ἔλαβε πλῆθος.*
d) Apud Phot. Cod. 176 p. 389.
e) Panegyr. c. 43 p. 74, d.
f) XVI, 36.
g) XV, 90.

cum Aegyptiis aliisque ab Artaxerxe defecisse tradit. Eundemque sociale bellum commovisse testatur Demosthenes [h]): *φανήσεται ὁ πρυτανεύσας ταῦτα καὶ πείσας Μαύσωλος.* Itaque quo tempore hoc bellum geri coeptum est, 358, nondum decesserat atque Plinius [i]) de tempore quo Mausolus mortuus est fallitur: *Is obiit*, inquiens, *Olympiadis centesimae anno secundo, Urbis Romae anno* 302 [375], i. e. a. C. n. 379 [k]). Sed quum ex tempore quo Diodorus, quem Demosthenes [l]) confirmat, eum decessisse tradit regnum, quod quattuor et viginti annos tenuit, Ol. 100, 4, a. C. n. $37\frac{7}{8}$ adeptus fuerit, duobus annis post quam mortuum esse dicit Plinius, hunc per errorem *Mausolum* pro *Hecatomno* nominasse suspiceris.

3. Artemisia, quae nonnisi duobus annis coniugi superstes Demosthene auctore 351 nondum decesserat. Diodorus quum eam Eudemo archonte regnum adeptam esse rettulisset, Thessali anno, $35\frac{1}{8}$, mortuam esse tradit: *Ἀρτεμισία ἡ Καρίας δυναστεύουσα μετήλλαξεν ἄρξασα ἔτη δύο· τὴν δὲ δυναστείαν Ἰδριεὺς ὁ ἀδελφὸς διεδέξατο, καὶ ἦρξεν ἔτη ἑπτά* [m]). Maerore confecta esse putabatur: *Θυγάτηρ μὲν ἦν Ἑκατόμνου γυνὴ δὲ καὶ ἀδελφὴ Μαυσώλου· ἣν φησὶ Θεόπομπος φθινάδι νόσῳ ληφθεῖσαν διὰ τὴν λύπην ἀποθανεῖν* [n]).

Praeter clarissimum illud *Mausoleum* Artemisia in coniugis honorem eloquentiae et poeseos287 praemia proposuit. Hoc certamen ratione in tabulis explicata [o]) Ol. 107, Aristodemi anno, adscribendum est. Testimonia de ea re haec exstant: Gellii [p]): *Artemisia ἀγῶνα laudibus (Mausoli) dicundis facit; ponitque praemia pecuniae aliarumque rerum bonarum amplissima. Ad eas laudes decertandas venisse dicuntur viri nobiles ingenio atque lingua praestabili Theopompus, Theodectes, Naucrites. Sunt etiam qui Isocratem ipsum cum iis certavisse memoriae mandaverint. Sed eo certamine vicisse Theopompum iudicatum est. Is fuit Isocratis discipulus. Exstat nunc quoque Theodecti tragoedia, quae inscribitur Mausolus: in qua eum magis quam in prosa placuisse Higinus in exemplis refert.* Pseudo-Plutarchi [q]): *ἠγωνίσατο δὲ (Ἰσοκράτης) καὶ τὸν ἐπὶ Μαυσώλῳ τεθέντα ὑπὸ Ἀρτεμισίας ἀγῶνα. τὸ δὲ ἐγκώμιον οὐ σώζεται.* Theopompi ipsius [r]): *(Θεόπομπος) ὑπερφρονεῖ τὸν Ἰσοκράτην καὶ νενικῆσθαι ὑφ' ἑαυτοῦ λέγει κατὰ τὸν ἐπὶ Μαυσώλῳ ἀγῶνα τὸν διδάσκαλον.* Suidae [s]): *Ἰσοκράτης Ἀμύκλα τοῦ φιλοσόφου, Ἀπολλωνίας τῆς ἐν τῷ Πόντῳ ἢ Ἡρακλείας — μαθητὴς καὶ διάδοχος τοῦ μεγάλου Ἰσοκράτους, διακούσας δὲ καὶ Πλάτωνος τοῦ φιλοσόφου. οὗτος δὲ ὁ Ἰσοκράτης καὶ Θεοδέκτῳ τῷ ῥήτορι καὶ τραγῳδιοποιῷ, καὶ Θεοπόμπῳ τῷ Χίῳ, ἅμα τῷ Ἐρυθραίῳ Ναυκράτῃ διηγωνίσατο περὶ λόγων εἰς τὸν ἐπιτάφιον Μαυσώλου τοῦ Καρός.* Alio loco [t]), cuius partem in tabulis [u]) proposuimus, Suidas haec addit: *(Θεοδέκτης) ἐνίκησε μάλιστα εὐδοκιμήσας ἐν ᾗ εἶπε τραγῳδίᾳ. ἄλλοι δέ φασιν Θεόπομπον ἔχειν τὰ πρωτεῖα.* Gellio cum Suida comparato collegeris duo praemia, alterum tragoediae, alterum eloquentiae, proposita fuisse, alterum Theodectae, alterum Theopompo datum esse. Quod in tabulis [v]) Suida auctore Isocratem *Apolloniatem* de hoc praemio certasse posui, recte me admonuit Ruhnkenius [x]) ipsius Theopompi testimonium merito alii de hac re anteponi. Itaque Isocrates *Atheniensis* hoc tempore de praemio decertavit et quam hic scripserat Mausoli laudationem inferior iudicata est ea quam eius discipulus Theopompus composuerat.

---

h) Pro Rhod. p 191.

i) H. N. XXXVI, 6. [Ibi ex aliquot codicibus editum est: *centesimae sextae. Kr.*]

k) Corsin. Fastt. Att. t. III p. 300 hoc falsum tempus repetiit. Postea t. IV p 26 quod Diodorus posuit tempus memorat neque tamen reprehendit illud quod Plinius notavit.

l) V. tabb. 351, 3.

m) XVI, 45.

n) Harpocrat. v. *Ἀρτεμισία.*

o) 352, 4.

p) X, 18

q) Vit. X or. p. 838, b.

r) Apud Euseb. Praep. X, 3 p. 464, c.

s) V. *Ἰσοκράτης Ἀμύκλα.*

t) V. *Θεοδέκτης Ἀριστάνδρου.*

u) 352, 4.

v) 352, 4.

x) Hist. crit. or. Graec. p. 161 Reisk.

4. Idrieus, qui post Artemisiam regnavit annos septem, Lycisco archonte, $34\frac{4}{3}$, mortuus est: *ἐπ' ἄρχοντος Λυκίσκου — κατὰ την Καρίαν Ἰδριεὺς ὁ δυνάστης τῶν Καρῶν ἐτελεύτησεν, ἄρξας ἔτη ἑπτά· τὴν δὲ ἀρχὴν διαδεξαμένη Ἄδα, ἡ ἀδελφὴ καὶ γυνή, ἐδυνάστευσεν ἔτη τέσσαρα* [y]). Constat eius temporum ratio. Regnum nuper adeptum esse memorat Diodorus [z]) sub a. $35\frac{1}{3}$ (quo Thessalus archon fuit): *Ἰδριέα τὸν τῆς Καρίας δυνάστην, ἄρτι μὲν παρειληφότα τὴν ἀρχήν.* Isocrates [a]) Idrieum a. 346 memorat: *καὶ μὴν Ἰδριέα τὸν εὐπορώτατον τῶν νῦν περὶ τὴν ἤπειρον προσήκει δυσμενέστερον εἶναι τοῖς βασιλέως πράγμασι τῶν πολεμούντων· ἢ πάντων γ' ἂν εἴη σχετλιώτατος, εἰ μὴ βούλοιτο καταλελύσθαι ταύτην τὴν ἀρχὴν τὴν αἰκισαμένην μὲν τὸν ἀδελφόν, πολεμήσασαν δὲ πρὸς αὐτόν.* Eodem anno, 346, de Idrieo loquitur Demosthenes [b]), *τὸν Κᾶρα* dicens, et quae occupaverit enumerat: *τὸν Κᾶρα τὰς νήσους καταλαμβάνειν, Χίον καὶ Κῶν καὶ Ῥόδον.*

288 5. Ada coniugi successit Lycisci anno, $34\frac{4}{3}$. Exactam esse Nicomacho archonte, $34\frac{1}{5}$, tradit Diodorus [c]): *ἐπ' ἄρχοντος Νικομάχου — Πιξώδαρος ὁ νεώτερος τῶν ἀδελφῶν ἐξέβαλεν ἐκ τῆς δυναστείας Ἄδαν, καὶ ἐδυνάστευσεν ἔτη πέντε, ἕως ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρου διάβασιν εἰς τὴν Ἀσίαν.* Pixodari quinque anni praeterierant Euaeneto archonte. Non multo post Alexander Adam restituit, 334, primo anno quo in Asia bellum gesserat circumacto: *τῆς δὲ Καρίας ξυμπάσης σατραπεύειν ἔταξεν Ἄδαν θυγατέρα μὲν Ἑκατόμνου, γυναῖκα δὲ Ἰδριέως, ὃς καὶ ἀδελφός· καὶ ὁ μὲν Ἰδριεὺς τελευτῶν ταύτῃ ἐπέτρεψε τὰ πράγματα· — Πιξώδαρος δὲ τὴν μὲν ἐκβάλλει τῆς ἀρχῆς, αὐτὸς δὲ κατεῖχε τὰ πράγματα. τελευτήσαντος δὲ Πιξωδάρου, Ὀροντοβάτης τὴν ἀρχὴν ἐκ βασιλέως πεμφθεὶς εἶχε, γάμβρος ὢν Πιξωδάρου* [d]).

XV.

DE ALEXANDRO PHERAEO.

Alexandrum Pheraeum Diodorus [a]) Agathocle archonte, $35\frac{7}{5}$, interemptum esse tradit. Mortem eius memorat Xenophon [b]). Et tamen ipsum Xenophontem Stesiclides Callimede archonte, $36\frac{60}{59}$, decessisse tradidit. Quam repugnantiam Wesselingius [c]) notavit: *Verum esse non potest — Xenophontem Ol.* 105, 1 *mortem cum vita commutasse.* Xenophontem posterius vixisse profecto verisimile est [d]). Verum tamen Diodoro accuratius inspecto suspiceris necesse est Alexandrum ante Agathoclis annum interfectum esse.

Etenim Diodorus [e]) haec narrat: *ἐπ' ἄρχοντος Ἀγαθοκλέους — κατὰ τὴν Ἑλλάδα Ἀλέξανδρος ὁ Φερῶν τύραννος ὑπὸ τῆς ἰδίας γυναικὸς Θήβης καὶ τῶν ταύτης ἀδελφῶν Λυκόφρονος καὶ Τισιφόνου ἐδολοφονήθη. οὗτοι δὲ τὸ μὲν πρῶτον ὡς τυραννοκτόνοι μεγάλης ἐτύγχανον ἀποδοχῆς· ὕστερον δὲ μετανοήσαντες — ἀνέδειξαν ἑαυτοὺς τυράννους. — οἱ δ' Ἀλευάδαι — προσελάβοντο Φίλιππον σύμμαχον τὸν Μακεδόνων βασιλέα. οὗτος δ' ἐπανελθὼν εἰς τὴν Θετταλίαν κατεπολέμησε τοὺς τυράννους.* Coniunxit

---

y) Diod. XVI, 69.
z) XVI, 42.
a) Philipp. c. 43 p. 102, e.
b) De Pace p. 63.
c) XVI, 74.
d) Arrian. I, 23.

a) XVI, 14.
b) Hell. VI, 4, 35.
c) Ad Diod. XV, 76.
d) V. tabb. 359, 3.
e) XVI, 14.

hoc loco quae compluribus annis acta sunt, partim praecipiens, partim quae prius gesta erant repetens. Ita ex ipsius narratione Philippus quinque annis post, 352, tyrannos eiecit. Hoc anno *Φίλιππος ἐστράτευσεν ἐπὶ Λυκόφρονα τὸν Φερῶν τύραννον* f); expulitque Lycophronem et Pytholaum, tertium fratrem, quem Diodorus ante memorare neglexerat: *οἱ τῶν Φεραίων τύραννοι Λυκόφρων καὶ Πειθόλαος — τὰς Φερὰς παρέδοσαν τῷ Φιλίππῳ* g). Atque Alexandrum, qui undecim annos regnaverit, minimum duobus annis ante Agathoclem archontem occisum esse necesse est. Nam Alexander auctumno 369, Lysistrati anno ineunte, regnum occupavit: quo tempore revera regnum adeptum esse ex Xenophonte h) probari potest. Sed ab hoc anno ad Agathoclem archontem non *undecim*, sed *tredecim* anni numerantur. Quodsi decem annos *integros* undecimo inchoato eum regnum tenuisse statuimus, terminatum est 359, Ol. 105, 2 ineunte: qua ratione Alexandro Pheraeo respecto in tempore quo Stesiclides Xenophontem decessisse tradit nonnisi uno anno aberratum est. Quumque Xenophon i) solum Tisiphonum, fratrum natu maximum, Alexandro successisse dicat, (*ἄχρις οὗ ὅδε ὁ λόγος ἐγράφετο Τισίφονος, πρεσβύτατος ὢν τῶν ἀδελφῶν, τὴν ἀρχὴν εἶχεν*) probabile est Tisiphonum, cuius mortem Diodorus notare neglexit, ab Alexandri morte ad Agathoclis annum 289 regnasse, quo tempore Lycophron imperium accepit; ac Diodorum ad hunc annum Thessalicarum rerum expositionem distulisse, quod Philippus hoc anno in Thessalia potens factus est k).

XVI.

ELATEA. — CHAERONEA.

Qui res Amphissio bello gestas disponere instituit Corsinus a) Philippum Amphictyonum imperatorem factum esse statuit vere Lysimachidis archontis, 338, quod tempus inter et pugnam Chaeronensem sex menses interfuisse ponit. Omnino quae hoc tempore acta sunt hoc modo descripsit:

16. *Anthesterionis.* [Februario 338.] „*Aeschines Pylagoras eligitur simulque duplex Amphictyonici concilii decretum verno conventu factum, quo Philippus Amphictyonum dux est designatus* b).“ [Demosth. de cor. p. 279.]

25. *Elaphebolionis.* Athenis populiscito decernitur ut legati ad Philippum mittantur inducias usque ad Thargelionem [Iunium] oblaturi. [Demosth. p. 282.]

---

f) XVI, 35.

g) XVI, 37. V. tabb. 352, 2.

h) V. tabb. 370, 2. 369, 2.

i) Hell. VI, 4, 37.

k) Corsin. Fastt. Att. t. IV p. 21 Marmoris locum ita exhibet: No. 78 [77]: *ἀφ᾽ οὗ Τιμόθεος βιώσας ἔτη ΠΔΔΔΔ ἐτελεύτησεν ἐν Ἀθήνησι, καὶ Φιλίππους τὴν πόλιν ἔκτισεν ὁ Φίλιππος Μακεδόνων βασιλεὺς καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Φεραῖος ἐτελεύτησεν καὶ τοὺς Διονυσίου στρατηγοὺς ὁ Δίων ἐνίκησεν ἔτη ΠΔΔΔΔΙΙΙ ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀγαθοκλέους. Ita nimirum laceras marmoris voces ad historiae fidem supplendas esse Prideauxius ostendit. Hic locus documento esse potest quanta cautione hoc monumentum adhibendum sit ubi lacunae ex coniectura suppletae sunt. In accuratiore editione Chandleri quae in Marmore legi potuerint haec proponuntur: ἀφ᾽ οὗ Τιμόθεος βιώσας ἔτη ΠΔΔΔΔ ἐτελεύτησεν ..... κεδόνων βασιλεύει καὶ Ἀρτοξέρξης ἐτελεύτησεν Ὦχος δὲ ὁ υἱὸς β.....—.... ἐνίκησεν, ἔτη ΠΔΔΔΔΙΙΙ ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀγαθοκλέους.*

a) Fastt. Att. I p. 140—144.

b) Eadem mente p. 147: „*Aeschines* 16 *Anthesterionis die Pylagoras electus fuit atque Philippus in eodem illo conventu dux designatus.*“

30. *Munychionis.* Psephisma de alia legatione ad Philippum mittenda. [Demosth. p. 283.]
[13.] *Scirophorionis.* Philippus Elateam occupat. [Demosth. p. 284.]
16. *Scirophorionis.* Demosthenis psephisma de societate cum Thebanis ineunda. [Demosth. p. 288.]
7. *Metagitnionis.* Pugnatur ad Chaeroneam.

In hac dispositionis ratione difficultas exsistit ex Boedromione mense memorato in Philippi epistola [c]), quam postquam dux creatus erat scripsit. In hac epistola Philippus Amphictyonicas civitates ad bellum adversus Amphissios gerendum in Phocidem copias sibi mittere iubet: *συναντᾶτε μετὰ τῶν ὅπλων εἰς τὴν Φωκίδα, ἔχοντες ἐπισιτισμὸν ἡμερῶν τεσσαράκοντα, τοῦ ἐνεστῶτος μηνὸς λήγου, ὡς ἡμεῖς ἄγομεν, ὡς δὲ Ἀθηναῖοι, βοηδρομιῶνος, ὡς δὲ Κορίνθιοι, πανέμου.* Corsinus hanc epistolam colligit scriptam esse *ante* pugnam Chaeronensem et *post* quam Thebani foedere cum Atheniensibus inito a Philippo disiuncti erant; proinde post 16^mum^ Scirophorionis diem. Inde efficit
290 *βοηδρομιῶνος* verbum corruptum esse et pro eo substituit *ἑκατομβαιῶνος*. Hanc emendationem aliis testimoniis confirmat [d]). Ac primum Plutarchum tradere *Hecatombaeonem* a Macedonibus *Loum* dici. Deinde Galenum affirmare *Hyperberetaeum*, tertium a Loo mensem, *Boedromioni* respondere. Tum eundem Galenum alio loco testari aestivum solstitium in *Loum* mensem incidere. Denique ex Plutarcho et Aeliano colligi posse *Daesium Thargelioni* respondere. Ex his argumentis Boedromionis notam in Philippi epistola falsam esse apparere statuit. Hecatombaeone mense regem Amphictyonicis civitatibus milites imperasse docet rerum Amphissio bello gestarum ordo, et alia testimonia *Hecatombaeonem* Macedonum *Loo* respondere comprobant.

Corsini rationes qui singulatim examinat Taylorus [e]) Boedromionem in Philippi epistola retinet et res Amphissio bello gestas aliter describit. Etenim epistolam ante Elateam occupatam ac proinde ante 16^mum^ Scirophorionis diem scriptam esse statuit; Philippum ducem esse creatum vere 339, octodecim mensibus ante pugnam Chaeronensem, atque epistolam videri datam esse Boedromione 339, undecim mensibus ante pugnam [f]). Inde haec rerum descriptio exsistit:

		A. C. n.	
16mo	*Anthesterionis*	339	Aeschines pylagoras, Philippus dux creatus.
	Boedromione	339	Philippi epistola ad civitates data.
	Scirophorione	338	Elatea occupata.
7mo	*Metagitnionis*	338	Pugna Chaeronensis.

Ad eandem quam Taylorus huius belli describendi rationem devenit Wesselingius [g]): *Theophrasto archonte bellum in Amphissenses Amphictyonum decreto mandatum est Philippo, quod gessit Lysimachide praetore, quando et Elateam occupavit.*

Quod Taylorus opposuit, bellum Amphissium a Corsino falso archonti adscriptum esse, id verissimum est; et Corsini rationes falsae sint oportet, si ex eis bellum quod secundum Aeschinem

---

c) Apud Demosth. de cor. p. 280.
d) Fastt. Att. t. II p. 459. 461.
e) Ad Demosth. de cor. p. 280 R.
f) *Hae res non, ut rem reputavit Corsinus, intra spatium VIII [VI] mensium sunt concludendae. Nimirum inter Aeschinis munus Pylagoricum et res infeliciter Chaeroneae gestas non VIII, sed XX menses intercedebant.* [Debebat dicere *non VI sed XVIII menses —.*] *Nam Theophrasto archonte missus est Pylagoras; archonte autem Chaeronda pugnatum est Chaeroneae. Lysimachide praetore captam esse Elateam disertissime testantur Dionysius et Diodorus. Id vero contigit, ut vidimus, iuxta Scirophorionem, mensem anni postremum; et eadem aestate, anno autem vertente, Chaeronda praetore pugnatum est Chaeroneae, ut omnes norunt. Ergo mense Boëdromione Olymp. 110, 2 exarari potuerunt literae Philippi, ea nempe aestate quae consecuta est vernum istum conventum Amphictyonicum, in quo Aeschines imperium Philippo comparabat, et diutius, antequam Elatea occuparetur et Philippi consilia patefierent. Eo igitur errore abreptus est Corsinus, quod munus Aeschinis Pylagoricum Ol. 110, 2, non Ol. 110, 1 ut debuit, assignaverit.* Taylor. apud Reisk. App. Crit. ad Demosth. t. I p. 267.
g) Ad Diod. XVI, 84.

Theophrasto archonte coeptum est, non ante octavum *Lysimachidis* mensem inchoatum esse necesse est. Sed ex parte ambo de hac re falluntur et communi errore res diversas confundunt. Nam eodem Amphictyonum concilio Aeschinem pylagoram interfuisse et Philippum ducem creatum esse statuunt, quum haec disiuncta et rerum interiectarum serie discreta fuerint. Etenim Aeschines ad vernum concilium *Theophrasto* archonte missus est pylagoras; Philippus autem non ante proximi291
veris concilium *Lysimachide* archonte dux creatus est.

Amphissium bellum commovit Aeschines verno Amphictyonum concilio Theophrasto archonte habito [h]): *ἐπὶ Θεοφράστου ἄρχοντος, ἱερομνήμονος ὄντος Διογνήτου Ἀναφλυστίου, πυλαγόρους ὑμεῖς εἵλεσθε Μειδίαν τε ἐκεῖνον τὸν Ἀναγυράσιον, ὃν ἐβουλόμην ἂν πολλῶν ἕνεκα ζῆν, καὶ Θρασυκλέα τὸν ἐξ Οἴου, καὶ τρίτον δὲ μετὰ τούτων ἐμέ. συνέβη δ' ἡμῖν ἀρτίως μὲν εἰς Δελφοὺς ἀφῖχθαι, παραχρῆμα δὲ τὸν ἱερομνήμονα Διόγνητον πυρέττειν. — οἱ δ' ἄλλοι συνεκάθηντο Ἀμφικτύονες.* Tum consequutae sunt res [i]) unde bellum exortum est: *τῇ ὑστεραίᾳ — κατέβημεν εἰς τὸ Κιρραῖον πεδίον, καὶ τὸν λιμένα κατασκάψαντες καὶ τὰς οἰκίας ἐμπρήσαντες ἀνεχωροῦμεν. ταῦτα δὲ ἡμῶν πραττόντων οἱ Λοκροὶ οἱ Ἀμφισσεῖς — ἦκον ἐφ' ἡμᾶς μεθ' ὅπλων πανδημεί* [k]). Postea aliud Amphictyonum concilium sequutum est ante tempus quo haberi solebat [l]). In eo Cottyphus dux creatus est, isque primae adversus Amphissios expeditioni praefuit: *ψηφίζονται ἥκειν τοὺς ἱερομνήμονας πρὸ τῆς ἐπιούσης πυλαίας ἐν ῥητῷ χρόνῳ εἰς Πύλας, ἔχοντας δόγμα καθ' ὅ τι δίκην δώσουσιν οἱ Ἀμφισσεῖς. — οἱ δὲ Ἀμφικτύονες συνελέγησαν — καὶ στρατηγὸν εἵλοντο Κόττυφον τὸν Φαρσάλιον, — οὐκ ἐπιδημοῦντος ἐν Μακεδονίᾳ Φιλίππου, ἀλλ' οὐδ' ἐν τῇ Ἑλλάδι παρόντος, ἀλλ' ἐν Σκύθαις οὕτω μακρὰν ἀπόντος. — καὶ παρελθόντες τῇ πρώτῃ στρατείᾳ καὶ μάλα μετρίως ἐχρήσαντο τοῖς Ἀμφισσεῦσιν* [m]). Primam expeditionem non omisit Demosthenes [n]): *προβληθεὶς πυλαγόρας οὗτος — ἀνερρήθη. ὡς δὲ τὸ τῆς πόλεως ἀξίωμα λαβὼν ἀφίκετο εἰς τοὺς Ἀμφικτύονας — πείθει ψηφίσασθαι περιελθεῖν τὴν χώραν ἣν οἱ μὲν Ἀμφισσεῖς σφῶν αὐτῶν οἶσαν γεωργεῖν ἔφασαν. — περιόντων τοίνυν τὴν χώραν τῶν Ἀμφικτυόνων κατὰ τὴν ὑφήγησιν τὴν τούτου προσπεσόντες οἱ Λοκροὶ μικροῦ μὲν ἅπαντας κατηκόντισαν. — ὡς δ' ἅπαξ ἐκ τούτων ἐγκλήματα καὶ πόλεμος πρὸς τοὺς Ἀμφισσεῖς ἐταράχθη, τὸ μὲν πρῶτον ὁ Κόττυφος αὐτῶν τῶν Ἀμφικτυόνων ἦγαγε στρατιάν.* Sed quum Cottyphus expeditione contra eos facta non effecisset quod debebat, proximo concilio Amphictyones Philippum ducem creaverunt. Hoc ex ambobus oratoribus colligimus. Secundum Aeschinem [o]) Amphictyones *χρήμασιν αὐτοὺς ἐζημίωσαν, καὶ ταῦτ' ἐν ῥητῷ χρόνῳ προεῖπον τῷ θεῷ καταθεῖναι. — ἐπειδὴ δὲ οὔτε τὰ χρήματα ἐξέτινον τῷ θεῷ τούς τ' ἐναγεῖς κατήγαγον — οὕτως ἤδη τὴν δευτέραν ἐπὶ τοὺς Ἀμφισσέας στρατείαν ἐποιήσαντο πολλῷ χρόνῳ ὕστερον, ἐπανεληλυθότος Φιλίππου ἐκ τῆς ἐπὶ τοὺς Σκύθας στρατείας.* Secundum Demosthenem [p]): *ὡς οἱ μὲν οὐκ ἦλθον, οἱ δ' ἐλθόντες οὐδὲν ἐποίουν, εἰς τὴν ἐπιοῦσαν πυλαίαν* [q]) *ἐπὶ τὸν Φίλιππον εὐθὺς ἡγεμόνα ἦγον οἱ κατεσκευασμένοι καὶ πάλαι πονηροὶ τῶν Θετταλῶν. — καὶ προφάσεις εὐλόγους εἰλήφεσαν· ἦ γὰρ αὐτοὺς εἰσφέρειν καὶ ξένους τρέφειν ἔφασαν δεῖν, — ἦ ἐκεῖνον αἱρεῖσθαι.* Haec omnia acta sunt *post* Anthesterionem Theophrasti archontis [339], quo tempore Aeschines, abs quo haec commota sunt, Pylagoras erat; et Philippus Amphictyonum dux creatus est 338, Anthesterione Lysimachidis archontis.

Alterum argumentum quo Philippum Lysimachide archonte Amphictyonum ducem factum esse probatur colligitur ex harum ordine rerum. Philippus quum dux creatus esset, deinceps in Grae-

---

h) Aeschin. in Ctes. p. 69, 39.

i) Quas exposuit Aeschines p. 70. 71.

k) Aeschin p. 71, 4.

l) Alioqui proximo auctumno futurum fuisset, Lysimachidis anno ineunte. Strabo IX p. 420: *δὶς κατ' ἔτος οὔσης τῆς συνόδου, ἔαρός τε καὶ μετοπώρου. — τὴν δὲ σύνοδον Πυλαίαν ἐκάλουν, τὴν μὲν ἐαρινήν, τὴν δὲ μετοπωρινήν.*

m) Aeschin. p. 71, 12—42. Interiecto tempore de hoc dogmate in concione Atheniensium disceptatum est, prohibuitque Demosthenes ne Atheniensium legati ad proximum concilium extraordinarium proficiscerentur. Aeschin. p. 71.

n) De cor. p. 277.

o) In Ctesiph. p. 71. 72.

p) De cor. p. 277.

q) *Proximo concilio.* Ac *veris* proximi concilium dici ex ipso dogmate, Philippum nominante, cognoscimus; quod conservavit Demosth. p. 279.

292 ciam profectus Elateam occupavit: *ἦρέθη ἡγεμών. καὶ μετὰ ταῦτ' εὐθὺς δύναμιν συλλέξας καὶ παρελθὼν ὡς ἐπὶ τὴν Κιρρ̣αίαν ἐρρ̣ῶσθαι φράσας πολλὰ Κιρρ̣αίοις καὶ Λοκροῖς τὴν Ἐλάτειαν καταλαμβάνει* r). Elatea autem Scirophorione Lysimachidis archontis occupata est s). Itaque decretum eodem archonte factum est; atque quattuor mensibus ante quam ad Elateam contendit dux factus est. Nullo pacto cum Demosthenis verbis conciliari potest Taylori ratio, Philippum sedecim mensibus post quam dux creatus esset ad res sibi demandatas exsequendas profectum esse statuentis.

Tertio loco notaveris quo tempore extraordinarium Amphictyonum concilium habitum est, ubi Cottyphus dux creatus est, Philippum in Scythia fuisse: eo quod proximo vere habitum est concilio, ubi dux factus est, in Macedoniam reducem factum fuisse conieceris. Nam in decreto Amphictyonum t) statuitur *τὸν στρατηγὸν τὸν ἡρημένον τῶν Ἀμφικτυόνων Κόττυφον τὸν Ἀρκάδα* u) *πρεσβεῦσαι πρὸς Φίλιππον τὸν Μακεδόνα καὶ ἀξιοῦν ἵνα βοηθήσῃ.* Neque vero probabile est Amphictyones eiusmodi legationem Cottypho demandaturos fuisse, si Philippus etiamtum in Scythia fuisset: *οὕτω μακρὰν ἀπόντος* v). Haec ratio et ipsa probat Philippum Lysimachide archonte Amphictyonum ducem factum esse.

Philippi epistolam Taylorus x) contra Corsinum arguit ante Elateam captam ac proinde ante 12mum vel 13um Scirophorionis diem 338 scriptam esse: *Ante captam Elateam ad Peloponnenses et socios literas dedit Philippus. Demosthenes enim disertissime scribit, eum, cum haec scripserit, dissimulatis insidiis quas Graeciae struxerat, videri Amphictyonica mandata exsequentem. Atque eadem pariter ex literis ipsis Philippi colligimus.* Sed hoc argumento Corsini ratio non refutatur. Haud dubie Demosthenes, cuius consilio accommodatum erat rem exaggerare, Phi-
293 lippum significat Elatea copiis suis occupanda aperte hostem se gessisse, certe Atheniensium. Sed neutiquam statui potest ipsum Philippum hac re Amphictyonum ducis officium a se desertum esse concessisse. Haud dubie huius oppidi expugnationem necessariam fuisse professus est, ut exercitum tuto in Phocidem duceret. Imo ex iis quae Taylorus disputat rationem elicere licet cur epistola post Elateam occupatam scripta fuerit. Etenim hoc tempore Amphictyonicas Peloponnesi civitates: nam Athenae et Thebae hic nominatae non leguntur: eo consilio evocasse videatur, ut elevaret

---

r) Demosth. de cor. p. 278.

s) V. tabb 338, 2.

t) Apud Demosth. p. 279.

u) Ita omnia exemplaria. Sed probabile est ex Aeschine p. 71, 40 legendum esse *Κόττυφον τὸν Φαρσάλιον.* Difficultatem perspexit Reiskius ad Aeschin. p. 519.

v) Secundum Aeschinem Philippus in Scythicam expeditionem profectus erat aestate 339. Aeschinis testimonium confirmat Iustini de hoc bello narratio, qui illud *soluta obsidione Byzantii* gestum esse tradit. Philippum a. 339 haec gessisse collegeris. Philippi et Byzantii obsidionem solvit vere, Theophrasti anno exeunte (v. tabb. 339, 2), repulsus ab Atheniensium exercitu Phocione duce. Diod. XVI, 77: *Ἀθηναῖοι μὲν ἔκριναν τὸν Φίλιππον λελυκέναι τὴν πρὸς αὐτοὺς συντεθεῖσαν εἰρήνην, εὐθὺς δὲ καὶ δύναμιν ναυτικὴν ἀξιόλογον ἐξέπεμψαν βοηθήσουσαν τοῖς Βυζαντίοις.* Plutarch. Phocion. c. 14: *ὁ δῆμος — ἐκέλευεν αὐτὸν ἐκεῖνον (τὸν Φωκίωνα) ἑτέραν προσλαβόντα δύναμιν βοηθεῖν τοῖς συμμάχοις εἰς τὸν Ἑλλήσποντον. — οὕτω μὲν ὁ Φίλιππος ἐξέπεσε τοῦ Ἑλλησπόντου τότε καὶ κατεφρονήθη, δοκῶν ἄμαχός τις εἶναι καὶ ἀνανταγώνιστος· ὁ δὲ Φωκίων καὶ ναῦς τινὰς εἶλεν αὐτοῦ. Quum Byzantii et Hellesponti expugnandi spe excidisset, Scythas adortus ad Danubium progressus est. Iustin. IX, 2: *Philippus, soluta obsidione Byzantii, Scythica bella aggreditur, praemissis legatis, quo securiores faceret, qui nuntient, — dum Byzantium obsidet vovisse se statuam Herculi: ad quam in ostio Istri ponendam se venire.* Ex Scythica expeditione reversus Triballos aggressus et vulneratus est. Iustin. IX, 3: *Revertenti ab Scythia Triballi Philippo occurrunt: hino praelium. — ubi ex vulnere primum convaluit, diu dissimulatum bellum Atheniensibus infert.* His rebus Philippus, quum ab Hellesponto recessisset, per relicuum tempus anni 339 occupatus erat. A Byzantio repulsus cum Atheniensibus eorumque sociis pacem fecit, quam Diodorus memorat XVI, 77: *τὴν πολιορκίαν τῶν πόλεων ἔλυσε καὶ πρὸς Ἀθηναίους καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας — συνέθετο τὴν εἰρήνην.* Diodorum confirmat Demosth. de cor. p. 282; decretum proximo vere factum excitans, quo haec pactio ita memoratur: *τοὺς ὅρκους λύειν ἐπιβάλλεται καὶ τὴν εἰρήνην.* Dum haec pax servatur, Philippus in Scythia bellum gerit.

x) Ad Demosth. de cor. p. 280 Reisk.

quae rationibus suis obfuturi adversarii machinarentur, qui Elateae expugnationem ut per vim factam, ita universae Graeciae periculosam esse clamabant, declararetque se Amphictyonum mandata exsequentem egisse [y]). Itaque Corsini emendatio ut aliis gravibusque argumentis nititur, ita rerum ordine confirmatur.

Inter Elateae expugnationem et pugnam Chaeronensem Mitfordus hiemem interfuisse statuit. Ex huius expositione has temporum notas habemus. Elatea capta [z]) cum Thebanis actum esse tradit [a]); deinde addit: „Iam adultus erat auctumnus 338, Ol. 110, 3 [b]).“ — „Duo facta sunt „proelia, alterum iam coepta hieme [c]).“ — „Per hiemem Philippus occupatus erat copiis quibus „communia consilia exsequeretur colligendis [d]).“ — „Superiore auctumno Atheniensium copiis prae„fuerat Stratocles [e]).“ Tum magnam qua debellatum est pugnam memorat [f]). Post pugnam Chaeronensem „hiems (337, Ol. 110, 4) nulla re gesta transacta est [g]).“ — „Proximo vere“ (Ol. 110, 4) concilium Corinthum convocavit [h]). Ex his temporum notis *Phrynicho* archonte ad Chaeroneam depugnatum esset, quattuordecim mensibus post quam Elatea capta est, minus anno ante quam Philippus occidit.

Hunc rerum ordinem ut faceret Mitfordus uno Demosthenis [i]) verbo videtur inductus esse: *δὶς συμπαραταξάμενοι τὰς πρώτας μάχας, τήν τ' ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ καὶ τὴν ΧΕΙΜΕΡΙΝΗΝ, οὐκ ἀμέμπτους μόνον ὑμᾶς αὐτούς, ἀλλὰ καὶ θαυμαστοὺς ἐδείξατε. — ἐφ' οἷς παρὰ μὲν τῶν ἄλλων ὑμῖν ἐγίγνοντο ἔπαινοι, παρὰ δ' ὑμῶν θυσίαι καὶ πομπαὶ τοῖς θεοῖς.* Atque confitendum est argumentum ex hoc loco depromptum his Plutarchi [k]) verbis confirmari: *εἰσήχθη ἡ περὶ τοῦ στεφάνου γραφὴ κατὰ Κτησιφῶντος, γραφεῖσα μὲν ἐπὶ Χαιρώνδου ἄρχοντος μικρὸν ἐπάνω τῶν Χαιρωνικῶν.* Aeschines accusationem constituit *nono Chaerondae* mense [l]). Itaque sequitur ut pugna, quae posterius fuit, proximi archontis, *Phrynichi*, secundo mense facta sit.

Contra tres auctores, Dionysius Halicarnassensis [m]) atque is qui *τοὺς βίους τῶν δέκα ῥητόρων* scripsit [n]) et Diodorus [o]) Chaeronda archonte pugnatum esse consentiunt. Confirmatque Lycurgus [p]), qui Leocratem *octavo* anno post quam Athenis profugerat iudicio persequutus est. Profugerat autem post pugnam Chaeronensem. Atqui haec res iam erat iudicata quo tempore causa de corona acta est, quoniam Aeschines [q]) Leocratem absolutum esse dicit: *ἕτερος δ' ἰδιώτης ἐκπλεύσας* 294 *εἰς Ῥόδον, ὅτι τὸν φόβον ἀνάνδρως ἤνεγκε, πρώην ποτὲ εἰσηγγέλθη, καὶ ἴσαι αὐτῷ αἱ ψῆφοι ἐγένοντο· εἰ δὲ μία μόνον μετέπεσεν, ὑπερώριστ' ἂν ἢ ἀπέθανεν.* Itaque Leocratis accusatio, ut quae prior fuerit quam causa de corona, Aristophanis anno exeunti et Ol. 112, 2 assignanda est: qua ratione ut Chaeronda archonte ad Chaeroneam pugnatum esse statuamus cogimur [r]).

---

y) Philippus ipso loci situ se defendere poterat. Nam hoc oppidum angustiis quibus Phocis aditur imminebat. Quam opportuno loco positum sit tradit Strabo IX p 418: *Ἐλάτεια — ἐπικαιροτάτη διὰ τὸ ἐπικεῖσθαι τοῖς στενοῖς καὶ τὸν ἔχοντα ταύτην ἔχειν τὰς εἰσβολὰς τὰς εἰς τὴν Φωκίδα καὶ τὴν Βοιωτίαν.* Ab eo loco quo viam quae ab *Amphissa Thermopylas* ducebat Cephissus permeabat orientem versus sita circiter septem millibus [Angl.] aberat. Ferme duplici intervallo ab eodem loco distabat *Cytinium*, Doriensium Tetrapoleos civitas, quam Philippus eodem tempore cepit. V. tabb. 338, 2.

z) V. VIII p. 419.

a) P. 428.

b) P. 430.

c) P. 431.

d) P. 438.

e) P. 440.

f) P. 442.

g) P. 467.

h) P. 467.

i) De cor. p. 300.

k) Demosth. c. 24.

l) *Ἐπὶ Χαιρώνδου ἄρχοντος ἑλαφηβολιῶνος ἕκτῃ ἱσταμένου.* Demosth. de cor. p. 243.

m) In Isocr. p. 537.

n) P. 837, e.

o) XVI, 84.

p) V. tabb. 330, 3.

q) In Ctesiph. p. 89, 34.

r) Si Dionysii verba ad Amm. p. 746: *Ἀριστοφῶντος ἄρχοντος, ὀγδόῳ μὲν ἐνιαυτῷ μετὰ τὴν ἐν Χαιρωνείᾳ μάχην, ἕκτῳ δὲ μετὰ τὴν Φιλίππου τελευτήν*, ita ex codicibus edita essent, Mitfordi ratio, inter pugnam Chaeronensem et Philippi mortem nonnisi annum interfuisse

Deinde quae per hoc bellum acta esse traduntur parum probabile reddunt inter tempus quo Macedones Elateam contenderunt et pugnam Chaeronensem quattuordecim menses intercessisse. Etenim Aeschines [s]) quum Philippi ex Scythia reditum et *τὴν δευτέραν στρατείαν*, quam rex contra Amphissios fecit, memoraverit, deinceps quae proxime ante pugnam acta sint memorat: *οὐ Δημοσθένης τὸ τελευταῖον ἀθύτων καὶ ἀκαλλιερήτων ὄντων τῶν ἱερῶν ἐξέπεμψε τοὺς στρατιώτας ἐπὶ τὸν πρόδηλον κίνδυνον;* Atheniensium exercitus profectionem (de qua Demosthenes [t]) *ἐξῆτε, ἐβοηθεῖτε κ. τ. λ.*) *postremam expeditionem* dicit, *τὴν πανυστάτην ἔξοδον* [u]). Plutarchus [v]) de legatione Thebas missa loquutus deinceps pugnatum esse significat. Qui decem oratorum vitas composuit [x]) Elatea capta depugnatum esse tradit: *Φιλίππου Ἐλάτειαν καταλαμβανομένου καὶ αὐτὸς (ὁ Δημοσθένης) τοῖς ἐν Χαιρωνείᾳ μαχεσαμένοις* *) *συνεξῆλθεν.* Eadem ratione utramque rem coniungit Diodorus [y]), utramque Chaerondae anno adscribens. Quumque contrahere soleat quae eodem belli anno gesta sunt, etiam quum non eodem civili anno acta sunt, Diodorum collegeris apud eum quem sequutus est auctorem utramque rem coniunctam atque eidem expeditioni adscriptam legisse. Postquam quo successu Demosthenes cum Thebanis transegerit tradidit, hoc modo pergit [z]): *ὁ δῆμος τῇ τῶν Βοιωτῶν συμμαχίᾳ διπλασιάσας τὴν προϋπάρχουσαν δύναμιν — εὐθὺς στρατηγοὺς κατέστησε τοὺς περὶ Χάρητα καὶ Λυσικλέα* [a]), *καὶ πανδημεὶ μετὰ τῶν ὅπλων ἐξέπεμψε τοὺς στρατιώτας εἰς τὴν Βοιωτίαν. τῶν δὲ νέων ἁπάντων προθύμως εἰς τὸν ἀγῶνα καταντώντων, οὗτοι μὲν κατὰ σπουδὴν ὁδοιπορήσαντες ἦκον εἰς Χαιρώνειαν τῆς Βοιωτίας· οἱ δὲ Βοιωτοὶ — ἀπήντησαν μετὰ τῶν ὅπλων, καὶ κοινῇ στρατοπεδεύσαντες ὑπέμενον τὴν τῶν πολεμίων ἔφοδον.* Estne credibile Philippum per totum annum in Phocide remansisse neque actum esse quidquam [b])? aut civitates, quae modicos reditus haberent, tam diu exercitus aluisse? Sane Mitfordus [c]) statuit auxilia quae Demosthenes collegit, numero 17,000, non ante impetrata esse quam cum Thebanis societas facta esset ac proxima hieme Demosthenem huic rei operam dedisse. Sed hoc nemo veterum scriptorum confirmat. Contrarium tradit Plutarchus [d]): *Βυζαντίοις ἐβοήθησε καὶ Περινθίοις (ὁ Δημοσθένης). — ἔπειτα πρεσβείων καὶ διαλεγόμενος τοῖς Ἕλλησι καὶ παροξύνων συνέστησεν ἐπὶ τὸν Φίλιππον. — ἐπηρμένης δὲ τῆς Ἑλλάδος πρὸς τὸ μέλλον, καὶ συνισταμένων κατ' ἔθνη καὶ πόλεις Εὐβοέων, Ἀχαιῶν, Κορινθίων, Μεγαρέων, Λευκαδίων, Κερκυραίων, ὁ*

295

---

statuentis, hoc loco refutari posset. Sed quum locus Bentleii emendatione, quantumvis probabili, (Diss. Phal. p. 528) restitutus sit, pro argumento eum adhibere omitto.

s) In Ctes. p. 72.

t) De cor. p. 299.

u) In Ctes. p. 88, 40.

v) Demosth. c. 18 s.

x) Vit. X or. p. 845, f.

*) Leg. *μαχεσομένοις*. Similis prolepsis est apud Xenoph. Anab. V, 3, 6. *Kr.*

y) XVI, 84.

z) C. 85.

a) Stratoclem praetorem memorant Aeschin. in Ctes. p. 74, 8: *Στρατοκλέα τὸν ἡμέτερον στρατηγόν*, et Polyaen. IV, 2, 2: *Φίλιππος ἐν Χαιρωνείᾳ παρατασσόμενος Ἀθηναίοις εἴξας ἐνέκλινε. στρατηγὸς Στρατοκλῆς ἐκβοήσας κ. τ. λ.* Polyaenum qui errasse insimulavit Wesseling. ad Diod. XVI, 88 Aeschinis testimonii non memor erat. Sed *Lysiclem* praetorem fuisse docet oratio quam Lycurgus in eum habuit. Ac probabile est et Stratoclem et Lysiclem e novem praetoribus fuisse quos Chares collegas habuit. Rerum ordinem a se descriptum sequutus Mitfordus (p. 440) superiore auctumno praetorem fuisse opinatur. Sed Stratoclem ad Chaeroneam praetorem fuisse ex Polyaeno perspicitur.

b) Hoc bello Amphissam occupatam fuisse significat Polyaen. IV, 2, 8: *Φίλιππος ἐπὶ τὴν Ἀμφισσέων ἐστράτευεν· Ἀθηναῖοι καὶ Θηβαῖοι τὰ στενὰ προκατελάβοντο. — ἐξαπατᾷ τοὺς πολεμίους Φίλιππος, ἐπιστολὴν πεπλασμένην Ἀντιπάτρῳ πέμψας ἐς Μακεδονίαν, ὡς τὴν μὲν στρατείαν τὴν ἐπ' Ἀμφισσεῖς ἀναβάλλοιτο, σπεύδοι δὲ ἐς Θράκην. — ὁ γραμματοφόρος διῄει διὰ τῶν στενῶν. οἱ στρατηγοί, Χάρης καὶ Πρόξενος, αἱροῦσιν αὐτόν, καὶ τὴν ἐπιστολὴν ἀναγνόντες πιστεύουσι τοῖς γεγραμμένοις καὶ τὴν φυλακὴν τῶν στενῶν ἀπολείπουσι. Φίλιππος δὲ — τῆς Ἀμφίσσης ἐκράτησε.* Hoc factum est quo tempore Chares Atheniensium copiis praefuit; ac proinde e Mitfordi ratione Vol. VIII p. 440 iam ante Amphissam captam annus exactus fuisset.

c) Vol. VIII p. 438.

d) Demosth. c. 17.

μέγιστος ὑπελείπετο τῷ Δημοσθένει τῶν ἀγώνων Θηβαίους προσαγαγέσθαι τῇ συμμαχίᾳ [e]). Itaque harum civitatum auxilia ante parata erant; postremo cum Thebanis societas inita est.

Itaque quas Demosthenes memorat pugnas minorum utriusque exercitus partium fuisse colligo, maioris quod omnibus copiis adhibitis factum est proelii quasi praelusiones. Hoc ipso proelio dimicatum est quinquaginta diebus [f]) post quam Philippum Phocidem intrasse Athenas renunciatum est Hoc spatio Amphissa capta et duae pugnae factae sunt, quarum alteram Demosthenes *τὴν ἐν τῷ ποταμῷ*, alteram *τὴν χειμερινήν* dicit [g]). Videntur autem factae esse prope Chaeroneam. Ceterum quod Plutarchus tradit nono mense *Chaerondae* archontis depugnatum esse utrum negligentiae imputandum an cum Corsino [h]) statuendum sit *Chaerondam* hic pseudeponymum archontem dici infra disceptabitur [i]).

[Hic subiiciam quae Boeckhius in dissertatione de archontibus pseudeponymis de his rebus disputavit p. 13 ss. *Kr.*]

Mensis quo Philippus in epistola apud Demosthenem de cor. p. 280 convenire iubet sic definitur: *τοῦ ἐνεστῶτος μηνὸς Λῴου ὡς ἡμεῖς ἄγομεν, ὡς δὲ Ἀθηναῖοι Βοηδρομιῶνος κ. τ. λ. Μὴν ἐνεστὼς* est *mensis instans*, proximus ei qui agitur, ut Corp. Inscr. Gr. n. 1543 extr. neque alio ac Metagitnione mense posse hanc epistolam scriptam esse docet rerum nexus statim afferendarum. Ceterum reiectis Corsini rationibus, Boedromioni Hecatombaeonem substitui cupientis et mensem hunc anno Olymp. 110, 3 tribuentis, Taylorus Boedromionem Olymp. 110, 2 intelligit verissime; Boedromio vero quomodo tum Macedonico Loo, cui eum comparat Philippus, responderit, docui in Comm. de Dem. Mid. Cf. Introd. Boeot. cap. III in Corp. Inscr. Gr. Sed temerariam Corsini coniecturam sequitur Clintonus p. 148. 289 sqq. propterea quod Philippus Anthesterione Olymp. 110, 2 imperator Amphictyonum creatus sit, ea vero epistola postea debeat scripta esse: unde iam colligitur non potuisse epistolam illam mense ante Boedromionem Olymp. 110, 2 proximo scriptam esse. Sic coactus fuit in epistolam Philippi mensem Hecatombaeonem (Olymp. 110, 3) intrudere. Erroris vero causa est quod Philippum dicit in verna Pylaea Anthesterione (Olymp. 110, 2) Amphictyonum esse imperatorem constitutum: quo mense (sed Olymp. 110, 1) pylagoras electus est Aeschines, non imperator creatus Philippus. Quod ubi tenueris, facile tantos compones fluctus. Olymp. 110, 1 archonte Theophrasto, quem Aeschines ipse nominat, mense Anthesterione ad vernam Pylaeam pylagoras proficiscitur Aeschines; et in ea Pylaea fit decretum Amphictyonum prius de ulciscendis Amphissensibus, ap. Dem. de cor. p. 278 *ἐπὶ ἱερέως Κλειναγόρου, ἐαρινῆς πυλαίας:* quae praescripta prorsus vera esse inde patet, quod Anthesterione, sub ver, pylagoras electus Aeschines est, cuius opera gesta res. Sed Philippus proxima insequente Pylaea (*εἰς τὴν ἐπιοῦσαν*

---

e) Profecto Diodorus XVI, 84 bello non parato Athenienses oppressos fuisse opinatur: *Φίλιππος ἐφιλοτιμεῖτο τοὺς Ἀθηναίους καταπληξάμενος ἀδήριτον ἔχειν τὴν ἡγεμονίαν τῆς Ἑλλάδος. διόπερ ἄφνω καταλαβόμενος Ἐλάτειαν πόλιν καὶ τὰς δυνάμεις εἰς ταύτην ἀθροίσας διέγνω πολεμεῖν τοῖς Ἀθηναίοις. ἀπαρασκεύων δ' ὄντων αὐτῶν διὰ τὴν συντεθειμένην εἰρήνην, ἤλπιζε ῥᾳδίως περιποιήσασθαι τὴν νίκην.* Secus fuisse ex oratoribus discimus. Quattuor mensibus ante Elateam captam Athenienses cum relicuis Amphictyonibus Philippum ducem creare noluerant; ac tribus mensibus ante iam hostem ab iis iudicatum fuisse intelligitur ex psephismate a Demosthene p. 282 conservato.

f) Qui quinquaginta dierum spatium, ab 15mo Scirophorionis die ad 7mum Metagitnionis, brevius quam pro hoc bello fuisse arbitrantur meminerint quam exiguis locorum intervallis omnia gesta sint. *Elatea* circiter 43 millia Angl. a *Thebis*, 78 ab *Athenis*, 23 ab *Amphissa* aberat. Quae Thebas Athenis ducebat via *Chaeroneam* permeabat: quae ab Athenis circiter 27, ab Elatea 16, ab Athenis 62 millia Angl. aberat. Compares licet quantulo temporis spatio bellum 1815 cum Francogallis renovatum confectum sit: quod quidem bellum quum longe maius esset et longe maioribus copiis, iisque e locis multo remotioribus contrahendis, gerendum, tamen tribus mensibus postquam coeptum est finitum erat.

g) Verbum *χειμερινήν* videtur corruptum esse, nisi forte aliter interpretandum est. Corruptum esse statuit Corsinus Fastt. Att. t. I p. 146, quamquam eius emendatio parum probabilis est Reiskius *χειμερινὴν procellosam* interpretatur.

h) Fastt. Att. t. I p. 310. 359.

i) V. c. 20 huius appendicis.

πυλαίαν, Dem. de cor. p. 277, 25) imperator constitutus est, hoc est in auctumnali Pylaea Olymp. 110, 2, Metagitnione mense, quo ὀπώρας tempestas est. Tum scriptum est alterum Amphictyonum decretum, Aeschine etiam tum pylagora, eodem anno Amphictyonico, ἐπὶ ἱερέως Κλειναγόρου; quod sequitur ἐαρινῆς πυλαίας, id patet facili mutatione corrigendum esse: ὀπωρινῆς πυλαίας. Iam missi confestim ad Philippum legati; et Philippus semper paratus in proximum Boedromionem convocat socios Peloponnesiacos, quod illi Thebani non obtemperabant (Dem. de cor. p. 279 extr.). Moram tamen huic festinationi iniectam esse probabile est, quum fortasse non convenissent socii, ut Elei omnino non paruerunt Philippo neque ad Chaeroneam depugnarunt in illius sociis (Pausan. V, 4 extr.). Attamen Philippus non interea nihil egit, sed iam incipiente proximo vere, postquam per hiemem sese videtur magis parasse, plures urbes cepit et vastavit, qua de re Athenienses in decreto pseudeponymo Herophyto mense Elaphebolione scripto conqueruntur; mox paucis mensibus post, exeunte anno, Scirophorione mense Elateam occupat. His non obsunt verba Demosthenis de cor. p. 278. 3 καὶ μετὰ τοῦτ' εὐθὺς ὁ Φίλιππος δύναμιν συλλέξας κ. τ. λ. Atque haec necessario sic statuenda sunt, quod neque in Philippi epistola Boedromio in Hecatombaeonem mutari potest, nec Philippi epistola in primos menses Olymp. 110, 3 differri, bello iam Metagitn. d. VII ad Chaeroneam confecto; ut proinde socios ad bellum Amphissense in Boedromionem demum convocare non potuerit, qui debent iam ipso Hecatombaeone affuisse. Quid quod illa Philippi epistola cum ea erat simulatione scripta, velle sese adversus Amphissenses pugnare, non contra Thebanos et Athenienses (Dem. de cor. p. 279 extr.)? At hoc Olymp. 110, 3 ne exeunte quidem Hecatombaeone, nedum postea, simulare potuit, quod iam ante pugnam Chaeronensem duo cum Atheniensibus et sociis proelia commisit, quorum alterum est ἡ χειμερινὴ μάχη dictum, non quod hieme pugnatum sit, sed quod die procelloso, alterum ἡ ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ (Dem. p. 300): ob quae quum Athenis sint pompae diis habitae, patet ea certe iam exeunte Hecatombaeone accidisse, interiectis aliquot inter illa et pugnam Chaeronensem diebus. His de causis etiam verba Demosthenis p. 279 extr. ὡς οὐχ ὑπήκουον οἱ Θηβαῖοι, non possunt ad ea referri quae post captam Elateam in confiniis annorum Olymp. 110, 2 et 3 acta sunt (Dem. p. 291. Diod. XVI, 85), sed ad illud tempus quod paulo ante diximus pertinent; eodemque referuntur verba Philippi in epistola ad Thebanos (Dem. de cor. p. 284): πρότερον μὲν οὖν ὑμῶν κατεγίγνωσκον ἐπὶ τῷ μέλλειν πείθεσθαι τοῖς ἐκείνων (Ἀθηναίων) ἐλπίσι καὶ ἑπακολουθεῖν αὐτῶν τῇ προαιρέσει: ex quibus intelligitur iam ante Olymp. 110, 2 extr. per aliquod tempus alienatos a Philippo Thebanos esse, deinde cum illo in gratiam redisse, priusquam cum Atheniensibus societatem inirent. Postremo Philippi epistolam, qua socios ad bellum Amphissense convocavit, ante captam Elateam ideoque ante Olymp. 110, 3 scriptam esse colligimus e Demosthene de cor. p. 278, ubi eius πάροδος ὡς ἐπὶ τὴν Κιρραίαν ac proinde Amphissensis belli incipiendi consilium ante captam Elateam ponitur. Nec si Philippum vere demum Olymp. 110, 2 in verna Pylaea creatum imperatorem dices, conciliari res possunt. Aeschines enim iam Olymp. 110, 1 pylagoras creatus est, quod ipse testatur; quae electio quum in Anthesterionem referenda sit, exactus Aeschinis pylagorae annus ante vernam Pylaeam Olymp. 110, 2 erat: et tamen is tum quum Philippus dux Amphictyonum fieret fuit pylagoras. Nunc ne me quis in disputatione hac paulo intricatiore secus ac volo intelligat, tabulam addam temporum.

Archon Theophrastus Olymp. 110, 1.

Mense verno Anthesterione, Attici anni octavo, d. XVI pylagoras creatur Aeschines.

Pylaea verna habetur paulo post, et fit prius adversus Amphissenses Amphictyonum decretum, πυλαίας ἐαρινῆς ἐπὶ ἱερέως Κλειναγόρου, anno Amphictyonico fere incipiente.

Archon Lysimachides Olymp. 110, 2.

Sub auctumnum, Metagitnione mense, Attico secundo, incipit Pylaea auctumnalis, eodem anno Amphictyonico, ἐπὶ ἱερέως Κλειναγόρου, sex fere mensibus post priorem quam dixi Pylaeam.

In hac Aeschine adhuc pylagora Philippus dux Amphictyonum adversus Amphissenses constituitur. Thebani Philippo non obtemperant.

Eodem mense socios Peloponnesiacos convocat Philippus ad bellum Amphissense, ut conveniant in proximum mensem Boedromionem, Atticis tertium.

Philippus, ut coniicio, copias parat per hiemem.

Sub ver, mense fere Anthesterione, Atticis octavo, exit Clinagorae sacerdotis et Aeschinis pylagorae annus Amphictyonicus.

Eodem fere tempore vel mense insecuto Elaphebolione, Atticis nono, complures urbes capit et vastat Philippus. Athenienses de ea re queruntur et Philippum monent decreto mense Elaphebolione scripto, et inducias postulant usque ad mensem undecimum Thargelionem.

Mense decimo Munychione Athenis fit alterum similis argumenti decretum.

Sub finem anni, initio fere duodecimi mensis Scirophorionis, Philippus capit Elateam.

Eodem mense Sciroph. d. XVI scribitur decretum Demosthenis de societate cum Thebanis. *Archon Chaerondas Olymp.* 110, 3.

Mense primo Hecatombaeone Athenienses et Thebani cum Philippo duo proelia committunt, *μάχην τὴν ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ* et *τὴν χειμερινήν*.

Pompae Athenis ob haec proelia ducuntur.

Secundi mensis Metagitnionis d. VII ad Chaeroneam confligitur.

XVII.

296

DE LYDIAE REGIBUS.

LYDIAE REGUM annos a Gyge ad Croesum Herodotus statuit hos:

	A.
1. Gyges	38 [a]
2. Ardys	49 [b]
3. Sadyattes	12 [c]
4. Alyattes	57 [d]
5. Croesus	14 [e]
	170

Dionysius Halicarnassensis [f] Gygem ducentis quadraginta annis ante 479, hoc anno annumerato, regem factum esse statuit, ut primus *Gygis* annus fuerit 718, *Croesi* postremus 548. Alium numerum habet alio loco [g]: *Ἡρόδοτος ἀπὸ τῆς Λυδῶν βασιλείας ἀρξάμενος — διεξελθών τε πράξεις Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων ἔτεσιν ὁμοῦ διακοσίοις καὶ εἴκοσι γενομένας ἐν ταῖς τρισὶν ἠπείροις, καὶ παρα-*

a) Herod. I, 14.
b) I, 16.
c) Ibidem.
d) I, 25.
e) I, 86.
f) V. tabb. 546, 2.
g) T. VI p. 773 Reisk.

γράψας τῆς Ξέρξου φυγῆς τὴν ἱστορίαν, κ. τ. λ. Quare fuerunt qui altero loco εἴκοσι pro τεσσαράκοντα legendum esse censerent [h]). Sed Dionysius quum hic de Lydiae regum temporibus ex Herodoti notatione loquatur, haud dubie non statuit 220 annis ante 478, i. e. 698, regnum adeptum esse, quoniam hac ratione Croesum 528, quo tempore Cambyses Persarum rex erat, captum esse diceret. Itaque minor numerus emendandus et τεσσαράκοντα pro εἴκοσι reponendum est. Dionysius igitur huius regum familiae primum annum posuit 718.

Verum alii scriptores Lydiae regni primordia posterius fuisse statuunt: Σωσικράτης δέ φησι πρότερον Κροίσου τελευτῆσαι Περίανδρον ἔτεσι τετταράκοντα καὶ ἑνὶ πρὸ τῆς τετταρακοστῆς ἑνάτης ὀλυμπιάδος [i]). Ex hac computatione Croesi clades, de qua Sosicratem loqui statuendum est, quadraginta annis post Ol. 48, 4 [a. C. n. 585] facta est; atque Sardes 595—40 = 545 captae, Croesus 559 et Gyges 715 regnum adepti esse statuuntur.

Sed de Gygis temporibus alii alia tradunt. Et Tatianus [k]) quidem eum circa Ol. 23 [a. C. n. 688] fuisse statuit: ὁ δὲ Ἀρχίλοχος ἤκμασε περὶ ὀλυμπιάδα τρίτην καὶ εἰκοστήν, κατὰ Γύγην τὸν Λυδόν. Annus 688 Gygis octavus et tricesimus fuerit, ut Archilochus extremis eius regni temporibus floruerit. Clemens [l]) autem Ol. 18 regnum adeptum esse tradit: κατὰ Γύγην, ὃς βασιλεύειν ἤρξατο ἀπὸ τῆς ὀκτωκαιδεκάτης ὀλυμπιάδος. Idem tempus notavit Plinius [m]): *Duodevicesima Olympiade interiit Candaules; aut, ut quidam tradunt, eodem anno quo Romulus.* Hoc alterum quod Plinius
297memorat tempus propositum est in tabulis [n]); ex priore, quod Clemens quoque notavit, Gyges 708 rex factus fuerit; ac si cum Herodoto hanc familiam centum et septuaginta annos regnasse statuimus, Sardes 538 captae sunt.

Marmor Parium Lydorum reges tribus locis memorat, No. 36: ἀφ' οὗ Ἀ . . . . . ς Λυδ . . . . . σιλευσ . . . . . ΔΔΔΙ ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀριστοκλέους. No. 42: ἀφ' οὗ Κροῖσος . . Ἀσίας . . . Δελφο . ς ἀ . . . . . ΔΔΔΔΙΙ ἄρχοντος Ἀθήνησιν . . . . δημον. No. 43: ἀφ' οὗ Κῦρος ὁ Περσῶν βασιλεὺς Σάρδεις ἔλαβε καὶ Κροῖσον ὑπὸ . . . . ης σφαλ . . . . . —. Quod primo loco positum est tempus Corsinus [o]) Alyattem 605 regnum adeptum esse facere statuit; quod altero, Croesum 556 regem factum esse; quod tertio, Sardes revera 542 captas esse. Sed merito cum Larchero [p]) Corsino opposueris quod quae in ipso marmore legi possint non distinxerit ab eis quae ex editorum coniecturis suppleta sint. No. 36 tantum suspicari licet numerum esse 341, respondentem anno 605. No. 42 marmor non memorat Croesum regnum adeptum esse, sed oraculum consuluisse. No 43 quum numerus plane deletus sit, nulla auctoritate nititur quod Corsinus statuit, verum tempus Sardium captarum esse Ol. $59\frac{2}{3}$, a. C. n. 542, quod numerus huic anno respondens in marmore expressus sit. Neque enim quidquam in hoc monumento exstat quo posteriorum quibus Croesus regnavit temporum rationes explicentur.

Quum ignoremus utrum qui Gygem Ol. 18 regem factum esse tradunt horum quinque regnorum eadem quae Herodotus tempora, an alia posuerint [q]), quando Lydorum regnum eversum esse

---

h) Scaliger Animadvv. ad Euseb. Chron. p. 79 Dionysii numerum cum Eusebii rationibus conciliat ρκ' legendo. *Locum Dionysii* [t. VI p. 820] *corruptum esse fidem fecerit alius eiusdem, in quo ρκ' legitur.*

i) Laert. I, 95.

k) Or. ad Graecos p. 109. Reddidit Euseb. Praep. X, 11 p. 492, c.

l) Strom. I p. 327, b.

m) Hist. nat. XXXV, 8.

n) 546, 2.

o) Fastt. Att. t. III p. 66. 104. 113.

p) Herod. t. VII p. 207.

q) De annorum numero huic regum familiae tribuendo inter auctores discrepat. Eusebius in Chron. eos per 152 annos regnasse statuit, numeros offerens hos:

Olymp.

20, 2. [a. C. n. 699.] *Gyges ann.* 36.
29, 1. [a. C. n. 664.] *Ardys ann.* 37.
38, 2. [a. C. n. 627.] *Sadyattes ann.* 15.
42, 1. [a. C. n. 612.] *Alyattes ann.* 49.
54, 2. [a. C. n. 563.] *Croesus ann.* 15.

statuerint pro certo affirmari non potest. Marmor, ut mutilatum est, nihil offert. Itaque sola quibus huius rei tempus constituitur testimonia sunt *Dionysii*, *Socratis*, *Solonis* (proposita in tabb. 546, 2), quae omnia Sardes Ol. 58 captas esse consentiunt, atque *Eusebii*, qui illud anno prius factum esse tradit r). De temporis spatio quo Croesus regnavit summum duobus tribusve annis discrepat.

Sed tametsi Croesus nonnisi quattuordecim annos regnavit, tamen probabile est quod Larcherus s) copiosius persequitur, eum iam a patre in regni societatem adsumptum fuisse: quam sententiam breviter, sed perspicue argumento ex ipso Herodoto petito probavit Wesselingius t). Hoc tempore consociati regni complura eorum videntur acta esse quae Croeso *regi* Lydorum tribuuntur. 1. Ac primum Herodoto auctore u) consilium ei dedit Pittacus, qui iam 570 mortuus est: quod argumentum Larcherus exputavit. 2. Deinde Alcmaeo dona accepit a Croeso ea aetate quae Agaristae Clisthenis Sicyonii filiae matrimonio *superior* erat v). Atqui ea familia, cuius postremus erat Clisthenes, centum annos Sicyone regnavit x); et hi centum anni ante 548 exierunt, quoniam ante 648298 inceperunt, quo tempore Myro Clisthenis avus Olympia vicit y). Praeterea Clisthenes iam Cyrrhaei belli tempore Sicyonis tyrannus erat z), quod bellum 591 finitum est triginta annis ante quam Croesus solus regnavit. Haec argumento sunt Alcmaeonem ante 560 a Croeso visum esse. 3. Tum Croesus res gessit has: primum Ephesum obsedit; deinde paulatim omnia Ioniae et Aeolidis oppida subegit; tum, *χρόνον ἐπιγινομένου*, Sardibus divitiis completis Graeciae sapientes ad eius aulam commeaverunt zz). Postea Croesi filius occiditur, cuius mortem rex duobus annis luxit; *μετὰ δέ*, hoc tempore exacto Croesus de Persarum incrementis sollicitus redditur. Haec omnia vix potuerunt confecta esse decem aut duodecim annorum spatio, cui propter Croesi regnum adscribenda essent. Itaque probabile est Ioniam et relicua loca ex parte Alyatte vivo expugnata esse. 4. Inter gentes quas Croesus subegerit Herodotus *Cares* enumerat. Sed Cariam ab Alyatte expugnatam esse diserte tradit Nicolaus Damascenus a) e Xantho Lydo; atque Croesus, cuius imperio tum Adramyttium et vicina loca subiecta erant, ut Aeolis iam expugnata fuerit, a patre cum exercitu in hoc bello auxilio venire iussus est. Itaque ex iis locis quae Croesus subegisse dicitur Aeolis et Caria eius patre regnante subactae erant. 5. Quae modo disputavimus, iis si addideris locum a Wesselingio excitatum: *ἐπεὶ δόντος τοῦ πατρὸς ἐκράτησε τῆς ἀρχῆς ὁ Κροῖσος* b), vix dubitare licet quin Croesus Alyatte vivo ad regnum admissus fuerit.

Quae difficultates ex Solonis itinerum et mortis temporibus exsistunt, eae hac coniectura minuuntur. Solonem Ol. 46 leges suas tulisse omnes auctores consentiunt. *Σόλων ἤκμαζε περὶ τὴν τεσσαρακοστὴν ἕκτην ὀλυμπιάδα, ἧς τῷ τρίτῳ ἔτει ἦρξεν Ἀθηναίων, καθά φησι Σωσικράτης· ὅτε καὶ*

---

r) Euseb. in Chron. ed. Pontaci: *Olymp.* 57, 4 *Cyrus Sardes capit.*

s) In annot. ad Herod. I, 27.

t) Ad Herod. I, 30.

u) Herod. I, 27.

v) Herod. VI, 126: *μετὰ δὲ γενεῇ δευτέρῃ ὕστερον* [postquam ad Croesi aulam venit] *Κλεισθένης μιν ὁ Σικυῶνος τύραννος ἐξήειρε.*

x) Aristot. Polit. V, 9, 21: *πλεῖστον ἐγένετο χρόνον ἡ περὶ Σικυῶνα τυραννὶς ἡ τῶν Ὀρθαγόρου. ἔτη δ' αὕτη διέμεινεν ἑκατόν· τούτου δ' αἴτιον, ὅτι τοῖς ἀρχομένοις ἐχρῶντο μετρίως, καὶ πολλὰ τοῖς νόμοις ἐδούλευον· καὶ διὰ τὸ πολεμικὸς γενέσθαι Κλεισθένης οὐκ ἦν εὐκαταφρόνητος.*

y) Pausan. VI, 19, 2: *Μύρωνος ἀνάθημα τυραννήσαντος Σικυωνίων· τοῦτον ᾠκοδόμησεν ὁ Μύρων νικήσας ἅρματι τὴν τρίτην καὶ τριακοστὴν ὀλυμπιάδα.* [a. C. n. 648]. Myro Clysthenis avus erat. Herod. VI, 126: *Κλεισθένεϊ τῷ Ἀριστωνύμου τοῦ Μύρωνος τοῦ Ἀνδρέω.*

z) V. Append. c. I p. 196.

zz) Herod. I, 28 s.

a) Nicol. Damascen. p. 243 Cor.: *ὅτι Ἀλυάττης ὁ Κροίσου πατὴρ τοῦ Λυδῶν βασιλέως, ἐπὶ Καρίαν στρατεύων, παρήγγειλε τοῖς ἑαυτοῦ στρατὸν ἄγειν εἰς Σάρδεις ἐν ἡμέρᾳ τακτῇ, ἐν οἷς καὶ Κροίσῳ, ὅστις ἦν αὐτοῦ πρεσβύτατος τῶν παίδων, ἄρχειν ἀποδεδειγμένος Ἀδραμυττίου καὶ Θήβης πεδίου.* Iure Creuzer. Histor. Fragm. p. 203 Nicolaum haec e Xantho vetere historico duxisse suspicatur.

b) Herod. I, 92.

τίθησι τοὺς νόμους c). *ἤκμασεν οὖν ὁ Σόλων κατὰ τὴν τεσσαρακοστὴν ἕκτην ὀλυμπιάδα* d). *τεσσαρακοστῇ ἕκτῃ ὀλυμπιάδι Σόλων νενομοθέτηκε* e). Consentit cum his testimoniis Eusebius, Solonem Ol. 46, 2 leges tulisse tradens. Apud Tatianum f), ut nunc locus legitur, de Solone haec sunt: *Δράκων δὲ περὶ ὀλυμπιάδα τριακοστὴν καὶ ἑνάτην εὑρίσκεται γεγονώς· Σόλων περὶ μ'.* Sed quum Draconem Solone nonnisi quattuor annis priorem positum esse parum probabile sit, dubitari non potest quin numerus corruptus et cum Meursio *μς'* legendum sit. Suidas Ol. 47 posuit: *Σόλων Ἐξηκεστίδου, Ἀθηναῖος, φιλόσοφος, νομοθέτης καὶ δημαγωγός· γέγονε δὲ ἐπὶ τῆς μζ' ὀλυμπιάδος· οἱ δὲ νς'.* Atque Ol. 47 cum superiore ratione satis congruit. Tempore non notato Plutarchus g) quando archon fuerit memorat: *ἠρέθη ἄρχων μετὰ Φιλόμβροτον ὁμοῦ καὶ διαλλακτὴς καὶ νομοθέτης.* Solonis successorem nominavit Philostratus h): *Δρωπίδην ὃς μετὰ Σόλωνα Ἀθηναίων ἦρξεν.* Quibus annis *Philombrotus, Solo, Dropides archontes eponymi* fuerint videtur satis certum fuisse; atque Solonem a. 594 leges suas tulisse statuere licet.

299 Iam consultus fuerat de bello Cirrhaeo, quod sex ante annis, 600, geri coeptum est i). In hac re quid praestiterit Plutarchus j) enarrat: *ἤδη μὲν οὖν — ἔνδοξος ἦν ὁ Σόλων καὶ μέγας. ἐθαυμάσθη δὲ καὶ διεβοήθη μᾶλλον ἐν τοῖς Ἕλλησιν εἰπὼν ὑπὲρ τοῦ ἱεροῦ τοῦ ἐν Δελφοῖς, ὡς χρὴ βοηθεῖν καὶ μὴ περιορᾶν Κιρραίους ὑβρίζοντας. — πεισθέντες γὰρ ὑπ' ἐκείνου πρὸς τὸν πόλεμον ὥρμησαν οἱ Ἀμφικτύονες, ὡς ἄλλοι τε μαρτυροῦσι καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ τῶν Πυθιονίκων ἀναγραφῇ, Σόλωνι τὴν γνώμην ἀνατιθείς. οὐ μέντοι στρατηγὸς ἐπὶ τοῦτον ἀπεδείχθη τὸν πόλεμον, ὡς λέγειν φησὶν Ἕρμιππος Εὐάνθη τὸν Σάμιον. οὔτε γὰρ Αἰσχίνης ὁ ῥήτωρ τοῦτ' εἴρηκεν, ἔν τε τοῖς τῶν Δελφῶν ὑπομνήμασιν* k) *Ἀλκμαίων, οὐ Σόλων, Ἀθηναίων στρατηγὸς ἀναγέγραπται.*

c) Laert. I, 62.
d) Clem. Alex. Strom. I p. 302, b.
e) Cyrill. adv. Iulian. I p. 12, d.
f) Or. ad Graecos p. 141.
g) Solon. c. 14.
h) Vit. Sophist. I, 16.
i) V. supra c. 1 p. 195.
j) Sol. c. 11.

k) Alcmaeonidae Pindar. Pyth. VII (Pythicam victoriam 474 a Megacle reportatam dicens) unam ex clarissimis Graeciae gentibus memorat. Eos templum Delphicum restituisse tradit (V. tabb. 548, 2); atque Megaclem eiusque maiores *quinquies* Isthmia, *semel* Olympia, *bis* Pythia vicisse refert. Larcherus in annot. ad Herod. VI, 125 de *Alcmaeonidis* haec disputat: „*Primus Alcmaeo,* „*abs quo originem traxerunt, Thesei temporibus fuit, au-*„*ctore Suida v. Ἀλκμαιωνίδαι*" Bellanger. *Debebat Bellangerus Harpocrationem potius quam Suidam excitare, quandoquidem Suidas hunc locum ex hoc auctore transscripsit. Sed Alcmaeo qui Thesei aequalis fuit, quamquam eiusdem gentis, tamen eius de quo Herodotus loquitur progenitor non erat. Is enim originem traxit ab eo Alcmaeone qui ultimus erat archontum perpetuorum ac proinde a Neleo, Pyli rege. Stemma hoc est:*





Medon natu maior Codri filius archontum perpetuorum primus fuit. Fuerunt hi tredecim, patrem excipiente filio. Qui a. 612 *annuus archon fuit Megacles ab Alcmaeone, qui perpetuorum archontum postremus fuit, originem traxit.* Verum Larcherus festinantius Harpocrationem erroris insimulavit. Nam primum annuos archontes eo ordine fuisse ut semper filius patrem exciperet non constat. Deinde *Alcmaeonidae* non a Melantho, sed ab alia Neleidarum familia originem traxerunt. Pausanias II, 18, 7: *ἐκβάλλουσιν ἐκ τῆς Μεσσηνίας τοὺς Νέστορος ἀπογόνους, Ἀλκμαίωνα Σίλλου τοῦ Θρασυμήδους. — καὶ τοὺς Παίονος τοῦ Ἀντιλόχου παῖδας· οὐκ δὲ αὐτοῖς Μέλανθον τὸν Ἀνδροπόμπου. — οἱ δὲ Νηλεῖδαι ἐς Ἀθήνας ἀφίκοντο· καὶ τὸ Παιωνιδῶν γένος καὶ Ἀλκμαιωνιδῶν ἀπὸ τούτων ὠνομάσθησαν. Μέλανθος δὲ καὶ τὴν βασιλείαν ἔσχεν.* Itaque stemma hoc est:



Itaque Solo iam Ol. 45, a. C. n. 600, quadraginta annis ante quam Pisistratus regnum obtinuit clarus fuit. Demosthenes [l]) eum a. 343 his verbis memoravit: *ἀπὸ Σόλωνος ὁμοῦ διακόσιά ἐστιν ἔτη καὶ τετταράκοντα εἰς τὸν νυνὶ παρόντα χρόνον.* Quem numerum a Meursii et Corsini emendationibus defendit Platonis Scholiastes [m]): *Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῆς παραπρεσβείας· „Καίτοι τὸν μὲν ἀνδριάντα „τοῦτον οὔπω πεντήκοντα ἔτη φασὶν ἀνακεῖσθαι Σαλαμίνιοι. ἀπὸ Σόλωνος δ' ἐστὶν* [*sic leg. videtur*] *„ὁμοῦ σ' ἔτη καὶ μ'.“* Atqui 343 + 240 Solonis *ἀκμῇ*, quam a Demosthene respici statuere par est [n]), 300 assignat a. 583 a. C. n., qui undecimus est ab eo quo archon fuit.

Solonis itinera atque mortis tempus magnis difficultatibus impedita sunt. Peregrinandi consilium duabus rationibus motus cepisse traditur, vel ut leges suae interea stabilirentur [o]), vel ut Pisistrati tyrannidem effugeret [p]). Per decem annos quibus peregrinabatur Aegyptum, Cyprum [q]), Sardes [r]) lustravit. Perspicuum est Herodoti [s]) testimonium et de causa itineris et de temporis spatio et de locis quae Solo visit: *ἀπικνέονται ἐς Σάρδις ἀκμαζούσας πλούτῳ ἄλλοι τε — καὶ δὴ καὶ Σόλων, ἀνὴρ Ἀθηναῖος, ὃς Ἀθηναίοισι νόμους κελεύσασι ποιήσας ἀπεδήμησε ἔτεα δέκα, κατὰ θεωρίης πρόφασιν ἐκπλώσας, ἵνα δὴ μή τινα τῶν νόμων ἀναγκασθῇ λῦσαι τῶν ἔθετο. — αὐτῶν δὴ τούτων καὶ τῆς θεωρίης ἐκδημήσας ὁ Σόλων εἵνεκεν, ἐς Αἴγυπτον ἀπίκετο παρὰ Ἄμασιν, καὶ δὴ καὶ ἐς Σάρδις παρὰ Κροῖσον.* De Croeso dubitatum esse Plutarchum [t]) significare notum est: *τὴν δὲ πρὸς Κροῖσον ἔντευξιν αὐτοῦ δοκοῦσιν ἔνιοι τοῖς χρόνοις ὡς πεπλασμένην ἐλέγχειν. ἐγὼ δὲ λόγον ἔνδοξον οὕτω καὶ τοσούτους μάρτυρας ἔχοντα, καί, ὃ μεῖζόν ἐστι [u]), πρέποντα τῷ Σόλωνος ἤθει, καὶ τῆς ἐκείνου μεγαλοφροσύνης καὶ σοφίας ἄξιον, οὗ μοι δοκῶ προήσεσθαι χρονικοῖς τισὶ λεγομένοις κανόσιν, οὓς μυρίοι διορθοῦντες ἄχρι σήμερον εἰς οὐδὲν αὐτοῖς ὁμολογούμενον δύνανται καταστῆσαι τὰς ἀντιλογίας.* Evitantur difficultates statuendo Solonem 570, Alyatte vivo et Croeso cum patre regnante, in Lydiam venisse. Quum Amasis 569 regnum adeptus sit, Aegyptium iter hoc anno posterius fuerit necesse est. Probabili ratione statuas licet eum 575, circiter viginti annis post quam archon fuerat, Athenis profectum esse et 565, circiter quinque annis ante quam Pisistratus regnum occupavit, revertisse.

Verum est *Alcmaeonem* non fuisse *Thesei* aequalem, qui cum *Neleo* quattuor ante aetatibus floruit. Sed Harpocratio Theseum non nominat: *Ἀλκμαιωνίδαι, γένος ἐπιφανὲς Ἀθήνησιν, ἀπὸ Ἀλκμαίωνος.* Verba *κατὰ Θησέα* Suidas addidit loco non ex Harpocratione desumpto.

l) Falsa leg. p. 420.

m) Ruhnken. p. 10.

n) Corsinus Fastt. Att. t. III p. 101 Demosthenis numerum mutare iubet.: *Si annorum numerus a Demosthene expressus non a Solonis principatu, sed a morte subducatur, erunt anni 214 adeoque in Demosthenis textu non ν', [quae Meursii coniectura est] sed potius ι' aut κ' aut potius ιδ' rescribendum esse putaverim.* Sed primum quo tempore Solo mortem obierit dubium est. Deinde veri simile non est Demosthenem eam respexisse. Magis probabile est eum *ἀκμὴν* respexisse. Si veterum auctorum exemplaria eiusmodi rationibus mutare liceret, de iis actum esset.

o) Plutarch. Solon. c. 25: *ταῖς ἀπορίαις ὑπεκστῆναι βουλόμενος — πρόσχημα τῆς πλάνης τὴν ναυκληρίαν ποιησάμενος ἐξέπλευσε, δεκαετῆ παρὰ τῶν Ἀθηναίων ἀποδημίαν αἰτησάμενος. ἤλπιζε γὰρ ἐπὶ τῷ χρόνῳ τούτῳ καὶ τοὺς νόμους αὐτοῖς ἔσεσθαι συνήθεις,*

p) Laërt. I, 50: *ἤδη δὲ αὐτοῦ (τοῦ Πεισιστράτου) κρατοῦντος οὐ πείθων — ἀπέπλευσεν εἰς Αἴγυπτον καὶ εἰς Κύπρον· καὶ πρὸς Κροῖσον ἦλθεν, κ. τ. λ.* Suidas v. *Σόλων. ἐπιβουλευθεὶς ὑπὸ Πεισιστράτου τοῦ τυράννου ἀπεδήμησεν ἐν Κιλικίᾳ, καὶ ἔκτισε πόλιν, ἣν Σόλους ἐκάλεσεν.*

q) Aegyptia eius itinera testatur Plato Tim. p. 21, memorat Plutarch. Solon. c. 26.

r) Cyprium iter suum et Solos conditos ipse versibus suis memoravit. Plutarch. Solon. c. 26: *πλεύσας εἰς Κύπρον ἠγαπήθη διαφερόντως ὑπὸ Φιλοκύπρου τινὸς τῶν ἐκεῖ βασιλέων. — τῷ Σόλωνι τιμὴν ἀποδιδοὺς — τὴν πόλιν ἀπ' ἐκείνου Σόλους προσηγόρευσε. καὶ αὐτὸς δὲ μέμνηται τοῦ συνοικισμοῦ. προσαγορεύσας γὰρ ἐν ταῖς ἐλεγείοις τὸν Φιλόκυπρον· „Νῦν δὲ,“ φησί, „σὺ μὲν Σολίοισι πολὺν χρόνον ἐνθάδ' ἀνάσσων,“ κ. τ. λ.* Herodot. V, 113: *Φιλοκύπρου — τὸν Σόλων ὁ Ἀθηναῖος ἀπικόμενος ἐς Κύπρον ἐν ἔπεσι αἰνέσας τυράννων μάλιστα.*

s) I, 29 s.

t) Solon. c. 27.

u) Mira ratione de cognoscenda rerum factarum veritate Plutarchus iudicaverit necesse est, si auctorem hanc narratiunculam testificatorum numero minus rem probari opinatus est quam eo quod Solonis moribus apta esset. Videlicet si confictam esse statuas, qui finxerunt satis intelligentes futuros fuisse sumere licet, ut sermonem colloquentium moribus accommodarent.

Ut Athenas revertit, rem publicam Lycurgi et Megaclis atque Pisistrati factionibus conturbatam nactus est: *οὕτω τῶν πραγμάτων ἐχόντων, ὁ Σόλων παραγενόμενος εἰς τὰς Ἀθήνας αὐδᾶ μὲν εἶχε καὶ τιμὴν παρὰ πᾶσιν, ἐν δὲ τῷ κοινῷ λέγειν — οὐκ ἔτ' ἦν δυνατὸς οὐδὲ πρόθυμος ὑπὸ γήρως* v). Quum-
301que Pisistratus regnum occupasset, Laertio et Suida auctoribus Athenis abiit atque Solis Ciliciae mortuus est; Plutarcho teste Athenis mansit et a Pisistrato in honore habitus est. De eius morte Plutarchus x): *ἐπεβίωσε δ' οὖν*, inquit, *ὁ Σόλων ἀρξαμένου τοῦ Πεισιστράτου τυραννεῖν; ὡς μὲν Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἱστορεῖ, συχνὸν χρόνον· ὡς δὲ Φανίας ὁ Ἐρέσιος, ἐλάττονα δυοῖν ἐτῶν. ἐπὶ Κωμίου μὲν γὰρ ἤρξατο τυραννεῖν Πεισίστρατος, ἐφ' Ἡγεστράτου δὲ Σόλωνά φησιν ὁ Φανίας ἀποθανεῖν τοῦ μετὰ Κωμίαν ἄρξαντος.* Itaque quo tempore decesserit definiri non potest. Quod Heraclidis tempore dubium erat, hodie certum reddere non licet. Quamdiu vixerit alii aliter tradunt: centum annos Lucianus y), octoginta Laertius z): *ἐτελεύτησεν ἐν Κύπρῳ βιοὺς ἔτη ὀγδοήκοντα.* Quodsi 559 octoginta annorum fuit, natus est 638, quattuor et quadraginta annos habuit quo tempore archon erat. Haec probabilia sunt. Sed quum quamdiu vixerit et quando mortem obierit dubium sit, de eius natali anno pro certo quidquam statuere non licet.

XVIII.

DE PERSARUM REGIBUS.

Quod in prooemio a) diximus, Cyrum eo tempore regnasse quo sacra historia ad profanam se applicet, hoc temporum rationibus respectis dictum esse sponte intelligitur. Nam etsi in vetustioribus profanae historiae rebus haud dubie passim reperiuntur quae quum Graeci obscura et parum certa ratione tradita reliquerint, sacrorum librorum fide illustrentur et confirmentur, tamen ab eo demum tempore quo Cyrus Babylone regnare coepit profana historia sacrae tempora excepta detexit. Quartus annus Ioacimi, Iudaeorum regis, is est quo sacra historia cum profanae testimonio concurrit. Quartus autem Ioacimi annus, quo captivitas coepta est b), fuit *septuagesimus* ante eum quo Cyrus primo Babylone regnavit. Itaque quo tempore captivitas finita est, primo Cyri anno, quae a sacris libris offertur temporum ratio contendenda est cum ea quam profani libri exhibent; eoque tempore constituto gravissimae quaeque res quae superioribus aetatibus actae sunt definiuntur omnes, decem tribuum seditio, Sauli creatio, sacrae terrae agrorum distributio: unde ad Abrami natale tempus et patriarcharum aetates notandas adscendimus.

---

v) Plutarch. Solon c. 29.

x) Solon. c. 32.

y) Macrob. 18.

z) Laert. I, 62.

a) P. I.

b) Perspicue notatur captivitatis initium Ierem. XXV, 1—11: *Sermo qui ad Ieremiam habitus est ad omnem Iudaeum populum, anno quarto Ioacimi, Iudaeae regis, qui annus est primus Nabuchodonosori Babyloniae regis. — Sic dicit Iova: — Mittam Nabuchodonosorum — et servient istae gentes Babylonio regi annos septuaginta.* [Librorum sacrorum locos ex Castellionis interpretatione posui. *Kr.*] Daniel. I, 1: *Anno tertio regni Ioacimi, Iudaeae regis, adortus Nabuchodonorus Babyloniae rex Hierosolymam, eam obsedit et Ioacimo Iudaeae rege dante domino potitus* et q. s. Itaque primus Nabuchodonosori annus „in Ioacimi tertium exeuntem et quartum ineuntem incidit“ W. Lowth. ad Ierem. XXV, 1. Primus igitur captivitatis annus (qui tertius et vicesimus fuit a tertio decimo Iosiae. Ierem. XXV, 3) quartus Ioacimi fuit. *Ultimus* captivitatis annus primus fuit Cyri Babylone regnantis. Esdra V, 13: *Rex Cyrus anno primo sui Babyloniae regni edictum de hoc instaurando fano proposuit.*

Huius septuaginta annorum spatii cum Babyloniae regum temporibus conciliandi ratio multis difficultatibus impedita multisque disceptata est disputationibus. Quamquam hic faciendum non 302
videtur ut copiosius omnia quae cum hac re coniuncta sunt explicem, tamen Babyloniae regum ordinem paucis exponendum et eorum de quibus disceptatur gravissima quaeque persequenda esse duxi, quod ut coniunctionis quae hic sacram inter et profanam historiam intercedit momentum suadebat, ita Cyri regnum illustrandi consilium, quod ceperam, necessarium reddebat.

Haec Babyloniae regna ita statuit Canon astronomicus:

	A.	N. A.	A. C. n.
1. Nabocolassarus (Nabuchodon.)	43.	144.	604.
2. Ilvarodamus (Evilmerodachus)	2.	187.	561.
3. Nericassolassarus	4.	189.	559.
4. Nabonadius	17.	193.	555.
	66.		
Cyrus	9.	210.	538.

Hic perspicuum est Canonis numeros et annorum a libris sacris notatorum summam discrepare. Primus Cyri Babylone regnantis annus a Nabuchodonosori regni initio illic non est septuagesimus, sed sexagesimus septimus, ut integri tres anni ad captivitatis rationem desint. Nabuchodonosori regnum trium et quadraginta annorum ponunt omnia Canonis exemplaria [c]); eundemque numerum traditum reliquit Berosus [d]). Paulo maiorem ex sacris libris elicias, qui huius Babyloniae regis tempore superius posito eius regno ultimum patris annum attribuunt et quartum Ioacimi annum et captivitatis initium anno 143 Nabon. aerae, i. e. 605 a. C. n. [e]), adscribunt. Itaque septuaginta

c) Et emendatum Dodwelli et corrupta duo Syncelli p. 207 s. exemplaria. Quod haec ambo corrupta dicimus, loquimur de tempore inter Nabonassarem et Cyrum interiecto, de quo disputamus. Posteriora Persarum regna si Darium III exceperis, Syncellus in priore indice p. 208 recte constituit.

d) Iosephus Ant. X, 11, 1: *ὁ δὲ βασιλεὺς Ναβουχοδονόσορος ἔτη τεσσαράκοντα τρία βασιλεύσας τελευτᾷ τὸν βίον.* Hos numeros e Beroso duxit: *λέγει γὰρ οὕτω Βηρωσσὸς διὰ τῆς τρίτης· Ναβουχοδονόσορος μὲν οὖν — μετηλλάξατο τὸν βίον βεβασιλευκὼς ἔτη τεσσαράκοντα τρία.* In Apion. I, 20 p. 1176.

e) Sacros libros tantum tres et quadraginta annos Nabuchodonosoro assignare tradit Iackson, numeros hac ratione computans: „Regnavit Nabuchodonosorus annos 36 [inchoato 37mo] (2 Reg. XXV, 27) + 7 [inchoato 8vo] „(2 Reg. XXIV, 12] = 43: quae ratio cum Canonis „astronomici numero congruit.“ Hanc viam monstraverat Perizonius Orig. Babylon. p. 358: *In Iudaeorum chronologia non plus quam 43 anni huic regi adscribuntur. Liquet id ex 2. Reg. XXV, 27 — Ierem. LII, 31. ubi dicitur Iechonias 37mo anno ab sua deportatione productus in aulam ab Evilmerodacho, primo huius regni anno. His vero 37 si addas septem qui a Nebuchadnezaris primo secundum Iudaeos usque ad Iechoniae deportationem numerantur, reperies 44, quorum 43 sunt Nebuchadnezaris, qui autem superest, annus primus est Evilmerodachi.* Hoc speciosius est quam accuratius. Probabiliore ratione Usher. hunc regem ex sacrorum librorum computatione circiter viginti menses cum patre, tres et quadraginta annos solum regnasse colligit. Nititur computatio 2 Regg. XXV, 27: *Anno tricesimo septimo exsilii Ioachinis Iudaeae regis duodecimi mensis die vicesima septima (vicesima quinta.* Ierem. LII, 31) *curavit Evilmerodachus Babyloniae rex, quo anno regnare coepit, extrahendum ex carcere Ioachinem, Iudaeae regem.* Septimus et tricesimus annus prope completus fuit. Sed si totum hoc undecim mensium et viginti quinque dierum tempus primo Evilmerodachi anno annumerandum esse statuimus, (quod tamen nulla au toritate nititur) perspicuum est sex et triginta annos completos superiori regi adscribendos esse. Itaque quantumcunque temporis ultra se tem annos Nabuchodonosorus regnaverat quum Ioachines in exsilium deductus est, tanto illius regnum tres et quadraginta annos excesserit necesse est. Coepit regnare prius quam tertius Ioacimi annus completus erat Dan. I, 1. Atque si duobus Iudaeae regnis (11 ann. 3 m.) tres annos detraxeris, restant 8 anni et 3 menses qui quo tempore Ioachines abductus est huic Babyloniae regno praeterierint, ut summa sit 44 ann. 3 m. Sed quum hac ratione 2 Regg. XXIV, 12 *nonus* potius quam octavus annus memorandus fuisse videatur, Ioacimi undecimum annum, sicuti Sedeciae undecimum annum non *completum*, sed *inchoatum* fuisse collegeris. Atque alia ratione quantum temporis Nabuchodonosorus regnaverit quum Ioa-

annorum primus tribus et quadraginta Nabuchodonosori annis superior fuit atque Nabonassaris aerae annus 144 [a. C. n. 604] captivitatis secundus fuit. Hic duo anni desunt. Nam inter Nabuchodonosorum et Cyri primum annum quinque et viginti annos interiectos fuisse necesse est, quum Canon nonnisi tres et viginti annos referat. Quam difficultatem facillima et commodissima ratione solveris iis quas Iosephus posuit temporum notationibus acceptis. Ex quo scriptore, quamquam in nostris exemplaribus secundi et tertii regni numeri corrupti sunt, hos ordines colligimus.

		A.	M.
Ναβουχοδονόσορος f)		43.	
Ἀβιλαμαρώδαχος ὁ παῖς αὐτοῦ ἐτελεύτησε μετὰ ἔτη [ὀκτωκαίδεκα] τῆς βασιλείας g)	[18.]	2	h).
Νιγλίσαρος ὁ παῖς αὐτοῦ τὴν ἀρχὴν παραλαμβάνει· καὶ κατασχὼν αὐτὴν ἔτη [τεσσαράκοντα] (leg. τέσσαρα) καταστρέφει τὸν βίον i)	[40.]	4	h).
Λαβσσόρδαχος. — μετ' αὐτὸν εἰς τὸν υἱὸν αὐτοῦ Λαβοσόρδαχον ἀφικνεῖται ἡ διαδοχή, καὶ μῆνας ποιήσασα παρ' αὐτῷ τοὺς πάντας ἐννέα τελευτήσαντος αὐτοῦ μεταβαίνει πρὸς Βαλτάσαρον k)	304	9	l).
Βαλτάσαρος ὁ καλούμενος Ναβοάνδηλος. — ἔτη ἑπτακαίδεκα m).		17	n).
Δαρεῖος. Δαρείῳ δέ, τῷ καταλύσαντι τὴν Βαβυλωνίων ἡγεμονίαν μετὰ Κύρου τοῦ συγγενοῦς, ἔτος ἦν ἑξηκοστὸν δεύτερον ὅτε τὴν Βαβυλῶνα εἶλεν· ὃς ἦν Ἀστυάγους υἱός o)		(2.)	
Κῦρος. τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς Κύρου βασιλείας, τοῦτο δ' ἦν ἑβδομηκοστὸν ἀφ' ἧς ἡμέρας μεταναστῆναι τὸν λαὸν p)		1.	
		69.	9.

ohines abductus est. Quintus mensis undecimi Sedeciae anni in undevicesimum Nebuchodonosori annum incidit. 2 Regg. XXV, 8. Ierem. LII, 12. Itaque minimum octodecim anni completi erant; ac si 10 annos et 5 menses quibus Sedecias regnavit detraxeris, restant 7 anni et 7 menses, ut Ioacimus, si Ioachinis 3 menses annumeraveris, 10 annos et 7 menses, Babyloniae rex omnino 43 annos 7 menses regnaverit. Sed etiam ex hac computatione, Ioacimi quartus et Nabuchodonosori primus annus in a. 143 A. N. 605 a. C. n. incidit. Sed manca est computatio. Sumptum est enim nullam partem tertii anni Ioacimi in Babyloniae regis regnum incidisse; nullam partem undevicesimi anni exactam fuisse; nullam partem septem et triginta Ioachinis annorum Nabuchodonosori regni fuisse. Quae omnia quum nulla auctoritate sumpta sint, summae complures menses addendos esse par est, ut regnum quattuor et triginta annorum fuisse statuatur: quod prope cum Usheri ratione congruit.

De Ioacimi regno non satis sibi constat Halesius: qui has rationes proposuit v. II p. 477: „Secundum Canonem „Nabuchodonosorus 604 a. C. n. successit; eiusque pri„mus annus in Ioacimi tertium incidisse dicitur Dan. I, „1; in quartum Ierem. XXV, 1. 2 Regg. XXIV, 1. Io„seph. X, 6, 1. Quae discrepantia facile tollitur, si Ioaci„mum circa Iulium 604 regem factum esse statuas, quum „*thoth* sive initium regni Nabuchodonosori 21o Ian. die „604 coeperit, ut primus eius annus ex parte in tertium, „ex parte in quartum Ioacimi annum inciderit.“ Ex his rationibus quartus Ioacimi annus Iulio mense 604, ac proinde primus Iulio 607 incepit. At vero Halesius in omnibus tabulis suis, veluti v. I p. 103. v. II p. XXXIV. 407, Ioacimum 608 regnum adeptum esse posuit. Porro huic computationi illud opposueris, quod Nabuchodonosori primi anni *thoth* ipsum eius regni initium fuisse sumitur, quum omnes concedant ipseque Halesius exposuerit *thoth* sive primum regni cuiusque diem in Canone temporis notam esse ex arte positam, quae semper ipso regni initio superior fuerit, saepe compluribus mensibus.

f) Ant. X, 11, 1.

g) Ant. X, 11, 2.

h) Secundo regno duos annos restituas licet auctore Syncello, qui Iosephum Evilmerodacho duos annos tribuentem Alexandri Polyhistoris et Abydeni rationes rettulisse tradit p. 226, a: *ἔτη δύο ἐβασίλευσεν, ὡς μαρτυροῦσιν οἱ τὰ Χαλδαϊκὰ συγγραψάμενοι, Ἀλέξανδρος καὶ Ἀβυδηνός, οἷς καὶ Ἰώσηπος καὶ πάντες ἐν τούτῳ ἔπονται.* Ipseque Iosephus in Apion. I p. 1176: *λέγει γὰρ οὕτω Βηρωσσός· Τῆς βασιλείας κύριος ἐγένετο ὁ υἱὸς αὐτοῦ Εὐειλμαράδουχος. οὗτος προστὰς τῶν πραγμάτων ἀνόμως καὶ ἀσελγῶς ἐπιβουλευθεὶς ὑπὸ τοῦ τὴν ἀδελφὴν ἔχοντος αὐτοῦ Νηριγλισσοόρου ἀνῃρέθη βασιλεύσας ἔτη δύο.* Tertium regnum nonnisi quattuor annorum fuisse ex eo colligere licet quod hic numerus cum summa totius temporis, cuius singulas partes Iosephus posuit, congruit. Confirmant

Iosephum conieceris temporis intervallum *Darii Medi* regno interposito complesse: qui duorum annorum defectum in hoc Babyloniae regum ordine compensat. *Laborosoarchodi* regnum Canon Astronomicus omisit, quia non integri anni fuit; nec *Darii Medi* rationem habuit, quod eius duo anni novem Cyri annis comprehensi sunt. Has rationes amplexi sunt Vignoles et Perizonius q) atque Usher. Babylonis expugnationem, 210 A. N. 538 a. C. n., consequutum est *Darii Medi* regnum et qui secundum libros sacros *primus*, idem secundum Canonem *tertius* est Cyri annus.

Hanc descriptionem fuerunt qui in dubium vocarent, arguentes horum Babyloniae regum tempora aliter a Beroso et Megasthene r) notatos esse et secundum hos scriptores Babylone a Cyro305 capta ultimum regem Nabonadium non esse interfectum, sed Borsippam confugisse eique in Carmaniam concedendi potestatem factam esse. Ex hac narratione statuerunt Darium Medum per pacem regnum occupasse et Nabonadium, unum ex Babylonis principibus, vicarium fecisse suum atque huius septemdecim annos inter *Balsasaris* mortem et urbem a Cyro captam interiectos fuisse. Haec ita persequitur Iackson s): „Quo die Balsasar interfectus est, is non omnibus festus fuit, „sicuti is quo Cyrus urbe potitus est, sed tantum mille purpuratis in regia. (Dan. V, 1.) Balsasar „ab aulicis interemptus est: ὑπὸ τῶν φίλων ἀπετυμπανίσθη. (Ioseph. Apion.) Per turbas ex hac

---

Berosi numeri ab ipso Iosepho proditi in Apion. I p. 1176: *μετὰ τὸ ἀναιρεθῆναι τοῦτον* [Evilm.] *διαδεξάμενος τὴν ἀρχὴν ὁ ἐπιβουλεύσας Νεριγλισσόορος ἐβασίλευσεν ἔτη τέσσαρα.* Pariter quattuor annos rettulit Syncellus p. 226, a.

i) Ant. X, 11, 2.

k) Ibid.

l) Novem menses Laborosoarchodi expressit Berosus apud Ioseph. Apion. I p. 1176: *τούτου υἱὸς Λαβοροσοάρχοδος ἐκρίσεως μὲν τῆς βασιλείας παῖς ὢν μῆνας ἐννέα· ἐπιβουλευθεὶς δέ, διὰ τὸ πολλὰ ἐμφαίνειν κακοήθη, ὑπὸ τῶν φίλων ἀπετυμπανίσθη* et apud Syncell. p. 226, a.

m) Ant. X, 11, 4.

n) Berosus apud Iosephum l. l.: *κοινῇ τὴν βασιλείαν περιέθηκαν Ναβοννήδῳ τινὶ τῶν ἐκ Βαβυλῶνος. οὗσης δὲ τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἐν τῷ ἑπταικαιδεκάτῳ ἔτει, προεξελθὼν Κῦρος ἐκ τῆς Περσίδος — ὥρμησεν ἐπὶ τῆς Βαβυλωνίας.*

o) Ant. X, 11, 4.

p) Ant. XI, 1, 1.

q) Perizon. Orig. Babylon. p. 359. *Initium Nebuchadnezaris concurrit in quartum Ioakimi annum, hinc iam*

Nebucadnezaris anni . .	43
Evilmerodachi	2
Neriglissoris cum filio .	5
Belsasaris seu Nabonidi	17
His adde Darii Medi .	2
	69

Sed huius annos Berosus omisit, ut et Canon Babylonicus, qui Cyro eos adscripsit. — Indè vero exoriuntur anni 69. *Deest ergo unus, sed qui reiici in Cyri annum primum potest.* Vera est haec computatio quatenus ad Darium Medum pertinet. Huic descripti ni Usher. accommodavit quod Xenophon forte notavit Cyrop. VIII, 7, 1: *μάλα δὴ πρεσβύτης ὢν ὁ Κῦρος ἀφικνεῖται εἰς Πέρσας τὸ ἕβδομον ἐπὶ τῆς αὐτοῦ ἀρχῆς.* „536 a. C. n. Cyrus regnum „occupavit: a quo tempore Cyrus hos septem eius regni „annos computat, primum computant libri sacri.“ Vignoles quum eorum qui ante de hac re disputaverant, Scaligeri, Petavii, Usheri, Marshami, Perizonii aliorumque sententias censuerit, hoc modo quid ipse statuat exponit t. II p. 510: „*Quod Medus dicitur Darius, non sequitur „eum non fuisse Babyloniae regum ultimorum, quorum „nomina Megasthenes, Berosus et Canon Astronomicus „conservaverunt temporibus quibus regnaverunt descriptis „usque ad urbem a Cyro expugnatam. Quae nomina „quamquam diversa ratione scripta et pronunciata sunt, „nullum tamen cum Darii nomine similitudinis quidquam „habet.*“ Recteque colligit p. 518: „*post Babyloniae re„ges ex ipsa terra oriundos Medum aliquem, cui Darii „nomen fuerit, statim post Nabonadium regnum obtinuisse „et ante ipsum illud tempus quo Cyrus Babylonem regni „sui sedem constituerit.*“

r) Megasthenes apud Euseb. Praep. IX, 41 p. 457, b: *Εὐιλμαλούρουχος ἐβασίλευε. τὸν δὲ ὁ κηδεστὴς ἀποκτείνας Νηριγλισάρης λείπει παῖδα Λαβασσοάβασκον. τούτου δὲ ἀποθανόντος βιαίῳ μόρῳ, Ναβαννίδοχον ἀποδείκνυσι βασιλέα προσήκοντά οἱ οὐδέν. τῷ δὲ Κῦρος ἐλὼν Βαβυλῶνα Καρμανίης ἡγεμονίην δωρέεται.* Berosus apud Ioseph. Apion. I p. 1176: *Ναβόννηδος ἡττηθεὶς τῇ μάχῃ καὶ φυγὼν ὀλιγοστὸς συνεκλείσθη εἰς τὴν Βορσιππηνῶν πόλιν. Κῦρος δὲ Βαβυλῶνα καταλαβόμενος καὶ συντάξας τὰ ἔξω τῆς πόλεως τείχη κατασκάψαι — ἀνέζευξεν ἐπὶ Βόρσιππον ἐκπολιορκήσων τὸν Ναβόννηδον. τοῦ δὲ Ναβοννήδου οὐχ ὑπομείναντος τὴν πολιορκίαν, ἀλλ' ἐγχειρήσαντος αὐτὸν πρότερον, χρησάμενος Κῦρος φιλανθρώπως καὶ δοὺς οἰκητήριον αὐτῷ Καρμανίαν ἐξέπεμψεν ἐκ τῆς Βαβυλωνίας. Ναβόννηδος μὲν οὖν τὸ λοιπὸν τοῦ χρόνου διαγενόμενος ἐν ἐκείνῃ τῇ χώρᾳ κατέστρεψε τὸν βίον.*

s) Vol. I p. 416.

„caede exortas Astyages, Asiae regum tunc potentissimus et praeterea per sororis suae, Nabocho-„donosoro nuptae, iura regni heres, rerum potiturus erat. Inde Nabonadius unus e Babylonis prin-„cipibus idemque ex iis qui contra Balsasarem coniuraverant a nobilitate Babylonis rex creatus „eique Darius Medus, qui regnum *occupavit*, i. e. Astyages regnum confirmavit ac stipendiarium „fecit.“ Has rationes paulo immutatas amplectitur Halesius. Etenim Iackson *Laborosoarchodum* eundem atque *Balsasarem* et *Astyagem* eundem atque *Darium Medum* fuisse statuit; Halesius *Neriglissarem* eundem atque *Balsasarem*, *Cyaxarem II* eundem atque *Darium Medum* esse sumit huiusque vicarium facit *Nabonadium*.

Diversas rationes comparatas exhibebimus his tabulis [t]).

A.	N. A.	A. C. n.	Iosephus al.	Iackson et Halesius.
45	187	561	1. Evilmerodachus	1. Evilmerodachus.
46	188	560	2.	2.
47	189	559	1. Neriglissar	3.
48	190	558	2.	1. Balsasar (Neriglissar). [*Danielis somnium c. VII.*]
49	191	557	3.	2.
50	192	556	4. Laborosoarchodus 9 *m.*	3. [*Danielis somnium c. VIII.*]
51	193	555	1. Balsasar (Nabonadius). [*Danielis somnium c. VII.*]	4.
52	194	554	2.	5. Laborosoarchodus 9 *m.*
53	195	553	3. [*Danielis somnium c. VIII.*]	1. Nabonadius. 1. Darius Medus. [*Danielis precatio c. IX.*]
54	196	552	4.	2. . . . . 2.
*	*	*	*	*
67	209	539	17.	15.
68	210	538	1. Cyrus Babylonem capit. 1. Darius Medus. [*Danielis precatio c. IX.*]	16.
69	211	537	2. . . . . 2.	17.
70	212	536	3. Cyri edictum . . . . . 1.	1. Cyrus Babylonem capit. Cyri edictum.
	213	535	4. . . . . 2. Cyrus.	2.
	214	534	5. [*Danielis somnium c. X.*] 3.	3. [*Danielis somnium c. X.*]

306 Quod maxime Iacksonis et Halesii rationibus adversatur illud est, quod Medus rex Babylone regnasse sumitur septemdecim annis ante quam Babylon a Cyro capta est [u]). Deinde his rationibus opposueris quod illae cum temporis spatio quod Babyloniae regum ordo explevit non congruit. *Mandabitur oblivioni Tyrus annis septuaginta, quanta est unius regis aetas* [v]). Hic unum regnum dici et quam diu Nabochodonosorus eiusque posteri regnaverint exprimi statuitur [x]). Sed secundum Iacksonem et Halesium Babyloniae regnum tertio et quinquagesimo captivitatis anno finitum est et ultimi septemdecim anni ad Medorum regnum pertinuerunt. Sacros libros cum Herodoto conciliaturus aliam coniecturam amplectitur Larcherus: *Evilmerodachum* esse *Balsasarem*;

t) In eo indice quo Iosephi rationes exposui nonnulla emendavi, quum Laborosoarchodi novem menses omiserim, quos qui Canonem fecit haud dubie proximo regno annumeravit, et primum captivitatis annum 143 N. A. posuerim, ut qui secundum Canonem Nabosochodonosori primus annus fuit captivitatis *secundus* sit. Alter index ex Halesii rationibus factus est, quibus compluribus locis emendatae sunt Iacksonis: quamquam etiam Iacksonis coniecturam illustrat, quum praecipue illud quaeratur, num sacrorum et profanorum auctoritati librorum accommodatum sit ut Darius Medus Nabonadio *superior* fuisse statuatur. In hoc indice prioris columnae *Anni* sunt captivitatis.

u) Urget hoc Larcherus ad Herod. t. VII p. 175: „*Quo „nomine Medorum rex Babyloniae rex factus esset? Bello „regnum occupasse non potest, quod neque sacri libri nec „profani scriptores hoc tradunt*, et q. s.

v) Esaias c. XXIII, 15.

x) „Nabuchodonosorus primo regni sui anno terras ex-„pugnare coepit. Inde usque ad Babylonem a Cyro ca-„ptam septuaginta anni praeterierunt: quibus terminis „Babyloniae regnum concluditur.“ Lowth. Ipse Iackson v. I p. 349 s. eodem modo haec intellexit: „Babyloniae „regnum evertit Cyrus: — quod regnum ipsos septua-„ginta annos constitit: quae res egregie Esaiae vaticinium „illustrat.“

Neriglissarem y), eius levirum, qui eum interfecit, *Darium Medum* esse, non Medorum regem sed natione Medum. Nabonadium *decessori suo propinquum non fuisse* z); et tamen *Nabuchodonosori filium fuisse* a). Nabuchodonosori filiam Medo nupsisse, Dario Medo sive Neriglissari; minorem Nabuchodonosori filium post mortem peregrini hominis, Darii Medi, *Laborosoarchodo*, tyranni filio, sublato regnum recepisse et *Nabonadii* nomine regnasse.

Haec coniectura quamquam eas quas memoravimus difficultates evitat, tamen aliis premitur. Etenim *Darium Medum* cum *Cyro* coniungit Daniel, quaeque Balsasari missae sunt minae regnum *Medis* et *Persis* b) traditum iri portenderunt, atque *Medorum et Persarum* c) leges sunt quibus Darius utitur. Deinde centum viginti satrapae quos Darius constituit d) cum centum viginti septem Ahasveri provinciis e) et latioribus qui Cyro regnante fuerunt finibus congruunt. Tum multo verisimilius est Darium Ahasveri filium, Medorum stirpis, sub exitum septuaginta captivitatis annorum regnasse. Nam primo Darii anno *Daniel advertit in litteris annorum numerum per quos duraturam esse Hierosolymae calamitatem Iova Ieremiae vati praedixerat, videlicet annorum septuaginta* f). Atque hoc probabilius est uno duobusve quam septem et decem aut duo et viginti annis g) ante quam Iudaei restituti sunt factum esse. Denique *floruit Daniel regnante Dario et Cyro Persa* h); quo horum alterum alteri deinceps successisse potius quam aliud septem et decem annorum regnum interpositum fuisse significatur.

In promptu sunt aliae difficultates. Ita *Evilmerodachus* vix esse potest *Balsasar*, quum ille307
Iudaeis faverit et Ioachinem dimiserit, Balsasar eos oppresserit. Non magis *Laborosoarchodus* potest esse *Balsasar*, ut Iackson i) statuit, quoniam Balsasar minimum tres annos, Laborosoarchodus tantum novem menses regnavit k). Neque vero *Neriglissar* potuit *Balsasar* esse, qui Nabuchodonosori filius aut nepos fuit, nisi Berosi et Megasthenis peregrinum fuisse tradentium auctoritatem reiicimus. Quae hi scriptores tradunt cum iis quae Herodotus et Xenophon narrant conciliari non possunt. Illi enim Nabonadium, unum ex principibus Babyloniae, Medorum regis vicarium faciunt, ubi hi de Labyneto Nabuchodonosoris filio loquuntur. Secundum Berosum ultimus Babyloniae rex fuga evasit, secundum Xenophontem l) urbe capta periit.

Atque Herodotum in iis quae de Babyloniae rege narret errasse statuit Iackson m). Ego vero

---

y) „*Neriglissar peregrinus erat ipsique nihil iuris erat „regni adipiscendi. Sed magnopere eum commendavit quam „matrimonio suo nactus erat auctoritas, quum magni Na„buchodonosori gener esset, et gratia qua floruit, quum „civitatem ab inviso tyranno liberasset.*“ Herod. t. VII p. 176. Eadem fuit Conringii et Bouherii sententia.

z) Megasthenes apud Euseb. Praep. IX, 41: *Ναβαννίδοχον προείκοντά οἱ οὐδέν.*

a) Secundum Herod. I, 188.

b) Dan. V, 28.

c) Dan VI, 8.

d) Dan. VI, 1.

e) Ester. I, 1.

f) Dan. IX, 1. 2.

g) Duo et viginti anni fuerunt pro Larcheri rationibus ex mea temporum notatione. Sed ipse Larcherus primum Darii Medi annum *quadraginta* annis ante exitum captivitatis posuit. Verum de eius temporum notatione infra disputabimus.

h) Dan. VI, 28.

i) V. I p. 406.

k) Quae Dan. V, 1—3 de Balsasare traduntur non possunt referri ad Laborosoarchoadum, qui ex iis quae de eo prodita leguntur infans aut puer, *παῖς*, fuit.

l) Cyrop. VII, 5; 1—32.

m) V. I p. 421. „Herodotus per errorem ultimum Ba„byloniae regem, quem Herodotum appellat, filium facit „Nabuchodonosori, qui illi Labynetus superior est, cuius „uxor fuit Nitocris, eumque hereditate Assyriae regnum „a patre accepisse tradit.“ Pariter erroris insimulatur Xenophon: „ex cuius narratione qui rex adolescentulus in„terfectus est non potuit ultimus Babyloniae rex esse, „quem septem et decem annos regnasse Berosus et Ptole„maeus consentiunt. Porro Babylon a Cyro non ante 536 „capta est. Inde perspicuum est quem Xenophon ulti„mum Babyloniae regem dicit non alium esse potuisse „quam *Laborosoarchodum*, Danielis *Balsasarem*. Itaque „Xenophon qui Chaldaeorum annales non cognosset, Ba„byloniae historiam septendecim annorum errore confudit.“ Haec parum accurata sunt. Xenophon enim de Babylonis captae tempore cum Canone consentit. V. tabb. 538, 2. Hanc rem Xenophon quam Cyrus gesserit extremam me-

Herodoto potius quam Beroso fidem habendam esse arbitror. Herodotum enim, qui modo octoginta annis posterius fuit, de Babylonis expugnatione eiusque ultimo rege complura fando accepisse probabile est, quum Megasthenes et Berosus tantum e libris haurire potuerint. Quodsi ea quibus hi scriptores usi sunt qualia fuerint cogitaveris, non multum iis tribues. In magnis Asiae regnis orientis res raro ab ipsis orientis scriptoribus cum fide traditae sunt. Neque probabile est vetustioribus temporibus, priusquam Graecis Asiae regnis litterae doctrinaeque illuc translatae sunt, privatos homines res conscribere ausos esse. Nam quo minus libere rerum veritas investigaretur et iudicaretur, populi mores et rerum administrandarum ratio prohibuerunt. Quae de rebus ante gestis conscripta essent, ea par est in tabulario civitatis reposita fuisse; atque hi annales regii [n]) regnante tyranno moderatore compositi, haud dubie res ita exposuerunt ut qui ad gubernacula imperii sederent rationibus suis accommodatum putarent, rerum veritatem sequentes ubi ab horum consiliis non abhorreret. Hoc pacto quae exposita essent quantum fidei habuerint aestimes licet ubi quae Ctesias [o]) de Medorum imperii primordiis et Nini urbis excidio narravit cum iis quae Herodotus de iisdem rebus diversissima tradidit comparaveris: quorum alterius narrationi nihil non repugnat, eiusque quamlibet partem ineptam esse perspicuo sacrorum librorum testimonio probatur, quum alterius expositio et in singulis rebus et in temporibus notandis eorundem librorum auctoritate
308 confirmetur. Et tamen Ctesias sua ex regio tabulario [p]) duxit, neque in hac quidem librorum suorum parte erat quod eum ut de industria falsa traderet induceret. Itaque eius errores fontibus quibus usus est imputandi sunt. Ex eiusmodi fontibus videntur hausta fuisse quae Megasthenes et Berosus tradiderunt, ducentis annis post quam res actae erant, quo tempore iam non suppetebant quibus eorum quos sequerentur librorum auctoritatem emendarent.

Ut paucis complectar: si Iacksonis et Halesii rationes sequamur, ut Berosi et Megasthenis fidem tueamur, et Herodotum et Xenophontem errasse statuamus necesse est; parumque cum sacrorum librorum rationibus congruunt quae hoc pacto efficiuntur. Sin vero eam quae Iosephi fide nititur descriptionem amplectamur, quae Berosus tradidit falsa esse statuamus, sed quae Herodotus et Xenophon memoriae prodiderunt egregie cum ceterorum scriptorum atque sacrorum librorum rationibus congruere videbimus. Quae quum ita sint, equidem non dubito hanc descriptionem, ut quae minime difficultatibus prematur, sequi et Berosi potius quam Herodoti aut Xenophontis auctoritatem reiicere.

Iis quae adhuc opposuimus illud addas, quod quaecunque descriptio Darium Nabonadio superiorem fuisse statuit, ei Canonis astronomici rationes adversantur, quem iam docuimus cum altera descriptione, ex qua Darius Medus Cyro regnante fuisse ponitur, consentire. Atque qui hanc descriptionem deseruerunt, duorum annorum defectum interpolando explere coacti fuerunt. Et Iackson quidem hoc ita fecit ut Babyloniae regnis duos annos adderet et Babylonis expugnationem in annum 536 produceret [q]). Halesius [r]) quamquam hos duos annos interpolatos esse concedit,

---

morat. Capta hac urbe quomodo Cyrus domesticas et civiles res administraverit describitur Cyrop. VII, 5, 32 — VIII, 4, 36; ut in Persidem reverterit traditur VIII, 5; quo modo tempora sua digesserit exponitur VIII, 6, 22; ut quum septimum Persidem inviserit diem supremum obierit narratur VIII, 7.

n) *βασιλικαὶ ἀναγραφαί*. Diod. II, 22. [Cf. Heeren. Ideen I, 1 p. 159 ss. *Kr.*]

o) Apud Diod. II, 23—28. 32—34.

p) *Ἐκ τῶν βασιλικῶν διφθερῶν, ἐν οἷς οἱ Πέρσαι τὰς παλαιὰς πράξεις κατά τινα νόμον εἶχον συντεταγμένας.* Diod. II, 32.

q) Duos annos ex Syncello p. 207 sumpsit et Babyloniae regna ita descripsit:

	A.	A. C. n.
Nabuchodonosorus	43	604.
Evilmerodachus	3	561.
Neriglissar	5	558.
Laborosoarchodus 9*m.* / Nabonadius	17	553.
Cyrus	9	536.

Hos quos addidit annos usque ad Ochi regnum produxit: qua ratione quod Persarum tempora descripserit merito vituperatus est ab Halesio v. I p. 284.

r) Halesius de hac re v. I p. 281—284 haec exposuit:

tamen revera eos recepit atque eadem rei expediendae ratione expugnationem urbis in a. 536 producere coactus est.

Duo qui interpolati sunt anni, quibus secundo et altero Babyloniae regno pro sex annis octo assignantur, ex Syncello ducti sunt, qui duo Canonis exemplа exhibet: quorum alterum ita inscriptum est: *τὰ ἔτη ἕως Κύρου κατὰ τὴν ἐκκλησιαστικὴν στοιχείωσιν* s). Atque Cyri et superiorum quattuor regum tempora haec statuuntur:

	A.	A. N.
(Summa superiorum regnorum)	137.	
Ναβονχοδονόσορ . . . . . μγ'.	43.	. . . 138.
Ἐβιδὰν Μεροδάχ . . . . . ε'.	5.	. . . 181.
Νιρηγλίσαρος ὁ καὶ Βαλτάσαρ . . γ'.	3.	. . . 186.
Ναβονάδιος ὁ καὶ Ἀστυάγης . . . ιζ'.	17.	. . . 189.
Κῦρος . . . . . λα'.	31.	. . . 206.

Huius exempli corruptio e duabus causis repeti potest. Namque Syncellus eoque superiores scriptores primum Cyri annum, quo captivitas finita est, primum quo Cyrus in *Perside* sive primum quo omnino regnavit annum putaverunt t). Atque ita factum est ut Canon eum non novem, sed 310

„Confitendum est in hoc uno temporis spatio, ut Canon „cum libris sacris concilietur, exigua emendatione opus „esse. Nam secundum Canonem inter primum Nabucho„donosori annum, 604, et primum Cyri, 538, nonnisi sex „et sexaginta anni interiecti fuerunt. Quae difficultas ut „tollatur, antiquissimus scriptor Christianus qui hoc no„tavit duo Canonis exempla proposuit. — Utrumque „exemplum Ilvarodami et Nericasolassaris regnis duos an„nos additos habet, quum his regibus non sex, sed octo „annos assignent p. 207. 208 ed. Par. Sequitur hoc addi„tamentum Anonymi Canon Graecus apud Scaliger. Emend. „Temp. p. 743; sequuntur Scaliger, Petavius, Usher, Pri„deaux, Iackson, alii, quod alia ratione Canonem cum „libris sacris conciliari non posse arbitrarentur. — Canon „Cyri regnum non a Babylone capta, sed a clade quam „Cyrus Nabonadio circiter duobus ante annis intulit com„putat. — Cyrum Babyloni captae non amplius septem „annis superstitem fuisse e Xenophonte collegeris: *τὸ ἕ„βδομον ἐπὶ τῆς αὐτοῦ ἀρχῆς*. lib. VIII. Itaque satis cau„sae est cur novem annis qui Cyri tribuuntur duo detra„hantur, ut eius imperii initium ad ipsum tempus quo „Babylon capta est producatur, quod duobus annis post „quam Nabonadium devicerat factum est. Hoc pacto com„pensantur illi duo anni qui Evilmerodachi et Balsasaris „regnis additi sunt, simulque in posterioribus temporibus „notandis Canonem integrum esse docetur. — Qui hos „duos annos etiam in posterioribus temporibus describen„dis produxit Iackson Cambysis, Darii, Xerxis, reliquo„rum regna duobus unumquodque annis posterius quam „Canon posuit.“ Haec argumentatio non satis intelligi potest. Nam si secundo et tertio Babyloniae regno duo anni additi sunt, in promptu est haec ratio qua Canon corrigatur et emendatus reddatur, ut his detractis pro octo annis sex reponantur. Sed qui interpolationem eo compensat quod Cyro pro novem annis septem assignat, is mendum exemplarium mendo sarcit. Tamen Halesius hos duos annos in omnibus quos proposuit tabulis retinuit, veluti v. II p. XXXV p. 489. v. III p. 73. Quos profecto non addere non potuit. Nam quum duos annos quibus *Darius Medus* regnasse dicitur a Cyri regno detraxisset, eos Babyloniae regum temporibus producendis ut compensaret inductus est. *Canonem Graecum Anonymi*, quem Halesius apud Scalig. Emend. temp. p. 743 se legisse dicit, ego frustra quaesivi. Sed etiamsi eiusmodi documentum reperiretur, eo hos duos annos addendos esse neutiquam probaretur, quoniam in horum regnorum descriptione nullum corruptionis genus reperitur quod eiusmodi annalium scriptores non receperint, ut suis ipsorum rationibus accommodarent: id quod satis probabitur in Supplemento huic capiti subiecto. Ceterum cave ne tibi persuadeatur Halesii sententiam Scaligeri, Petavii Usheri, Prideauxii iudiciis comprobari. Horum omnium nemo duos quos ille addidit annos recepit. Nam Scaliger Emend. temp. lib. VII p. 539 s. Animadv. ad Euseb. p. 90 his duobus regnis tribuit annos 2 + 4 = 6. Idem faciunt Usher. Annal. p. 96 s. Petavius Ration. temp. v. II Succession. Regg. p. 21 et Prideaux: Connexion v. II p. 444. Neque vero per ipsorum rationes hos annos adderent necesse erat. Nam Scaliger captivitatis finem ad 29um Cyri in Perside regnantis annum produxit et Petavius Nabuchodonosorum prius regnum obtinuisse statuit; atque Usher et Prideaux in eam descriptionem consentiunt quam Halesius evertere conatus est et *Darium Medum* in novem Cyri annos producunt.

s) P. 208 s. Paris.

t) Ita Africanus apud Euseb. Praep. X, 10 p. 488, c: *μετὰ τὰ ο' τῆς αἰχμαλωσίας ἔτη Κῦρος Περσῶν ἐβασίλευσεν ᾧ ἔτει Ὀλυμπιὰς ἤχθη νε'.* [A. C. 5$\frac{99}{3}$] — *Κῦρος οὖν τῷ*

unum et triginta annos regnasse statueret; Nabuchodonosorus 138 A. N., i. e. sex annis prius quam revera factum est, regnum adeptus esse poneretur et aequus annorum numerus e superioribus regnis omitteretur. Altera corruptionis causa fuit quod Nabonadium *Astyagem*, quem *Darium Medum* dicunt, esse opinati sunt. *Darii Medi* regnum e Daniele discimus illorum septuaginta annorum partem explesse. Iam ubi eius anni uni e Babyloniae regnis addendi erant, veterum Christianorum qui tempora descripserunt, quum duo anni deessent, eadem difficultate laborabant qua recentiores; atque expleverunt spatium ea quae Nabuchodonosoro posteriora fuerunt regna augentes. Qui Darii Medi regnum suo loco posuit [u]) Iosephus ea duo regna apud Berosum aliosque $2+4=6$ annorum posita repperit; sed ex quo difficultas perspecta est, auctus horum regnorum numerus $3+5=8$ annorum in Canonis exemplaria irrepsit. Hae duae causae corruptionem pepererunt. Ut totum Cyri regnum proponere possent, qui tempora descripserunt regna Nabuchodonosoro superiora deminuerunt; regna Nabuchodonosoro posteriora auxerunt, ut summam annorum duobus Darii Medi annis deminutam restituerent.

Syncellus aliud exemplum Canonis posuit, quod ita inscribitur [v]): *τὰ ἀπὸ Ναβονασάρου ἔτη, κατὰ ἀστρονομικὸν κανόνα.* Quod quinque regnorum hos numeros posuit:

	A.	A. N.
ιζ'. Ναβοπαλασσάρου τοῦ καὶ Ναβουχοδονόσορ, ἔτη μγ'. ρξζ'.	43.	125.
ιη'. Ἰλλουαρουδάμου, ... ἔτη γ'. ρο'.	3.	168.
ιθ'. Νηρηκασολασάρου, ... ἔτη ε'. ροε'.	5.	171.
κ'. Ναβοναδίου τοῦ καὶ Ἀστυάγους, ... ἔτη λδ'. σθ'.	34.	176.
κα'. Κύρου, ... ἔτη θ'. σιη'.	8.	210.

Hic quoque illi qui additi sunt duo anni comparent; sed simul alia sunt in quibus a vero exemplo recedat. Nabonadio quattuor et triginta anni assignantur. Nabuchodonosori regnum undeviginti annis superius positum est, qui deminutis prioribus regnis compensati sunt. Numerorum quos hic index ponit corruptionem ei quam alteram modo memoravimus causae imputaveris. Videlicet opinatus est scriptor *Astyagem*, ultimum Medorum regem, *Darium Medum* esse et *Nabonadii* nomine Babylone regnasse. Qui error ubi semel admissus fuit, facile Nabonadii tempora corrumpi

---

πρώτῳ τῆς ἀρχῆς ἔτει, ὅπερ ἦν Ὀλυμπιάδος νέ ἔτος τὸ πρῶτον, τὴν πρώτην ἀπόπεμψιν ἐποιήσατο τοῦ λαοῦ, πληρωθείσης τῆς ἑβδομηκονταετίας. — p. 489, b: *ὀλυμπιάδος τῆς νέ ἔτος πρῶτον, τουτέστι Κύρου βασιλέως ἔτος πρῶτον, ὅπερ ἦν αἰχμαλωσίας τέλος.* Ipseque Syncellus p. 222, d: *τῷ πρώτῳ ἔτει Κύρου ὁ ἑβδομηκονταέτης χρόνος ἐπληρώθη, ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ δ' ἔτους Ἰωακείμ.* Atque Cyri regnum fuit annorum 31, quorum primo de Iudaeis decretum factum est Syncell. p. 231. Aliud temporis spatium ita computat p. 223, b: *τὰ ἀπὸ τῆς τελευτῆς τοῦ Ναβουχοδονόσορ ἐπὶ τὴν τελείαν οἰκοδομὴν τοῦ ναοῦ καὶ τοὺς χρηματισμοὺς Ζαχαρίου τοῦ προφήτου πάλιν ὁ' ἔτη συναριθμεῖται οὕτως·*

Evilmerodachus . .	5
Neriglissar	3
Δαρεῖος Ἀστυάγης .	17
Cyrus	31
Cambyses	8
Darius [primi 6] . .	6
	70

A primo vel potius secundo Cyri anno, quo captivitas finita est, ad sextum Darii Hystaspis annum 46 annos numerat p. 235, a. b: *τὸ τέταρτον ἔτος Ἰωακεὶμ πρῶτον ἔτος ἐστὶ τῆς βασιλείας Ναβουχοδονόσορ· ἀφ' οὗ ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος Κύρου πληρούμενον καὶ ἀρχόμενον τὸ β' ἔτος ὁ' συνάγεται. τῷ γὰρ δευτέρῳ ἔτει Κύρου τῶν θεμελίων ὑποβληθέντων τοῦ ναοῦ — μετὰ μ' ἔτη τὸ ἔργον ἐτελειώθη ἐπὶ Δαρείου τοῦ Ὑστάσπου.* p. 237, a: *ἀπὸ γὰρ Κύρου πρώτου ἔτους ἕως τοῦ ἕκτου ἔτους Δαρείου, ἐν ᾧ ὁ ναὸς ᾠκοδομήθη, τεσσαράκοντα ἓξ ἔτη καταριθμεῖται.* Sed ex hac computatione quartus Ioacimi annus non est $69+9=78$, sed $69+31=100$ ante Cyri mortem. Itaque qui ab eo quartus Ioacimi annus ponitur, revera fuerit 629 a. C. n., respondens ei quem Cyri primum statuit, qui fuerit 560 a. C. n.

u) I. e. post Nabonadii regnum eoque exclusо. V. supra p. 303.

v) V. Syncell. p. 207, d.

potuerunt, quum ex quinque et triginta vel octo et triginta annis Astyagis quattuor et triginta Babylone regnasse statueretur [x]). Sed quaecunque corruptionis causa fuit, hos duos qui apud Syn- 311
cellum exstant indices, modo inspexeris, fide dignos non esse perspexeris. In eo qui *ecclesiasticus* dicitur indice témporum ordines tam perturbati et corrupti sunt ut in toto spatio quod a Nabonassare ad Alexandri mortem pertinet nonnisi duae res, prima et ultima, ac ne illae quidem sine emendatione, suo loco adscriptae sint [y]). In mathematico canone, ut undeviginti annis quibus Nabuchodonosori regnum auctum est locus detur, quartum decimum et quintum decimum regnum contrahuntur. Proinde duo additi sunt anni, ex his Canonis exemplis ducti, quibus illis duobus de quibus diximus regnis pro sex annis octo assignantur, quum nulla auctoritate nitantur, reiiciendi sunt.

Illud quod Petavius et Dodwellus publicaverunt exemplar emendatum esse ex ipso astronomico libro Ptolemaei apparet [z]), ubi quintus annus Nabopolassaris 127[us] aerae ponitur: *τῷ γὰρ ε' ἔτει Ναβοπολλασσάρου, ὅ ἐστιν ρκζ' ἔτος ἀπὸ Ναβονασσάρου.* Atqui si quintus eius annus fuit 127 A.N., primus fuit 123, unus et vicesimus 143 A. N. ac filii eius Nabuchodonosori primus 144 A. N. 604 a. C. n., qui ipse annus est quem hoc Canonis exemplar posuit. Qua ratione Dodwelli exemplar confirmari non vidit Larcherus, qui illud reiicit et pessimis rationibus Syncelli exemplar praetulit [a]).

---

x) Syncellus p. 231, c disceptat utra eius regni pars *Mediae*, utra *Babyloniae* adscribenda sit: *ἀπὸ Ναβονασσάρου ἐπὶ τὸ α' ἔτος Δαρείου Ἀστυάγους ἔτη εἰσὶν κατὰ μὲν τὸν μαθηματικὸν κανόνα ρος', κατὰ δὲ τὸν παρόντα ἐκκλησιαστικὸν ροζ', καὶ οὐδὲν διενήνοχεν· χρὴ γὰρ εἰδέναι ὅτι ὁ Χαλδαϊκὸς καὶ ἀστρονομικὸς κανὼν τὸν μὲν Ἀστυάγην λδ' λογίζεται Χαλδαίων βασιλεῦσαι, ὁ δὲ ἐκκλησιαστικός, ις' τὸ πλεῖστον. ἐπεὶ καὶ ια' μόνα τινές φασιν. τῷ δὲ Κύρῳ ὁ αὐτὸς ἀστρονομικὸς κανὼν θ' μόνα λογίζεται, ὁ δὲ ἐκκλησιαστικὸς λα'. ἡμεῖς οὖν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν Ἀστυάγους παρ' ἑαυτὸν ἕνα συμφωνοῦντας ἠγάγομεν τοὺς δύο τούτους κανόνας. Ναβόννιδος ὁ τελευταῖος βασιλεὺς Μήδων (Ἀστυάγης) κα' ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ καταστρεψάμενος τὸν Νηριγλίσαρον, τὸν καὶ Βαλτάσαρ, — ἀνεῖλεν αὐτὸν καὶ κατέσχε τὴν βασιλείαν Χαλδαίων καὶ Μήδων ἄλλα ἔτη ις'. κατὰ δέ τινας, ἔτη ια', ἀπὸ τοῦ κζ' ἔτους τῆς βασιλείας αὐτοῦ.*

y) In eo quod exstat exemplari *ἐκκλησιαστικῆς στοιχειώσεως* contra Syncelli sententiam per errorem summa ponitur annorum 428 pro 424. Quo errore emendato et quattuor qui supersunt annis recisis congruunt quae huius seriei prima et postrema res ponuntur. Quos hi indices regnorum annos proponunt, eorum rationes integras exhibuimus in Supplemento huius capitis.

Quod Iackson v. I p. 379 affirmat, quamquam Parisinum exemplar Canonis Babylonem 538 captam statuat, tamen „quod Syncellus conservaverit Ptolemaei Canonis „exemplar cum iis consentire rationibus quibus 536 capta „statuatur," rem non ita ut est exposuit. Nam quos Syncellus addit annos Babylonem posterius captam esse non efficiunt, sed Nabuchodonosorum prius regnum adeptum esse. Secundum Syncelli indices Nabuchodonosorus rex factus est aut 138 aut 125 A. N. i. e. 610 aut 623 a. C. n., quum revera regnum adeptus sit 144 A. N. 604 a. C. n. In uno indice Cyri regnum suo loco positum est 210 A. N. 538 a. C. n. Ipsum Syncellum primum Cyri Babylone regnantis annum 560 statuisse alia annotatione docuimus supra.

z) *Μεγ. Συντάξ.* V, 14 p. 125.

a) Larcher. Herod. t. VII p. 180 s: *Hic Canon legitur in enarratione qua Theo Ptolemaei librum qui πρόχειρος κανών, „canon brevior," inscribitur explicat. Eum complures viri docti ediderunt; sed maxime probatur exemplar a Dodwello publicatum, quod ex Vossii codicibus ductum et Diss. Cypr. p. 163 subiectum est. Eundem canonem conservavit Georg. Syncell. in Chronogr. p. 207. Neque ego video cur huius exemplari minus quam Dodwelli tribuatur. Equidem anteposui, quod melius cum Herodoti narratione conveniret. Quid quod hoc canonis exemplar (Dodwelli) cum libris sacris conciliari non potest.*

Proinde tempora ita descripsit p. 183—185:

	A.	A. C. n.
Nabuchodonosorus	43 . . .	623.
Ilvarodamus, qui in libris sacris et apud Berosum Evilmerodachus, apud Danielem Balsasar dicitur	3 . . .	580.
Neregasolarus, Neriglissar apud Berosum sive Darius Medus	5 . . .	577.
Nabonadius	34 . . .	572.
Cyrus Babylonem capit	(9) . . .	538.
Iudaei quum 70 annos in exsilio fuissent in patriam redeunt . .	. . .	537.

Quum Dodwelli exemplar libris sacris adversari dicat, exspectaveris ut qua ratione ipse canonem descripserit, ea melius cum libris sacris conveniat. Quod quatenus ita sit ex Iudaeorum regum quae ipse posuit temporibus perspicietur. Posuit autem haec p. 597—615:

312 Ex iis quae adhuc disputavimus efficitur recte Canonem a Nabuchodonosoro usque ad primum Cyri annum sex et sexaginta annos numerasse; septuaginta captivitatis annos incepisse 605, anno ante quam Nabuchodonosorus solus regnavit, finitos esse tertio Cyri anno secundum Canonem; Babylonem recte 538 captam esse poni; edictum de Iudaeorum reditu exeunte 536 primo Cyri anno, si a Darii Medi morte computaveris, factum esse.

Eorum quos deinceps subiecimus indicum prior Persarum regum regna ex Canonis rationibus, qui annos non dividit, continet; alter quo tempore iidem reges revera regnare coeperint persequitur, quatenus iis quae scriptores tradiderunt definire licet.

Initium.	A.C.n.	A.N.		A.	A.C.n.
Ian. 5.		210.	Cyrus (ult. 9)	9.	538.
Ian. 3.		219.	Cambyses	8.	529.
Ian. 1.		227.	Darius Hystaspis	36.	521.
Dec. 23.	486.	263.	Xerxes	21.	485.
Dec. 17.	465.	284.	Artaxerxes I	41.	464.
Dec. 7.	424.	325.	Darius II	19.	423.
Dec. 2.	405.	344.	Artaxerxes II	46.	404.
Nov. 21.	359.	390.	Ochus	21.	358.
Nov. 16.	338.	411.	Arses	2.	337.
Nov. 15.	336.	413.	Darius III	4.	335.
Nov. 14.	332.	417.	Alexander (ult. 8)	8.	331.
Nov. 12.	324.	425.	Philippus Aridaeus . . .	7.	323.

	A.	M.	A.C.n.	
1. Cyrus *in Perside* . . .	30.		559.	
— *Lydiam expugnat* b)			546.	
— *Babylonem* . . .			538.	
2. Cambyses	7.	5.	529.	
3. Smerdis		7.	522.	
4. Darius Hystaspis	36.		521.	
5. Xerxes	20.		485.	
6. Artabanus		7.	465.	
7. Artaxerxes Longim. . .	40.			
8. Xerxes II.		2.	425.	
9. Sogdianus		7.		
10. Darius Nothus	19.		424.	
11. Artaxerxes Mnemon . .	(46.)		405.	
12. Ochus	(21.)		359.	
13. Arses	2.		338.	
14. Darius Codomannus . .	4.	11.	336.	A.C.n.
Alexander (ult. 8) .	7.	8.	331.	[Oct. 1. 331.]
Philippus Aridaeus .	6.	4.	323.	[Majo 323.]

	A.	A.C.n.
Ezechias	29.	727.
Manasses	55.	698.
Amon	2.	643.
Iosias	31.	641.
Ioacimus	11.	610.
Sedecias	11.	599.
Sedeciae captivitas		589.

Libri sacri haec tempora componunt.

Nabuchodonosori 1mus, *Ioacimi* 4us annus est
8us est 11mus *Ioacimi.*
19us est 11mus *Sedeciae.*

Evilmerodachi 1mus est 37mus *Ioachinis capti.*

At e Larcheri descriptione *Nabuchodonosori* primus annus *Iosiae* undevicesimus est; *Nabuchodonosori* quartus decimus *Ioacimi* primus; *Evilmerodachi* primus *Ioachinis capti* vicesimus; templi eversio et Sedeciae captivitas quinto et tricesimo *Nabuchodonosori* anno assignantur; *Evilmerodachus* sive *Balsasar* quindecim annis ante quam *Ioachines* dimissus est mortem obiit. Si cui propositum fuisset omnia librorum sacrorum tempora pervertere et huius aetatis rationes prorsus conturbare, nae ille vix melius hoc assequi poterat quam propositis quos Larcherus descripsit rationibus. Hic enim incaute duas quae sibi repugnant tempora notandi rationum partes coniunxit. Qui captivitatem Cyro in *Perside* regnante finitam posuerant Nabuchodonosori regnum superiori tempori adscripserunt, ut Babyloniae regum tempora cum ea quam ipsi de illorum septuaginta annorum exitu haberent opinione conciliarent. Sed cum captivitate etiam Iudaeorum reges superioribus adscribendi erant temporibus. Africanus aliique quum captivitatis finem Ol. 55 assignassent, aequo annorum numero Iudaeorum regna superiora posuerunt. Sed nemo eorum qui haec tempora descripserunt ubi illos septuaginta annos 538 terminatos, quarto Ioacimi anno coeptos esse statuit, Nabuchodonosorum 623 regem factum esse posuit. Atque illud quod Larcherus praefert Canonis exemplar corruptum esse eo comprobatur, quod quum novem Cyri annos retineat, Nabuchodonosorum quinque et octoginta annis ante quam illum regnum adeptum esse ponit.

b) V. tabb. 546.

2. Cambyses. Cambysis regnum testimoniis quae in tabulis proposuimus (a. 521) constitutum313
est. Aegyptum quinto eius regni anno ab eō expugnatam esse consentiunt Herodotus, Diodorus, Eusebius. Diodorus c) Ol. 63, 3 a. C. n. 525 factum esse tradit: *Ἄμασις κατέστρεψε τὸν βίον καθ' ὃν χρόνον Καμβύσης ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς ἐστράτευσεν ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον, κατὰ τὸ τρίτον ἔτος τῆς ἑξηκοστῆς καὶ τρίτης ὀλυμπιάδος* d). Quae tempora Canon Cambysis regno adscripsit, ea confirmantur ex astronomico libro Ptolemaei e): *τῷ ζ' ἔτει Καμβύσου, ὅ ἐστι σκέ ἔτος ἀπὸ Ναβονασάρου.* Nam si septimus eius annus 225 A. N. fuit, primus incepit 219 A. N. s. 3 Ian. 529 a. C. n.

4. Darius Hystaspis. Hunc sex et triginta annos regnasse testantur Canon et Herodotus ac Manetho f). Tempus a Canone notatum confirmat Ptolemaei locus g): *ἔκλειψιν τὴν ἐπὶ Δαρείου τοῦ πρώτου τετηρημένην ἐν Βαβυλῶνι τῷ πρώτῳ καὶ τριακοστῷ αὐτοῦ ἔτει, — καὶ ὁ ἀπὸ τῆς ἐποχῆς τῆς ἐπὶ Ναβονασάρου χρόνος συνάγει ἔτη σνς' καὶ ἡμέρας ρκβ'.* Itaque tricesimus eius annus fuit 256 A. N., ac proinde primus eius annus incidit in 227 A. N. 1 Ian. 521 a. C. n., quae ratio cum Herodoti et Eusebii h) testimoniis convenit.

Bellum Naxium 501 geri coeptum est, Darii uno et vicesimo. Superioribus viginti eius regni annis haec acta sunt: Babylonem eodem tempore oppugnare instituit i) quo in *Samios*, ut *Syloson* restitueretur, expeditio facta est: atque Samium bellum paulo post quam Darius regnum adeptus erat gestum est k). Babylon viginti menses oppugnata est l). Hac urbe capta m) *ἐγένετο ἐπὶ Σκύθας τοῦ Δαρείου ἔλασις* n). Darius amplius sexaginta dies trans Danubium mansit o). Sestum reversus p) Megabazum ducem in Europa reliquit, qui *Perinthios*, *Thracas* et *Paeonas* subegit q). Deinde legati ad Macedoniae regem missi sunt r) et Megabazus *ἄγων τοὺς Παίονας ἀπίκετο ἐς Σάρδις* s). Scythicum bellum et res a Megabazo gestae duorum deinceps annorum fuisse suspiceris. Tum Darius quum Artaphernem Sardibus praefectum reliquisset, *ἀπήλαννε ἐς Σοῦσα* t), atque Otanes, Megabazi successor factus, *Byzantium*, *Chalcedonem*, *Lemnum*, *Imbrum* subegit u). Deinde otii tempora intermissa sunt, donec contra Naxios bellum commotum est: quod primum vicesimo Darii anno, 502, agitatum est, qui annus Naxi obsidione superior fuit. Hoc intervallum ambigua ratione non longum dicitur: *μετὰ δὲ οὐ πολλὸν χρόνον ἄνεσις κακῶν ἦν, καὶ ἤρχετο τὸ δεύτερον ἐκ* 314 *Νάξου γίνεσθαι κακά* x).

---

c) I, 68.

d) Manetho ab Africano apud Syncell. p. 75 laudatus parum accurate Cambysem in Aegypto sex, omnino undecim annos regnasse tradit: *Καμβύσης ἔτει ε' τῆς ἑαυτοῦ βασιλείας Περσῶν ἐβασίλευσεν, Αἰγύπτου ἔτη ς'.* Nam in Aegypto circiter tres annos et quinque menses regnavit: cui rationi non repugnat Herodotus, cuius verba III, 61: *Καμβύσῃ χρονίζοντι περὶ Αἴγυπτον*, non significant quod Iackson v. l p. 453 ann. opinatus est, „eum complures annos in Aegypto mansisse," sed simpliciter: „aliquantum temporis ibi commoratum esse."

e) *Μεγ. Συντάξ.* V, 14 p. 125.

f) Apud Syncell. p. 75.

g) *Μεγ. συντάξ.* IV, 9 p. 102.

h) V. tabb. 521.

i) Herod. III, 151.

k) Cf. III, 140.

l) *εἰκοστῷ μηνί.* Herod. III, 153.

m) Babylonis expugnationem memorare videtur Clemens, ut nunc eius verba leguntur, Strom. I p. 336, c. d: *ἀπὸ τῆς πρώτης ὀλυμπιάδος ἔνιοί φασιν ἐπὶ Ῥώμης κτίσιν συνάγεσθαι ἔτη εἰκοσιτέσσαρα· ἐντεῦθεν ἐπὶ διακόσια τεσσαράκοντα τρία· ἀπὸ δὲ τῆς Βαβυλῶνος ἁλώσεως ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρου τελευτὴν ἔτη ὀγδοήκοντα ἕξ.* Hi numeri sunt a. C. n. 752 — 243 = 509 atque 323 + 186 = 509. Sed primum haudquaquam probabile est pro aera positam esse Babylonem a Dario captam potius quam Babylonem a Cyro expugnatam: quae expugnatio aliquanto memorabilior erat. Deinde ex hac ratione Babylon duodecimo demum Darii anno recepta esset, quod parum probabile est. Denique hoc loco ea est computandi ratio ut potius *Romana* quam *Graeca* aera requiratur. Has ob causas admodum probabilis est coniectura qua hic locus emendatur: *ἐντεῦθεν ἐπὶ (τὴν βασιλέων ἀναίρεσιν ἔτη) διακόσια τεσσαράκοντα τρία· ἀπὸ δὲ τῆς βασιλέων ἀναιρέσεως ἐπὶ κ.τ.λ.*

n) Herod. IV, 1—118.

o) IV, 133. 136.

p) c. 143.

q) Herod. V, 1—2. 16.

r) V, 17—22.

s) V, 23.

t) V, 25.

u) V, 26 s.

x) Herod. V, 28.

Si cum Wesselingio y) Scythicam expeditionem an. 508—507 adscripseris, res a Megabazo gestae in a. 506, Otanis expeditio in a. 505 aut 504 incidit, ut verba *οὐ πολλὸν χρόνον* otium duorum annorum significent, quum Naxiorum exsules 502 Aristagoram adierint.

5. Artaxerxes. Unum et viginti *Xerxis* anni *Artabani* septem menses, quos Canon omisit z), complectuntur. Xerxem ineunte anno 485 regno potitum esse iam docuimus a). Vicesimum annum complevit ineunte a. 465. Unius et vicesimi septem menses videtur vixisse, ut Lysithei anno ineunte mortuus fuerit. Propter Artabani septem menses, qui unum et viginti Artaxerxis annos complent, Artaxerxes Artabano sublato ineunte a. 464 videtur rex factus esse, qui annus N. A. 284 est, cui Canon rem adscripsit b).

7. Artaxerxes Longimanus quadraginta annos regnavit secundum Diodorum c): *ἐπ' ἄρχοντος Ἀθήνησι Στρατοκλέους.* [A. C. n. 42$\frac{5}{4}$] — *Ἀρταξέρξης ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς ἐτελεύτησεν ἄρξας ἔτη τεσσαράκοντα.* Eosdem numeros alio loco posuit d): *τὴν ἀρχὴν διαδεξάμενος ὁ Ἀρταξέρξης ἐβασίλευσεν ἔτη τετταράκοντα.* Diodorum confirmat Thucydides e), qui Artaxerxis mortem de hieme Stratoclis archontis narrans memorat: *τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου χειμῶνος,* [October a. C. n. 425] *Ἀριστείδης — Ἀρταφέρνην ἄνδρα Πέρσην παρὰ βασιλέως πορευόμενον ἐς Λακεδαίμονα ξυλλαμβάνει ἐν Ἠιόνι· καὶ αὐτοῦ κομισθέντος οἱ Ἀθηναῖοι τὰς μὲν ἐπιστολὰς ἀνέγνωσαν — τὸν δὲ Ἀρταφέρνην ὕστερον ἀποστέλλουσι τριήρει ἐς Ἔφεσον, καὶ πρέσβεις ἅμα· οἳ πυθόμενοι αὐτόθι βασιλέα Ἀρταξέρξην τὸν Ξέρξου νεωστὶ τεθνηκότα (κατὰ γὰρ τοῦτον τὸν χρόνον ἐτελεύτησεν) ἐπ' οἴκου ἀνεχώρησαν.* Quod si Artaxerxis mors hieme Stratoclis archontis Ephesi nota erat, ut ex hac narratione colligere licet, nonnisi *thoth* 324 A. N. sive 7 Decembris die 425, superstes esse poterat, quamquam Canon eius regnum ad Decembrem proximi anni producit. Sed hoc explicatur ea Canonis ratione qua *Xerxis II* et *Sogdiani* menses uni et quadragesimo Artaxerxis anno annumerat. Revera Artaxerxis regnum videtur paulo minus quadraginta annorum fuisse.

8. 9. Xerxes II. Sogdianus. Quantum temporis haec duo regna expleverint Diodorus f) tradit: *(ἐπ' ἄρχοντος Ἰσάρχου) — Ξέρξης ὁ βασιλεὺς ἐτελεύτησεν ἄρξας ἐνιαυτόν· ὡς δ' ἔνιοι γράφουσι, μῆνας δύο. τὴν δὲ βασιλείαν διαδεξάμενος ὁ ἀδελφὸς Σογδιανὸς ἦρξε μῆνας ἑπτά. τοῦτον δ' ἀνελὼν Δαρεῖος ἐβασίλευσεν ἔτη δεκαεννέα.* Haec duo regna agnovit Manetho g), quamquam Xerxis I et Artaxerxis regna non accurate statuit 21 + 41 = 62 annorum, *non computatis* brevibus illis regnis quae Canon Astronomicus omisit. Qua ratione inter *Xerxis I* mortem et *Darii Nothi* primordia 63 anni et 4 menses interponuntur. At quum Xerxes medio anno 485 mortem obierit, hoc pacto Nothus exeunte 422 regnum adeptus esset: cui rationi Thucydides adversatur, duodecimum eius annum Ianuario 411 completum fuisse testatus. Ex his colligimus brevia haec tria regna sedecim mensium eorum quos Canon computavit duorum et sexaginta annorum partem fuisse atque vicinis regnis attributos esse.

---

y) Ad Herod. VI, 40.

z) V. tabb. 465, 2.

a) V. supra c. 5 p. 247.

b) Primus *thoth* Artaxerxis fuit 17 Dec. dies 465. Proinde ex Canonis ratione revera post hunc diem aut certe non prius regnum adeptus est. Quod quum demum postquam Artabanus septem menses regnavit, Xerxes mortuus est aliquo tempore a. 283 N. A., quod Lysithei anno ineunti responderit, ut accommodatum est Diodori notationi. Xerxis mortem primo huius archontis mensi [Iulio 465] Artaxerxis regni initium octavo [Februario 464] adscripseris.

c) XII, 64.

d) XI, 69.

e) IV, 50.

f) XII, 71.

g) Laudatus ab Africano apud Syncellum p. 75, d: *ἑβδόμη καὶ εἰκοστὴ δυναστεία Περσῶν βασιλέων ἡ'.*

α'. Καμβύσης, ἔτει ε' τῆς ἑαυτοῦ βασιλείας Περσῶν, ἐβασίλευσεν Αἰγύπτου . . . ἔτη ϛ'.

β'. Δαρεῖος Ὑστάσπου . . . . . ἔτη λϛ'.

γ'. Ξέρξης ὁ μέγας . . . . . ἔτη κα'.

δ'. Ἀρτάβανος . . . . . μῆνας ζ'.

ε'. Ἀρταξέρξης . . . . . ἔτη μα'.

ϛ'. Ξέρξης . . . . . μῆνας δύο.

ζ'. Σογδιανὸς . . . . . μῆνας ζ'.

η'. Δαρεῖος Ξέρξου . . . . . ἔτη ιθ'.

ὁμοῦ ἔτη ρκδ'. μῆνας δ'.

10. Darius Nothus. Eius regnum Diodorus [h]) bis undeviginti annorum posuit, quocum consentiunt Canon et Manetho. Quando Darius regnare coeperit ex Thucydide colligere licet, qui eum hieme Calliae archontis, circiter Ianuario 411, tertio decimo anno regnasse tradit [i]): quod testimonium egregie cum Canonis notatione convenit, a quo primus *thoth Darii Nothi* ponitur Dec. 7 dies 424 a. C. n. ipsis duodecim annis et duobus mensibus ante tempus quo Thucydides foedus factum esse tradit. Sed ita superiora duo regna anni fuissent, quoniam ex Thucydide docuimus Artaxerxis mortem non post Decembrem 425 poni posse. Proinde aut haec duo regna aliquanto excesserunt novem mensium spatium aut Darius regnum adeptus est ante eum thoth quem Canon posuit. Probabile est eum qui Canonem Astronomicum conscripsit haec duo regna anni statuisse atque unum et quadragesimum Artaxerxis annum, quo illa continebantur, in a. 325 N. A. produxisse. His rationibus *Nothum* revera sexto Isarchi archontis mense, Decembri 424, regem factum esse probatur: qui mensis cum eo *thoth* quem Canon posuit congruit.

11. Artaxerxes Mnemon. Diodorus [k]): *Ἀθήνησι μὲν ἦρχεν Ἀλεξίας.* [A. C. n. 40¾.] — *μικρὸν δὲ τῆς εἰρήνης ὕστερον ἐτελεύτησε Δαρεῖος ὁ τῆς Ἀσίας βασιλεύς, ἄρξας ἔτη δεκαεννέα. τὴν δ' ἡγεμονίαν διεδέξατο τῶν υἱῶν ὁ πρεσβύτατος Ἀρταξέρξης, καὶ ἦρξεν ἔτη τρία πρὸς τοῖς τεσσαράκοντα. — ἐπ' ἄρχοντος Ἀθήνησι Μόλωνος·* [A. C. n. 36⅔] — *μετ' ὀλίγον ὁ μὲν βασιλεὺς τῶν Περσῶν ἐτελεύτησεν ἄρξας ἔτη τρία πρὸς τοῖς τεσσαράκοντα· τὴν δὲ βασιλείαν διεδέξατο Ὦχος ὁ μετονομασθεὶς Ἀρταξέρξης, καὶ ἐβασίλευσεν ἔτη τρία πρὸς τοῖς εἴκοσι* [l]). Mnemonem Alexiae anno regnum adeptum esse consentiunt Diodorus et Canon. Atque quum undeviginti Canonis anni sexto Isarchi mense inceperint, sexto Alexiae mense exierint necesse est. Itaque Diodorus, qui Darium finito bello Peloponnesiaco mortem obisse tradit, regnum eius aliquot mensibus longius quam debebat videtur produxisse. E Xenophonte [m]) quae huc pertineant haec discimus: Lysander anno 406 exeunte Ephesum advenit. Non multo post Cyrus eum arcessivit. *Κῦρος μετεπέμψατο Λύσανδρον, ἐπεὶ αὐτῷ παρὰ τοῦ πατρὸς ἦκεν ἄγγελος λέγων ὅτι ἀῤῥωστῶν ἐκεῖνον καλοίη, ὧν ἐν Θαμνηρίοις τῆς Μηδείας, ἐγγὺς Καδουσίων, ἐφ' οὓς ἐστράτευσεν ἀφεστῶτας.* Inde Cyrus *πρὸς τὸν πατέρα ἀῤῥωστοῦντα μετάπεμπτος ἀνέβαινε.* Hoc iter in superiorem Asiam fecit ineunte anno 405. Quum Cyrus advenit rex vivebat, sed paulo post mortuus est [n]). Fortasse eum Decembri huius anni decessisse statuere licet, primo mensi 344 N. A., quem Canon primum successoris annum numerat.

De Artaxerxis II regni initio Canon et Diodorus consentiunt; sed de annorum ei adscriptorum numero magnopere inter auctores discrepat. Diodorus sibi constat: nam tres et quadraginta anni qui Alexia archonte inceperunt Molone archonte exeunt. Neque de summa annorum Diodorus et316 Canon admodum discrepant. Ille enim 43+23=66 annos computat, ut Ochi regnum 338 a. C. n. s. 410 N. A. exierit; Canon 46+21=67 annos statuit, ut Ochus anno posterius mortem obierit [o]). Aliae rationes, quarum exigua est auctoritas Artaxerxem quadraginta aut quattuor et quadraginta annos regnasse ponunt [p]). Sed testis fide dignissimus est Canon Astronomicus [q]).

h) Diod. XII, 71. XIII, 108.

i) V. tabb. 411, 2.

k) XIII, 104. 108.

l) XV, 90. 93.

m) Hell. II, 1, 13—15.

n) Cf. Xenoph. Anab. I. 1. et Plutarch. Artax. 3.

o) Revera discrimen fortasse paucorum erat mensium, si Diodorus Ochum Lysimachidis anno exeunte s. Iun. 338, Canon ineunte 411 N. A. s. Novembri eiusdem anni decessisse statuit.

p) *Quadraginta* annos Eusebius et Chronic. Alex., a quo hae rationes proponuntur apud Scalig. Euseb. p. 245—251:

Ὀλυμπιάς.	
νβ'.	Περσῶν ἐβασίλευσε πρῶτος Κῦρος ἔτη λ'.
νθ'.	. . . . Καμβύσης . . . . . ἔτη η'
ξα'.	. . . δύο ἀδελφοί . . . . . μῆνας ζ'.
	Δαρεῖος Ὑστάσπου . . . ἔτη λϛ'.
ο'.	. . . . Ξέρξης . . . . . ἔτη κϛ'.
οζ'.	. . . Ἀρτάβανος . . . . . μῆνας ζ'.
	Ἀρταξέρξης . . . . . ἔτη μα'.
πζ'.	. . . . Δαρεῖος νόθος . . . . . ἔτη ιθ'.
ϙβ'.	. . . . Σογδιανός . . . . . ἔτη ζ'.
ϙδ'.	. . . . Ἀρταξέρξης ὁ Μνήμων ἔτη μ'.
ρϑ'.	. . . . Ἀρταξέρξης ὁ καὶ Ὦχος ἔτη κζ'.
ρια'.	. . . . Ἀρσίοχος . . . . . ἔτη δ'.
ριβ'.	. . . . Δαρεῖος . . . . . ἔτη ϛ'.

317 12. Ochus. De huius regni initio quae sit Diodori et Canonis discrepantia iam notatum est. Secundum Diodorum rex factus est 361; secundum Canonem post 21 Nov. diem 359. Aegyptum Apollodoro archonte, 350, ab eo receptam esse tradit Diodorus [r]). Superiore anno Aegypti expugnationem nondum confectam fuisse Demosthenes significat [s]). Ante 340 Aegyptum receptam fuisse testatur Philippi epistola in Demosthenis libris conservata [t]). Qui ultimus indigena rex fuit *Nectanebus* ab Agesilao adiutus 361 regnum occupavit [u]), ut undecim potius annos regnaverit quam, quot Manetho eo adscripsit, octodecim [v]).

Duo et quadraginta annos Mnemoni adscripsit Clemens Alex. I p. 331, c. Sed in Clementis quae exstant exemplaribus haec regna etiam maioribus erroribus posita sunt quam in Chronico Alexandrino: *Κῦρος ἔτη τριάκοντα· Καμβύσης, δεκαεννέα· Δαρεῖος, ἐξ καὶ τεσσαράκοντα· Ξέρξης, ἐξ καὶ εἴκοσι· Ἀρταξέρξης, ἓν καὶ τεσσαράκοντα. Δαρεῖος, ὀκτώ· Ἀρταξέρξης, τεσσαράκοντα δύο· Ὦχος ἢ Ἄρσης, τρία.* Postremo loco numerum restitueris emendando: *Ὦχος κ'. Ἄρσης τρία.* Ceterum tanta corruptione quae hic tradita sunt laborant, nihil ut ex iis colligere neque testimonia inde ducere liceat. Quod Plutarchus Artax. c. 30 tradit, Artaxerxem duo et sexaginta annos regnasse, probabile non est hos numeros ab ipso Plutarcho editos esse.

q) Ad Artaxerxis Mnemonis regnum pertinent aliquot loci quibus Nabonassaris aerae anni cum archontum Atheniensium annis comparantur. Secundum Ptolemaeum *Μεγ. Συντάξ.* IV, 11 p. 105 s. *sextus* Phanostrati archontis mensis [Dec. 383 a. C. n.] primus fuit anni 366 N. A.: *ἄρχοντος Ἀθήνησι Φανοστράτου, μῆνος ποσειδεῶνος. — γίνεται τοίνυν οὗτος ὁ χρόνος κατὰ τὸ τξς' ἔτος ἀπὸ Ναβονασάρου, κατ' Αἰγυπτίους δὲ θώθ.* Eiusdem archontis *duodecimus* mensis [Iun. 382] *septimus* fuit eiusdem anni N. A.: *ἄρχοντος Ἀθήνησι Φανοστράτου, σκιροφοριῶνος μηνός, κατ' Αἰγυπτίους δὲ φαμενὼθ κδ'. — γίνεται δὴ καὶ οὗτος ὁ χρόνος κατὰ τὸ τξς' ἔτος ἀπὸ Ναβονασάρου.* Porro *sextus* Evandri mensis [Dec. 382] primus fuit anni 367 N. A.: *ἄρχοντος Ἀθήνησιν Εὐάνδρου, μῆνος ποσειδεῶνος τοῦ προτέρου, κατ' Αἰγυπτίους θὼθ ις'. — γίνεται δὴ καὶ οὗτος ὁ χρόνος κατὰ τὸ τξζ' ἔτος ἀπὸ Ναβονασάρου.* Fuerunt hi anni Mnemonis vicesimus tertius et vicesimus quartus.

r) XVI, 46—51.

s) Thessalo archonte. Pro Rhod. p. 191: *Θαυμάζω ὅτι τοὺς αὐτοὺς ὁρῶ ὑπὲρ μὲν Αἰγυπτίων τἀναντία πράττειν βασιλεῖ τὴν πόλιν πείθοντας, κ. τ. λ.*

t) Epistola Philippi p. 160: *πρὸ τοῦ λαβεῖν αὐτὸν Αἴγυπτον καὶ Φοινίκην ἐψηφίσασθε, ἂν ἐκεῖνός τι νεωτερίζῃ, παρακαλεῖν ὁμοίως ἐμὲ καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας ἅπαντας ἐπ' αὐτόν.* Scripta erat haec epistola auctumno 340. V. tabb. 340, 2.

u) V. supra c. 3 p. 213.

v) Manetho ab Africano apud Syncellum p. 76 s. laudatus Aegyptum decem annis post quam Diodorus receptam statuit, vicesimo Ochi anno, quinto et sexagesimo post quam Artaxerxes Mnemon rex factus fuit. Sed qui et ipse Manethonem laudat Eusebius cum Diodoro consentit: Ol. 107, 1 [a. C. n. 352] *Ochus Aegyptum tenuit Nectanebo in Aethiopiam pulso, in quo Aegyptiorum regnum destructum est: huc usque Manetho.* Atque Aegyptum iam ante vicesimum Ochi annum receptam fuisse ex Philippi epistola perspicuum est. Praeterea notandum est Syncelli rationibus *Amyrtaei Saitae* tempora adversari, qui quinque et sexaginta annorum initio regnare coepit, primo Artaxerxis anno 404. Atqui amplius quinquaginta annis ante bellum contra Persas gesserat 460—455. V. tabb. 455. Eusebius, qui Aegyptum quinque et sexaginta annos liberam fuisse cum Syncello consentit, initium decem annis prius posuit. Ol. 91, 3 [a. C. n. 414] *Aegyptus a Persis recessit; et rursum Aegyptiorum renascitur dynastia* 28, *et regnavit Amyrtaeus annis sex.* Itaque hi quinque et sexaginta anni quibus Aegyptii Persis non paruerunt ponendi sunt a 414 ad 350 cum Eusebio, quem Diodorus confirmat, non a 404 ad 439 cum Syncello. *Amyrtaeus* post Aegyptium bellum quadraginta annos regnavit in palustribus locis et decimi Darii Nothi anno, non primo Artaxerxis Mnemonis Aegyptum recepit. [Vix fieri potest ut quem Amyrtaeum Herodotus et Thucydides memorant idem sit atque is quem Eusebius et Syncellus nominant. Hic enim Aegypti liberatae rex factus est nec filium, certe non regem factum, reliquit. Illi filius fuit Pausiris, qui a Persis datam *ἀπέλαβε τὴν τοῦ πατρὸς ἀρχήν.* Herod. III, 15. *Kr.*]

Larcherus et ante hunc Dodwellus et Wesselingius hos sex Amyrtaei regni annos cum illis sex annis quibus quadraginta annis ante contra Persas bellum gessit confuderunt aut Syncellum confudisse statuerunt. Dodwell. Ann. Thuc. p. 99: *Sextus belli annus sextus proinde erit Amyrtaei. Nec aliud habuit in animo fartasse Syncellus aut vetustior potius auctor cuius fidem secutus fuerit Syncellus: — Quod autem Amyrtaeum auctorem defectionis faciat Syncellus, quae 2do contigerat anno Darii Nothi, nos veterem aliquem testem advocat, nec habuit, opinor, aliquem quem advocaret. Ne quidem ipsum quem totius appellat Africanum.* Wesseling. ad Herod. III, 15: *Conficiunt ex his verbis viri eruditi Herodotum vitam in tempora Darii Nothi prorogasse: descivisse enim Amyrtaeum anno eius secundo regnumque tenuisse sex annis, ex Syncelli fide p. 205 ed. Venet. At ea, quum opinionis ducem non testatus sit, fallax est. Ex Thucyd. Diod. et Ctes.*

14. Darius Codomannus. Hunc Canon primo Alexandri anno, post Philippi mortem, regem factum esse tradit. Minus definite, ita tamen ut cum Canonis ratione satis consentiat, quando regnum adeptus sit tradit Diodorus x): *παρέλαβε τὴν ἀρχὴν περὶ τούτους τοὺς χρόνους ἐν οἷς Φιλίππου τελευτήσαντος διεδέξατο τὴν βασιλείαν Ἀλέξανδρος.* In eo quod Syncellus y) edidit Canonis exemplari *sex* anni ei sunt adscripti: *Δαρείου τρίτου ἔτη ς'. — νιη'.* At si a. 418 N. A. Dario tribuatur, usque ad 14 Nov. diem 330 regnavit, quum Iulio superioris anni mortem obierit. Revera si regnum eius pugna ad Arbela facta terminatum statuas, 4 *a.* 11 *m.* regnavit, qui in Canone quattuor anni dicuntur, quod Alexandri regnum a superiore Thoth computatur.

SUPPLEMENTUM C. XVIII.

Quum non id egerim ut ipsius Syncelli rationes explicarem, sed tantum quae ex temporibus 318
ab eo notatis colligenda essent exponerem, factum est ut imprudenter *ecclesiastici* exemplaris rationes, quas Syncellus proposuit, minus accurate explicaverim minusque illud a rerum veritate recessisse statuerim quam re vera factum esse argui potest. Haec ut copiose persequar, quaestionem de duobus regnorum indicibus quos Syncellus exhibuit huic loco reservavi. Ac primum ipsius verba proponam.

Syncell. p. 206, b: *ἡ Χαλδαίων (ἀρχὴ) λείπεται στοιχειωθῆναι, ἥτις ἀπὸ Σαλμανασάρ, ὃν καὶ Ναβονασὰρ καλοῦσι, λαμβάνεται, παρά τε Χαλδαίοις ἐν τῇ τῶν ἀστέρων ψηφοφορίᾳ, καὶ παρὰ τοῖς Ἕλλήνων μαθηματικοῖς, ὡς μαρτυρεῖ ὁ σοφώτατος Κλαύδιος ὁ Πτολεμαῖος ἐν τῇ μεγάλῃ συντάξει τῇ τῆς ἀστρονομίας τοῖς ἀπὸ Ναβονασάρου χρώμενος ἔτεσιν. — Πάντων γὰρ αὐτὴν ἀκριβεστέραν ὁμολογοῦσιν εἶναι, συνάγουσαν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ Ναβονασάρου ἐπὶ τὸ πρῶτον, ἤτοι ζ', ἔτος Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακε-*

---

liquere videtur circa Ol. 79 Inarum et Amyrtaeum excussisse iugum, certe utriusque defectionem bello Peloponnesiaco fuisse priorem. Tutatus fortasse se in id usque bellum fuit. Syncelli tamen auctoritas validius fulcrum desiderat. Larcher. ad Herod. ibid.: *Syncellus p. 256 Amyrtaeum secundo Darii Nothi anno descivisse tradit eumque sex annos regnasse. Sed ex Thucydide eum Ol. 79 defecisse apparet.* Sed Syncellus p. 256 Amyrtaeum nominans bellum quod Thucydides narrat non respicit, sed tantum ex Manethone quam regum successionem iam p. 76 proposuit iterum persequitur eamque illic (p. 256, d) ita exponit: *Αἴγυπτος ἀπέστη Περσῶν δευτέρῳ ἔτει Νόθου Δαρείου. Αἰγυπτίων κη' δυναστεία Ἀμυρταῖος Σαΐτης ἔτη ϛ'. τοῦ δὲ κόσμου ,ϛβ'* [A. M. 5092 = 419 a. C. n.] *Αἰγυπτίων κθ' δυναστεία Μενδησίων βασιλεῖς δ'. ὧν πρῶτος Νεφερίτης ἔτη ϛ'. τοῦ δὲ κόσμου ,ϛη'.* [5098 = 413 a. C. n.] *δεύτερος Ἄχωρις ἔτη ιγ'. τοῦ δὲ κόσμου ,ρδ'.* [5104 = 407 a. C. n.] — *Ψάμμουθις ἔτη β'. τοῦ δὲ κόσμου ,ρις'* [5117 = 394 a. C. n.] — *Μηνᾶς ἔτη δ'. τοῦ δὲ κόσμου ,ριθ'.* [5119 = 392 a. C. n.] Sequitur tricesima regum familia, qui locus secundum Goarium corruptus est: *Αἰγυπτίων λ' δυναστεία· Σεβεννυτῶν — πρῶτος Νεκτανέβης ἐβασίλευσεν ἔτη η'. τοῦ δὲ κόσμου ,ερκη'.* [5128 = 383 a. C. n.] *δεύτερος Τεῶς ἔτη β'.* — Deest quartum regnum, sed nota *τοῦ δὲ κόσμου ,ερμς'* [5146 = 355 a. C. n.] finem huius regum ordinis exprimit sive terminum illorum 65 annorum (419—355 utroque annumerato) inde a primo Amyrtaei anno. Itaque Syncellus hic secundum Manethonem et Africanum atque Eusebium 65 annos persequitur quibus Aegyptus libera fuit. Sed ut priore loco p. 76 hoc temporis spatium decem annis posterius quam debebat posuit, ita illud hoc loco octo annis prius quam debebat posuit, quum non a decimo sed a secundo Nothi anno deducat. Sed quod secundum Nothi annum, qui est 422 a. C. n. in A. M. 5092 sive 419 a. C. n., incidisse ponit, id neque cum vero tempore neque cum ipsius rationibus congruit. Quomodo Syncellus ipse Persarum regum tempora descripserit ad calcem huius capitis examinabimus.

x) XVII, 6.

y) P. 208.

δόνων καὶ Περσῶν καὶ πάσης σχεδὸν τῆς οἰκουμένης βασιλεύσαντος ἔτη νιθ'. ἐπὶ δὲ τὴν τελευτὴν τοῦ αὐτοῦ Ἀλεξάνδρου ἔτη υκδ'. — τὸ ,δψμζ' ἔτος (τοῦ κόσμου) τὸ αὐτὸ ὑπάρχον τῷ πρώτῳ ἔτει Ναβονασάρου, ἵν', εἴ τις βουληθείη κατὰ τὰς ἐν τῇ μεγάλῃ συντάξει τοῦ μεγάλου Πτολεμαίου ἐκτεθειμένας γραμματείας ἢ κανονικὰς δείξεις ψηφοφορίαν τινὰ τῶν οὐρανίων φορῶν ἐπιλογίσασθ'., λαμβάνων τὰ ἀπὸ τοῦ ,δψμζ' ἔτους τοῦ κόσμου, εἶτα ἀπο πρώτου ἔτους Ναβονασάρου μίαν καὶ τὴν αὐτὴν εὕροι ἐποχὴν μέχρι τελευτῆς Ἀλεξάνδρου τοῦ κτίστου, καθ' ἣν κόσμου μὲν ἔτος ,ερο' ὑπῆρχεν, ἀπὸ δὲ τοῦ πρώτου ἔτους Ναβονασάρου ἔτη γίνονται υκδ', ως προείρηται. — Εἰσὶν οὖν, ὡς πρόκειται ἐν κανονίῳ, οἱ αὐτοὶ ἀπὸ Ναβονασάρου χρόνοι υκδ' κατά τε τὴν μαθηματικὴν καὶ ἐκκλησιαστικὴν ἔκδοσιν· τὰ μὲν καθ' ὅλου ἔτη τὰ αὐτὰ συνάγοντες υκδ', τὰ δὲ κατὰ μέρος οὐ πανταχοῦ τὰ αὐτά· οἷον, Κύρου μὲν ἡ θεία γραφὴ λα' ἔτος ὑποφαίνει τῆς βασιλείας· καὶ ἐν τοῖς κοσμικοῖς ἔτεσιν οὕτω στοιχειοῦμεν· ὁ δὲ μαθηματικὸς κανὼν θ' μόνα ἔτη Κύρῳ νέμει. καὶ ἐν ἄλλοις δέ τισιν αὐτοῦ τε Ναβονασάρου διαφορὰν εὑρήσεις ἐν τοῖς κατὰ μέρος· ἐν δὲ τῷ τέλει τὴν ἰσότητα.

p. 207, d. *Τὰ ἀπὸ Ναβονασάρου ἔτη — κατὰ ἀστρονομικὸν κανόνα.*

	Ναβονασάρου ἔτη		ιδ'.	N.A.
	β'. Ναβίου ἔτη	*β'.*	ις'.	15.
	γ'. Χινζήρου καὶ Πύρρου ἔτη	*ε'.*	κα'.	17.
	δ'. Ἰλουλαίου ἔτη	*ε'.*	κς'.	22.
319	*ε'. Μαρδοκεμπάδου ἔτη*	*ιβ'.*	λη'.	27.
	ς'. Ἀρκεανοῦ ἔτη	*ε'.*	μγ'.	39.
	ζ'. ἀβασιλεύτου ἔτη	*β'.*	με'.	44.
	η'. Βηλίθου ἔτη	*γ'.*	μη'.	46.
	θ'. Ἀποραναδίσου ἔτη	*ς'.*	νδ'.	49.
	ι'. Ἰριγεβάλου ἔτος	*α'.*	νε'.	55.
	ια'. Μεσησιμορδάκου ἔτη	*δ'.*	νθ'.	56.
	ιβ'. ἀβασιλεύτου ἄλλου ἔτη	*η'.*	ξζ'.	60.
	ιγ. Ἰσαρινδίνου ἔτη	*ιγ'.*	π'.	68.
	ιδ'. Σαοσδουχίου ἔτη	*θ'.*	πθ'.	81.
	ιε'. Κινιλαδάλου ἔτη	*ιδ'.*	ργ'.	90.

p. 208, b.	*ις'. Ναβοπαλασσάρου πατρὸς Ναβουχοδονόσορ ἔτη*	*κα'.*	ρκδ'.	104.	a.C.n.
	ιζ'. Ναβουπαλασσάρου τοῦ καὶ Ναβουχοδονόσορ ἔτη	*μγ'.*	ρξζ'.	125.	623.
	ιη'. Ἰλλουαρουδάμου ἔτη	*γ'.*	ρο'.	168.	580.
	ιθ'. Νηριγασολασσάρου ἔτη	*ε'.*	ροε'.	171.	577.
	κ'. Ναβοναδίου τοῦ καὶ Ἀστυάγους ἔτη	*λδ'.*	σθ'.	176.	572.
	κα'. Κύρου ἔτη	*θ'.*	σιη'.	210.	538.
	κβ'. Καμβύσου ἔτη	*η'.*	σκς'.	219.	529.
	κγ'. Δαρείου ἔτη	*λς'.*	σξβ'.	227.	521.
	κδ'. Ξέρξου ἔτη	*κα'.*	σπγ'.	263.	485.
	κε'. Ἀρταξέρξου α' ἔτη	*μα'.*	τκδ'.	284.	464.
p. 208, c.	*κς'. Δαρείου β' τοῦ καὶ Νόθου ἔτη*	*ιθ'.*	τμγ'.	325.	423.
	κζ'. Ἀρταξέρξου δευτέρου ἔτη	*μς'.*	τπθ'.	344.	404.
	κη'. Ὤχου ἔτη	*κα'.*	υνί.	390.	358.
	κθ'. Σάρου (Ἄρσου) ἔτη	*β'.*	υιβ'.	411.	337.
	λ'. Δαρείου τρίτου ἔτη	*ς'.*	υιη'.	413.	335.
	λα'. Ἀλεξάνδρου τοῦ μεγάλου ἔτη	*ς'.*	υκδ'.	419.	329.
	(ultimus Alexandri annus			424.	324.)

Τὰ ἀπὸ Σαλμονασὰρ ἤτοι Νάβονασάρου ἔτη κατὰ τὴν ἐκκλησιαστικὴν στοιχείωσιν ἕως Κύρου καὶ ἑπεξῆς Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος.

p. 208, d.	*Ναβονάσαρος ὁ καὶ Σαλμανασὰρ ἐν τῇ γραφῇ λεγόμενος ἔτη*	κε'.	κε'a)	N.A.		
	β'. Νάβιος ἔτη	η'.	λγ'.	26.		
	γ'. Χίνζηρος καὶ Πῶρος ἔτη	ε'.	λη'.	34.		
	δ'. Ἰλλουλαῖος ἔτη	ε'.	μγ'.	39.		
	ε'. Μαρδοκεμπάδοκος ἔτη	ιβ'.	νε'.	44.		
	ς'. Ἀρκεανὸς ἔτη	ε'.	ξ'.	56.		
	ζ'. ἀβασίλευτος ἔτη	β'.	ξβ'.	61.		
	η'. Βήληλος ἔτη	γ'.	ξε'.	63.		
	θ'. Ἀπαρανάδισος ἔτη	ς'.	οᾱ'.	66.		
	ι'. Ἰρηγίβαλλος ἔτη	ά'.	οβ'.	72.		
p. 209, a.	*ια'. Μεσσισιμόρδακος ἔτη*	δ'.	ος'.	73.		
	ιβ'. ἀβασίλευτος ἄλλος ἔτη	η'.	πδ'.	77.		
	ιγ'. Ἰσαριδηνὸς ἔτη	ιγ'.	φξ'.	85.		
	ιδ'. Σαοσδούχιος ἔτη	θ'.	ρς'.	98.	Emendata tempora.	
	ιε'. Κινηλαδανᾶς ἔτη	ιδ'.	ρκ'.	107.	N.A.	Init. a. C. n.
	ις'. Ναβοπαλάσαρος ἔτη	κά'.	ρμα'.	121.	117.	Ian. 28. 631.
	ιζ'. Ναβουχοδονόσορ υἱὸς [—νόσορος Scalig.] ἔτη	μγ'.	ρπδ'.	142.	138.	Ian. 23. 610.
	ιη'. Ἐβιδὰν Μεροδὰχ ἔτη	ε'.	ρπθ'.	185.	181.	Ian. 12. 567.
	ιθ'. Νιρηγλήσαρος ὁ καὶ Βαλτάσαρ ἔτη	γ'.	ρφβ'.	190.	186.	Ian. 11. 562.
	κ'. Ναβονάδιος ὁ καὶ Ἀστυάγης, Δαρεῖος Ἀσσουήρου, καὶ Ἀρταξέρξης ἔτη	ιζ'.	σθ'.	193.	189.	Ian. 10. 559.
	κά'. Κῦρος Περσῶν πρῶτος βασιλεὺς ἔτη	λά'.	σμ'.	210.	206.	Ian. 6. 542.
p. 209, b.	*κβ'. Καμβύσης υἱὸς Κύρου ἔτη*	η'.	σμη'.	241.	237.	Dec. 29. 512.
	κγ'. Μάγοι ἀδελφοὶ β' Σμέρδιος [καὶ] Παυζούτης μῆνας ζ'.					
	κδ'. Δαρεῖος υἱὸς Ὑστάσπου ἔτη	λς'.	σπδ'.	249.	245.	Dec. 27. 504.
	κε'. Ξέρξης υἱὸς Δαρείου ἔτη [male *μῆνας*]	κ'.	τδ'.	285.	281.	Dec. 18. 468.
	κς'. Ἀρταξέρξης Ξέρξου ὁ μακρόχειρ ἔτη	μγ'.	τμζ'.	305.	301.	Dec. 13. 448.
	κζ'. Ξέρξης υἱὸς Ἀρταξέρξου μῆνας β'		τμη'.	348.	344.	Dec. 2. 405.
	κη'. Σογδιανὸς μῆνας ζ'					
	κθ'. Δαρεῖος ὁ νόθος ἔτη	ιθ'.	τξζ'.	349.	345.	Dec. 2. 404.
	λ'. Ἀρταξέρξης ὁ μνήμων ἔτη	μ'.	νξ'.	368.	364.	Nov. 27. 385.
	λά'. Ὦχος Ἀρταξέρξου υἱὸς ἔτη	ε'.	νιβ'.	408.	404.	Nov. 17. 345.
	λβ'. Ἄρσης ἀδελφὸς Ὤχου ἔτη	δ'.	νις'.	413.	409.	Nov. 16. 340.
p. 209, c.	*λγ'. Δαρεῖος τρίτος Ἀρσάμου ἔτη*	ς'.	νκβ'.	417.	413.	Nov. 15. 336.
	λδ'. Ἀλεξάνδρου Μακεδόνος ἔτη	ς'.	νκη'.	423.	419.	Nov. 14. 330.
	(ultimus Alexandri annus			428.)	424.	Nov. 12. 325.

In hoc indice quattuor anni supersunt contra ipsius Syncelli sententiam, ut summa sit non, ut debebat, 424, sed 428 annorum. Quae redundantia quattuor annorum ad marginem p. 230, d. 231 annotata est: quam annotationem qui scripsit eos a Chaldaeorum regnis recidendos esse putavit: *Ἕως τέλους τῆς βασιλείας Νιριγλησάρου τοῦ καὶ Βαλτάσαρ γίγνονται κοσμικὰ ἔτη κατὰ μὲν τὴν ἀληθῆ καὶ τὴν ἀκριβῆ στοιχείωσιν ,δ Ϡλδ' [4934]. προστιθεμένων δὲ καὶ τῶν ιζ' ἐτῶν, ὧν ἐκράτησεν ὁ*

Μῆδος ὁ Ἀστυάγης καλούμενος τῆς βασιλείας Χαλδαίων (ὁ καθελὼν Νιριγλήσαρον τὸν καὶ Βαλτάσαρ) γίνονται ἔτη ͵δϡνα΄ [4951]. *Κῦρος γὰρ τῷ ͵δϡνβ΄ ἔτει* [4952] *τὴν ἀρχὴν ἔσχεν τῆς αὐτοῦ βασιλείας, καθὼς παρὰ τοῦ συγγραφέως ἐστοιχείωται. Κατὰ δὲ τὸ παραδραμὸν σφάλμα τῶν καλλιγράφων εἰς τοὺς τῶν βασιλέων χρόνους ἄλλα δ' ἔτη κατὰ προςθήκην εἰς τοὺς Χαλδαίους κείμενα.* Goar. annot. ad p. 220 quum ecclesiasticum canonem quattuor annos amplius quam astronomicum habere vidisset, eos ita recidendos esse censuit ut Nabonassari 26, Nabio duo anni tribuerentur: *Quatuor videlicet annis aerae Nabonasareae ecclesiasticum canonem alterum astronomis usitatum superare. Sex autem integris Nabii aetati detrectatis et uno Nabonasari annis ante Nabuchodonosor tempestatem restituto, et rursus alio Artabani, cuius in canone non fit mentio, de quo p.* 251 *aetate reservato, desiderata reparatur aequalitas: sin minus apponitur, constat unde quinque annorum tumor in Nabuchodonosori aetate ceperit incrementum.* Ex hac emendatione primis duobus regnis pro 25+8=33 annis tribuuntur 26+2=28, ut primus Nabuchodonosori annus fuerit non 142 N. A., sed 137 N. A., cui eum adscripsit Syncellus.

Haec ecclesiastici canonis expositio nihil eorum quae proposita constituere conati sumus tollit. Manet in primis undeviginti regnis nonnisi unam rem, primum aerae annum, suo loco positam esse; manet duobus qui additi sunt annis Babylonis expugnationem non posteriori, sed Nabuchodonosori regnum superiori tempori tribui; manet indicem qui inscribitur *ἐκκλησιαστικὴ στοιχείωσις* tam corruptum omnesque eius partes tam falsas esse ut fide prorsus indignus sit atque eos qui ex hoc fonte hausti sunt duos annos, quibus additis Ilvarodami et Nericassolassaris regnis octo pro sex annis tribuuntur, reiiciendos esse, quum nulla nitantur auctoritate.

Vix credideris eorum qui tempora descripserunt fuisse qui satis imperiti essent ut temporum notationem amplecterentur qua initia regnorum *Cambysis*, *Darii Hystaspis*, *Xerxis*, reliquorum Persarum regum usque ad *Ochum* per illud temporis spatium quo in tota antiquitatis historia nullum melius testimoniorum fide illustratum est decem et septem vigintive annos inferius quam debebant posita sunt. Et tamen hanc rationem amplexus est Syncellus, qui tempora ita notavit.

			A.M.	N.A.	A.C.n.
320	p. 204, a. 206, d.	Nabonassaris aera	4747.	1.	754.
	p. 217, a. b.	Nabuchodonosoris 1mus, Ioacimi 4us	4883.	137.	618.
	p. 233, b.	Cyrus 31 ann.	4952.	206.	549.
	p. 240, d.	Cambyses 8 ann.	4983.	237.	518.
	p. 241, a.	Magi *μῆνας ἑπτά* (pro anno numeratos)	4991.	245.	510.
	Ibid.	Darius. (36 ann. p. 246, b.)	4992.	246.	509.
	p. 250, d.	Xerxes 20 ann.	5028.	282.	473.
	p. 251, c.	Artabanus *ἑπτὰ μῆνας* (pro anno numeratos)	5048.	302.	453.
	Ibid.	Artaxerxes 41 ann.	5049.	303.	452.
	p. 255, a.	Xerxes 2 m. Sogdianus 7 m.	5090.	344.	411.
	Ibid.	Darius Nothus 19 a.	5091.	345.	410.
	p. 255, b.	Artaxerxes 40 a.	5110.	364.	391.
	p. 255, d.	Ochus 5 a. (*ἔτη ε΄. κατά τινας κ΄.*)	5150.	404.	351.
	p. 256, b.	Narses 4 a.	5155.	409.	346.
	Ibid.	Darius III 6 a.	5159.	413.	342.
	p. 261, a.	Alexander ult. 6. (*ἀπὸ τοῦ ἑβδόμου ἔτους*)	5165.	419.	336.
	p. 204, a.	Alex. mor. 424 N. A. (*κατὰ τὸ ͵ερο΄ ἔτος τοῦ κόσμου.* p. 261, b.)	5170.	424.	331.

Hic probe notandum est Syncellum ut nunc editus legitur de nonnullis rebus, ab ecclesiastico exemplari discrepare. Notanda sunt haec:

	Sec. Can.	Sec. Sync.
Nabuchodonosorus rex factus	141.	136.
A 1° Nabuchod. ad 1ᵘᵐ Cyri a.	68.	69.
Cyri regnum	31.	31.
A Cyri ad Alexandri mortem	188.	188.
	428.	424.

Haec comparatio docet ubi quattuor anni sint interpolati et hactenus Goarii correctionem probant certe in recidendis quattuor annis a Chaldaeis regnis.

Ecclesiasticum exemplar emendatum et cum annis ante Christum comparatum Persica regna a Cambyse ad Ochum septem et decem vigintive annis inferius quam debebat posuit. Contrario errore Syncellus Nabonassaris aeram septem annis prius quam debebat posuit. Haec notatio efficit ut Canonis error in his Persicis regnis statuendis minuatur, quum ita nonnisi 12 aut 13 annis a veritate recedat. Sed hoc factum est eo quod Nabonassaris regni initium et Alexandri mors 7 annis prius quam debebant posita sunt. Scaliger ad Euseb. p. 418: *Vitiose Georgius statuit initium Nabonassari in anno mundi secundum rationes LXX interpretum ,δμψϛ'*, 4746, *alibi* 4747. *Sed strenue nugatur. Nam ab Adam ac natalem Christi Dionysianum sunt anni* 5500 *secundum rationes LXX, quos sequitur Georgius. A Nabonassari autem initio* [Febr. 27 a. C. n. 747] *ad primum natalem Christi Dionysianum intersunt anni* 746 *dies* 303. *Deductis igitur* 746 *annis absolutis de epochâ Christi* 5501, *relinquitur annus ab Adam* 4755. *Octo igitur aut novem annis hallucinatus est noster Syncellus.*

Syncelli error satis apparet ad certissimam Nabonassaris aeram exactus; evidentior etiam fit cum gravissimis maximaque fide traditis Alexandri temporibus comparatus: qui quae gessit septem annis prius quam debebant posita sunt, eiusque mortem Syncellus ipso Arbelensis pugnae anno superius posuit.

De ea qua Persica regna descripserit ratione Syncellus haec exposuit p. 261, c: *Σπουδὴν θέμενος τὸ ,ερο' ἔτος τοῦ κόσμου κατὰ τὸ τέλος Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος ἀποδεῖξαι συντρέχον, ὡς ἂν καὶ τὰ ἀπὸ Φιλίππου μετὰ Ἀλέξανδρον ἔτη λαμβανόμενα κατὰ τοὺς Πτολεμαίου προχείρους τῆς ἀστρονομίας κανόνας ὁμοφωνεῖν ἐν τοῖς ἐφεξῆς ἡμῖν ἔτεσιν, εὗρον Κῦρον τὸν πρῶτον βασιλέα Περσῶν ἐν τοῖς ἀπὸ Ναβονασάρου καταγομένοις ἐπὶ Ἀλέξανδρον ἔτεσιν ἐννέα μόνον ἔτη βασιλεύσαντα Περσῶν ἐν πᾶσι τοῖς ἀκριβέσι κανονίοις· μὴ δυνάμενος δὲ Κῦρον οὕτω στοιχειῶσαι, διὰ τὸ ταῖς Θείαις γραφαῖς ἀντιπίπτειν, ἁπανταχοῦ γὰρ λά ἔτος κεῖται βασιλεύσας παρὰ τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ἱστορικοῖς, ἐξ ἀνάγκης ἐκ τῶν Ὤχου χρόνων, ἀμφιβαλλομένων παρ' ἐνίοις, ὑφελὼν ἔτη τὰ δοκοῦντα εἶναι περιττά, τὰ ε' μόνα ἐπ' αὐτοῦ ἐστοιχείωσα* [*sic legendum videtur*] *καί ἐστιν ὁ κακὼν σύμφωνος.*

Haec argumento esse possunt quantam fidem hi scriptores habeant in singulis regnis notandis, quae, ut summam annorum cum suis quique rationibus concilient, mutant, producunt, contrahunt. Idem perspicietur quum qua ratione septuaginta captivitatis annos descripserint paucis exposuerimus.

Hi septuaginta captivitatis anni, quas fere primo anno quo Cyrus Persarum rex fuit terminatos statuunt alii aliter computaverunt, aut a 13° Iosiae aut a 4° Ioacimi aut ab ultimo Sedeciae anno. Syncellus p. 217, a, b: *τὸ δ' ἔτος Ἰωακεὶμ — κόσμου δὲ ,δωπ'*, *καὶ πρῶτον ἔτος βασιλέως Βαβυλῶνος Ναβουχοδονόσορ. ὁ μέγας Ἱερεμίας φησί· τὸ δ' αὐτὸ κγ' ἔτος τῆς ἑαυτοῦ προφητείας πρὸς τὸν λαὸν Ἰούδα ἐξαριθμεῖ ἀπὸ τοῦ ιγ' ἔτους Ἰωσίου βασιλέως ἀρχόμενον· ἀφ' οὗ καί τινες τῶν ἐξηγητῶν, ἐν οἷς* 321 *καὶ Εὐσέβιος, τὸν ἑβδομηκονταετηρικὸν τῆς αἰχμαλωσίας χρόνον βούλονται μετρεῖσθαι ἕως τοῦ πρώτου ἔτους Κύρου γινόμενον ἔτη ἑβδομήκοντα. κατὰ δὲ δεύτερον τρόπον ὁ αὐτὸς ἑβδομηκονταετὴς χρόνος συνάγεται ἀπὸ τοῦ ἐνεστῶτος δ' ἔτους Ἰωακείμ, ἀφ' οὗ καὶ ὁ θεὸς διὰ τοῦ προφήτου ἐγκαλεῖ τοῦ λαοῦ τοῦ Ἰούδα περὶ τῆς ἀπειθείας, ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος τοῦ αὐτοῦ Κύρου. Κατὰ δὲ τρίτον καὶ τελευταῖον, ἀπὸ τοῦ ια' ἔτους Σεδεκίου ἕως τοῦ δευτέρου ἔτους Δαρείου.*

A primo Sedeciae anno illos septuaginta annos computavit Africanus. Syncell. p. 219, c: *Ἀφρικανὸς ἀπὸ τοῦ πρώτου ἔτους Σεδεκίου τὰ ο΄ ἀριθμεῖ τῆς αἰχμαλωσίας.* Eorum qui haec tempora descripserunt pro suis quisque rationibus Babyloniae regum regna his septuaginta annis accommodaverunt. Qui primo Sedeciae anno captivitatem coeptam esse posuit Africanus eos primo Cyri in Perside regnantis exiisse statuit apud Euseb. Praep. X p. 488, b. Vide locum supra p. 309 annot. t). Proinde Sedeciae regnum non 597, sed 630 a. C. n. adscripsit et Iudaeorum regna circiter 33 annis unumquodque prius quam debebat posuit. Hoc confirmatur anno quem Ahae primum statuit. Hunc enim sumit 776 a. C. n. apud Syncell. p. 197, c: *ἦν ἄρα τοῦ Ἀχὰζ βασιλείας ἔτος πρῶτον, ᾧ συντρέχειν ἀπεδείξαμεν τὴν πρώτην Ὀλυμπιάδα.* Quum Aham non 741, sed 776 regnum obtinuisse tradit, 35 annis prius quam debebat, omnia regna quae Sedecia superiora essent totidem annis prius poneret necesse erat. Ab undecimo Sedeciae anno ad Cyri primum ex Canone anni 49 fuerunt; sed Africanus qui 11um Sedeciae $6\frac{20}{119}$ a. C. n. Cyri primum $5\frac{60}{59}$ posuerit, 59 annos interiectos fuisse statuit. Itaque Babyloniae regna maiori quem interposuisset numero accommodaret necesse erat.

Eusebius 70 annos a 13° Iosiae ad 1um Cyri annum $5\frac{60}{59}$ numeravit et alios 70 annos a Sedecia capto ad 2um Darii Hystaspis annum Chron. ad Ol. 47, 2 [a. C. n. $59\frac{1}{5}$]: *Hebraeorum captivitas et exterminium templi quod fuit in Ierusalem annis 70 qui supputantur usque in 2^{dum} annum Darii. Nabuchodonosor rex Chaldaeorum Hierosolymis captis templum incendit.* Sed haec temporis spatia Nabonnadii regno prorsus omittendo nanciscitur. Syncell. p. 226, d: *ὁ μέντοι Εὐσέβιος τὸν Ἀστυάγην ἀπὸ τοῦδε τοῦ Σεδεκίου ἐστοιχοίωσεν βασιλεύσαντα ἔτη λή. ἤτοι ἀπὸ ιβ΄ ἔτους τοῦ Ναβουχοδονόσορ ἕως τοῦ ε΄ ἔτους Νιριγλησάρου· τούτου τὸ ἔτος λογισάμενος α΄ ἔτος τῆς Κύρου βασιλείας ἐν τῷ Κανονίῳ αὐτοῦ, τῆς δὲ ἐπὶ Σεδεκίου αἰχμαλωσίας ἔτος λα΄. καὶ μηδ' ὅλως λογισάμενος τὰ Δαρείου τοῦ Ἀστυάγους ἔτη ιζ΄, ὅπερ καὶ ἄλλοι τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἱστορικῶν πεποιήκασιν εἶτα Κύρου λ΄ ἐστοιχείωσεν, καὶ μετ' αὐτοὺς Καμβύσου ἔτη η΄. ἔπειτα β΄ μάγων ἀδελφῶν μῆνας ζ΄, καὶ Δαρείου Ὑστάσπου ἔτος ἕν.* Ita Nabonadius istorum Astyages modo 17, modo 11 annos regnasse traditur, modo prorsus omittitur. Syncell. p. 232, d: *Τὰ πάντα τῆς βασιλείας Δαρείου τοῦ Ἀστυάγους ἔτη λή· Μήδων μὲν κα΄, κατὰ δὲ ἄλλους κζ΄. Μήδων τε καὶ Χαλδαίων ἔτη ιζ΄, κατὰ δέ τινας ια΄. πλὴν εἴτε οὕτως, οὐδὲν τῇ ἀληθείᾳ ἀντίκειται. οἱ γὰρ σπουδάζοντες δεῖξαι τὰ ο΄ ἔτη τῆς αἰχμαλωσίας ἀπὸ τοῦ ιθ΄ ἔτους τοῦ Ναβουχοδονόσορ καὶ τῆς τελείας ἐρημώσεως οἴκου κυρίου καὶ αἰχμαλωσίας τοῦ ἔθνους ἕως τοῦ δευτέρου ἔτους Δαρείου τοῦ Ὑστάσπου ταῦτα τὰ ἔτη τοῦ Ἀστυάγους ὑπεξαίρουσιν, ἵνα τὸν ἑβδομηκονταετῆ χρόνον στήσωσιν.*

Eusebius, ut in eo quod exstat exemplari Chronici numeri eduntur, hoc modo tempora descripsit Euseb. Scalig. p. 125—129:

Ol.	A. C. n.						
45, 3.	598.	Nabuchodonosorus	12.	Astyages	1.	Sedecias	4.
47, 2.	591.	. . . . .	19.	. . . . .	8.	. . . . .	11.
3.	590.	. . . . .	20.	. . . . .	9.	primus annus captivitatis	
4.	589.	. . . . .	21.	. . . . .	10.	. . . . .	2.
*	*		*		*		*
51, 3.	574.	. . . . .	36.	. . . . .	25.	. . . . .	17.
4.	573.	Evilmerodachus	1.	. . . . .	26.	. . . . .	18.
*	*		*		*		*
54, 4.	561.	. . . . .		. . . . .	38.	. . . . .	30.
55, 1.	560.	. . . . .		Cyrus . .	1.	Cyri edictum	31.
*	*		*		*		*
62, 2.	531.	. . . . .		. . . . .	30.	. . . . .	60.
3.	530.	. . . . .		Cambyses	1.	. . . . .	61.
*	*		*		*		*
64, 3.	522.	. . . . .		Magi. . .		. . . . .	69.
4.	521.	. . . . .		Darius . .	1.	. . . . .	70.
65, 1.	520.	. . . . .		. . . . .	2.	Templum restituitur.	

Itaque Nabonnadii regnum omisit ac si quae exstant exemplaria accurata sunt, quae Evilmerodachum Ol. 51, 4, a. C. n. 573 regem factum esse statuunt, Eusebius Nabuchodonosoro 36 annorum Evilmerodacho et Balsasari tredecim annorum regna tribuit.

Qui Chronicon Alexandrinum composuit, qui ut Eusebius illos septuaginta annos a Sedeciae captivitate ad secundum Darii Hystaspis annum numeravit, haec tempora ita descripsit apud Scalig. Euseb. p. 242—244. Ioacimi 4um, Nabuchodonosori 1um annum in Ol. 39, 3 a. C. n. 622 inci- 322
disse statuit: qua ratione Iudaeorum regna 17 annis superius quam debebant ponuntur. Nabuchodonosorum nonnisi 23 annos regnasse statuit Ol. 45, 1: *τούτῳ τῷ κγ' ἔτει Ναβουχοδονόσορ, καὶ τρίτῳ τῆς αἰχμαλωσίας* [quae ab 11° Sedeciae et 20° Nabuch. computatur] *ἀπῴκισε Ναβουζαρδὰν πάλιν ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ Ἰουδαίους ψμέ. — Μετὰ Ναβουχοδονόσορ διεδέξατο τὴν Χαλδαίων ἀρχὴν ὁ υἱὸς αὐτοῦ Εὐειλὰδ Μαρωχὰδ ἔτη ζ'.* Huic succedit *Βαλτασὰρ ἔτη δ'. Δαρεῖος ὁ Μῆδος ἔτη γ'. Δαρεῖος υἱὸς Ἀσσουήρου ἀπὸ τοῦ σπέρματος Μήδων ἔτη ιγ'. τινές φασι τουτονὶ τὸν Δαρεῖον καὶ Ἀστυάγην ἐπικεκλῆσθαι.* Atque 1us Cyri annus, Ol. 52, 1, a. C. n. 572, captivitatis est 31us. Proinde tempora ita notavit:

Olymp.	A.	A. C. n.
39, 3. Nabuchodonosorus	23. . . .	622.
45, 2. Evilmerodachus	7. . . .	599.
47, 1. Balsasar	4. . . .	592.
48, 1. Darius Medus	3. . . .	588.
48, 4. Darius Astyages	13. . . .	585.
52, 1. Cyrus	30. . . .	572.

Persarum regna quomodo hic scriptor statuerit iam expositum est p. 316 annot. q).

Sulpicius Severus, qui 70 annorum initium Sedeciae 11°, exitum Cyri 1° adscripsit, Babyloniae regna hoc modo statuit II, 7—13 p. 267—281: *Nabuchodonosor post devictum Sedekiam, quem captivum Babylonem transtulit, regnasse traditur annos* 26, *quanquam id non in Sacra Historia scriptum invenerim. Sed forte accidit ut, dum multa evolverem, annotationem hanc iam interpolato per aetatem libello sine auctoris nomine reperirem, in quo regum Babyloniorum tempora continebantur, quam praetereundam non putavi. Siquidem et chronicis consentirent, et ita illius nobis ratio quadraret, ut per ordinem regum quorum tempora continebat usque in primum Cyri regis annorum* 70 *annos — impleret. Post Nabuchodonosor filius eius regnum est adeptus, quem in Chronicis Evilmerodach fuisse vocitatum reperi. Hic duodecimo imperii anno diem functus fratri minori, qui Balthasar dictus est, locum fecit. Is cum quarto et decimo anno publicum epulum — daret, salva vasa proferri imperavit, etc. — eâdem nocte interiit, regnumque eius Darius natione Medus occupavit. — Darius duodeviginti annos regnasse traditur: qua tempestate Astyages Medis imperabat. — Post Darium Medum, quem duodeviginti annos regnasse significavimus, Cyrus uno et triginta annis rerum potitus est.*

Itaque tempora hoc modo descripsit:

	A.		A. C. n.
(Sedecias	11.		642.)
Nabuchodonosor ult. . .	26.		631.
Evilmerodachus	12.	70.	605.
Balsasar	14.		593.
Darius Medus	18.		579.
Cyrus	31.		561.

Hac ratione Sedeciae ac proinde etiam decessorum eius omnium regna 45 annis superius quam debebant ponuntur.

Quae apud Sulpicium sequitur brevis Persicorum regnorum descriptio notatu digna est. Descripsit autem hoc modo II, 13—25 p. 281—311: *Cyrus uno et triginta annis rerum potitus est. Scythis bellum inferens in proelio cecidit secundo anno, postquam Tarquinius Superbus regnare coeperat. Cyro Cambyses filius eius successit, regnavitque annos novem. — Post huius mortem, Magi duo fratres, natione Medi, menses septem Persarum regnum obtinuerunt. Ad hos interficiendos septem nobilissimi Persae coniuraverunt, quorum princeps fuit Darius Hystaspis filius; — omniumque consensu regnum ei delatum: regnavit annos sex et triginta. Hic ante quadriennium quam decederet apud Marathonem pugnavit. — Id gestum post Romam conditam anno fere ducentesimo et sexagesimo, Macherino et Augurino consulibus, abhinc annos (si tamen investigatio Romanorum consulum non fefellit,)* 888; *omne enim tempus in Stilichonem consulem direxi* [A. D. 400]. *Post Darium Xerxes fuit; isque unum et viginti annos regnasse traditur; quamquam in plerisque exemplaribus viginti et quinque annos imperii eius fuisse reperi. Huic successit Artaxerxes. — Regnavit annos unum et quadraginta. Xerxes duobus mensibus; postque eum Sucdianus septem mensibus fuit. Darius deinde regnum adeptus est, cui Ochus tum nomen erat: — qui unum de viginti annis rerum fuerat potitus. — Artaxerxes regnavit annos duos et sexaginta* [legendum cum Sigonio *duos et quadraginta*], *eidemque Ochus successit. — Caeterum Ochus viginti tres annos regnavit. Post eum Arxes filius eius triennio imperium obtinuit: Darius annos quatuor. Adversus hunc Alexander Macedo acie conflixit. eo victo Persis imperium ademptum, quod ab initio Cyri steterat annos ducentos et quinquaginta* [legendum *ducentos et triginta*]. *Alexander exacto duodecimo imperii anno, septimo posteaquam Darium devicerat, apud Babyloniam defunctus est*

323 Sulpicius igitur tempora ita notavit:

	A.	Emend. tempus. A. C. n.	Sulpic. A. C. n.
Cyrus	31.	561.	559.
Cambyses	9.	530.	528.
Darius	36.	521.	519.
Xerxes	21.	485.	483.
Artaxerxes	41.	464.	462.
Xerxes 2 *m.* Sogdianus 7 *m.*	1.	423.	421.
Darius Nothus	19.	422.	420.
Artaxerxes II	[62] 42.	403.	401.
Ochus	23.	361.	359.
Arses	3.	338.	336.
Darius III	4.	335.	333.
	[250] 230.		
Alexandri ultimi	7.	331.	329.
Alexandri mors		323.	321.

Sulpicius Cyro 31, non, ut Wesselingius suspicatus est, 29 annos tribuere voluit. V. tabb. 529, 2. Hoc etiam eo confirmatur quod scriptor II, 16. 18 *a die captivitatis Iudaeorum* ad 32um Artaxerxis II annum 260 annos numeravit, quum, si Cyrum tantum 29 annos regnasse posuisset, nonnisi 258 annorum summa esset. Quod Sigonius suspicatus est, in Artaxerxis II regno XLII pro LXII legendum esse, in dubium vocavit Sulpicii enarrator ad p. 301, quod etiam Plutarchus hoc regnum 62 annorum posuerit. Sed ex ipso Sulpicio perspicitur eum huic regi nonnisi duos et

quadraginta annos tribuisse. Cui si *sexaginta* duos annos dedisset, superiora regna omnia viginti annis prius quam debebant posita essent: Cyri 581, Cambysis 550, Xerxis 505. At Sulpicius Cyri mortem in 2um annum Tarquinii Superbi incidisse tradit, secundum Varronem 533, secundum Catonem 531, secundum Fabium 528 a. C. n. Pugnam Marathoniam, quae quattuor annis ante Darii mortem facta est anno 260 p. U. c., 888 ante Stilichonem consulem posuit. Atqui 260 U. c. secundum Varronem fuit 494, secundum Catonem 492, secundum Fabium 488 a. C. n. Etiam 400 A. D. 32um Darii Hystaspis annum facit 488 a. C. n. Itaque Xerxem Sulpicius non statuit 505 regem factum esse. Idem Sulpicius II, 16, 14 a 32 anno Artaxerxis II *ad Christi crucem Fusio Gemino et Rubellio consulibus* [782 U. c. Varr. 29 A. D.] 398 annos numerat, ut 32us huius regis annus fuerit 369, primus 401. Denique II, 17, 14 coll. 24, 17 ab 32° Artaxerxis II anno ad 12um Ochi duos et viginti annos numerat ac proinde Artaxerxem duos et quadraginta annos regnasse statuit. Itaque summa 250 annorum ad 230 redigenda est: quem numerum a librario corruptum esse probabile est, qui quam summam singulis numeris computatis esse videret ponendam esse arbitraretur. Quod apud Plutarchum, ut supra p. 316 annot. p) demonstravimus, hoc regnum sexaginta duorum annorum statuitur, falsum hunc numerum, nisi e librarii errore repetendus sit, equidem ita explicaverim. Quinque illi anni, quos nonnulli Ocho tribuerunt quosque quum rationibus suis accommodatos videret Syncellus recepit, fortasse ut quamdiu Aegypto recepta regnaverit traderetur positi erant, eosque ex Aegypti regnorum indice haustos fuisse suspiceris. Ita in regum ordine quem Syncellus p. 77, c proposuit Ochus in Aegypto duos aut ex Routh. ed. t. II p. 149 sex annos regnasse traditur. At qui ita totum Ochi regnum statui opinarentur, quum in summa Persicorum regnorum defectum deprehenderent, eos qui deessent annos Ochi decessori Artaxerxi adscripserunt; quumque $62+5=67$ annos ponerent recte amborum regnorum numerum constituerunt.

Quod Scaliger apud Sulpicium II, 13, 10 890 annos pro 888 restituendos esse coniicit, haud dubie inter pugnam Marathoniam 490 a. C. n. et annum 400 A. D. 890 anni interiecti fuerunt. Sed perspicuum est Sulpicium computandi errore Alexandri mortem duobus annis posterius quam debebat posuisse, non 323 a. C. n. 431 U. c. Varr., sed 321 a. C. n. 433 U. c. Varr. Christum 33° Herodis regni anno natum posuit II, 39: *sub hoc Herode, anno imperii eius 33° Christus natus est, Sabino et Rufino consulibus.* [750 U. c. Varr. 4 a. C. n.] Atque ab Alexandri morte ad Christum natum 317 annos numerat: qua ratione Alexander 321 ante vulgarem aeram mortuus esset a). Qui error inde exortus est quod non *undecim*, sed *tantum* novem annos inter Alexandri324
mortem et Seleucidarum aeram intercessisse statuit II, 28: *Defuncto rege Alexandro — Seleucus post novem annos rex est appellatus regnavitque annos* 32. Hic quem in Alexandri regno notando admisit errore quum omnia superiora regna duobus quodque annis posterius ponantur, omnia quae notavit tempora depravata sunt. Ita Marathoniam pugnam 488 factam, Artaxerxem II 401 regnum adeptum esse statuit.

---

a) Revera ab Alexandri morte ad templum ab Antiocho captum 151 annos numerat II, 27: *Id gestum ab excessu Alexandri anno centesimo uno et quinquagesimo, Paulo Crassoque consulibus* [586 U. C. Varr. 168 a. C. n.] *post quinquennium fere quam Antiochus regnare coeperat.* Hac ratione Alexander mortuus esse statueretur 519 a. C. n., *quattuor* annis post quam debebat. Sed singula regna apud Sulpicium ipsum II, 28 si consummaveris, hoc temporis spatium 153 annorum fuisse effi iunt, ut Alexandri mors anno 321 assignetur.

XIX.

DE MENSIBUS ATTICIS.

1. Ἑκατομβαιών.
2. Μεταγειτνιών.
3. Βοηδρομιών.
4. Πυανεψιών.
5. Μαιμακτηριών.
6. Ποσειδεών.
7. Γαμηλιών.
8. Ἀνθεστηριών.
9. Ἐλαφηβολιών.
10. Μουνυχιών.
11. Θαργηλιών.
12. Σκιροφοριών.

1. Hecatombaeon. *μὴν τῶν Ἀθηναίων ὁ πρῶτος* [a]). Lexicographum confirmat Antiphon [b]), testatus duos ultimos menses fuisse *Thargelionem* et *Scirophorionem: τῆς ἀρχῆς αὐτῷ* [loquitur de *archonte rege*] *λοιποὶ δύο μῆνες ἦσαν Θαργηλιὼν καὶ σκιροφοριών*, et primos fuisse *Hecatombaeonem* et *Metagitnionem: ἐπειδὴ γὰρ οὗτοσὶ ὁ βασιλεὺς εἰςῆλθεν, ἐξὸν αὐτοῖς ἀπὸ τῆς πρώτης ἡμέρας ἀρξαμένοις τοῦ ἑκατομβαιῶνος μηνὸς τριάκονθ' ἡμέρας συνεχῶς ἀπογράφεσθαι, — καὶ αὖθις τοῦ μεταγειτνιῶνος μηνὸς ἀπὸ τῆς πρώτης ἡμέρας ἀρξαμένοις ἐξὸν αὐτοῖς ἀπογράφεσθαι — παρῆσαν καὶ τούτου τοῦ μηνὸς εἴκοσιν ἡμέρας. ὥστε αἱ σύμπασαι ἡμέραι ἐγένοντο αὐτοῖς πλέον ἢ πεντήκοντα ἐπὶ τούτου τοῦ βασιλέως.* Hecatombaeonem circa solstitium aestivum fuisse notat Aristoteles [c]): *θέρους περὶ τὸν ἑκατομβαιῶνα περὶ τροπὰς θερινάς.* Idem eum inter Scirophorionem et Metagitnionem interpositum fuisse ostendit: *περὶ τρεῖς μῆνας, σκιροφοριῶνα καὶ ἑκατομβαιῶνα καὶ μεταγειτνιῶνα* [d]). Hoc mense agebantur *Κρόνια: δωδεκάτῃ τὸν νόμον εἰςήνεγκεν — καὶ ταῦτ' ὄντων Κρονίων, καὶ διὰ τοῦτ' ἀφειμένης τῆς βουλῆς* [e]). Item: *Παναθήναια μεγάλα. Τιμοκράτης — τοῦ ἑκατομβαιῶνος μηνὸς δωδεκάτῃ τὸν νόμον εἰςήνεγκεν — διαπραξάμενος μετὰ τῶν ὑμῖν ἐπιβουλευόντων καθίζεσθαι νομοθέτας διὰ ψηφίσματος ἐπὶ τῇ τῶν Παναθηναίων προφάσει. βούλομαι δ' ὑμῖν τὸ ψήφισμα αὐτὸ ἀναγνῶναι τὸ νικῆσαν —* „*Ἐπὶ τῆς Πανδιονίδος πρώτης ἐνδεκάτῃ τῆς πρυτανείας, Ἐπικράτης εἶπεν, ὅπως ἂν τα ἱερὰ θύηται καὶ* „*ἡ διοίκησις ἱκανὴ γένηται καὶ εἴ τινος ἐνδεῖ πρὸς τὰ Παναθήναια διοικηθῇ, τοὺς πρυτάνεις καθίσαι* „*νομοθέτας αὔριον* [f])." Unde discimus Panathenaea post 12mum huius mensis diem acta esse: quo confirmatur quod Proclus tradit, *Panathenaea magna* 28o Hecatombaeonis die celebrata esse: *τὰ γὰρ μεγάλα (Παναθήναια) τοῦ ἑκατομβαιῶνος ἐγίνετο τρίτῃ ἀπιόντος* [ff]).

a) Bekkeri Anecd. Gr. p. 247, 1.
b) *περὶ τοῦ χορευτοῦ* p. 146, 16—30.
c) Hist. Anim. V, 9, 6.
d) Hist. Anim. V, 15, 1.
e) Demosth. Timocr. p. 708.
f) Demosth. Timocr. p 708 s. De Petiti et Corsini sententia, qui hoc loco minora Panathenaea dici statuerunt, ad Thargelionem mensem dicetur.
ff) Mirum est et Petitum et Dodwellum *tertium et vicesimum* diem mensis dici opinatos esse, (v. Corsin. Fastt. Att. t. II p. 359) quum ultimos decem dies Atticorum mensium retro numerando computari notissimum sit. Exemplum huius rationis, quam Potter. Archaeol. v. I p. 524 explicavit, proposuit Demosthenes Fals. Leg. p. 359: *εἰκάς. — ὑστέρα τοίνυν δεκάτη, ἐνάτη, ὀγδόη. — τῇ τετράδι φθίνοντος ἠκκλησιάζετε. — ὀγδόη τοίνυν, ἑβδόμη, ἕκτη, πέμπτη, τετράς.* Ulpian. ad loc. (p. 210 ed. Par.): *ἐκ τῆς πρώτης καὶ εἰκάδος ἐξ ὑποστροφῆς λέγοντες τὴν πρώτην εἰκάδα δεκάτην· καὶ τὴν δευτέραν εἰκάδα ἐνάτην· καὶ τὴν τρίτην εἰκάδα ὀγδόην· καὶ ὁμοίως οὕτως ἕως τῆς τριακάδος.* Proinde *δεκάτη φθίνοντος* est 21us; *ἐνάτη* 22us; *τετρὰς φθίνοντος* 27us; *τρίτη φθίνοντος s. ἀπιόντος* 28us mensis dies. Illustrat hanc computandi rationem Theod. Gaza de mensibus c. 15 p. 301 laudato Aristoph. Nub. 1129 (1131 Br.), quem locum explicat scholiastes a Gaza exscriptus. Ut Meursius et Dodwellus, ita etiam Wyttenbachius ad Plutarchi Mor. p. 372, a—e hunc locum neglexit, ubi haec annotat: *τῇ ὀγδόῃ φθίνοντος reddendum erat* „*vigesimo* „*octavo die mensis, non, ut nunc editum est, vigesimâ*

2. Metagitnion. *δεύτερος μὴν παρ' Ἀθηναίοις. — ἐν δὲ τούτῳ Ἀπόλλωνι Μεταγειτνίῳ θύουσιν· ὡς Λυσιμαχίδης ἐν τῷ περὶ τῶν Ἀθήνησι μηνῶν* g). *Μεταγειτνιών. μὴν Ἀθήνησι δεύτερος* h).

3. Boedromion. *μὴν Ἀθήνησίν ἐστιν ὁ τρίτος* i). Primos tres menses suo ordine recenset Demosthenes k): *ἑκατομβαιών, μεταγειτνιών, βοηδρομιών. τούτου τοῦ μηνὸς μετὰ τὰ μυστήρια, κ. τ. λ. Τὰ μεγάλα μυστήρια* sive *Ἐλευσίνια* quinto huius mensis die inceperunt, finita sunt 23°; et novem dierum fuerunt l).

4. Pyanepsion. *μὴν Ἀθήνησι τέταρτος* m). — *Πυανεψιών· μὴν Ἀθήνησι δ'* n). Haec testimonia confirmat Plutarchus o): *μεταγειτνιῶνος ἡ περὶ Κρανῶνα μάχη· — βοηδρομιῶνος δὲ παρῆλθεν ἡ φρουρά, πυανεψιῶνος δὲ Δημοσθένης ἀπέθανε.* Ex hoc loco Scaliger *Pyanepsionem Boedromione* posteriorem fuisse probavit. Atque ab Arriano Pyanepsionem quartum Attici anni mensem creditum esse intelligitur ex tempore quo ad Arbela pugnatum esse tradit: quam pugnam Pyanepsioni mensi assignat. Atqui ante eam sol defecit eamque defectionem in Boedromionem mensem incidisse novimus p). Item Pyanepsion quartus, Maemacterion quintus est in indice, quamquam manco, grammatici cuiusdam q): *μῆνες Ἀθηναίων οὗτοι· Ἑκατομβαιών, Μεταγειτνιών, Βοηδρομιών, Πυανεψιών, Μαιμακτηριών, Ποσειδεών, Γαμηλιών, Σκιροφοριών.* Eundem ordinem marmora vetera constituunt, non modo duo tituli ex Imperatorum aetate, a Sponio publicati, aliusque incerti temporis in Chandleri collectione r), sed etiam quartum monumentum quod Peloponnesiaci belli temporibus, certe ante 326
Euclidem archontem 403, conditum ab eodem Chandlero repertum est. Hoc titulo maxime constitui ordinem a Scaligero positum recte colligit Barthelemius s).

„*secundâ*." Imo reddendum erat *vigesimo tertio*. Huic Graecorum computandi rationi similis est Romanorum consuetudo *Calendas* et *Nonas* et *Idus* computandi.

g) Harpocrat. v. *Μεταγειτν.* V. Phot. Lex. v. *Μεταγειτν.* bis.

h) Bekkeri Anecd. Graec. p. 280, 26.

i) Bekker. p. 221, 30.

k) Olynth. III p. 29.

l) V. Corsin. Fast. Att. tom. II p. 378. et quem laudat Meursium.

m) Bekker. p. 297, 15.

n) Phot. Lex. v. *Πυανεψ.*

o) Demosth. c. 28.

p) V. tabb. 331, 2.

q) Apud Bekker. Anecd. Graec. p. 281, 16.

r) Sunt hi tres tituli: 1. Inscriptio Sponiana, apud Corsin. Fast. Att. t. II p. 171. Marm. Oxon. No. LIV, 1. [Boeckh. Corp. Inscr. I p. 374]

εἰκόνα τήνδε Ποθεῖνος ἐν εὐφήβοισι παλαίστραι[ς]
τεύξας, κοσμητοῦ θήκατο Νυμφοδότου,

ἐπὶ τῆς Γαΐου Ἰουλίου Κασίου Στειριέως ἀρχῆς· κοσμητὴς ἐφήβων Ὧλος Πόντιος Νυμφόδοτος Ἀζηνιεὺς καὶ ὑποκοσμητὰ Ὧλος Πόντιος Δημήτριος Ἀζηνιεὺς καὶ Χαρίτων Ἰατροκλέους Μελιτεύς· γυμνασίαρχοι καθὼς ἐγυμνασιάρχησαν Βοηδρομιῶνα Νυμφόδοτος Ἀζηνιεύς· Πυανοψιῶνα Δημήτριος Νυμφοδότου Ἀζηνιεύς· Μαιμακτηριῶνα Συμφέρων Συμφέροντος Ἀζηνιεύς· Ποσειδεῶνα α' Ἀντίοχος Μενάνδρου Μελιτεύς· Ποσειδεῶνα β'. Κλ. Νίκων Μαραθώνιος. — Ex hoc titulo discimus et *Pyanepsionem* hac aetate *Maemacterione* superiorem et lunares menses etiamtum Athenis in usu fuisse, quoniam intercalaris mensis, *Posideon alter*, memoratur. 2. Inscriptio Sponiana, apud Corsin. Tom. II p. 182 s. [apud Boeckh. p. 384] — *γυμνασίαρχοι Βοηδρομιῶνα Ἰούλιος Εὐφράνωρ Μαραθώνιος στρατηγός· Πυανοψιῶνα Δημήτριος Μάρκου Βησαιε. Μαιμακτηριῶνα Σύμμαχος Ἀριστοβούλου Μαραθώνιος· Ποσειδεῶνα Ἀρτέμων Μηνοδώρου . . . . τιος . . . .* In posteriore marmoris parte *Ἀδριανὶς* tribus memoratur, unde de aetate eius colligi potest. 3. Inscriptio inter Marmora Oxoniensia, No. XXI. ed. Chandler. [apud Boeckh. p. 482]: *Μεταγειτνιῶνος θεαῖς β'. . . .* [i. e. *Εὐμενίσι δευτέρᾳ ἱσταμένου*]. *τον τῆς Παντελείας πόπανον . . . . . φαλον, χοινικιαῖον, ι' ε', νηφάλιον, Βοηδρομιῶνος γ' ι',* [*τρίτῃ ἱσταμένου*] *Νέφθυϊ καὶ Ὀσίριδι ἀλεκτρυόνα. — Πυανεψιῶνος Ἀπόλλωνι καὶ Ἀρτέμιδι, ζ',* [conf. Harpocrat. v. *Πυανόψια. — Πυανεψιῶνος ἑβδόμῃ τὰ Πυανέψια Ἀπόλλωνι. —*] *π.πανον χ . . . . ικιαῖον ὀρθόνφαλον καὶ καθημεν . . δωδεκόνφαλον.* [conf. Moerid. v. *φθοῖς. — πέμμα πλατὺ ἔχον ὄμφαλον.* Clem. Protrept. p. 14, a: *πόπανα πολυόμφαλα.*] *Μαιμακτηριῶνος Διὶ Γεωργῷ, κ', πόπανον χοινικιαῖον ὀρθόνφαλον δωδεκόνφαλον ναστὸν χοινικιαῖον ἐπιπεπλασμένον πανκαρπίαν νηφάλιον. Ποσειδεῶνος η' ἱσταμένου, πόπανον χοινικιαῖον δωδεκόνφαλον καθημ . . . Ποσειδῶνι — κ. τ. λ.*

s) Dirimit rem Barthelemii argumentum, (Mem. de l'Acad. Royale des Inscr. t. XLVIII p. 399) qui: *Chandlerus*, inquit, *vestigiis quibusdam ductus Solonis legem de sacrificiis et victimis sibi deprehendere visus est. Verum in fragmento quod prodidit nihil amplius indagare licet nisi regulam quandam qua et Athenienses et aliae civitates tenerentur paribus et definitis temporum spatiis. Quorum prius interlunio Metagitnionis coeptum Metagitnionem complectebatur et usque ad decimum Pyanepsionis diem pertinebat, i. e. usque*

5. Maemacterion. Harpocratio [t]): ὁ πέμπτος μὴν παρ' Ἀθηναίοις. — ὠνόμαστται δὲ ἀπὸ Διὸς Μαιμάκτου. μαιμάκτης δ' ἐστὶν ὁ ἐνθουσιώδης καὶ ταρακτικός, ὡς φησι Λυσιμαχίδης ἐν τῷ περὶ τῶν Ἀθήνησι μηνῶν. ἀρχὴν δὲ λαμβάνοντος τοῦ χειμῶνος ἐν τούτῳ τῷ μηνὶ ὁ ἀὴρ ταράττεται καὶ μεταβολὴν ἴσχει. Repetunt Suidas [u]) et Photius [v]): qui alio loco de eadem re: *Μαιμακτηριών. καὶ οὗτος μὴν Ἀθήνησι ε'. ὠνομάσθη δὲ ἀπὸ τῆς μαιμάξεως τῆς περὶ τὴν ἄμπελον. κ. τ. λ.* Consentit alius grammaticus [x]): *Μαιμακτηριών. μὴν καὶ αὐτὸς* [*fortasse καὶ οὗτος*] *Ἀθήνησι, πέμπτος.* His testimoniis addenda sunt quae iam ad superiorem mensem excitavimus [y]).

Harpocrationis auctoritatem non curaverunt Petavius et Dodwellus, quia ipsorum rationi, qua Maemacterionem Pyanepsioni superiorem posuerunt, adversatur. Petavio [z]) Harpocratio videtur veterem lunarem annum cum solari suorum temporum, quumque Alexandrinus esset, *Atticos* et *Aegyptios* menses confudisse. Imperitiam ei vitio vertit Dodwellus [a]): *Nihilo peritior Harpocration anni*
327 *veteris Attici.* Bene Harpocrationem a Petavii criminationibus defendit Corsinus [b]), usquequaque eum de Atticis, non de Aegyptiis mensibus loqui docens; de Maemacterionis loco Lysimachidem excitasse; ac si Maemacterionem quintum mensem dixisset, quod Tybi apud Aegyptios quintus esset, simili ratione ductum Metagitnionem tertium, Posideonem septimum, Munychionem undecimum dicturum fuisse. Sed quum ita optime lexicographum defenderit, non satis sibi constans probare instituit vetustissimo ordine Maemacterionem *quartum*, Posideonem *quintum* Atticorum mensium fuisse, eumque ordinem certe usque ad Ol. 124 obtinuisse; postmodum mutatum esse, ut Maemacterion quintus mensis esset; eamque mutationem Hadriano regnante, quibus ipsis temporibus Harpocratio fuit, factam esse [c]). Itaque statuere iubemur Harpocrationem, quum veteres oratores illustraturus esset suaque ex priorum enarratorum scriptorumque libris duceret, non eo ordine qui quo tempore vixerunt quorum libris explicandis operam impenderet, sed eo qui sua aetate obtineret menses disposuisse; quumque de Demosthene, Isaeo, Aeschine, Lycurgo scriberet non ea ratione qua men-

---

ad prid. eius diei quo proprie Cereris Thesmophori festi dies celebrari coepti sunt: (*ΑΠΟ*) *ΜΕΤΑΓΕΙΤΝΙΩΝΟΣ ΜΕΝΟΣ ΑΠΟ ΑΡΧΟΜΕΝΙΑΣ ΚΑΙ ΤΟΝ ΒΟΕΔΡΟΜΙΟΝΑ ΚΑΙ ΤΟ ΠΥΑΝΟΨΙΟΝΟΣ ΜΕΧΡΙ ΔΕΚΑΤΕΣ ΗΙΣΤΑΜΕΝΟ. Metagitnion Attici anni secundus mensis erat, Boedromion tertius, Pyanepsion igitur quartus. Nam hic nisi deinceps sequutus esset, haud dubie interpositus mensis nominatus esset. Hoc altero quod in illo titulo memoratur spatio confirmatur. Incipit illud interlunio Gamelionis, septimi mensis, complectitur Anthesterionem, octavum mensem, et usque ad Gamelionis, noni mensis, diem decimum pertinet, i. e. usque ad prid. eius diei quo proprie Dionysia urbana coepta sunt:* *ΑΠΟ ΓΑΜΕΛΙΟΝΟΣ ΜΕΝΟΣ ΑΠΟ ΑΡΧΟΜΕΝΙΑΣ ΚΑΙ ΤΟΝ ΑΝΘΕΣΤΕΡΙΟΝΑ ΚΑΙ ΤΟ ΕΛΑΦΕΒΟΛΙΟΝΟΣ ΜΕΧΡΙ ΔΕΚΑΤΕΣ ΗΙΣΤΑΜΕΝΟ. Haec duo spatia duo menses et dimidium quisque continebant; et quemadmodum in altero temporis descriptio servata erat, ita in priore idem factum sit necesse est; quumque Elaphebolion Anthesterionem exceperit, Boedromioni Pyanepsionem proximum fuisse oportet.* Quum neque volumen quod excitavi nec princeps huius dissertationis exemplar (*Dissertation sur un ancienne inscription Grecque relative aux finances des Athéniens;* 1792) ad manus fuerit, quae hic excerpta dedi viri docti amicitiae accepta refero. [Inscriptio est apud Boeckh. p. 107. Rem copiose tractavit Buttmann. apud Ideler.: Ueber die astron. Beobacht. d. Alten p. 383. Cf. eiusdem Ideleri Handb. d. Chron. p. 276 ss. *Kr.*]

t) V. *Μαιμακτηριών.*

u) V. *Μαιμακτηριών.*

v) Lex. v. *Μαιμακτηριών.*

x) Apud Bekker. Anecd. Gr. p. 280, 27.

y) Quinto loco Maemacterionem assignat etiam Diodori (III, 47) testimonium, quo suam descriptionem tuetur Scaliger: *ἀπὸ μηνὸς ὃν καλοῦσιν Ἀθηναῖοι Μαιμακτηριῶνα τῶν ἑπτὰ τῶν κατὰ τὴν ἄρκτον ἀστέρων οὐδένα φασὶν ὁρᾶσθαι μέχρι τῆς πρώτης φυλακῆς· τῷ δὲ Ποσειδεῶνι μέχρι δευτέρας, καὶ κατὰ τοὺς ἑξῆς ἐκ τοῦ κατ' ὀλίγον πλωϊζομένοις.* Itaque Maemacterion Posideone proxime superior erat.

z) Doctr. temp. I, 10. IV, 8.

a) Diss. II p. 91.

b) Fastt. Att. II p. 405 s.

c) *Proxime post Traianum ipsum constantem illam mensium istorum sedem perturbatam esse, ut Pyanepsion in quartum, Maemacterion vicissim in quintum locum migraret, utriusque Sponiani Marmoris praesidio et Harpocrationis etiam auctoritate, qui extremis Hadriani temporibus atque ipsa certe Antonini Caesaris aetate floruit, manifestissime demonstratur.* t. II p. 407. Alio loco ubi de eadem re disputat (t. I p. 107 s.) mutationem paulo ante Hadriani regnum factam esse statuit.

ses horum oratorum in libris digesti ponerentur, sed nova quae Hadriano regnante facta esset descripsisse. Ceterum hic non Harpocrationis, sed Lysimachidis auctoritatem habemus: qui, ut videtur, Augusto regnante aut certe ante Ammonium [d]) et Traianum imperatorem fuit et de Atheniensium festis diebus et mensibus scripsit. *Σκίρα. ἑορτὴ παρ' Ἀθηναίοις, ἀφ' ἧς καὶ ὁ μὴν Σκιροφοριών. Φασὶ δὲ οἱ γράψαντες περί τε ἑορτῶν καὶ μηνῶν Ἀθήνησιν, ὧν ἐστι καὶ Λυσιμαχίδης, ὡς σκίρον, κ. τ. λ.* [e]). Perspicuum est igitur, si omnino mutatio facta est, ante Traiani regnum factam esse. Sed ut hanc rem mittamus, estne credibile hunc scriptorem in libro de mensibus et festis diebus Atheniensium ea novo ordine post Ol. 124 constituto, non eo qui antiquioribus temporibus fuit disposuisse [f])? Itaque in Lysimachidis libro et Harpocrationis lexico menses eo ordine qui oratorum aetate obtinuit descripti sunt; quem quum marmore ante Euclidis tempora inscripto confirmatum videamus Petavii et Dodwelli atque Corsini rationem reiicere non dubitamus.

Hi suam opinionem quattuor argumentis confirmaverunt. 1. Primum *Aristoteles* [g]) Maemacterionem his verbis memorat: *μετ' ἀρκτοῦρον περὶ τὸν βοηδρομιῶνα καὶ μαιμακτηριῶνα.— τὰ μὲν μεταβάλλει τοῦ βοηδρομιῶνος, τὰ δὲ τοῦ μαιμακτηριῶνος* [h]). Inde alterum mensem alteri subiectum fuisse coniecerunt. Sed ex his locis certi quidquam colligi non potest [hh]). 2. Deinde Corsinus [i]) Theophrasti testimonium advocat: *Id facile contra Scaligerum constitui posse putaverim, quod Mae-*328 *macterion usque ad Olymp.* 116, *qua Theophrastus scribebat, Boëdromioni proxime subiiciebatur: id enim perspicua Aristotelis ac Theophrasti loca a Petavio laudata demonstrant.* Sed Petavius certum argumentum ex Theophrasto non proposuit. Quos ille locos ex huius scriptoris libris excitavit, iis nihil inest quo aliquatenus Maemacterionis locus definiatur [k]). 2. Tum *Plutarchus* [l]) de Atheniensium Thesmophoriis similibusque Boeotorum solennibus loquens haec addit: *ἔστι δὲ ὁ μὴν οὗτος περὶ πλειάδα σπόριμος, ὃν Ἀθὺρ Αἰγύπτιοι, Πυανεψιῶνα δὲ Ἀθηναῖοι, Βοιωτοὶ δὲ Δαμάτριον καλοῦσιν.* Arguit Corsinus Pyanepsionem hic cum Athyr mense Aegyptiorum componi secundum fixum Aegyptiorum mensium ordinem post Actiacam pugnam constitutum; ac proinde usque ad Plutarchi aetatem hunc mensem quartum fuisse et Pyanepsionem quintum [m]). Sed huic argumentationi complura adversantur. Ac primum fixum fuisse Aegyptiorum annum qua mente hic dicitur non satis certum videtur. Profecto e Dione [n]) cognovimus placuisse ut is dies quo Augustus Alexandriam intrasset in posterum anni primus esset, idque confirmat marmoris testimonium, quo 145 A. D. Alexandriae *Thoth* mensem hoc die incepisse docetur; confirmat Theo 1112 N. A. 364 A. D. thoth mensem item certo hoc tempore incepisse [o]). Inde col-

---

d) Nam Ammonius v. *Θεωρός* Lysimachidem memorat: *Λυσιμαχίδης ἐν τῷ πρὸς Καικίλιον περὶ τῶν παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ἑορτῶν.* Sic enim legendum est ex ingeniosa Valckenarii coniectura ad Ammon. p. 95.

e) Harpocr. v. *Σκίρον.*

f) Vere Valckenar. ad Ammon. p. 95: *Fieri non poterat* inquit, *ut qui festos Atheniensium dies exponerent non simul mensium etiam haberent rationem.*

g) Hist. anim. VI, 26, 1.

h) Ib. VIII, 14, 4.

hh) Certe non ex posteriore. V. Buttm. l. l. p. 389. In priore idem Buttmannus p. 401 s. — *περὶ τὸν Βοηδρομιῶνα καὶ Πυανεψιῶνα καὶ Μαιμακτηριῶνα* legendum putat. *Kr.*

i) t. II p. 406.

k) Petavius respicit Theophr. Hist. Plant. III, 6. IV, 12. VII 1.

l) De Isid. et Osir. p. 378, e.

m) Corsin. Fast. Attic. tom. II p. 407. *Quintus Pyanepsioni locus in civilibus Atheniensium annis a Plutarcho, qui Traiani Caesaris aetate floruit, non obscure tribuitur. Siquidem Aegyptium Athyr cum Attico Pyanepsione ac Boeotorum Damatrio committit: ideoque, cum Plutarchus Scaligero ac Petavio teste non alios quam Actiacos ibi, vel fixos Aegyptiorum menses, expresserit, in quibus Thoth Romano Septembri adeoque Boëdromioni Attico respondebat, Phaophi mensis Maemacterioni, Athyr ipse Pyanepsioni coniungebatur.*

n) Dion. Cass. LI, 19. *ἐψηφίσαντο — τήν τε ἡμέραν ἐν ᾗ ἦ Ἀλεξάνδρεια ἑάλω* [Aug. 29 a. C. n. 30] *ἀγαθήν τε εἶναι καὶ ἐς τὰ ἔπειτα ἔτη ἀρχὴν τῆς ἀπαριθμήσεως αὐτῶν νομίζεσθαι.*

o) A. 145 A. D. Alexandrinorum Pachonis dies 11us Maii 6us fuit. Corsin. t. II p. 398: *Hunc novi fixique*

legerunt usque ab a 30 a. C. n., quo tempore Augustus Alexandriam ingressus est, civilem Aegyptiorum annum a certo die incepisse, Augusti 29mo p) atque vagi usum anni, qui quarto [quinto] quoque anno uno die deflexit apud solos astronomos mansisse q). Sed iam fuerunt qui aliis testimoniis vagum annum etiam post hanc Augusti aeram in usu fuisse docerent. Plinius Aegyptium mensem *Tybi* cum Decembri componit, et 6um *Mechir* mensis diem cum 13° Ianuarii. Itaque secundum Plinium primus *Thoth* mensis dies iam in Augusti 11mum incidit, qui *vagi Thoth* fuit a. 798 N. A. 50 A. D., quo tempore Plinius floruit r). Atque Aegyptium annum semper a *vago Thoth* incepisse memorat Censorinus s). Porphyrius Aegyptium annum Cancri signo incepisse statuit; ac proinde 266 A. D., quo tempore Porphyrius floruit primus vagi anni dies iam fuit Iunii 18us t). Veram huius difficultatis expediendae rationem Corsinus ipse ostendit u). Etenim fixus annus, qui 29mo Augusti die incepit erat civilis annus quo Alexandrini, non civilis quo Aegyptii utebantur. De *Alexandrinis* annis, non de *Aegyptiis*, loquuntur Theo et marmor. Illique fixi redditi sunt, hi vagi manserunt, ut superioribus temporibus fuerant. Iam quum Plutarchus loco laudato de *Aegyptio mense Athyr* loquatur, eum sicuti Plinium non *fixum Alexandrinorum*, sed *vagum Aegyptiorum* mensem dicere statuendum est, quem cum Atticorum Pya-

329

---

anni cardinem Scaliger Marmoris testmonio demonstravit: (*Gruter.* p. 214) *Τῷ πρὸ α' νωνῶν Μαΐων, ἥ ἐστιν κατὰ Ἀλεξανδρεῖς Παχὼν ια' Σέξτῳ Ἐρουκίῳ Κλάρῳ β'. Ἰνέῳ Κλανδίῳ Σεβήρῳ κως.* Proinde Thoth mensis 1mus dies Augusti 29mus fuit. Rursus 364 A. D. 24us dies *vagi Aegyptiorum Thoth* fuit 22us fixi Alexandrinorum Payni; et 6us *vagi Phamenoth* 29us *fixi Athyr:* Corsin. ibid.: *Id etiam ex Theonis testimonio deprehendisse videor. scriptor ille Lunae coniunctionem quae a. N. A.* 1112, A. D. 374 [imo 364] 24 *Thoth Aegyptii die contigerat, in* 22 *Payni Alexandrini diem incidisse docet: Lunaeque oppositionem, quae in* 6 *Phamenoth Aegyptii diem inciderat,* 29 *Athyr Alexandrini die contigisse.* Sequitur ut *Alexandrinus Thoth* Augusti die 29mo inceperit.

Lecturis haud ingratum spero me facturum esse, si Aegyptiorum mensium indicem subiecero.

	Dies.	
1. *Thoth*	30.	
2. *Phaophi*	30.	60.
3. *Athyr*	30.	90.
4. *Choeac*	30.	120.
5. *Tybi*	30.	150.
6. *Mechir*	30.	180.
7. *Phamenoth*	30.	210.
8. *Pharmuthi*	30.	240.
9. *Pachon*	30.	270.
10. *Payni*	30.	300.
11. *Epiphi*	30.	330.
12. *Mesorë*	30.	360.
ἡμέραι ἐπαγόμεναι	5.	
	365.	

p) In intercalaribus annis Augusti 30mo.

q) *Vagi anni usus apud solos astronomos remansit.* Corsin. tom. II p. 396.

r) Hist. Nat. VI, 23: *Ex India renavigant mense Aegyptio Tybi incipiente, nostro Decembri; aut utique Mechiris Aegyptii intra diem sextum, quod fit intra Idus Ianuarias nostras.* Ex Plinii computationibus Aegyptii anni haec tempora ponuntur:

1. *Thoth* . . . . August. 11.
2. *Phaophi* . . . Septemb. 10.
3. *Athyr* . . . . Octob. 10.
4. *Choeac* . . . . Novemb. 9.
5. *Tybi* . . . . Decemb. 9.
6. *Mechir* . . . Ianuar. 8.

s) De Die Nat. c. 21: *Horum initia semper a primo die mensis eius sumuntur, cui apud Aegyptios nomen est Thoth: quique hoc anno* [A. D. 238] *fuit ante diem 7 Kal. Iul. cum abhinc annos centum, Imperatore Antonino Pio II et Bruttio Praesente Coss. iidem dies fuerint ante diem 12 Kal. August.*

t) Haec argumenta sunt Scipionis Maffei: (cf. Corsin. t. II p. 396) quocum consentit Reimarus ad Dion. LI, 19. t. I p. 650.

u) Fast. Att. tom. II p. 399: *Quandoquidem Theon, ubi de Payni et Athyr disserit, menses illos non Aegyptios sed Alexandrinos appellat, ipsosque cum Thoth et Phamenoth comparat, quos Aegyptios esse testatur; in Marmore Pachon non Aegyptius, sed Alexandrinus solum vocatur; Censorinus denique non de astronomicis, sed de civilibus potius ac popularibus annis locutus videtur; suspicari iam subit quod Aegyptii menses illi non astronomici solum, sed, Alexandrinorum instar, civiles etiam ac populares esse debuerint: ut proinde civilis Aegyptiorum annus a civilibus Alexandrinorum annis distingui debeat; ut hi quidem a fixo Thoth ducerentur, illi vero retrogradum Thoth iuxta veterem anni formam constantissime conservarint.*

nepsione, Boeotorum Damatrio comparaverit. Quumque Plutarchi aetate tertius mensis Athyr 28o Septembris die inceperit, sequitur ut Pyanepsion, quocum comparatur, Atticorum fastorum quartus fuerit v). Addas licet fieri non posse ut hi Atticorum menses ante Traiani et Plutarchi tempora330

v) A. 845 N. A. $9\frac{3}{8}$ D. A. primus Traiani annus, quo tempore Plutarchus floruit, Aegyptiorum mensium cum Atticis comparatorum ordo hic fuit.

1. *Thoth.* Iulii 30. 2. *Metagitnion* [Aug. 10.]
2. *Phaophi* Aug. 29. 3. *Boëdromion* [Sept. 8.]
3. *Athyr* Sept. 28. 4. *Pyanepsion* [Oct. 8.]

De fixo mensium ordine cum Corsino consentire videtur Wyttenbachius. Cf. eius annott. ad Plutarch. p. 356, c. 362, f. 365, f. 366, f. 368, c. 377, b cum annot. ad 378, e. Fixum ordinem etiam Dodwellus intellexit Diss. II p. 91. Sed reliqui loci huius libri, quibus Plutarchus Aegyptiorum menses memorat fixum ordinem non probant propterea quod, si omnino hi loci, quibus antiqui ritus et caerimoniae notantur, fixum ordinem significarent, eum antiquissimis temporibus obtinuisse significarent necesse esset: id quod nemodum unquam animum induxit. Ordo mensium plerumque cum vago anno Plutarchi temporum congruit. Plutarch. 39 p. 366, d: *μηνὸς Ἀθὺρ ἀφανισθῆναι τὸν Ὄσιριν λέγουσιν, ὅτε τῶν ἐτησίων ἀπολειπόντων παντάπασιν ὁ μὲν Νεῖλος ὑπονοστεῖ, γυμνοῦται δὲ ἡ χώρα· μηκυνομένης δὲ τῆς νυκτὸς αὔξεται τὸ σκότος· — οἱ (δὲ) ἱερεῖς ἄλλα τε δρῶσι σκυθρωπὰ καὶ βοῦν διάχρυσον δεικνύουσιν — ἐπὶ τέσσαρας ἡμέρας ἀπὸ τῆς ἑβδόμης ἐπὶ δέκα ἐξῆς·* Nilus crescere incipit solstitio aestivo. Herod. II, 19: *κατέρχεται μὲν ὁ Νεῖλος πληθύων ἀπὸ τροπέων τῶν θερινέων ἀρξάμενος ἐπὶ ἑκατὸν ἡμέρας.* Strabo XVII p. 789: *πλείους ἢ τετταράκοντα ἡμέρας τοῦ θέρους διαμεῖναι τὸ ὕδωρ ἔπειθ' ὑπόβασιν λαμβάνει καθ' ὀλίγον καθάπερ καὶ τὴν αὔξησιν ἔσχεν, ἐν ἑξήκοντα δὲ ἡμέραις τελέως γυμνοῦται καὶ ἀναψύχεται τὸ πεδίον. ὅσῳ δὲ θᾶττον ἡ ἀνάψυξις, τόσῳ δὴ θᾶττον ὁ ἀροτὸς καὶ ὁ σπόρος.* Qui centum dies a 24o Iunii die computati Octobris 2o exeunt atque Athyr mensis 17mus Octobris fuit 14mus primo Traiani anno. Plutarch. 13 p. 356, d: *ταῦτα πραχθῆναι* [Osiridem sublatum esse] *λέγουσιν ἑβδόμῃ ἐπὶ δέκα μηνὸς Ἀθύρ, ἐν ᾧ τὸν σκορπίον ὁ ἥλιος διέξεισιν, ὄγδοον ἔτος καὶ εἰκοστὸν ἐκεῖνο βασιλεύοντος Ὀσίριδος.* Non est quod verbum *διέξειοιν* urgeatur, quasi totum tempus quo sol *scorpionem* transit mense *Athyr* comprehendatur: Plutarchus nonnisi hoc dicit, solem mense scorpionem ingredi. Hac sententia *παροδεύειν* dixit p. 670, c: *Νεῖλος ἐπάγει νέον ὕδωρ ταῖς Αἰγυπτίων ἀρούραις ἡλίου τὸν λέοντα παροδεύοντος.* quo verbo sol tantum significatur *leonem ingredi*, ut ex p. 366, a perspicitur: *πλημμυρεῖ Νεῖλος „ἡλίου τὰ πρῶτα συνερχομένου λέοντι.“* Sed quum sol Iunii die 18o cancrum ingrediatur (Ovid. Fastt. VI, 725—727) et *leonem* Iulii 18to (Plin. H. N. II, 47) *scorpionem* circiter Octobris 19mo ingreditur, mensis Athyr 22o, si *Athyr* Septembris 28o incepit. p. 368, c: *τῇ νουμηνίᾳ τοῦ φαμενὼθ μηνὸς ἑορτὴν ἄγουσιν, ἔμβασιν Ὀσίριδος εἰς τὴν σελήνην ὀνομάζοντες, ἔαρος ἀρχὴν οὖσαν.* Interlunium mensis Phamenoth Aegyptii videntur veris initium posuisse, ut Atticorum Anthesterionem, cui ille Plutarchi aetate respondebat, posuerunt Athenienses *διὰ τὸ πλεῖστα τῶν ἐκ τῆς γῆς ἀνθεῖν τότε*, et Romani Februarii 8um (Plin. H.N. II, 47) vel 9um (Ovid. Fastt. II, 149) *veris initium* statuerunt. Hi loci congruunt cum Aegyptii anni initio Traiano imperium obtinente posito. Prius tempus respiciunt hi loci. p. 372, b: *τῇ ὀγδόῃ φθίνοντος τοῦ φαωφὶ Βακτηρίας ἡλίου γενέθλιον ἄγουσι μετὰ φθινοπωρινὴν ἰσημερίαν.* Si auctumnale aequinoctium, quod in 25um diem Septembris incidit, 23o die mensis *Phaophi* celebratum est, huius 23us dies fuit Septembris 26us, atque 1us mensis *Athyr* Octobris 4us, 1us mensis *Thoth* Augusti 5us. Ita res habuit Plutarcho puero 820 N. A. 72 D. A., septem et sexaginta annis ante observationem Ptolemaei *Μεγ. συντάξ.* p. 62, qui auctumnale aequinoctium a. 887 N. A. in 9um diem mensis *Athyr* incidisse vidit. Plutarchus p. 372, c tradit: *ἔτι δὲ τὴν βοῦν ὑπὸ τροπὰς χειμερινὰς ἑπτάκις περὶ τὸν ναὸν περιφέρουσιν — ὅτι τὴν ἀπὸ τροπῶν χειμερινῶν ἐπὶ τροπὰς θερινὰς πάροδον ἑβδόμῳ μηνὶ συμπεραίνει.* Ad hunc locum Wyttenbachius: *Quod hic*, inquit, *reditus septimo mense confici perhibetur, movet suspicionem lunares menses significari, nisi Plutarchus pro sexto septimum posuit, quia tunc consummatum opus est τῆς παρόδου.* Sed hic nihil difficultatis est. Nam Plutarchi aetate bruma in finem mensis Tybi, solstitium aestivum in finem mensis *Epiphi*, septimi a *Tybi*, incidit. Sed quamquam haec omnia Plutarchi aetate vagum annum fuisse consentiunt, tamen probabile est tempestates quibus Aegyptiorum menses respondebant easdem fuisse quibuscum quo tempore solemnia instituta sunt congruebant: id quod alii loci confirmant. p. 367, e: *ἑβδόμῃ ἐπὶ δέκα* [mensis *Athyr*] *τὴν Ὀσίριδος γενέσθαι τελευτὴν Αἰγύπτιοι μυθολογοῦσιν, ἐν ᾗ μάλιστα γίνεται πληρουμένη κατάδηλος ἡ πανσέληνος.* p. 372, b: *τῇ τριακάδι τοῦ ἐπιφὶ μηνὸς ἑορτάζουσιν Ὀφθαλμῶν Ὧρον γενέθλιον, ὅτε σελήνη καὶ ἥλιος ἐπὶ μιᾶς εὐθείας γεγόνασιν.* Quum civiles menses 30 dierum cum lunae cursu non congruerent, perspicuum est neque 17um diem mensis *Athyr* semper in plenilunium neque 30um diem mensis *Epiphi* semper in interlunium incidere potuisse. Itaque probabile est has congruentias, quae quidem ambae eodem anno fieri non potuerunt, locum habuisse quo tempore sacra instituta sunt atque postmodum usque ad Plutarchi aetatem in annua celebratione commemoratas fuisse. Alia vetera solennia ex Plutarchi expositione certam sedem habuerunt, haud dubie ab origine ita positam. c. 65 p. 377, b: *λέγεσθαι τὴν Ἶσιν αἰσθομένην ὅτι κύει περιάψασθαι φυλακτήριον ἕκτῃ μηνὸς ἱσταμένου φαωφί. τίκτεσθαι δὲ Ἁρποκράτην περὶ τροπὰς χειμερινάς.* c. 68 p. 378, b: *τῇ ἐνάτῃ*

permutati sint, quia Maemacterion iam Lysimachidis aetate quintus mensis erat. 4. Denique quod
331 gravissimum est, ex observatione 283 a. C. n. a Timocharide facta ab 8o Anthesterionis die usque ad 25um Pyanepsionis 283 dies numeratos esse et 25um Pyanepsionis diem Novembris 8um fuisse apparet [x]). Unde sequitur ut Maemacterion his temporibus quartus Attici anni mensis fuerit. *Τιμόχαρις μὲν ἀναγράφει τηρήσας ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ταῦτα· διότι τῷ μζ΄ ἔτει τῆς πρώτης κατὰ Κάλιππον ἐξκαιεβδομηκονταετηρίδος, τῇ η΄ τοῦ ἀνθεστηριῶνος, κατ' Αἰγυπτίους δὲ τῇ κθ΄ τοῦ Ἀθύρ — καὶ ἔστιν ὁ χρόνος κατὰ τὸ νξέ΄ ἔτος ἀπὸ Ναβονασάρου.* [29 Ian. d. 283 a. C. n.] *— καὶ ἐν τῷ μή΄ δὲ ἔτει τῆς αὐτῆς περιόδου φησὶν ὁμοίως, ὅτι τοῦ μὲν πυανεψιῶνος τῇ ς΄ φθίνοντος, τοῦ δὲ θὼθ τῇ ζ — καὶ ἔστιν ὁ χρόνος κατὰ τὸ νξς΄ ἔτος Ναβονασάρου* [y]). [8 Nov. d. 283 a. C. n.] Summa 283 dierum ab 8o Anshesterionis die ad 25um Pyanepsionis, nisi octo Atticos menses interpositos computes, confici non potest: qua ratione Pyanepsionem *quintum* fuisse efficitur. Hanc difficultatem ingenue confitetur Barthelemius [z]), qui de ea haec disputat. *Non impugno Dodwelli computationem; restat tamen aliquid dubitationis. Quum Hipparchus et Ptolemaeus Timocharidis observationes non accuratas et negligenter factas fuisse testentur, nonne fieri potuit ut eadem negligentia Pyanepsionem pro Maemacterione poneret? Cuius negligentiae si quis ipsum Timocharidem insimulare dubitet, nonne librarios qui ipsius aut Ptolemaei libros descripserunt arguere liceat? Hanc ego rei expediendae rationem, quo haud dubie abuti licet, non admisissem, nisi Scaligeri sententia, quae hoc argumento prorsus everteretur, certissimis rationibus niti videretur.* In probabili hoc iudicio acquiescamus licet statuamusque Timocharidis rationem aut falsam aut corruptam esse.

6. Posideon. *ὁ ἕκτος μὴν παρ' Ἀθηναίοις οὕτω καλεῖται* [a]). *Ποσειδεών· μὴν Ἀθήνησιν ἕκτος* [b]). Tempestatem mensis notavit Aristoteles [c]): *περὶ τὸν ποσειδεῶνα ἀπὸ τροπῶν.* Posideone, quo mense dies brevissimi essent, *κλεψύδρας* partes emetiebantur. Harpocratio: *διαμεμετρημένη ἡμέρα· μέτρον τι ὕδατός ἐστι πρὸς μεμετρημένον ἡμέρας διάστημα ῥέον· ἐμετρεῖτο δὲ τῷ ποσειδεῶνι μηνί· πρὸς δὴ τοῦτο ἠγωνίζοντο οἱ μέγιστοι καὶ περὶ τῶν μεγίστων ἀγῶνες. διενέμετο δὲ εἰς τρία μέρη τὸ ὕδωρ· τὸ μὲν τῷ διώκοντι· τὸ δὲ τῷ φεύγοντι· τὸ τρίτον τοῖς δικάζουσιν.* Brevem diem circa brumam eligebant eo consilio ut tres partes in quas *κλεψύδραν* dividebant commode quovis alio anni die quo causae agerentur continerentur: *Clepsydrae mensura, ut par sibi per totum annum respondere posset — proinde erat a die brevissimo capienda* [d]). Ab huius loci sententia aberravit Corsinus [e]) eumque falsa ratione adhibuit.

ἐπὶ δέκα τοῦ πρώτου μηνὸς ἑορτάζοντες τῷ Ἑρμῇ μέλι καὶ σῦκον ἐσθίουσιν. Ibid.: *ἐν δὲ τῷ μεσορὴ μηνὶ τῶν χεδροπῶν ἐπιφέροντες λέγουσιν „γλῶσσα τύχη, γλῶσσα δαίμων."* Itaque annua Osiridis sacrorum mense Athyr celebratio respecto Nili decremento et solis in scorpionem ingressione haec sacra circiter 1500 annis ante Plutarchi tempora instituta esse probat. Si haec sacra instituta sint quo tempore primus dies mensis Athyr fuit Octobris 4us, ut fuit a. 72 A. D., celebrata sunt 1388 a. C. n., quoniam 1460 annorum spatio vagi Aegyptiorum anni initium integris 365 diebus retro cecidit mensesque ad eundem Iulianorum fastorum locum redierunt. Sed in fine huius spatii solstitia et aequinoctia undecim diebus et quod excurrit prius fuerint, ut auctumnale aequinoctium hoc aerae Christianae tempore in 6um Octobris diem inciderit. Itaque sequitur ut, si 23us mensis *Phaophi* post aequinoctium fuerit, in Octobris 7um, non in Septembris 26um diem inciderit, ac proinde 1mus dies mensis Athyr Octobris 15mus fuerit. Hoc factum est 44 annis ante 1388 a. C. n. et circiter 1504 annis ante 72 a. C. n.

x) V. Dodwelli Diss. II p. 69. Corsin. t. II p. 406.

y) Ptolem. *Μεγ. συντ.* VII, 3 p. 169 s. Nabonassaris aerae annus 465 incipit Novembris die 1mo vel potius $\frac{2}{3}$mo a. 284 a. C. n., ut 29us dies mensis *Athyr*, anni 89us in 29um Ianuarii diem anni 283 a. C. n. inciderit. Annus 466 quum Nov. $\frac{2}{3}$ die 283 a. C. n. inceperit, mensis *Thoth* 7mus, Pyanepsionis 25us dies in Novembris 8um incidit.

z) *Dissertation sur une ancienne inscription Grecque* etc. p. 92. Mem. de l'Acad. t. XLVIII p. 397.

a) Harpocrat. in v. exscriptus a Photio in v.

b) Bekker. Anecd. Gr. p. 297, 16.

c) Hist. Anim. V, 9, 2.

d) Dodw. Diss. II p. 102.

e) V. supra c. I p. 198.

7. Gamelion. *μὴν Ἀθηναίων ἕβδομος* [f]). Tempestatem mensis memorat Aristoteles [g]): *μηνὸς γαμηλιῶνος περὶ τροπὰς ὄντος τοῦ ἡλίου χειμερινάς.* Item Theophrastus [h]): *μεθ' ἥλιον τροπὰς τοῦ γαμηλιῶνος μηνός.*

8. Anthesterion. *ὄγδοος μὴν οὗτος παρ' Ἀθηναίοις, ἱερὸς Διονύσου. Ἴστρος δὲ ἐν τοῖς τῆς συναγωγῆς κεκλῆσθαί φησιν αὐτὸν διὰ τὸ πλεῖστα τῶν ἐκ τῆς γῆς ἀνθεῖν τότε* [i]). Antiquitus *Ληναιών*[332] dictus: *Ληναιών, καὶ τοὺς λοιποὺς Ἀττικοὺς μῆνας* [k]). *Anthesteria* sive *Lenaea* diebus 11mo, 12mo, 13mo huius mensis celebrabantur:

Ἀνθεστήρια sive *Λήναια.*
11. *Πιθοιγία* [l]).
12. *Χόες* [m]).
13. *Χύτροι* [n]).

9. Elaphebolion. Hoc mense ab 8o ad 18mum diem celebrata sunt *τὰ μεγάλα Διονύσια* sive *Διονύσια τὰ ἐν ἄστει* [o]). Unde tempestatem *Elaphebolionis* discimus. Haec enim erant *ἧρος Διονύσια* [p]). — *ἅμα ἦρι ἐκ Διονυσίων εὐθὺς τῶν ἀστικῶν* [q]). Locum *Elaphebolionis* notavit Lysias [r]) tertium mensem ante *Thargelionem* dicens: *καταστὰς χορηγὸς τραγῳδοῖς — καὶ τρίτῳ μηνὶ Θαργηλίοις νικήσας. Thargelia Thargelione* celebrabantur [s]); *τραγῳδοὶ Elaphebolione* agebant; atque ex hoc testimonio unum mensem Atticum intercessisse perspicuum est. Errat igitur grammaticus [t]) qui Elaphebolionem quintum mensem fuisse tradit

10. Munychion. Harpocratio [u]): *ὁ δέκατος μὴν παρ' Ἀθηναίοις οὕτω καλεῖται. ἐν δὲ τούτῳ τῷ μηνὶ Ἀρτέμιδι θύεται Μουνυχίᾳ.* Photius [v]): *Μουνυχιών. καὶ οὗτος μὴν Ἀθήνησι, δέκατος. ὠνομάσθη δὲ ἀπὸ τῆς ἐν Μουνυχίᾳ Ἀρτέμιδος, ἥρωός τινος καθιερώσαντος αὐτὴν ἐπὶ τῷ τοῦ Πειραιῶς ἀκρωτηρίῳ, ἐν τῷ μηνὶ τούτῳ.* Hunc relicuosque menses suo ordine posuit Aristoteles [w]): *τρισὶ μησί, μουνυχιῶνι, θαργηλιῶνι, σκιροφοριῶνι,* quibus Plinius [x]) Romanos menses substituit: *tribus mensibus, Aprili, Maio, Iunio.*

11. Thargelion. *μὴν Ἀθήνησιν ια'* [y]). — *μὴν Ἀθήνησιν ἐνδέκατος* [z]). Thargelionis diem 23um ante solstitium aestivum 17um fuisse testatur Dionysius [a]) atque ab hoc Thargelionis die ad finem Attici anni septem et triginta dies computat. *Ἴλιον ἥλω τελευτῶντος ἤδη τοῦ θέρους, ἑπτακαίδεκα πρότερον ἡμέραις τῆς θερινῆς τροπῆς, ὀγδόῃ φθίνοντος μηνὸς θαργηλιῶνος, ὡς Ἀθηναῖοι τὸν χρόνους*

---

f) Bekkeri Anecd. Gr. I p. 228, 26.

g) Meteorol. I, 6 p. 535, d.

h) Hist. Plant. VII, 1, 2.

i) Harpocrat. v. *Ἀνθεστηριών.* Eadem traduntur in Bekk. Anecd. Gr. p. 403, 32 et apud Suid. in v., nisi quod Istri nomen omissum est.

k) Eustath. ad Homer. p. 138, 11. V. Ruhnken. ad Hesych. t. I p. 1000.

l) Plutarch. Symp. III, 7 p. 655, e.

m) Harpocr. v. *Χόες.* Hesych. v. *δωδεκάτη.* Cf. Phot. Lex. v. *μιαρὰ ἡμέρα.*

n) Harpocrat. v. *Χύτροι.* Schol. Aristoph. Acharn. 960. 1075. Haec testimonia simpliciter indico: quod sufficit, quum Ruhnkenius quaestionem de Anthesteriis ita profligaverit ut neque dubitationis neque controversiae quidquam supersit. [Eandem rem pertractavit Boeckhius: Vom Unterschiede der Attischen Lenäen, Anthesterien u. ländlichen Dionysien, in Abhandl. d. hist. phil. Kl. d. k. Pr. Ak. d. Wiss. 1817 p. 47—124. Hic docet Lenaea et ab Anthesteriis et a Dionysiis *τοῖς ἐν ἀγροῖς* diversa fuisse, atque Lenaeone mense celebrata esse, quem Gamelioni respondisse. *Kr.*]

o) Cf. Aeschin. Fals. leg. p. 36. Ctes. p. 63 et consule quem iam laudavi Ruhnken. ad Hesych. t. I p. 1000.

p) Max. Tyr. Diss. III p. 46 Reisk.

q) Thuc. V, 20.

r) *Ἀπολογία δωροδ.* p. 161, 36.

s) Harpocr. v. *Θαργήλια.*

t) Bekkeri Anecd. Gr. p. 249, 7: *Ἐλαφηβολιών· μὴν Ἀθήνησι πέμπτος.*

u) In voce.

v) In Lexico v. *Μουνυχιών.* Repetit etiam Harpocrationis locum: *Μουνυχιών, ὁ δέκατος μὴν παρ' Ἀθηναίοις κ. τ. λ.* Sequitur Suidas: *Μουνυχιών, ὁ δεύτερος* [*leg. cum Küstero ὁ δέκατος*] *μὴν κ. τ. λ.*

w) Hist. Anim. V, 9, 6.

x) H. N. IX, 51 [74].

y) Phot. Lex. v. *Θαργηλιών.*

z) Bekkeri Anecd. Gr. p. 263, 27.

a) Antiq. I p. 158.

ἄγουσι. περιτταὶ δὲ ἦσαν αἱ τὸν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον ἐκπληροῦσαι μετὰ τὴν τροπὴν, εἴκοσι ἡμέραι. Perspicuum est Dionysium haec ex ea Attici anni forma quae sua aetate in usu esset computasse. Ex iis quos posuit numeris sequitur ut 1us *Thargelionis* dies quadraginta, 1us *Scirophorionis* decem diebus ante solstitium aestivum fuerit; 1us *Hecatombaeonis* in unum et quadragesimum diem post illud inciderit.

Hoc mense secundum Meursium *Panathenaea minora* celebrabantur. Huic adversati Petitus et Corsinus [aa]) ea Hecatombaeoni adscripserunt. Meursii argumenta ita exposuit refutavitque Petitus [b]): *Meursius Panathen. c.* 6 *censet celebrata esse vere: Panathenaeis enim aperiri mare. Aristot. Anim. Generat. I*, 18: ἐκ τῶν Παναθηναίων ὁ πλοῦς. *Ergo ista Panathenaea vere.* — *Maiora autem Hecatombaeone: restat igitur ut Minora sint. Addit Minora haec Panathenaea fuisse celebrata postridie Bendidiorum*, 20 *Thargelionis. Proclus commentario in Timaeum Platonis p.* 9: δῆλοι δὲ ἐκ τούτων εἰσὶ καὶ οἱ χρόνοι τῶν διαλόγων τῆς τε πολιτείας καὶ τοῦ Τιμαίου, εἴπερ ἡ μὲν ἐν τοῖς Βενδιδείοις ὑπόκειται τοῖς ἐν Πειραιεῖ δρωμένοις, ὁ δὲ ἐν τῇ ἑξῆς τῶν Βενδιδείων. ὅτι γὰρ τὰ ἐν Πειραιεῖ Βενδίδεια τῇ ἐνάτῃ ἐπὶ δέκα τοῦ Θαργηλιῶνος, ὁμολογοῦσιν οἱ περὶ τῶν ἑορτῶν γράψαντες. ὥστε ὁ Τίμαιος ὑποκέοιτο ἂν τῇ εἰκάδι τοῦ αὐτοῦ μηνός. εἰ δέ, ὡς ἑξῆς ῥηθήσεται, καὶ Παναθηναίων ὄντων ὑπόκειται, δῆλον ὅτι τὰ μικρὰ ἦν ταῦτα Παναθήναια. τὰ γὰρ μεγάλα τοῦ ἑκατομβαιῶνος ἐγίνετο τρίτῃ ἀπιόντος, ὡς καὶ τοῦτο τοῖς ἔμπροσθεν ἱστόρηται. *Rursus idem Proclus p.* 27: ὅτι γε μὴν τὰ Παναθήναια τοῖς Βενδιδείος εἵπετο λέγουσιν οἱ ὑπομνηματισταί, καὶ Ἀριστοτέλης ὁ Ῥόδιος ἱστορεῖ τὰ μὲν ἐν Πειραιεῖ Βενδίδεια τῇ εἰκάδι τοῦ θαργηλιῶνος ἐπιτελεῖσθαι, ἕπεσθαι δὲ τὰς περὶ τὴν Ἀθηνᾶν ἑορτάς. *Iterum commentario in Politeiam p.* 353: τὰ δὲ Παναθήναια καὶ ταῦτα μικρὰ λέγων τοῖς Βενδιδείοις ἑπόμενα τὴν Ἀθηνᾶν εἶχε τῆς ἑορτῆς πρόφασιν. — *Tertium argumentum est ex eo quod postridie Bendidiorum lampade certatum est. Plat. Rep. I initio. Ego vero nullus dubito Panathenaea minora eodem tempore celebrata fuisse quo Maiora.* 1. *Lampadis certamen, de quo Plato, fiebat in honorem Dianae, non autem Minervae.* 2. *Proclo imposuit Aristoteles Rhodius: non enim intelligit Arist. Rhod. Panathenaea, sed potius* Καλλυντήρια καὶ Πλυντήρια. 3. *Maioris momenti ad firmandam Meursii sententiam est Aristot. Gen. Anim. locus: sed non intelligendus est quasi tunc primum a Panathenaeis maria aperirentur; hoc enim falsum est; nam Elaphebolione aperiebantur. Theophrast. Char.* 4 [3]. 4. *Probat minora et maiora eodem tempore celebrata fuisse, quod in minoribus eadem agebantur quae in maioribus, si excipias peplum.* 5. *Timocrates legem scripsit apud Demosth.* 12 *Hecatombaeonis, eodem autem anno accusatus est quo legem scripsit, quia adhuc ὑπένθυνος erat. Igitur Panathenaea celebrata sunt Olymp.* 106, 4. *Igitur minora Hecatombaeone.* Haec omnia Corsinus [c]) ei assentitur.

Procli auctoritatem Petitus festinantius reiicit. Si verum sit Platonem [d]) *lampadem* memorantem Dianae potius quam Minervae solenne dicere, tamen non sequatur ut Proclus *Panathenaea minora*

---

aa) Cui assentitur Boeckh. Staatshaushalt d. Athen. II 167. Cf. Corp. Inscr. I p. 117 s. *Kr.*

b) Legg. Att. p. 87—92 ed. Wess. Contraxi eius verba propositis duntaxat quae ad rem pertinerent.

c) Fast. Att. tom. II p. 357: *Minora quidem Panathenaea singulis annis redire solebant: id vero* 20 *Thargelionis die contigisse Meursius existimavit, quod Proclus testetur Bendidia ac Panathenaea* περὶ τὸν αὐτὸν χρόνον *celebrari, atque dixerit Bendidia* 19 *Thargelionis die instaurari;* ἕπεσθαι δὲ τὰς περὶ τὴν Ἀθηνᾶν ἑορτάς. *Itaque concludit Meursius, cum Bendidia* 19 *Thargelionis die agerentur Panathenaea minora sequenti adeoque* 20 *Thargelionis diei adscribi debent. At insignem hunc Procli et Meursii errorem perspicue confutavit Petitus, simulque ostendit Platonis verba* λαμπὰς ἔσται — *non de Pallade et Panathenaeis, cum Proclo et Meursio, sed de Diana Bendidiisque festis intelligenda fore; ideoque Panathenaea prorsus immerito Bendidiis adiungi. Illud etiam Petitus observavit, Ol.* 106, 4. 12 *Hecatombaeonis die, qua Timocrates legem a Demosthene impugnatam edidit, Panathenaea festa nondum peracta esse. Ergo, cum certissime minora illa fuerint, minora ipsa, maiorum instar, Hecatombaeoni concedi debent.* Eandem opinionem amplectitur Biagius de Decretis Athen. p. 201: *Panathenaea maiora ac minora eodem ipso mense (Hecatomb.) celebrabantur.*

d) Rep. I p. 328, a: ἆρά γε οὐδ' ἴστε ὅτι λαμπὰς ἔσται ἀφ' ἵππων τῇ θεῷ;

post Bendidia fuisse affirmans erraverit. Affirmat enim alio testimonio ductus. Neque erat quod eius explicatio Aristotelis Rhodii in dubium vocaretur. Proclus enim, qui locum scriptoris *περὶ ἑορτῶν* vidisset, rectius quam Petitus eius sententiam iudicare poterat. Neque vero Proclus unum 334
Aristotelem, sed etiam alios scriptores laudat: *ὅτι γε μὴν τὰ Παναθήναια τοῖς Βενδιδείοις εἵπετο λέγουσιν οἱ ὑπομνηματισταί.* Explicatius Procli testimonium proponitur in scholiis a Ruhnkenio [e]) editis: *ἑορτὴν ἐνταῦθα τὴν τῶν μικρῶν Παναθηναίων φησίν. ἦν γὰρ καὶ μεγάλα. καὶ ταῦτα μὲν ἦγον εἰς ἄστυ, ἑκατομβαιῶνος μηνὸς τρίτῃ ἀπιόντος· ἐν οἷς πέπλος τις ἀνήγετο τῇ Ἀθηνᾷ, καθ' ὃν ἐδείκνυτο ἡ κατὰ τῶν Γιγάντων ταύτης τε καὶ ἡ τῶν Ὀλυμπίων νίκη θεῶν. τὰ δὲ μικρὰ Παναθήναια κατὰ τὸν Πειραῖα ἐτέλουν· ἐν οἷς καὶ πέπλος ἄλλος ἀνεῖτο τῇ θεῷ, καθ' ὃν ἦν ἰδεῖν τοὺς Ἀθηναίους τροφίμους ὄντας αὐτῆς νικῶντας τὸν πρὸς Ἀτλαντίνους πόλεμον· ἃ δὴ τοῖς Βενδιδίοις καλουμένοις εἵπετο. τούτων δὲ καὶ Θρᾷκες ἐκοινώνουν, ἐπεὶ καὶ Βένδις παρ' αὐτοῖς ἡ Ἄρτεμις καλεῖται. — ταῦτα δὲ ἐτελεῖτο Θαργηλιῶνος ἑνάτῃ ἐπὶ δεκάτῃ.* Plane diversa quaestio est num enarrator quae Plato significat ad alia atque debebat solennia rettulerit. Sed *Panathenaea minora* hic tam copiose describuntur eorumque tempus tam certum ponitur ut hoc testimonium, haud dubie ex auctoribus qui de festis diebus Atheniensium scripsissent ductum, non temere in dubium vocare liceat. Non magni momenti est illud Meursii argumentum quod ex verbis *ἐκ τῶν Παναθηναίων ὁ πλοῦς* repetiit. Probemus licet Petiti explicationem locumque pro dubio omittamus. Restat ut argumenta quae Petitus Hecatombaeoni Panathenaea vindicaturus proposuit examinemus. Primum quod dixit utraque Panathenaea eodem mense celebrata esse propterea quod in minoribus eadem acta essent quae in maioribus, nullam vim habet. Gravius est illud quod Timocratem Hecatombaeone Ol. 106, 4 [f]) de Panathenaeis legem scripsisse docet. Atqui quum *magna Panathenaea* tertio Olympiadis cuiusque anno celebrarentur, haec *minora Panathenaea* fuisse necesse est. Profecto si Timocratis lex *quarto* Olympiadis anno scripta fuit, haec non potuisse maiora Panathenaea esse perspicuum est, quippe quae *tertio* anno celebrata esse constet. Sed quamquam Timocratis causa quarto huius Olympiadis anno acta est, ut e Dionysio discimus, tamen non sequitur ut haec lex Hecatombaeone huius anni scripta sit. Quae Timocrates egerat pertinere poterant ad Hecatombaeonem superioris anni, quo anno *magna Panathenaea* celebrata sunt. Quod Petitus opposuit, *eodem anno accusatum esse quo legem scripserit, quia adhuc ὑπεύθυνος fuerit*, verum est quidem litem ante exactum annum movendam fuisse: *τὸν γράψαντα νόμον ἢ ψήφισμα μετὰ ἐνιαυτὸν μὴ εἶναι ὑπεύθυνον* [g]): sed agi causa postmodum potuit. Ita causa de corona fuit *γραφὴ παρανόμων* ideoque mota est intra annum, ut Petitus accurate exposuit [h]); sed acta demum est octo post annis, et tamen Dtesiphon etiamtum *ὑπεύθυνος* fuit. Perspicuum est igitur Timocratem Eudemo archonte *ὑπεύθυνον* esse potuisse, dum constituto tempore accusatus esset [i]). Itaque non est quod ob hanc Timocratis legem 335
Procli auctoritas reiiciatur. Praeterea quae singula memorantur in hac lege, quam ipsius Timocratis legi viam munitura eius factio tulerat, maiora Panathenaea respecta esse probant [k]). Nam ubi

---

e) Schol. in Plat. Ruhnken. p. 143 ad verba Reip. I in.: *τὴν ἑορτὴν βουλόμενος θεάσασθαι.*

f) i. e. Eudemo archonte. V. tabb. 353, 3.

g) Argum. Demosth. Lept. p. 453.

h) Legg. Att. p. 339 s. Wess.: *Olymp.* 110, 2 *Elaphebolione creatur Demosthenes quaestor τειχοποιός. Olymp.* 110, 3 *Pyanepsione, Ctesiphontis ψήφισμα de coronando Demosthene. — Elaphebolione coronatus est: — Elaphebolionis quinto Aeschines detulit Ctesiphontem: eodem quo populi scitum fecit Ctesiphon anno Aeschines dicam scripsit: nam, si intra annum non scriberetur is qui accusabatur, ἔξω κινδύνων fuit.*

i) His adversari dixeris Demosthenis verba Lept. p. 501: *ἐξῆλθον οἱ τῆς κρίσεως χρόνοι.* Sed hoc loco voces *τῆς κρίσεως* ex interpolatione orta sunt. Desunt compluribus codd. atque omissa sunt in emendatissima I. Bekkeri editione.

k) Demosth. Timocrat. p. 708: *ἐπὶ τῆς Πανδιονίδος πρώτης — Ἐπικράτης εἶπεν, ὅπως ἂν τὰ ἱερὰ θύηται καὶ ἡ διοίκησις ἱκανὴ γένηται καὶ εἴ τινος ἐνδεῖ πρὸς τὰ Παναθήναια διοικηθῇ, τοὺς Πρυτάνεις τοὺς τῆς Πανδιονίδος καθίσαι νομοθέτας αὔριον, τοὺς δὲ νομοθέτας εἶναι ἕνα καὶ χιλίους ἐκ τῶν ὁμωμοκότων, συννομοθετεῖν δὲ καὶ τὴν βουλήν.*

collegium 1001 civium cum senatu 500 virorum quae opus sint instituere iubentur, facilius de solenni totius civitatis quinto quoque anno facto, cuius spectandi causa ex tota Graecia homines Athenas ipsas confluebant quam de minori solenni, quod tantum Piraeei quotannis celebrabatur, cogitabis. Praeterea notandum est ubi simpliciter *Παναθήναια* memorantur neque in verbis inest quo contrarium probetur, maiora Panathenaea dici solere. Ita hoc verbo utuntur Herodotus et Demosthenes [l]).

Proclum hoc solenne Thargelioni adscribentem confirmat Lysias, cuius cliens [m]) *λειτουργίας* quas complures obierat eo quo praestiterat ordine enumerat. *ἐπὶ Θεοπόμπου χορηγὸς τραγῳδοῖς — καὶ τρίτῳ μηνὶ Θαργηλίοις. — ἐπὶ Γλαυκίππου Παναθηναίοις τοῖς μεγάλοις — ἔτι δὲ χορηγῶν εἰς Διονύσια ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἄρχοντος.* Haec omnia suo ordine posita sunt: *ἐπὶ δὲ Εὐκλείδου ἄρχοντος κωμῳδοῖς χορηγῶν — καὶ Παναθηναίοις τοῖς μικροῖς ἐχορήγουν.* Iam quum hic ut in superioribus temporis ordinem servatum esse atque *minora Panathenaea* comoediis actis superiora fuisse sumere liceat, sequitur ut haec post Anthesterionem et Elaphebolionem menses fuerint, qua ratione quod Proclus tradidit confirmatur [n]).

12. Scirophorion. *μὴν Ἀθηναίων ιβ'* [o]). *μὴν Ἀθηναίων δωδέκατος* [p]). Platonis Scholiastes [q]): *μηνὶ τῷ δωδεκάτῳ] ὁ Σκιροφοριὼν οὕτος· ὠνομάσθη δὲ οὕτως ἀπὸ τῆς Σκιράδος Ἀθηνᾶς.* Scirophorionem et Hecatombaeonem coniunctos prope solstitium aestivum positos dicit Theophrastus [r]): *τοῦ σκιῤῥοφοριῶνος καὶ ἑκατομβαιῶνος ὥσπερεὶ πρὸ τροπῶν μικρὸν ἢ ὑπὸ τροπάς.*

336 Post Solonis tempora Atticus annus lunaris erat dierum 354: *Σόλων — ἠξίωσεν Ἀθηναίους τὰς ἡμέρας κατὰ σελήνην ἄγειν* [s]). — *συνιδὼν* [t]) *τοῦ μηνὸς τὴν ἀνωμαλίαν, καὶ τὴν κίνησιν τῆς σελήνης οὔτε δυομένῳ τῷ ἡλίῳ πάντως οὔτ' ἀνίσχοντι συμφερομένην, ἀλλὰ πολλάκις τῆς αὐτῆς ἡμέρας καὶ καταλαμβάνουσαν καὶ παρερχομένην τὸν ἥλιον, αὐτὴν μὲν ἔταξε ταύτην ἕνην καὶ νέαν καλεῖσθαι· τὸ μὲν πρὸ συνόδου μόριον αὐτῆς τῷ παυομένῳ μηνὶ τὸ δὲ λοιπὸν ἤδη τῷ ἀρχομένῳ προσήκειν ἡγούμενος — τὴν δ'*

---

l) Herod. V, 56: *ἐν τῇ προτέρῃ νυκτὶ τῶν Παναθηναίων.* Demosth. Fals. leg. p. 394: *εἰς τὰ Παναθήναια φήσας ἀποπέμψειν.* Utroque loco *τὰ μεγάλα Παναθήναια* dicuntur. Quod Xenophon Rep. Athen. III, 4: *δεῖ δὲ χορηγοῖς διαδικάσαι εἰς Διονύσια καὶ Θαργήλια καὶ Παναθήναια καὶ Προμήθεια ὅσα ἔτη*, *minora Panathenaea* dixit, hic quum tantum *annua* solennia enumeret, utra diceret ambigi non potest, neque erat quod *τὰ μικρά* adderet, quum *ὅσα ἔτη* dixerit.

m) *Ἀπολ. δωροδ.* p. 161 s.

n) Si Xenophon loco ann. l) laudato (Rep. Athen. III, 4) temporis ordinem sequi instituerit, Panathenaeorum minorum loco cum Proclo et Lysia consentiat, quum hunc ordinem ediderit:

Διονύσια . . [Elaphebolione.]
Θαργήλια . . [7mo die Thargelionis.]
Παναθήναια [20mo die Thargelionis]
Προμήθεια.
Ἡφαίστεια.

Sed quum *Προμηθείων* et *Ἡφαιστείων* tempora ignota sint, fortasse dubitare licet utrum Xenophon temporis ordinem sequi voluerit necne. Idem tamen ordo servatus est in inscriptione apud Chandler. Inscr. Antiq. No. VI p. 49 [Boeckh. Corp. inscr. p. 343]: . . *οξεν τῇ Πανδιονίδι φυλῇ. Καλλικράτης εἶπεν* . . *αινέσαι Νικίαν Ἐπιγένος Κυδαθηναῖα ἀνδραγαθίας ἕνεκα τῆς εἰς τὴν φυλήν, ὅτι εὖ καὶ προθύμως ἐχορήγησεν παισὶ καὶ ἐνίκα Διονύσια καὶ Θαργήλια ἀνδράσιν, καὶ στεφανῶσαι αὐτόν· ἀναγράψαι δὲ καὶ εἴ τις ἄλλος νενίκηκεν ἀπ' Εὐκλείδου ἄρχοντος παισὶν ἢ ἀνδράσιν Διονύσια ἢ Θαργήλια ἢ Προμήθια ἢ Ἡφαίστια. ἀναγράφειν δὲ καὶ τὸ λοιπὸν ἐάν τις τούτων τι νικήσῃ ἐν τῇ αὐτῇ στήλῃ.* Quum hoc marmor cum Xenophonte in hac re consentiat, probabile videtur ab utroque haec solennia eo quo celebrata sint ordine enumerata esse. Itaque Xenophon *Παναθήναια τὰ μικρὰ* post *Θαργήλια* posuit atque *Προμήθεια* et *Ἡφαίστεια* post 20um Thargelionis diem celebrata esse verisimile est.

o) Phot. Lex. in v.

p) Bekkeri Anecd. Gr. p. 304, 22. Suidas in voce.

q) Ruhnken. p. 231 ad Plat. Legg. VIII p. 828, d.

r) Hist. Plant. IV, 11, 5.

s) Laert. I, 59.

t) Plutarch. Solon. c. 25. Cf. Dodwell. Diss. III p. 160 s. Corsin. t. I p. 56 s.: *Petavius perspicuis certisque argumentis ostendit quod ab ipsa Solonis aetate lunares omnino menses adhibebantur; ut civilis proinde ac popularis annus ex 12 lunaribus mensibus alterne plenis cavisque compositus 354 dies complecteretur, mensiumque embolimorum ope cum vero solari anno coniungeretur.*

ἐφεξῆς ἡμέραν νουμηνίαν ἐκάλεσε [u]). Hi 360 dies ad lunare tempus redacti sunt sex diebus sex mensibus demptis [x]). Geminus [y]): οἱ πρὸς τὴν πολιτικὴν ἀγωγὴν ὁλοσχερέστερον λαμβανόμενοι μηνιαῖοι χρόνοι εἰσὶν ἡμερῶν κθ^{ᾳ} ὥστε τὸν δίμηνον χρόνον γένεσθαι ἡμερῶν νθ'. ὅθεν διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν οἱ κατὰ πόλιν μῆνες ἐναλλὰξ ἄγονται πλήρεις καὶ κοῖλοι, διὰ τὸ τὴν σελήνην δίμηνον ἡμερῶν εἶναι νθ'. ἐκ δὲ τούτων συνάγεται ὁ κατὰ σελήνην ἐνιαυτὸς ἡμερῶν τνδ'. — γίνονται οὖν ἐν τῷ ἐνιαυτῷ ἓξ πλήρεις καὶ ἓξ κοῖλοι· συνάγονται δὲ ἡμέραι τνδ'. διὰ δὲ ταύτην τὴν αἰτίαν μῆνα παρὰ μῆνα πλήρη καὶ κοῖλον ἄγουσι [z]). Hi lunares anni cum solis cursu eo conciliati sunt quod in fine secundi cuiusque anni intercalaris mensis, *Posideon II*, additus est. Herodotus [a]): Ἕλληνες μὲν διὰ τρίτου ἔτεος ἐμβόλιμον ἐπεμβάλλουσι τῶν ὡρέων ἕνεκα.

Etenim id agebant ut menses lunari, annos solari cursui accommodarent: Geminus [b]): πρόθεσις ἦν τοῖς ἀρχαίοις τοὺς μὲν μῆνας ἄγειν κατὰ σελήνην, τοὺς δὲ ἐνιαυτοὺς καθ' ἥλιον. τὸ γὰρ ὑπὸ τῶν νόμων καὶ τῶν χρησμῶν παραγγελλόμενον, τὸ θύειν κατὰ τρία, — μῆνας, ἡμέρας, ἐνιαυτούς, τοῦτο διέλαβον ἅπαντες οἱ Ἕλληνες τῷ τοὺς μὲν ἐνιαυτοὺς συμφώνως ἄγειν τῷ ἡλίῳ, τὰς δὲ ἡμέρας καὶ τοὺς μῆνας τῇ σελήνῃ. ἔστι δὲ τὸ μὲν καθ' ἥλιον ἄγειν τοὺς ἐνιαυτούς, τὸ περὶ τὰς αὐτὰς ὥρας τοῦ ἐνιαυτοῦ τὰς αὐτὰς θυσίας τοῖς θεοῖς ἐπιτελεῖσθαι· καὶ τὴν μὲν ἐαρινὴν θυσίαν διὰ παντὸς κατὰ τὸ ἔαρ συντελεῖσθαι, τὴν δὲ θερινὴν κατὰ τὸ θέρος, κ. τ. λ. — τοῦτο δ' ἄλλως οὐκ ἂν δύναιτο γενέσθαι εἰ μὴ αἱ τροπαὶ καὶ αἱ ἰσημερίαι περὶ τοὺς αὐτοὺς τόπους γίγνοιντο. τὸ δὲ κατὰ σελήνην ἄγειν τὰς ἡμέρας τοιοῦτόν ἐστι· τὸ ἀκολούθως τοῖς τῆς σελήνης φωτισμοῖς τὰς προσηγορίας τῶν ἡμερῶν γίνεσθαι. Civilis mensis dies lunae vicissitudinibus respondere, lunaris anni defectum intercalando supplere voluerunt. Sed hoc non assequebantur propterea quod veteres astrologi neque lunaris neque solaris temporis summam accurate constituerant [c]). Inde factum est ut passim quaedam in fastis perturbata reperiantur. Ita Boedromione 490 plena luna in quintum mensis diem incidit [d]). Si Herodoti narrationi fides habenda est, quae cur non habeatur nihil causae subest [e]), civilis annus et lunare tempus tunc decem diebus discrepabat. Anno 432 a. C. n. Meto magnum annum suum ab inter-337

---

u) Inde factum est ut ultimi decem dies retro numerarentur: τὰς ἀπ' εἰκάδος οὐ προστιθείς, ἀλλ' ἀφαιρῶν καὶ ἀναλύων, ὥσπερ τὰ φῶτα τῆς σελήνης ἑώρα, μέχρι τριακάδος ἠρίθμησεν. Plutarch. ibid.

x) Hi dies inter 20um et 30um alternorum mensium omissi sunt. Sed etiam horum mensium quibus dies demptus erat ultimus dies τριακὰς dicebatur et omissus erat fortasse 29mus (Dodwell. Diss. III p. 169. Corsin. t. I p. 68. 82) aut alius quis dies atque tricesimus.

y) Element. Astron. c. 6 p. 31.

z) Ibid. p. 35, e.

a) II, 4.

b) c. 6 p. 32.

c) Censorin. de die nat. c. 18: *Inter astrologos non convenit quanto vel sol plus quam* 365 *dies in anno conficiat, vel luna minus quam triginta in mense.*

d) V. tabb. 490, 2. [et Boeckhii libellum ibi laudatum.]

e) Plutarchus Malign. p. 861, e quum aliis nominibus quae Herodotus de Lacedaemoniis tradidit (VI, 106: οὗτοι μέν νυν τὴν πανσέληνον ἔμενον) vituperaverit, haec addit: ταύτης τῆς μάχης, ἔκτῃ Βοηδρομιῶνος ἱσταμένου γενομένης, ὀλίγον ἀπελείφθησαν — σὺ δὲ μεταφέρεις τὴν πανσέληνον εἰς ἀρχὴν μηνός, διχομηνίας οὔσης, καὶ τὸν οὐρανὸν ὁμοῦ καὶ τὰς ἡμέρας καὶ πάντα πράγματα συνταράσσεις. Wesselingius ad Herod. VI, 106 et Corsin. Fastt. Att. p. 61. 184 quum recte ex Herodoto collegerint pugnam Marathoniam circa sextum decimum mensis diem factam esse, quem Plutarchus anniversarium pugnae diem posuit, sextum Boedromionis, disceptare instituunt. Et Wesselingius quidem haec annotavit: *Sit certamini dies* 16 *Boëdromionis, potuit victoriae memoria anteverti et sexto die sacrari.* Corsinus (p. 184): *Si Lacedaemonii post plenilunium Sparta profecti tridui itinere Athenas pervenerunt, bellum ipsum circa* 16 *Boëdromionis diem committi debuit* etc. Sed quomodo tam rudi fastorum descriptione plenam lunam necessario in quintum decimum mensis diem incidisse sumere licet? Quum a. 432 plena luna in 28um Thargelionis, interlunium in 13um Scirophorionis diem inciderit, ut civilis mensis tredecim diebus a lunari tempore discrepuerit, facile tunc decem diebus discrepuisse animum induxeris. Recte quidem Corsinus (p. 61) ex Plutarcho colligit ipsum Plutarchum civiles menses Atheniensium hac aetate lunares fuisse opinatum esse. Sed quidquid Plutarchus vel ipse credidit vel ad causam suam defendendam accommodatum putavit, non licet statuere civiles menses recte et accurate lunae cursui accommodatos fuisse, quum res suppetant quibus secus fuisse doceatur.

lunio quod solstitio aestivo proximum fuit exorsus est [f]). Atque hoc interlunium in 13um Scirophorionis diem incidit. Quam Meto emendare instituit perturbationem, tanta fuit quanta fere esse potuit, quum interlunium in tertium decimum civilis mensis diem inciderit. Eamque superiori tempore permagnam fuisse etiam Dodwellus [g]) declarat: *Cyclus (Metonicum praecedens) novilunia ad mensium civilium initia non antea reduxit quam cyclo integro evoluto novi cycli exordium iniret* [h]).

Metonis [i]) ἐννεακαιδεκαετηρὶς undeviginti annis septem menses intercalabat. Intercalares menses addebantur his annis: 3. 5. 8. 11. 13. 16. 19. Geminus [k]): *τοὺς ἐμβολίμους μῆνας ἔταξαν ἄγεσθαι ἐν τῷ τρίτῳ ἔτει καὶ πέμπτῳ καὶ ὀγδόῳ· δύο μὲν μῆνας μεταξὺ δύο ἐτῶν πιπτόντων, ἕνα δὲ μεταξὺ ἑνὸς ἐνιαυτοῦ ἀγομένου.* Itaque eius undeviginti anni continebant 235 menses 30 dierum sive 7050 dies. Sed quum undeviginti anni solaris temporis ex Metonis computatione 6940 dies continerent [l]), redundabant 110 dies ex cyclo expungendi. Hos ille nova ratione detraxit. Veteri ratione alternis mensibus singulis diebus demptis nimius erat numerus, quum non $19 \times 6 = 114$ dies in toto temporis spatio redundarent, sed tantum 110 dies vel quotannis circiter 5 dies et 19 horae. Meto igitur hac ratione usus est ut per totum spatium 235 mensium sive 7050 dierum tertium et sexagesimum quemque diem omitteret. Geminus [m]): *δι' ἡμερῶν ἄρα ξϛ' ἐξαιρέσιμον τὴν ἡμέραν ἄγειν δεῖ ἐν αὐτῇ τῇ περιόδῳ. οὐδὲ γίνεται ἐξαιρέσιμος ἡ τριακὰς διὰ παντός· ἀλλ' ἡ διὰ τῶν ξϛ' ἡμερῶν πίπτουσα ἐξαιρέσιμος λέγεται* [n]). Itaque *αἱ ἐξαιρέσιμοι ἡμέραι* in Metonis cyclo ita detrahebantur ut haec tabula declarat.

---

f) Scaliger Emend. Temp. lib. I p. 26: *Meton primum novilunium enneadecaeteridis suae constituit σκιροφοριῶνος τριτκαιδεκάτῃ.* Dodwell. Diss. I p. 33: *Quod certe cycli caput Meton nec ab ipso solstitio nec a Scirophorionis fine arcessiverit, ratio alia nulla fingi vel verisimilis potest ab ea quam veram fuisse docet Plato* [Leg. VI p. 767, c]*; ut scilicet a proximo post solstitium novilunio illud arcesseret.*

g) Diss I p. 13.

h) Ἐκκαιδεκαετηρίδα ita notavit Dodwellus Diss. III p. 174: *Dedit operam huius cycli auctor ut cycli initio responderent Neomeniis coelestibus civiles Neomeniae: cyclo decurrente effecit ut per omnes mensium civilium dies verae et coelestes decurrerent Neomeniae.*

i) De Metone iis quae in tabulis 432, 3 excitavimus testimoniis addatur Ptolem. *Μεγ. συντάξ.* III, 2 p. 62: *Κἂν πρὸς τὴν ὑπὸ τῶν περὶ Μέτωνά τε καὶ Εὐκτήμονα τετηρημένην θερινὴν τροπὴν ὡς ὁλοσχερέστερον ἀναγεγραμμένην τὴν σύγκρισιν ποιησώμεθα — ἐκείνη μὲν γὰρ ἀναγράφεται γεγενημένη ἐπὶ Ἀψευδοῦς ἄρχοντος Ἀθήνησι κατ' Αἰγυπτίους φαμενὼθ κα' πρωΐας.* Septimi mensis *Phamenoth* dies 21us Aegyptii anni 201us fuit; quumque qui dicitur annus, 316 N. A., 9o Decembris die 433 a. C. n. inceperit, solstitium aestivum a Metone observatum in 27um Iunii diem 432 a. C. n. incidit. Quo die Metonis solstitium aestivum fuisse haec quoque computatio docet. Aequinoctia et solstitia prope uno die maturius incidunt 130 annis exactis, vel undecim diebus 1433 annis exactis. V. Ferguson. Astronomy c. XIV s. 250. Iam solstitium aestivum fuit 10mo Iunii die a. 1748 A. D. Atqui 432 a. C. n. + 1748 A. D. = 2180 annos, quo temporis spatio si in 130 annos unum diem numeraveris, fere 17 diebus retro cecidit, ut Metonis solstitium 10 + 17mo = 27 Iunii fuerit. [Cf. Ideler. Chron. I p. 326 ss. *Kr.*]

k) C. 6 p. 35, c. Cf. Dodwell. Diss. I p. 46. Corsin. t. I p. 58. 106.

l) Censorin. c. 18: *Annus Metonicus, quem Meton Atheniensis ex annis undeviginti constituit, eoque ἐννεαδεκαετηρὶς appellatur, et intercalatur septies, in eoque anno sunt dierum sex millia et DCCCCXL.*

m) C. 6 p. 38, b.

n) Corsin. t. I p. 82: *Instituta Metonis enneadecaeteride ita exemtilium dierum series variata fuit ut ab initio cycli sexagesimus tertius quisque dies eximeretur. Ita, cum cyclus Ol. 87, 1 ab initio Hecatombaeonis incepisset, primus exemtilis dies in tertium Boëdromionis incidere debuit: — ut in cavis proinde mensibus dies, quae exemtilis esse poterat, una ex sequentibus esse debuerit:* 3. 6. 9. 12. 15. 18. 21. 24. 27. 30. Hunc ordinem per Metonis cyclum a 432 ad 331 obtinuisse consentiunt Dodwellus et Corsinus. Corsinus eum etiam per Callippi cyclum continuatum esse censet, negat Dodwellus. Quibus rationibus Corsinus hanc sententiam defenderit v. t. I p. 82—91.

ANNI CYCLI. 338

	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Hecatombaeon		18		24		30		3		9	27	15		21					18
Metagitnion			6		12		18		24				3		9	27	15		
Boëdromion	3	21		27				6		12	30	18		24				3	21
Pyanepsion			9		15	3	21		27				6		12	30	18		
Maemacterion	6	24		30				9		15		21		27				6	24
Posideon			12 B.		18 B.	6	24	B.12	30		3 B.		9 B.		15	B. 3	21		B.27
Gamelion	9	27	15		21					18	6	24	12	30				9	
Anthesterion				3		9	27	15							18	6	24		30
Elaphebolion	12	30	18		24				3	21	9	27	15					12	
Munychion				6		12	30	18						3	21	9	27		
Thargelion	15		21		27				6	24	12	30	18					15	
Scirophorion		3		9		15		21						6	24	12	30		

Hac tabula inspecta perspicuum est non recte certos sex menses a Pottero aliisque *cavos*, ceteros sex *plenos* dici, quoniam quo tempore Metonis cyclus in usu fuit *αἱ ἐξαιρέσιμοι ἡμέραι* per vices mensibus detrahebantur. Ita *Metagitnion* et *Anthesterion* et *Gamelion* iniuria *cavi* sive undetriginta dierum menses dicuntur, quandoquidem, ut hoc utar, *Metagitnion* cycli annis 1. 2. 4. 6. 8. 10. 11. 12. 14. 18. 19 *mensis plenus* sive triginta dierum fuit. Contra *Hecatombaeon* et *Boedromion* et *Posideon* et *Elaphebolion* iniuria *pleni* dicuntur. Nam cycli annis 2. 4. 6. 8. 10. 11. 12. 14. 19 *Hecatombaeon mensis cavus* fuit.

Quamquam Metonis cyclus eo consilio factus erat ut omnino menses cum lunae cursu et tempestatibus conciliaret, tamen fieri poterat ut singuli menses interdum cum lunae cursu non congruerent. Ita ipso primo cycli anno tertium anni interlunium incepit 59 *d.* 1 *h.* 28 *m.* 5 *s.* post primum Hecatombaeonis diem; tertius mensis, Boedromion, uno et sexagesimo die incepit, ut interlunium in 29um Metagitnionis diem inciderit. Porro quum lunaris annus revera 354 *d.* 8 *h.* 48 *m.* 34 *s.* fuerit, primus cycli annus, qui 354 dierum fuerit, prope novem horis brevior fuit. Octavus cycli annus 383 dierum fuit; atqui tredecim lunares menses sunt 383 *d.* 21 *h.* 32 *m.* 37 *s.* Itaque una et 339
viginti hora cum semisse ad iustum tempus defuerunt. Undevicesimus annus quum 385 dierum fuerit 1 *die* 2 *h.* 27 *m.* 24 *s.* iustum tempus excessit. Porro ultimi quattuor cycli menses 120 dierum fuerunt, quum quattuor lunares menses nonnisi 118 *d.* 2 *h.* 56 *m.* 11 *s.* contineant. Hinc Aristophanes o) a. 422 Metonis cyclum, tum nuper constitutum, derisit p).

---

o) Nub. 615.

p) Exiguam discrepantiam concedit Dodwellus Diss. I p. 11—13: *Thucyd. II*, 28 *eclipsin solis memorat νουμηνίᾳ κατὰ σελήνην. Auctori animus erat observare quam cito novus ille cyclus ad lunae motus cum sole conciliandos institutus a vero tamen aberrasset novilunio.* Dod-

Etsi Meto eorum qui ante tempora descripserant rationes magnopere emendavit, tamen ipsius quoque computatio non exigua discrepantia a vero tempore recessit. Huius solaris annus dimidia hora modum excessit. Itaque eius undeviginti anni quum 6940 dierum fuerint [q]), verum solare tempus circiter novem horis cum semisse superaverunt. Atque in quattuor cyclis sive sex et septuaginta annis fere octo et triginta horae, in quinque cyclis prope duo dies abundaverunt. Neque vero eius menses lunae vicissitudinibus responderunt. Nam quinque eius cycli 1175 menses, hique detractis ἡμέραις ἐξαιρεσίμοις, 34700 dies continebant [r]). At 1175 lunares menses sunt tantum 34698 *d.* 10 *h.* 36 *m.* 27 *s.*, ut haec discrepantia sit.

		Metonicum tempus.	Verum tempus [s]).				Redundantia.			
		D.	D.	H.	M.	S.	D.	H.	M.	S.
1 cyclus	235 menses	6940.	6939.	16.	31.	17.		7.	28.	42.
	19 anni solares	6940.	6939.	14.	30.	3.		9.	29.	57.
4 cycli	960 menses	27760.	27758.	18.	5.	10.	1.	5.	54.	49.
	76 anni solares	27760.	27758.	10.	0.	12.	1.	13.	59.	48.
5 cycli	1175 menses	34700.	34698.	10.	36.	27.	1.	13.	23.	32.
	95 anni solares	34700.	34698.	0.	30.	15.	1.	23.	29.	45.

Metonis cycli redundantiam ex parte correxit Callippus, cuius emendatus cyclus annorum sex et septuaginta, quattuor Metonis cyclos continens, ab Aristophontis magistratu, Iulio 330, incepit. Hic sex et septuaginta annis diem vel centum quinquaginta duobus annis duos dies abundare rebatur [t]). Profecto Callippi ratio propius quam Metonis ad verum tempus accessit. Sed quum in Callippi solari anno item 11 *m.* 3 *s.* abundaverint ac proinde in quattuor Metonis cyclis 13 *h.* 59 m. 48 *s.* atque in octo 1 *d.* 3 *h.* 59 *m.* 36 s., Metonis error minor ei visus est quam revera fuit. Quippe in sex et septuaginta annis unum diem, in centum quinquaginta duobus annis duos dies abundare statuit, quum illic revera octo et triginta horae, hic amplius tres dies abundarent [u]).

---

wellum an Elmsleius ad Eurip. Heracl. 779 ante oculos habuerit nescio: sed recte Thucydidis locum explicavit: *Verba κατὰ σελήνην addidit Thucydides propterea quod νουμηνία πολιτικὴ cycli Metonici non semper in veram νουμηνίαν incidebat.* [Cf. Ideler. Chron. I p. 280 et de Metonis cyclo p. 325 ss. *Kr.*]

q) Solaris Metonis annus, ut infra annot. u) docebimus fuit 365 *d.* 6 *h.* 18 *m.* 57 *s.*, ut 19 anni 6940 dierum fuerint.

r) 1175 × 30 = 35,250 dies; et demptis 550 diebus restant 34,700.

s) Ad computationes huius columnae faciendas adhibui „Tables of Lunations and of Solar Years," quas tabulas publicavit Halesius in: Analysis of Chronology v. I p. 160 s. Lunares menses his paginis computans numeros *secunda* minores non expressi, quamquam in summis computandis rationem eorum habui. Inde factum est ut nonnulla congruere non videantur.

t) V. Dodwell. Diss. I p. 46. Corsin. t. I p. 84.

u) Hipparchus et Ptolemaeus *Μεγ. συντάξ.* III, 2 p. 63 Metonis et Callippi solarem annum una cum suo descripsit hoc modo: *Ἵππαρχος — ἐν τῷ Περὶ ἐμβολίμων μηνῶν τε καὶ ἡμερῶν, προειπὼν ὅτι κατὰ μὲν τοὺς περὶ Μέτωνα καὶ Εὐκτήμονα ὁ ἐνιαύσιος χρόνος περιέχει ἡμέρας τξέ δ″ καὶ οξ″ μιᾶς ἡμέρας, κατὰ δὲ Κάλιππον ἡμέρας τξέ δ″ μόνον, ἐπιλέγει κατὰ λέξιν οὕτως· „Ἡμεῖς „δὲ μῆνας μὲν ὅλους εὑρίσκομεν περιεχομένους ἐν τοῖς ιθ′ „ἔτεσιν ὅσους κἀκεῖνοι· τὸν δ′ ἐνιαυτὸν ἔτι καὶ τοῦ δ′ „ἔλασσον τριακοστοστῷ ἐπιλαμβάνοντα μάλιστα μέρει μιᾶς „ἡμέρας. ὡς ἐν τοῖς τ′ ἔτεσιν ἐλλείπειν παρὰ μὲν τὸν Με- „τωνα ἡμέρας ε′, παρὰ δὲ τὸν Κάλιππον ἡμέραν μίαν.“ — „Συντέταχα δὲ καὶ περὶ τοῦ ἐνιαυσίου χρόνου ἐν βι- „βλίῳ ἑνί, ἐν ᾧ ἀποδεικνύω ὅτι ὁ καθ′ ἥλιον ἐνιαυτός (τοῦτο δὲ γίνεται ὁ χρόνος ἐν ᾧ ἥλιος ἀπὸ τροπῆς ἐπὶ „τὴν αὐτὴν τροπὴν παραγίνεται, ἢ ἀπ′ ἰσημερίας ἐπὶ „τὴν αὐτὴν ἰσημερίαν) περιέχει ἡμέρας τξέ′ καὶ ἔλαττον „ἢ δ″ ἡμέρας τῷ τριακοστῷ ἔγγιστα μέρει μιᾶς ἡμέρας „καὶ νυκτός.“* Censorinus de die nat. c. 19: *Annum naturalem dies habere prodidit — Meton* 365 *et dierum quinque undevigesimam partem.* Quod Meto hic anno praeter 365 dies undevigesimam partem centum viginti horarum tribuisse dicitur, hoc ad amussim congruit cum Hipparchi computatione, ex qua sexta et septuagesima pars quattuor et viginti horarum sex horis addenda est. Nam ex utraque computatione habes 6 *h.* 18 *m.* 56 *s.* 50 *t.* Atque Metonis solarem annum statueris 365 *dierum*, 6 *h.* 18 *m.* 57 *s.* Hipparchus ipse a sex horis trecentesimam partem quattuor et viginti horarum deduxit sive 4 *m.*

Aristophontis annum Ol. 112, 3, N. A. 419 primae Callippi periodi primum fuisse complures 340
Ptolemaei loci docent. Ex iis quos iam laudavimus [u]) 47mus annus primae Callippi periodi fuit 465
N. A sive Ol. 124, 1; 48us fuit 466 N. A. sive Ol. 124, 2. Proinde primus annus fuit Ol. 112,
3. N. A. 419. Porro Ptolemaeus haec notata habet [x]): *τῷ λϛ΄ ἔτει τῆς πρώτης κατὰ Κάλιππον περιόδου — κατὰ τὸ νυδ΄ ἔτος ἀπὸ Ναβονασάρου.* Atqui si 36us annus N. A. fuit 454, primus fuit 419. *Ἀπὸ τῆς ἐπὶ τοῦ Ἀψευδοῦς ἀναγεγραμμένης θερινῆς τροπῆς μέχρι τῆς ὑπὸ τῶν περὶ Ἀρίσταρχον τετηρημένης τῷ ν΄ ἔτει τῆς πρώτης κατὰ Κάλιππον περιόδου — ἔτη ρνβ΄. τὰ δὲ ἀπὸ τοῦ προκειμένου ν΄ ἔτους, ὃ ἦν κατὰ τὸ μδ΄ ἔτος ἀπὸ τῆς Ἀλεξάνδρου τελευτῆς —* [y]). Atque si 50us annus 152us fuit ab Apseude, primus fuit 103us ab eodem archonte, qui annus sexti cycli Metonici octavus fuit sive Ol. 112, 3 [z]). Atque 424 N. A. +44=468 N. A., qua ratione item 419 N. A. primus periodi annus fuit. *Ὁ μὲν Ἵππαρχός φησι τὴν ἐν τῷ λβῳ ἔτει τῆς τρίτης κατὰ Κάλιππον περιόδου ἐαρινὴν ἰσημερίαν ἀκριβέστατα τηρηθεῖσαν γεγονέναι τῇ κζ΄ τοῦ μεχὶρ πρωΐας. καί ἐστι τὸ ἔτος τὸ ροηον ἀπὸ τῆς Ἀλεξάνδρου τελευτῆς* [a]). Atqui N. A. 424+178=602 N. A. Atque hoc Nabonassaris anno, qui 28° Septembris die incepit, mensis Mechir dies 27us fuit 23us Martii 146 a. C. n., quem in diem aequinoctium vernum ab Hipparcho vere 32i anni tertiae Callippi periodi observatum incidit [b]). Atqui si tertiae periodi 32us annus N. A. 602 fuit, primae primus fuit 419 N. A. [c]). Callippus 341
id egit ut 76 annis unum diem amplius quam Meto deduceret. Quumque in Metonis cyclis quattuor $110 \times 4 = 440$ dies a 960 mensibus deducerentur, Callippus 441 dies deducere instituit. Hac re excepta in Metonis cyclo undeviginti annorum nihil eum mutasse apparet. Nam neque in ordine

---

48 *s.*, ut e sex horis 5 *h.* 55 *m.* 12 *s.* restiterint. Notatu dignum est quomodo paulatim accuratior facta sit computatio, quum astrologorum quisque quod priores nimium posuissent recideret.

		D.	H.	M.	S.	Nimium. M.	S.
Meto et Euctemo	[a. C. n. 432.]	365.	6.	18.	57.	30.	0.
Callippus	[a. C. n. 330.]	365.	6.	0.	0.	11.	3.
Hipparchus . . .	[a. C. n. 146.]	365.	5.	55.	12.	6.	15.
Verum tempus		365.	5.	48.	57.		

u) P. 331.

x) *Μεγ. Συντάξ.* VII, 3 p. 171.

y) Ibid. III, 2 p. 63.

z) Meto solstitium observavit Iunio 432 a. C. n. Itaque quod solstitium Aristarchus 152 annis post, Callippico anno 50° exeunte observavit — *τῷ ν΄ ἔτει λήγοντι* secundum Ptolemaeum p. 63 — fuit illud solstitium aestivum Iunii 280 a. C. n. sive Scirophorionis Ol. 124, 4, septimi mensis (*Phamenoth*) 468 N. A.

a) Ibid. p. 62.

b) Eiusdem anni 32i auctumno superiore, Septembri 147, Hipparchus auctumnale aequinoctium observaverat. Ptolem. ib.: *ἐν μὲν γὰρ τῷ λβ΄ ἔτει τῆς τρίτης κατὰ Κάλιππον περιόδου ἐπεσημήνατο μάλιστα τὴν μετοπωρινὴν ἰσημερίαν ὁ Ἵππαρχος — καὶ ἐπιλελογίσθαι φησὶν αὐτὴν γεγονέναι τῇ τρίτῃ τῶν ἐπαγομένων τοῦ μεσονυκτίου τοῦ εἰς τὴν τετάρτην φέροντος· καί ἐστι τὸ ἔτος ροη΄ ἀπὸ τῆς Ἀλεξάνδρου τελευτῆς.* Quae observatio quum secundo die ante exitum anni 601 N. A. sive 26° Septembris 147 a. C. n. facta sit, revera in annum 177 post Alexandri mortem incidit, ut legendum esse putaveris *ροζ΄ ἀπὸ τῆς Α. τ.* Sed probabile est Ptolemaeum de industria praecipientem 178um annum dixisse, quod ipsius quae responderent observationes, quas cum Hipparchi observationibus comparavit, in unum eundemque Aegyptium annum inciderent: 185 annis post Hipparchi observationes, 3° Antonini anno, 463° post Alexandri mortem auctumnale aequinoctium in 9um diem mensis *Athyr* [=25um Sept. 139 A. D.], vernum in 7um mensis *Pachon* [=22um Martii 140 A. D.] incidisse vidit. p. 62: *μετὰ σπε΄ ἔτη τῷ τρίτῳ ἔτει Ἀντωνίνου, ὅ ἐστι υξγ΄ ἀπὸ τῆς Ἀλεξάνδρου τελευτῆς, ἡμεῖς ἐτηρήσαμεν τὴν μετοπωρινὴν ἰσημερίαν γεγενημένην τῇ θ΄ τοῦ Ἀθύρ. — ἡμεῖς δὲ τὴν μετὰ τὰ σπε΄ ἔτη τῷ υξγ΄ ἀπὸ τῆς Ἀλεξάνδρου τελευτῆς ἐαρινὴν ἰσημερίαν εὑρίσκομεν γεγενημένην τῇ ζ΄ τοῦ Παχών.* Videtur igitur commodioris comparationis causa *ἔτος ροη΄ ἀπὸ τῆς Α. τ.* pro Hipparchi observationis utriusque anno proposuisse.

Ptolemaeus quum tempus computat *ἀπὸ τῆς Ἀλεξάνδρου τελευτῆς* (qui medio a. 425 N. A. decessit) semper 424 annos completos ad Alexandri mortem numerat. p. 79: *ἀπὸ μὲν τῆς Ναβονασάρου βασιλείας μέχρι τῆς Ἀλεξάνδρου τελευτῆς ἔτη συνάγεται κατ᾽ Αἰγυπτίους υκδ΄.* Ita tertium Antonini annum ab Alexandri morte 463um posuit p. 62: *τῷ τρίτῳ ἔτει Ἀντωνίνου, ὅ ἐστι ηξγ΄ ἀπὸ τῆς Ἀλεξάνδρου τελευτῆς.* Atqui tertius Antonini annus fuit 887 N. A. Iam 887 — 468 = 424 anni sunt ante Alexandri mortem exacti.

c) Meminisse oportet primum Callippi annum non ince-

intercalarium annorum quidquam mutavit, et verisimillimum est quod Corsinus defendit [d]), ne *exemptilium* quidem dierum ordinem ab eo aliter constitutum esse. Sed quamquam Callippus *ἐννεακαιδεκαετηρίδος* descriptionem non mutavit, tamen secundum Dodwelli tabulas [e]), octavum Metonis annum novae seriei initium fecit. Metonis cyclus sublatus et interruptus est octavo anno, qui novi cycli primus factus est, atque intercalaris annus *communis* est redditus. Haec Callippicae periodi descriptio confirmatur Timocharidis notationibus, ex quibus 36us et 47us Calippi anni *communes* fuerunt: quod fieri non poterat, si Metonis cyclus non interruptus octavo anno, sed ad exitum productus esset. Et tamen marmoris testimonium, quod infra proponemus, hanc descriptionem dubiam reddit.

Haec quum de Metonis cyclo exposuerimus, cui tempori lunae defectio quae Arbelensi pugna superior fuit, quaeque in septimum annum sexti Metonis cycli incidit, adscribenda sit definiri potest. Quae in tabulis 331, 2 disputavi eo consilio dicta sunt ut quod Plutarchus posuit defectionis tempus cum mense quo Arrianus pugnatum esse tradit concilietur. Scaligerum [f]) sequutus eam 20° Boedromionis die factam atque 1mo Pyanepsionis pugnatum esse statui. De Alexandri rebus Arrianus melior testis videbatur quam Plutarchus [g]), qui 26° Boedromionis die pugnam factam esse dicit. Sed Metonis cyclo accuratius exacto hanc opinionem falsam esse edoctus deserui. Fastorum Atticorum variatio aliam viam monstrat; atque mensis dies lunare tempus non antegressi, sed sequuti videntur [h]). Sexta *ἐννεαδεκαετηρὶς* incepit quum primi mensis 1 *d.* 13 *h.* 23 *m.* 32 *s.* exierant. Primi sex et septuaginta menses Metonici, qui Boedromione 331 exierunt, continebant dies 2244, deductis *exemptilibus* diebus; at sex et septuaginta lunares menses complectuntur 2244 *d.* 7 *h.* 47 *m.* 34239 *s.*, ut interlunium Boedromionis 1 *d.* 5 *h.* 35 *m.* 53 *s.* ante primum mensis diem inciderit. Proinde plena luna 13 *d.* 12 *h.* 46 *m.* 8 *s.* post initium Boedromionis fuit sive 14° mensis die; atque quum ad Arbela undecim aut duodecim diebus post defectionem pugnatum sit, proelium 25° aut 26° die factum est, fere eo die quo Plutarchus tradit, sex diebus ante quam Arrianus prodidit [hh]).

Disceptatum est utrum Hecatombaeon semper a primo post solstitium interlunio inceperit an interdum solstitium antecesserit. Hecatombaeonem nunquam ante solstitium incepisse censet Scaliger. Aliter iudicavit Petavius. Dodwellus [i]) Hecatombaeonis interlunium fuisse colligit quod solstitio proximum esset, sive antecederet sive sequeretur solstitium. Corsinus [k]) diversas sententias enumeravit, ipse suum iudicium non interposuit satisque habuit statuere annum *circa solstitium aestivum* incepisse [l]). Quamquam res certis rationibus dirimi non potest [m]), probabilior tamen est Petavii et Dodwelli sententia.

---

pisse 419 N. A. In his computationibus Atticus annus cum illo Nabonassaris anno compositus est cuius maior pars cum eo congruebat. Callippi aetate Nabonassaris annus Attici anni quinto mense incepit. Ptolemaei aetate uterque eodem mense incepit, siquidem Hecatombaeon etiamtum primus Attici anni mensis erat.

d) V. p. 338 ann. n.

e) P. 724—727.

f) Emend. temp. p. 25. 26: *Plutarchus scribit XI diebus ante cladem Persarum ad vicum Gaugamela et fugam Darii ultimi deliquium lunae contigisse μηνὸς βοηδρομιῶνος περὶ ἀρχὴν μυστηρίων. Iam constat μυστήρια celebrari solita τῇ εἰκάδι βοηδρομιῶνος, ut ipse Plutarchus auctor est in Camillo.* — p. 27: *A vicesima mensis Boëdromionis ad exitum mensis sunt dies XI Pyanepsion, Maemacterion*, etc.

g) Camill. c. 19: *Πέρσαι ἡττήθησαν — βοηδρομιῶνος πέμπτῃ φθίνοντος ἐν Ἀρβήλοις.*

h) V. Dodwell. Diss. I p. 42, qui verissime tradit, exeunte Metonica periodo *seriora veris fuisse civilia novilunia atque plenilunia.*

hh) Hanc pugnam 1o die Octobris factam esse docet Ideler. Chron. I p. 347 ann. *Kr.*

i) Diss. I p. 24.

k) T. I p. 98.

l) T. I p. 65.

m) Petavius Doctr. temp. I, 12 p. 29 duo argumenta e Ptolemaeo protulit: *Probatur ex Ptolemaicis observationibus* VII, 3, *ubi Anthesterion coepit Ianuarii* 22. *Ergo Hecatombaeon Iunii* 19. *Item Elaphebolion iniit Feb.* 22. *Ergo Hecatombaeon Iunii* 21. Loci quos respicit, quibus tamen non ipsius Ptolemaei, sed Timocharidis observationes referuntur, hi sunt: *τῷ λς' ἔτει τῆς πρώτης κατὰ Κάλιππον περιόδου, τοῦ μὲν ἐλαφηβολιῶνος τῇ ις', τοῦ δὲ τυβὶ τῇ ε'. — καί ἐστιν ὁ χρόνος κατὰ τὸ νυδ' ἔτος ἀπὸ Ναβονασάρου.* Ptol. p. 170. Annus 454 N. A. Nov. $\frac{1}{2}$ a. C. n.

E lunaris anni ratione primus cuiusque mensis Attici dies quotannis circiter undecim diebus retro cedebat usque ad intercalarem annum, quum per intercalarem mensem circiter octodecim diebus in Iulianis fastis ultra eum locum quem superiore anno habuit promoveretur. Proximo anno rursus undecim diebus retro cedebat pariterque sequentibus, donec alio mense intercalato rursus octodecim diebus a priore loco promovebatur. Ita si primo anno Metonici cycli *Elaphebolion*, quo mense *Dionysii magna* fuerunt, Martii 10mo die incepit, proximo anno iam Februarii 27o initium habuit, quod tertio anno per intercalarem mensem in 17um Martii diem promotum est, quarto in 6um Martii incidit, quinto anno altero mense intercalato in 25um Martii deductum est n). Intercalares anni Metonis cycli temporibus hi fuerunt:

343

	1.	2.	3.	4.	5.	6.
Anni.	A. C. n.	A. C. n.	A. C. n.	A. C. n.	A. C. n.	A. C. n.
3.	$4\frac{30}{29}$.	$41\frac{1}{0}$.	$39\frac{2}{1}$.	$37\frac{3}{2}$.	$35\frac{4}{3}$.	$33\frac{5}{4}$.
5.	$42\frac{8}{7}$.	$40\frac{0}{8}$.	$39\frac{0}{89}$.	$37\frac{1}{0}$.	$35\frac{2}{1}$.	$33\frac{3}{2}$.
8.	$42\frac{5}{4}$.	$40\frac{6}{5}$.	$38\frac{7}{6}$.	$36\frac{8}{7}$.	$34\frac{9}{8}$.	(3130.) o)
11.	$42\frac{2}{1}$.	$40\frac{3}{2}$.	$38\frac{4}{3}$.	$36\frac{5}{4}$.	$34\frac{6}{5}$.	
13.	$4\frac{20}{19}$.	$40\frac{1}{0}$.	$38\frac{2}{1}$.	$36\frac{3}{2}$.	$34\frac{4}{3}$.	
16.	$41\frac{7}{6}$.	$39\frac{8}{7}$.	$37\frac{9}{8}$.	$35\frac{60}{59}$.	$34\frac{1}{0}$.	
19.	$41\frac{4}{3}$.	$39\frac{5}{4}$.	$37\frac{6}{5}$.	$35\frac{7}{6}$.	$33\frac{8}{7}$.	

In his annis duodecim menses qui *Posideonem II* sequebantur, sex intercalaris-anni ultimi totidemque proximi anni primi, si cum locis quos in Iulianis fastis tenerent comparaveris, circiter octodecim diebus quisque promoti sunt, tantoque tempore posterius quam in relicuis cycli annis facta sunt his mensibus et solennia et quae in civitate administranda gererentur. His intercalaribus annis mensium tredecim *prytaniae* in quas annus distributus erat non 36 aut 35 sed 38 aut 39 dierum fuerunt.

---

295 incepit. Proinde quintus dies mensis *Tybi*, 125us Aegyptii anni, fuit 8us Martii, qui dies si 15us Elaphebolionis fuit, haud dubie 1us Elaphebolionis Februarii 22us fuit. Item p. 169: *τῇ ἡ τοῦ ἀνθεστηριῶνος, κατ' Αἰγυπτίους τῇ κθ' τοῦ Ἄθὺρ — κατὰ τὸ νξέ ἔτος ἀπὸ Ναβονασάρου.* Iam docuimus p. 331 mensis *Athyr* 29um diem 465 N. A. fuisse Ianuarii 29um a. C. n. 283. Sed falsum est quod Petavius inde colligit. Hi non fuerunt intercalares anni, sed *communes* 354 dierum. Itaque sequitur, ut, si 1us *Anthesterionis* dies Ianuarii 22us fuit, *Hecatombaeonis* 1us Iunius 29us fuerit; ac si *Elaphebolionis* 1us Februarii 22us fuit, *Hecatombaeonis* 1us Iulii 2us fuerit. Atque utraque ratione Attici anni principium solstitio posterius fuit. Horum annorum priorem, 454 N. A., ex Timocharidis ratione *communem* fuisse Timocharis ipse docet. Ptolem. p. 171: *πάλιν Τιμόχαρις μέν φησιν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τηρήσας ὅτι τῷ λε' ἔτει τῆς πρώτης κατὰ Κάλιππον περιόδου τοῦ μὲν Ποσειδεῶνος τῇ κε', τοῦ δὲ φαῶφι τῇ ις'. — καί ἐστιν ὁ χρόνος κατὰ τὸ νηδ' ἔτος ἀπὸ Ναβονασάρου.* Mensis *Phaophi* 16us dies, anni 454 N. A. 46us, Decembris 19us fuit. Itaque 25us Posideonis dies 79us ante 15um Elaphebolionis atque 1us Posideonis Novembris 26us fuit. Hic igitur *communis anni* Posideon fuit. Annum 465 N. A. non fuisse intercalarem Dodwelli tabulae docent p. 726, quae Timocharidis observationibus accommodatae sunt. De Dodwelli tabularum et Timocharidis notationum veritate dubitari posse infra docebimus. Sed ita quoque aliam ob causam Petavii conclusio falsa fuerit.

n) V. Dodwelli tabulas Diss. de cyclis p. 716—727. In notandis fabularum actarum temporibus, in quarta tabularum columna, Anthesterionem Februario, Elaphebolionem Martio expressimus, quod Lenaea plerumque in Februarium mensem incidebant [v. tamen p. 332 ann. n], Dionysia in Martium. Sed in intercalaribus annis haec solennia fere in proximum mensem ineuntem deducta sunt. Hoc factum est in quattuor earum quae in tabulis enumerantur fabularum. Ita Aristophanis *Ἱππέας* probabile est 4o aut 5o Martii die 424 datam esse. Pariterque in 4um aut 5um Martii diem incidisse videntur Lenaea quibus vicerunt Agatho 416 et Aristophanes 405 et Dionysius 367 a. C. n.

o) Hoc anno Callippi cyclus receptus est qui quattuor Metonicas periodos i. e. septuaginta annos complectebatur.

Athenienses civilem annum suum in decem *prytanias* distribuerunt, quot tribus habebant [p]), unamquamque prytaniam quinque et quadraginta dierum. Harpocratio [q]): ἔστιν ἀριθμὸς ἡμερῶν ἡ
344 πρυτανεία ἤτοι τριάκοντα ἓξ ἢ τριάκοντα πέντε· καὶ ἑκάστη φυλὴ πρυτανεύει. Photius [r]): ὁ τῶν ἡμερῶν ἀριθμός· δέκα ἐγίνοντο κατ' ἐνιαυτόν, ὅτι καὶ δέκα αἱ φυλαί. ἐνιαυτὸν δὲ οἱ Ἀθηναῖοι τὸν σεληνιακὸν ἦγον. ἐπέβαλε δὲ ἑκάστη φυλὴ τῶν δέκα λε' ἡμέρας, καὶ ἐπερίττευον ἐκ τοῦ σεληνιακοῦ ἐνιαυτοῦ ἡμέραι τέσσαρες, ἃς ἐπεμέριζον ταῖς πρώταις λαχούσαις πρυτανεύειν τέσσαρσι φυλαῖς· καὶ τῶν μὲν τεσσάρων πρώτων ἑκάστη εἶχε τὴν πρυτανείαν ἀπαρτιζομένην εἰς λς' ἡμέρας, αἱ δὲ λοιπαὶ ἓξ ἀνὰ λε' [s]). Dodwellus quum e Demosthenis libris quem annis quibusdam nonnullae tribus tenuerint collegerit, ordinem quo praesederint semper eundem fuisse statuit. Ita notavit 354 *Pandionidem* tribum primo principatum tenuisse [t]), 340 *Hippothoontidem* tertium [u]), alio tempore Leontidem sextum [v]), *Erechtheidem* octavum [x]), *Aeantidem* decimum [y]) locum tenuisse. Inde colligit semper tribus hoc ordine praesedisse, semper primam *prytaniam Pandionidis*, octavam *Erechtheidis*, decimam *Aeantidis* fuisse. Hanc sententiam Corsinus [z]) compluribus argumentis iisque ingeniose excogitatis impugnat atque quo ordine tribus praesiderent quotannis sorte constitutum esse docet. Quod quibus argumentis defendit, ea ex parte certissima sunt. Ac primum fortuitum fuisse ordinem perspicue veterum

---

p) Decem tribus fuerunt usque a tempore quo a Clisthene institutae sunt, 510 a. C. n. (Herod. V, 66. 69) ad illud quo in Demetrii et Antigoni honorem duae sunt additae, a. C. n. 306 (Plutarch. Demetr. c. 10. Pollux VIII, 110. Cf. Steph. Byz. v. *Βερενικίδαι*). Principatum tribus hoc ordine tenuerunt: Ἐρεχθηΐς· Αἰγηΐς· Πανδιονίς· Λεοντίς· Ἀκαμαντίς· Οἰνηΐς· Κεκροπίς· Ἱπποθοωντίς· Αἰαντίς· Ἀντιοχίς. Id Corsinus Fastt. Att. Diss. IV his docuit argumentis. Primum Demosthenes Epitaph. p. 1397—1399 et Etymol. v. Ἐπώνυμοι eas hoc ordine recensent. Deinde eodem ordine posuit vetus marmor quod antiquitus in Ceramico statutum civium qui 457 proeliis occidissent nomina suis quaeque tribubus adscripta prodidit. Quod monumentum propter antiquitatem suam gravissimum proposuit Corsin. t. I p. 159—161. [Boeckh. Corp. Inscr. I p. 292]. Incipit ita: Ἐρεχθηΐδος οἵδε ἐν τῷ πολέμῳ ἀπέθανον ἐν Κύπρῳ ἐν Αἰγύπτῳ ἐν Φοινίκῃ ἐν Ἁλιεῦσιν ἐν Αἰγίνῃ Μεγαρο . . ἐν τῷ αὐτῷ ἐνιαυτῷ . . . . Sequuntur Erechtheidis tribus civium nomina; deinde post lacunam: [Παν]διονίδος . . . . . Λεοντίδος Ἀμφιάναξ κ. τ. λ. Ἀκαμαντίδος Θεοφάνης κ. τ. λ. Οἰνηΐδος Λυκέας κ. τ. λ. Κεκροπίδος Αὐτοκράτης κ. τ. λ. Ἱπποθωντίδος Γόρδος κ. τ. λ. Relicuae tribus erasae sunt. Iam non comparet Πανδιονίδος, quod Sponius ante Λεοντίδος positum legebat. Itaque hoc monumentum decem tribuum septem nominat, relicuis tribus deletis, eodem ordine quo Demosthenes et Etymologus. Tum item eodem ordine decem quae ab initio fuerunt tribus enumerat titulus ex Hadriani aetate a Sponio editus. [Apud Boeckh. I p. 381.] Denique proponit mutilatum fragmentum marmoris Hadriani aetate conditi, in quo haec nomina comparent [apud Boeckh. I p. 389]: Ἐρεχθηΐδος — Αἰγηΐδος — Πανδιονίδος . . . . . εοντίδος . . . . . κροπίδος . . . . . ωντίδος. Unde merito colligit eundem ordinem servatum fuisse. Eumque ordinem confirmat monumentum nunc in Museo Britanno repositum simulque quibus locis tres quae additae sunt tribus collocatae fuerint ostendit [apud Boeckh. I p. 393]: Ἀλκαμένους κοσμητεύοντος ἔφηβοι· Ἐρεχθεῖδος Αὐρ. Δημήτριος κ. τ. λ. Αἰγεῖδος Μεγιστόδωρος, Κάρπος. Deest tertia tribus Πανδιονίς. Relicuae hoc ordine ponuntur. Post Αἰγεῖδος nullo lacunae signo marmor pergit: Λεωντίδος — Πτολεμαΐδος — Ἀκαμαντίδος — Ἀδριανίδος — Οἰνεῖδος — Κεκροπίδος — Ἱπποθοοντίδος — Αἰαντίδος — Ἀντιωχίδος — Ἀτταλίδος. De hoc titulo exposuit Corsinus t. IV p. IX—XIII. Sed accuratius redditum vide apud Combeum: *Description of the Ancient Marbles in the British Museum* Part. II tab. 36.

q) V. *πρυτανείας*.

r) Lex. v. *πρυτανεία*.

s) Repetiit Suidas in voce.

t) Demosth. Timocrat. p. 706. 708.: *ἐπὶ τῆς πρώτης πρυτανείας τῇ ἑνδεκάτῃ — ἐπὶ τῆς Πανδιονίδος πρώτης, ἑνδεκάτῃ τῆς πρυτανείας*. Rursus a. C. n. 346 Demosth. Coron. p. 235: *ἑκατομβαιῶνος ἕνῃ καὶ νέᾳ φυλῆς πρυτανευούσης Πανδιονίδος*.

u) Demosth. Coron. p. 250: *βοηδρομιῶνος ἕνῃ καὶ νέᾳ — πρυτανείᾳ φυλῆς Ἱπποθοωντίδος*. p. 261: *μηνὸς βοηδρομιῶνος ἕκτῃ ἐπὶ δέκα, φυλῆς πρυτανευούσης Ἱπποθοωντίδος*.

v) Demosth. Coron. p. 253: *ἐπὶ Χαιρώνδου ἄρχοντος, γαμηλιῶνος ἕκτῃ ἀπιόντος, φυλῆς πρυτανευούσης Λεοντίδος*.

x) Demosth. Coron. p. 282: *μηνὸς ἐλαφηβολιῶνος ἕκτῃ φθίνοντος, φυλῆς πρυτανευούσης Ἐρεχθηΐδος*.

y) Demosth. Coron. p. 288: *φυλῆς πρυτανευούσης Αἰαντίδος, σκιροφοριῶνος ἕκτῃ ἐπὶ δέκα*.

z) T. I p. 127. 128. 179.

scriptorum testimonia docent: *τὸ δέκατον μέρος τῆς βουλῆς τῶν πεντακοσίων καὶ πεντήκοντα ἀνδρῶν ἀπὸ μιᾶς φυλῆς* [a]). — *ἐπρυτάνευον δὲ ἐκ διαδοχῆς ἀλλήλων αἱ δέκα φυλαὶ κληρολαχοῦσαι κατὰ ἐνιαυτόν* [b]). — *ἐνταῦθα καλῶς προςέθηκε τὴν φυλὴν τὴν Πανδιονίδα, ἐπειδὴ ἔτυχε τότε αὐτὴν κληρωθῆναι πρώτην πρυτανεῦσαι. ἀνωτέρω ἐπειδὴ τὴν ἐπιχειροτονίαν τῶν νόμων ἀνέγνωκεν εἰκότως οὐχ ὥρισε ποίας πρυτανευούσης πρώτης, ἐπειδὴ ἄδηλον ἦν, ὡς εἴπομεν, ποία κληροῦται ἀεὶ κατὰ τὸν πρῶτον μῆνα πρώτη πρυτανεῦσαι* [c]). Deinde discrepantis ordinis exempla reperiuntur. Ita *Aeantis*, quae Demosthenis aetate decima, a. 490 secunda fuit: *τὸ ψήφισμα καθ' ὃ τοὺς Ἀθηναίους ἐξήγαγε (Μιλτιάδης) τῆς Αἰαντίδος φυλῆς πρυτανευούσης ἐγράφη* [d]). Hoc psephisma refertur ad 6um diem Boedromionis, anni 65um, quo tempore secundae tribus prytania fuit [e]). Quae Demosthenis aetate octava erat *Erechtheis* prima memoratur apud Antiphontem *περὶ χορευτοῦ*. Quam orationem qui habuit ex hac tribu [f]) oriundus erat, atque per menses Hecatombaeonem et Metagitnionem *τῶν βουλευτῶν εἷς ἦν, — καὶ πρὸς τούτοις πρυτανεύσας τὴν πρώτην πρυτανείαν ἅπασαν πλὴν δυοῖν ἡμέραιν* [g]). Porro Corsinus recte admonet [h]) non fuisse cur adderetur *πρώτη, πέμπτη, ἕκτη*, si tribus cuiusque locus certus semper notusque fuisset; *Erechtheida* tribum, „*quae omnium princeps fuerit primumque semper in tribuum ordine locum obtinuerit*," ex Dodwelli sententia semper octavum locum occupaturam fuisse; *Aeantidis*, „*quae Plutarcho teste nunquam postremo loco esse passa sit*" [i]), e Dodwelli ratione *decimam prytaniam* futuram fuisse [k]). 345

Corsini sententia monumento postmodum edito egregie confirmata est, ita ut de eius veritate iam non liceat dubitare. Etenim Choiseulianum marmor [l]), quod pecunias e Minervae Poliadis aerario Glaucippo archonte $4\frac{10}{09}$ expensas refert, *prytaniarum* huius anni ordinem sistit integrum. Hoc monumentum tam clare hanc rem illustrat, ut dignum sit in quo explicando immoremur. Proponam autem eas partes quae hic alicuius momenti videantur, omissis tantum pecuniarum quae expensae traduntur rationibus, quippe quae ad hanc disputationem non sint necessariae.

Ἀθηναῖοι [m]) *ἐψήφισαν ἐπὶ Γλαυκίππου ἄρχοντος καὶ ἐπὶ τῆς βουλῆς ᾗ Κλεγένης Ἁλαιεὺς προεγραμ-*

---

a) Haec iam fuerat Petiti sententia Legg. Att. p. 268: *Sorte ductae tribus imperabant sibi in vicem succedentes.* p. 275: *Ordine quem sors ab ipso anni principio unicuique attribuerat.* Sed Corsinus multa argumenta addidit.

b) Etymol. v. *πρύτανις*. Cf. Corsin. t. I p. 179. Melius dedit Harpocrat. v. *πρυτάνεις — πεντήκοντα ἄνδρες ἀπὸ μιᾶς φυλῆς — ἐπρυτάνευον δὲ — αἱ δέκα φυλαὶ κλήρῳ λαχοῦσαι.* Cf. etiam Schol. Aristoph. Eccles. 396.

c) Ulpian. ad Demosth. Timocrat. p. 447, 44. Cf. Corsin. t. I p. 149.

d) Plutarch. Sympos. I, 10 p. 628, e. Cf. Corsin. t. I p. 183.

e) *Tertia* secundum Corsinum, qui pugnam Marathoniam 16o die Boedromionis factam esse statuit: quod quibus rationibus ductus fecerit supra p. 336 vidimus. Sed de hac re disputans t. I p. 182 s. suam ipsius sententiam qua annum tum Gamelione incepisse statuit oblitus est: ex qua sententia Boedromion 490 a. C. n. non tertius, sed nonus mensis fuisset.

f) Antiphon. *περὶ χορευτοῦ* p. 142, 33.

g) P. 146, 35. Cf. Corsin. t. I p. 181 s.

h) T. I p. 149.

i) Plutarch. Sympos. I, 10 p. 628, b: *τῇ Αἰαντίδι φυλῇ γέρας ὑπῆρχε τὸ μὴ κρίνεσθαι τὸν αὐτῆς χορὸν ἔσχατον.*

k) Corsin. t. I p. 150.

l) Hoc marmor 1788 Athenis asportatum a Barthelemio explicatum est in libro: *Dissertation sur une ancienne inscription Grecque relative aux finances des Athéniens par I. I. Barthélemy.* 1792. Iterum editum est in Mem. de l'Acad. etc. t. XLVIII p. 337. [Apud Boeckh. p. 220.]

m) In ipso lapide: *Αθεναιοι ανελοσαν επι Γλαυκιππο αρχοντος και επι τες βολες ει Κλεγενες Ηαλαιευς προεγραμματευε. τάμιαι ιερογ χρεματον τες Αθεναιας Καλλιστρατος Μαραθονιος και Χουναρχοντες παρεδοσαν εκ τον επιτειον Φοεφισαμενο το δεμο. Επι τες Αιαντιδος προτες πρυτανευοσες. Ηε[λλε]νοταμιαις παρεδοθε Καλλιμαχοι Ηαγνοσιοι κ. τ. λ.* Hoc specimen, quod ego, ne plus chartae insumatur minutis litteris exprimendum curavi, veterem scripturam, qua ante Euclidem archontem utebantur, refert. V. tabb. 403, 2. Neque tamen colligere licet, quod fuerunt qui facerent, Sophoclis et Euripidis fabulas omnes hac veteri ratione scriptas fuisse. Quod nova scribendi ratio lege ab Archino lata Euclide archonte recepta est, id tantum de usu publicorum monumentorum intellexeris. Privati ea iam ante utebantur. Ita ex Athenaeo X, 454, b, Euripidis Theseum laudante, perspicitur, quo tempore Euripides hanc fabulam composuerit, quod ante 422 factum est, quum Aristophanes in Vespis 313 eam respiciat, Thesei nomen *Θησεύς* scriptum fuisse.

μάτενε. ταμίαι ἱερῶν χρημάτων τῆς Ἀθηναίας Καλλίστρατος Μαραθώνιος καὶ ξυνάρχοντες παρέδοσαν ἐκ τῶν ἐπετείων ψηφισαμένου τοῦ δήμου. Ἐπὶ τῆς ΑΙΑΝΤΙΔΟΣ πρώτης πρυτανευούσης, Ἐ . . . νοταμίαις παρεδόθη Καλλιμάχῳ Ἀγνουσίῳ . . . . . Ἰ . αριεῖ ἵππιος σῖτος ἐδόθη Ἀθηναίας Πολιάδος — Ἐπὶ τῆς ΑΙΓΗΙΔΟΣ δευτέρας πρυτανευούσης, ἀθλοθέταις παρεδόθη ἐς Παναθήναια τὰ μεγάλα Φίλωνι Κυδαθηναιεῖ καὶ συνάρχουσιν Ἀθηναίας Πολιάδος — ἱεροποιοῖς κατ' ἐνιαυτὸν Διόλλῳ Ἐρχιεῖ καὶ συνάρχουσιν ἐς τὴν ἑκατομβήν — Ἐπὶ τῆς ΟΙΝΗΙΔΟΣ τρίτης πρυτανευούσης, Ἑλληνοταμίαις παρεδόθη Περικλεῖ Χολαργεῖ καὶ συνάρχουσιν ἵπποις σῖτος ἐδόθη — ἕτερον τοῖς αὐτοῖς Ἑλληνοταμίαις ἵπποις σῖτος ἐδόθη — ἕτερον τοῖς αὐτοῖς Ἑλληνοταμίαις Ἑρμωνι ἐδόθη ἄρχοντι ἐς Πύλον — ἕτερον τοῖς αὐτοῖς Ἑλληνοταμίαις ἐς τὴν διωβελίαν — Ἐπὶ τῆς ΑΚΑΜΑΝΤΙΔΟΣ τετάρτης πρυτανευούσης, Ἑλληνοταμίαις παρεδόθη Περικλεῖ Χολαργεῖ καὶ συνάρχουσιν σῖτος ἵπποις ἐδόθη — ἕτερον τοῖς αὐτοῖς Ἑλληνοταμίαις ἐς τὴν διωβελίαν ἐδόθη — Ἐπὶ τῆς ΚΕΚΡΟΠΙΔΟΣ πέμπτης πρυτανευούσης, Ἑλληνοταμίαις παρεδόθη Περικλεῖ Χολαργεῖ καὶ συνάρχουσιν ἐς τὴν διωβελίαν — Ἐπὶ τῆς ΛΕΟΝΤΙΔΟΣ ἕκτης πρυτανευούσης, τρίτῃ ἡμέρᾳ τῆς πρυτανείας, Ἑλληνοταμίαις παρεδόθη Διονυσίῳ Κυδαθηναιεῖ καὶ συνάρχουσιν — ἑνάτῃ τῆς πρυτανείας, Ἑλληνοταμίαις Θράσωνι Βουτάδῃ καὶ συνάρχουσιν — ἑνδεκάτῃ τῆς πρυτανείας, Ἑλληνο-
346 *ταμίαις παρεδόθη Προξένῳ Ἀφιδναίῳ καὶ συνάρχουσιν (στρατηγῷ ἐξ Ἐρετρίας Εὐκλείδῃ ἀνομολόγημα) — τρίτῃ καὶ δεκάτῃ τῆς πρυτανείας, Ἑλληνοταμίαις Περικλεῖ Χολαργεῖ καὶ συνάρχουσιν — ὀγδόῃ καὶ εἰκοστῇ τῆς πρυτανείας, Ἑλληνοταμίαις Σπούδιδι Φλυεῖ καὶ συνάρχουσιν — τριακοστῇ τῆς πρυτανείας τὰ ἐκ Σάμου ἀνωμολογήθη Ἑλληνοταμίᾳ Ἀναιτίῳ Σφηττίῳ καὶ παρέδρῳ Πολυαράτῳ Χολαργεῖ — Ἐπὶ τῆς ΑΝΤΙΟΧΙΔΟΣ ἑβδόμης πρυτανευούσης, πέμπτῃ τῆς πρυτανείας, παρεδόθη Διονυσίῳ Κυδαθηναιεῖ καὶ συνάρχουσιν ἐς διωβελίαν — ἑβδόμῃ τῆς πρυτανείας, Ἑλληνοταμίαις Θράσωνι Βουτάδῃ καὶ συνάρχουσιν ἐς τὴν διωβελίαν — τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ Ἑλληνοταμίαις Φαλάνθῳ Ἀλωπεκῆθεν καὶ συνάρχουσιν σῖτον ἵπποις — ἕκτῃ καὶ δεκάτῃ τῆς πρυτανείας, Ἑλληνοταμίαις Προ . . . νῳ Ἀφιδναίῳ καὶ συνάρχουσιν — τετάρτῃ καὶ εἰκοστῇ τῆς πρυτανείας, Ἑλληνοταμίαις Εὐπολ. . . . . φιδναίῳ καὶ συνάρχουσιν — ἑβδόμῃ καὶ εἰκοστῇ τῆς πρυτανείας, Ἑλληνοταμίαις Καλλίᾳ Εὐωνυ. . . . αι συνάρχουσιν — Ἐπὶ τῆς ΙΠΠΟΘΩΝΤΙΔΟΣ ὀγδόης πρυτανευούσης, δωδεκάτῃ τῆς πρυτανείας, Ἑλληνοταμίαις παρεδόθη Προξένῳ Ἀφιδναίῳ καὶ συνάρχουσιν — τετάρτῃ καὶ εἰκοστῇ τῆς πρυτανείας, Ἑλληνοταμίαις ἐδόθη Διονυσίῳ Κυδαθηναιεῖ καὶ συνάρχουσιν — ἕκτῃ καὶ τριακοστῇ τῆς πρυτανείας, Ἑλληνοταμίαις ἐδόθη Θράσωνι Βουτάδῃ καὶ συνάρχουσιν — Ἐπὶ τῆς ΕΡΕΧΘΗΙΔΟΣ ἑνάτης πρυτανευούσης, δωδεκάτῃ τῆς πρυτανείας, Ἑλληνοταμίαις ἐδόθη Προξένῳ Ἀφιδναίῳ καὶ συνάρχουσιν — τρίτῃ καὶ εἰκοστῇ τῆς πρυτανείας, Ἑλληνοταμίαις ἐδόθη Διονυσίῳ Κυδαθηναιεῖ καὶ συνάρχουσιν — ἕκτῃ καὶ τριακοστῇ τῆς πρυτανείας, Ἑλληνοταμίαις ἐδόθη Θράσωνι Βουτάδῃ καὶ συνάρχουσιν — ἕκτῃ καὶ τριακοστῇ τῆς πρυτανείας, τὰ ἐκ Σάμου ἀνομολογησα . . . . . νς στρατηγοῖς ἐς Σάμῳ Δεξικράτει Ἁγιλιεῖ — Πασιφῶντι Φρεαρρίῳ — Ἀριστοκρα . . . . ι — Ε . . . . Εὐωνυμεῖ — Νικηράτῳ Κυδαντίδῃ τριηράρχῳ — Ἀριστοφάνει Ἀνα . . . τριηράρχῳ — Ἐπὶ τῆς ΠΑΝΔΙΟΝΙΔΟΣ δεκάτης πρυτανευούσης, ἑνδεκάτῃ τῆς πρυτανείας, Ἑλληνοταμίαις Προ . . . . . καὶ συνάρχουσιν — τρίτῃ καὶ εἰκοστῇ τῆς πρυτανείας, Ἑλληνο . . . . . σιν — ἕκτῃ καὶ τριακοστῇ τῆς πρυτανείας Ἑλλ . . . . . ουσιν — Κεφάλαιον ἀργυρίου συμπαν . ο . . . .*

Egregium hoc monumentum tribus recenset plane alio ordine atque eo quem e Demosthene collegerunt. Glaucippo archonte *Aeantis* prima, *Pandionis* postrema fuit: qui ordo contrarius est ei quem Dodwellus nulla mutatione semper obtinuisse statuit. Quod perspicuum argumentum est sorte *prytanias* distributas esse et fortuitum fuisse ordinem principatus. Pariter iam emendare possumus quod a Photio et Suida credere iubemur, eos quattuor qui superessent dies primis quattuor prytaniis attributas esse, quarum quaeque 36 dierum fuerit, quum 35 dierum esset quaeque sex ultimarum [n]). Hos auctores, ut par erat, Petitus et Dodwellus Corsinusque sequebantur et illos

---

Antiquam scribendi rationem par est diutius in publicis monumentis quam in privatorum usu retineri.

n) Eodem mente Schol. in Hermog. p. 400: *δέκα δ' οὐσῶν Ἀθήνησι φυλῶν ἐπρυτάνευον αἱ μὲν πρῶται λαχοῦσαι φυλαὶ τέσσαρας ἀνὰ λς' ἡμέρας, αἱ δὲ λοιπαὶ ς' ἀνὰ λε'.*

quattuor dies primis quattuor tribubus attribuerunt o). Sed quum in hoc marmore 36us dies octavae et nonae et decimae prytaniarum perspicue expressus sit, contrarium ordinem obtinuisse apparet atque quattuor qui superessent dies ultimis prytaniis additos fuisse, non primis. Glaucippi anno, qui non intercalaris fuit, sed 354 dierum, quartus ille Metonicae *ἐννεακαιδεκαετηρίδος*, prytaniarum hic fuit ordo.

Dies.		Dies.	Initium.	
. . .	1. Aeantis	35.	1. Hecatombaeon . .	*Iul.* 14. A. C. n. 410.
70. . . .	2. Aegeis	35.	7. Metagitnion . . .	*Aug.* 18.
105. . . .	3. Oeneis	35.	12. Boedromion . . .	*Sept.* 22.
140. . . .	4. Acamantis . . .	35.	18. Pyanepsion . . .	*Octob.* 27.
175. . . .	5. Cecropis	35.	23. Maemacterion . .	*Dec.* 1.
210. . . .	6. Leontis	35.	29. Posideon	*Ian.* 5 A. C. n. 409.
246. . . .	7. Antiochis	36.	5. Anthesterion . . .	*Feb.* 9.
282. . . .	8. Hippothoontis .	36.	11. Elaphebolion . . .	*Mart.* 17 p).
318. . . .	9. Erechtheis . . .	36.	18. Munychion	*April.* 22.
354. . . .	10. Pandionis . . .	36.	24. Thargelion	*Mai.* 28—*Iul.* 2.

347

Proximi archontis, *Dioclis*, anno, $40\frac{2}{8}$, alio marmore teste *Cecropidi* prima prytania erat q): *ἐπὶ Διοκλέους ἄρχοντος Κεκροπίδος πρυτανευούσης πρώτης ἐπὶ τῆς βουλῆς ᾗ Νικοφάνης Μαραθώνιος πρῶτος ἐγραμμάτευσεν.* *Nicodoro* archonte $31\frac{4}{3}$ hanc tribum sextum locum obtinuisse docet marmor secundum Chandlerum r) sic legendum: *Ἐπὶ Νικοδώρου ἄρχοντος ἐπὶ τῆς Κεκροπίδος ἕκτης πρυτανείας, γαμηλιῶνος ἐνδεκάτῃ, ἕκτῃ καὶ εἰκοστῇ τῆς πρυτανείας, ἐκκλησία τῶμ προέδρων. ἐπεψηφισθεν* s) *Ἀριστοκράτης Ἀριστοδήμου Οἰν. καὶ συμπρόεδροι· Θρασυκλῆς Ναυσικράτους Θριάσι εἶπεν· δεδόχθαι τῷ δήμῳ* [*Ὠσαχάραν* t)] *Ἀγαθῶνος Μακεδόνα ἐπαινέσαι ὅτι ἐστὶν ἀνὴρ ἀγαθὸς ἰδίᾳ τε περὶ Ἀθηναίους τοὺς ἀφικνουμένους εἰς τὴν χώραν τὴν ἑαυτοῦ καὶ κοινεῖ περὶ τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων, καὶ παραγενόμενος εἰς τὴμ πόλιν τάς τε ναῦς τὰς ἰδίας καὶ τοὺς στρατιώτας παρ. . . . .*

Docet hoc monumentum Nicodori annum intercalarem fuisse mensium Atticorum tredecim. In communi anno Attico duodecim mensium 6am prytaniam 29° Posideonis die incepisse vidimus. At si 26us prytaniae dies Gamelionis 11us fuit, primus Posideonis 16us fuerit necesse est: id quod nisi intercalari anno fieri non potuit. Intercalaribus annis Metonici cycli 3. 5. 11. 13. 16. 19 sexta prytania 14° die intercalati mensis Posideonis II coepta est; octavo anno 15° huius mensis; atque 26us dies praesidentis tribus annis 3. 5. 13. 16 Gamelionis 9us, relicuis tribus intercalaribus annis 10us Gamelionis fuit. Itaque hoc monumentum Dodwelli tabulis Callippicis repugnat docetque contra eum ab initio Callippici cycli in intercalarium annorum serie mutationem non esse factam.

---

o) Petitus Legg. Att. p. 268. *Illi quattuor dies imputabantur quattuor tribubus quae primae imperaverant.* Dodwell. Diss. III p. 186: *Prytaniae dierum aliae* 36, *aliae* 35, *sic autem ut primarum prytaniarum dies fuerint plures.* — Corsin. t. I p. 103: *Quatuor dies illi ita primis* 4 *anni tribubus adiungebantur, ut illarum singulae non* 35 *diebus, aliarum sequentium instar, sed potius* 36 *continuos dies imperarent.*

p) Si Februarius 29 dierum fuit, Martii 16us, Aprilis 21us — Maii 27us ponendus est.

q) Chandler. Inscr. Ant. P. II. N. 1 p. 37. [Apud Boeckh. I p. 262.]

r) Ibid. p. 50 No. 11. [Apud Boeckh. p. 143.]

s) Videtur legendum esse *ἐπεψήφισεν*. Ita Atheniensium decretum apud Iosephum Ant. XIV, 8, 5: *ἐκκλησίας γενομένης ἐν τῷ θεάτρῳ τῶν προέδρων ἐπεψήφισε Δωρόθεος ἀρχιερεὺς καὶ οἱ συμπρόεδροι.* Aliud apud Laert. VII, 10: *ἐκκλησία κυρία τῶν προέδρων· ἐπεψήφισεν Ἵππων Κρατιστοτέλους Ξυπετεὼν καὶ οἱ συμπρόεδροι.*

t) Hoc nomen ex coniectura edidit. [Boeckhius *Ἀσανδρον* supplevit. *Kr.*]

Nam e Dodwelli rationibus quum nova *ἐννεακαιδεκαετηρὶς* a primo Callippi anno coepta esse statuatur, Nicodori archontis annus *communis* 354 dierum fuisset; quum ex priore ordine revera inter-
348calaris fuerit, Metonici cyli quintus u). Sed in marmoris numeris difficultas inest. Nam in primo cycli anno 16us *Posideonis II* dies anni 193us fuit, ut primis duabus tribubus 192 dies impertiantur. At vero $38 \times 5 = 190$ d., ut duo dies supersint. Itaque statuendum est aut in *ἡμερῶν ἐξαιρεσίμων* ordine a Callippo aliquid mutatum esse, quod non probabile est; aut quattuor qui superessent dierum duos primis duabus tribubus datos fuisse; aut Chandlerum marmoris numeros non recte reddisse et *γαμηλιῶνος ἑνδεκάτῃ* pro *γαμηλιῶνος ἑνάτῃ* legisse x).

XX.

DE DEMOSTHENE.

De Demosthenis aetate duo testimonia exstant, satis illa inter se discrepantia. Qui oratorum vitas conscripsit a) haec prodit: *Δημοσθένης Δημοσθένους καὶ Κλεοβούλης τῆς Γύλωνος θυγατρός, τὸν δὲ δῆμον Παιανιεύς, καταλειφθεὶς ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐτῶν ἑπτὰ μετ' ἀδελφῆς πενταετίδος, τὸν*

u) Id perspicietur Dodwelli rationibus, ut in Callippicis tabulis suis exposuit p. 724 cum vetere ordine comparatis. B littera intercalares annos significat.

Olymp.	Vetus ordo.	Dodwell.
110, 4.	1.	1.
111, 1.	2.	2.
2.	3. B.	3. B.
3.	4.	4.
4.	5. B.	5.
112, 1.	6.	6.
2.	7.	7.
3.	8. B. *Callippus.*	1. *Callippus.*
4.	9.	2.
113, 1.	10.	3. B.
2.	11. B.	4.
3.	12.	5. B.
4.	13. B.	6.
114, 1.	14.	7.
2.	15.	8. B.
3.	16. B.	9.
4.	17.	10.
115, 1.	18.	11. B.
2.	19. B.	12.
3.	1.	13. B.
4.	2.	14.
116, 1.	3. B.	15.
2.	4.	16. B.
3. Nicodorus.	5. B. archon.	17.
4.	6.	18.
117, 1.	7.	19. B.

Et tamen Dodwelli rationes et Timocharidis auctoritate et iis locis quibus Hipparchi observationes referuntur nituntur. V. supra p. 339 s. Hae difficultates nonnisi ita expediri possunt ut statuatur Callippi cyclum 76 annorum, coeptum Iulio 330, artis rationibus constitutum, tantum ab astrologis receptum, neque Athenienses continuo publice eo usos fuisse. Sed Athenienses eum ante 36um periodi annum, 295 a. C. n., recepisse suisque intercalationibus accommodasse Timocharidis notationibus probatur. [Ol. 118, 3 factum esse suspicatur Ideler. Chron. I p. 351. *Kr.*]

x) Ex quo haec scripsi ipsi mihi marmoris inspiciendi copia facta est. Est illud nunc in Mus. Britt. in aed. XV No. 280. Vidi ego Chandlerum accurate reddidisse temporis notas, quae perspicue scriptae leguntur hoc modo:

επι Νικοδωρου αρχοντος
επι της Κεκροπιδος εκτη
ς πρυτανειασ γαμηλιωνος
ενδεκατηι εκτηι και εικο
στηι της πρυτανειας —

Restat igitur ut statuatur Nicodoro archonte, 314 a. C. n., illos quattuor dies non postremis quattuor tribubus datos fuisse, ut Glaucippo archonte, 410 a. C. n., factum est, sed alia ratione distributos et duos primis duabus, duos ultimis duabus tribubus datos fuisse. [Cf. Ideler. l. l. p. 342 s. *Kr.*]

a) Vit. X Or. p. 844, a — 845, e.

μὲν τῆς ὀρφανίας χρόνον παρὰ τῇ μητρὶ διῆγε. — τελειωθεὶς δὲ ἐλάττω παρὰ τῶν ἐπιτρόπων παραλαβὼν ἔκρινεν αὐτοὺς ἐπιτροπῆς ἐπὶ Τιμοκράτους ἄρχοντος, τρεῖς ὄντας, Ἄφοβον, Θηριππίδην, Δημοφῶντα ἢ Δημέαν. — καὶ εἷλεν αὐτούς· τῆς δὲ καταδίκης οὐδὲν ἐπράξατο, τοὺς μὲν ἀργυρίου τοὺς δὲ καὶ χάριτος [ἀφείς.] — καὶ χορηγὸς ἐγένετο· Μειδίαν δὲ τὸν Ἀναγυράσιον πλήξαντα αὐτὸν ἐν τῷ θεάτρῳ χορηγοῦντα εἰς κρίσιν καταστήσας, λαβὼν τρισχιλίας ἀφῆκε τῆς δίκης. — ἑπτὰ δὲ καὶ τριάκοντα ἔτη γεγονώς, λογιζομένοις ἀπὸ Δεξιθέου εἰς Καλλίμαχον, ἐφ' οὗ ἡ παρ' Ὀλυνθίων ἦκε πρεσβεία περὶ 349
τῆς βοηθείας — ἔπεισεν ἐκπέμψαι τὴν βοήθειαν· τῷ δὲ ἑξῆς, ἐφ' οὗ Πλάτων ἐτελεύτησε, Φίλιππος Ὀλυνθίους κατεστρέψατο. ἔγνω δὲ αὐτὸν καὶ Ξενοφῶν — ἢ ἀρχόμενον ἢ ἀκμάζοντα· τῷ μὲν γὰρ τὰ Ἑλληνικὰ ἐτελεῖτο εἰς τὰ περὶ τὴν ἐν Μαντινείᾳ μάχην, ἄρχοντα δὲ Χαρικλείδην· ὁ δὲ πρότερον ἐπὶ Τιμοκράτους εἶλε τοὺς ἐπιτρόπους. Inter *Dexitheum* [$38\frac{5}{4}$] et *Timocratem* [$36\frac{4}{3}$] viginti archontes intersunt; inter *Dexitheum* et *Callimachum* [$34\frac{9}{8}$] quinque et triginta. Ex hac igitur ratione Demosthenes 385 natus ac tutores suos vicesimum secundum annum agens iudicio persequutus est et Olynthii belli tempore triginta septem annorum fuit. Huius auctoris computationem sequuntur Petitus [b]), Corsinus [c]) et Wolfius [d]).

Aliter rationes subduxit Dionysius Halicarnassensis [e]): *Οὗτος ἐγεννήθη μὲν ἐνιαυτῷ πρότερον τῆς ἑκατοστῆς ὀλυμπιάδος, ἄρχοντος δὲ Τιμοκράτους εἰς ἔτος ἦν ἐμβεβηκὼς ἑπτακαιδέκατον· δημοσίους τε λόγους ἤρξατο γράφειν ἐπὶ Καλλιστράτου ἄρχοντος εἰκοστὸν καὶ πέμπτον ἔχων ἔτος.* Inter *Demophilum* Ol. 99, 4 et *Timocratem* sedecim archontes interfuerunt; inter *Demophilum* et *Callistratum* [$35\frac{5}{4}$] viginti quinque. Itaque quamquam Demosthenes Timocrate archonte decimum septimum annum egisse dici potuit, tamen Callistrato archonte quinque et viginti annos habuisse dici non potuit. Sed hoc vix Dionysio ipsi imputandum est, sed potius librario ac probabile est ab illo scriptum fuisse *εἰκοστὸν καὶ ἕκτον ἔχων ἔτος* [f]). Haec ratio a priore quattuor annis discrepat. Secundum Dionysium Demosthenes natus est 381, septimum decimum annum egit quo tempore tutores suos iudicio persequutus est, vicesimum sextum ubi primam concionem habuit, tricesimum secundum quo tempore Olynthium bellum gestum est.

Apud Zosimum Ascalonitam [g]) haec leguntur: *ἐβίωσε δὲ ἔτη ξ καὶ τρία· ἐγεννήθη δὲ ἐνιαυτῷ πρότερον τῆς ἑκατοστῆς ὀλυμπιάδος. — ἀπέθανε δὲ ἕκτῃ ἐπὶ δέκα τοῦ πυανεψιῶνος μηνός.* Quae hic proponuntur tres temporum notae, earum prima discrepat ab altera ac noto Demosthenis mortis anno, tertiam confirmat Plutarchus [h]). Natalis Demosthenis annus hic traditur idem qui a Dionysio ex eoque videtur repetitus esse.

Gellius [i]) haec notavit: *Ab utriusque oratoris studiosis animadversum et scriptum est, quod Demosthenes et Cicero pari aetate illustrissimas orationes in causis dixerint, alter κατὰ Ἀνδροτίωνος — septem et viginti annos natus, alter anno minor pro P. Quintio, septimoque et vicesimo pro Sex. Roscio. Vixerunt quoque non nimis numerum annorum diversum, alter tres et sexaginta annos; Demosthenes sexaginta.* Hi numeri inter se non discrepant. Septem et viginti anni Callistrato archonte completi Demosthenem natum faciunt Euandro archonte [$38\frac{2}{1}$], inter quem et Callistratum viginti sex archontes interfuerunt; ac si sexagesimo anno completo decesserit, quarto

---

b) Legg. Att. p. 267 ed. Wess.

c) Fast. Att. t. II p. 138.

d) Prolegg. ad Leptin. Demosth. p. LXII. [Sic etiam A. G. Becker.: Demosthenes als Staatsmann und Redner p. 7 s. atque Boeckh.: Ueber die Zeitverhältnisse der Dem. Rede g. Meid. Abhandl. d. K. Pr. Ak. d. Wiss. hist. philol. Kl. 1818 p. 77 ss. Cuius rationibus quae opponi posse videantur alio loco explicabo. Nunc enim otium deficit. *Kr.*]

e) ad Amm. p. 724.

f) Verum tamen quum numerus *εἰκοστὸν καὶ πέμπτον* iterum apud Dionysium p. 732 legatur, ipsius Dionysii errorem subesse censueris. Maiore etiam errore Photius cod. 265: *φασὶ τὸν Δημοσθένην δ' καὶ ν' γεγονότα ἔτη τὸν περὶ τῶν ἀτελειῶν λόγον φιλοπονήσασθαι.*

g) Vita Demosth. apud Reisk. t. IV p. 151.

h) Vita Demosth. 30.

i) Noctt. Att. XV, 28.

Philoclis mense, natus fuerit quarto *Evandri* mense, inter quem et Philoclem undesexaginta archontes interfuerunt. Cum Gellii ratione consentit Plutarchus k): *τῶν δὲ δημοσίων ὁ μὲν κατ' Ἀνδροτίωνος καὶ Τιμοκράτους καὶ Ἀριστοκράτους ἑτέροις ἐγράφησαν, οὕπω τῇ πολιτείᾳ προσεληλυθότος· δοκεῖ γὰρ δυοῖν ἢ τριῶν δέοντα ἔτη τριάκοντα γεγονὼς ἐξενεγκεῖν τοὺς λόγους ἐκείνους.* Hac ratione etsi non accuratius notata orator viginti septem octove annos natus fuit quo tempore primum de rebus publicis verba facere instituit. Cum Gellio Libanius quoque consentit l): *ὀκτωκαίδεκα ἐτῶν*
350*ἦν ὅτε πρὸς τούτους [tutores] ἠγωνίζετο.* Inter *Pisandrum* et *Timocratem* septem archontes interfuerunt. Itaque aetate eius hoc modo notata Evandro archonte natus fuerit. Proinde Gellii et Libanii ratio a Dionysii circiter anni spatio distat, quum quae prius natum ponit, sola Plutarchi personati auctoritate nitatur. Iam quaeritur utrum Gellii, Libanii, Plutarchi et Dionysii, an personati Plutarchi ratio magis congruat cum eis quae ipse orator de aetate sua prodidit.

Demosthenes duobus librorum suorum locis aetatem notavit suam: Ac primum sese septem annorum a patre orbum relictum fuisse tradit: *οὑμὸς πατὴρ κατέλειπεν ἐμὲ ἑπτ' ἐτῶν ὄντα* m), et decimum tutelae annum postremo Polyzeli archontis mense exactum fuisse: *ἐγήματο ἐπὶ Πολυζήλου ἄρχοντος, σκιροφοριῶνος μηνός* n). — *οὐχ ὅλοις ἔτεσι πρότερον δέκα τἀμὰ λαβὼν εἶχεν ἐκεῖνος ὧν ὤφλε τὴν δίκην ἢ κηδεστήν σοι γενέσθαι* o); Sed quod decem tutelae annos memorat, perspicuum est oratoris rationibus accommodatum fuisse temporis summam quam maximam facere. Totum tutelae spatium non amplius decem annorum fuit p); atque quo tempore hae nuptiae factae sunt, Demosthenes pupillus erat. Hinc perspicitur quae *ὅλα δέκα ἔτη* dicantur non integros decem annos fuisse. Nec licet singulos hos numeros ita consummare ut decem et septem anni expleti fuisse statuantur. Oratoris verba nonnisi hoc probant completos fuisse sedecim annos quo tempore propinquus eius nuptias fecit. Illi decem anni exierunt quum Demosthenes *ἐδοκιμάσθη* q): *καρπώσασθαι τοσοῦτον χρόνον ἕως ἐγὼ ἀνὴρ εἶναι δοκιμασθείην — ὃ δ' ἐμοὶ δοκιμασθέντι παρέδοσαν* r). — *οἰκ ἔστ' ὅστις οὐχ ἡγεῖτο τῶν εἰδότων δίκην με λήψεσθαι παρ' αὐτῶν, ἐπειδὰν τάχιστα ἀνὴρ εἶναι δοκιμασθείην* s). Quodsi *δοκιμα-*
351*σία* t) ad sextum septimumve mensem Cephisodori archontis deducatur, pater sexto septimove Cha-

---

k) Vita Demosth. 15.

l) Prolegg. ad Olynth. p. 3.

m) In Aphob. I p. 814.

n) In Onet. I p. 868.

o) In Onet. II p. 880.

p) Demosth. Aphob. I p. 815: *δέκα ἔτη ἡμᾶς ἐπιτροπεύσαντες.* p. 819: *τὸ ἔργον τῶν δέκα ἐτῶν.* p. 821: *ἐν δέκα ἔτεσιν.* Ibid.: *καρπωσάμενοι ἐν δέκα ἔτεσιν τοὺς ἀνθρώπους.* p. 822: *δέκα δ' ἐτῶν τὸ ἔργον αὐτῶν δύο τάλαντα.* p. 824: *τῶν δέκα ἐτῶν.* Ibid.: *ἐν τοῖς δέκα ἔτεσι.* p. 825: *τὸ ἔργον δέκα ἐτῶν.* p. 832: *ἐν δέκα ἔτεσιν·* p. 833: *δέκα ἐτῶν διαγενομένων.* p. 835: *καὶ ταῦτ' ἔτει δεκάτῳ.* Unde decimum annum nondum completum fuisse colligeris. Contra Aphob. p. 854: *ταύτας δέκ' ἔτη κεκαρπωμένος.* p. 862: *δέκα δ' ἔτη μετὰ τῶν συνεπιτρόπων διαχειρίσας.*

q) Aphob. I p. 814.

r) Ibid. p. 825.

s) In Onet. I p. 865.

t) *Δοκιμάζειν* de hac re vocabulum proprium erat. Demosth. p. 947: *δοκιμασθέντος Πασικλέους.* p. 950: *ἡνίκα Πασικλῆς ἀνὴρ γεγονὼς ἐκομίζετο τὸν λόγον τῆς ἐπιτροπῆς.* Isocrates p. 147, a: *ἐπειδὴ εἰς ἄνδρας δοκιμασθεῖεν.* p. 352, c: *ἐπετροπεύθη ὑπὸ Περικλέους — δοκιμασθεὶς δὲ — κ. τ. λ.* Lysias p. 897 Reisk.: *ὀγδόῳ ἔτει δοκιμασθέντος τοῦ πρεσβυτέρου τοῖν μειρακίοιν.* Idem apud Dionys. t. V p. 600: *ἐπίτροπος — παραδοὺς τοῖς υἱοῖς δοκιμασθεῖσι τὰ χρήματα.* Bekkeri Anecd. Gr. p. 235, 14: *δοκιμάζονται οἱ ἐφ' ἡλικίας ὀρφανοί, εἰ δύνανται τὰ πατρῷα παρὰ τῶν ἐπιτρόπων ἀπολαμβάνειν.* [Cf. Vales. ad Harpocr. p. 49. *Kr.*] Pupilli facultatibus suis administrandis idonei putabantur *quum duobus annis pubertatem egressi essent.* Isaeus p. 72, 16: *κύριοι τῶν χρημάτων — οἱ παῖδες ὁπότε ἐπὶ διετὲς ἠβήσειαν· οὕτω γὰρ οἱ νόμοι κελεύουσιν.* p. 80, 45: *ὁ νόμος — ἐᾷ τοὺς παῖδας ἐπὶ διετὲς ἠβήσαντας κρατεῖν τῶν χρημάτων.* Demosth. p. 1135: *νόμος· „ἐάν τις ἠβήσῃ ἐπὶ διετὲς κρατεῖν τῶν χρη„μάτων.“* p. 1136: *„ὅ τι ἂν γνήσιον ὄντων υἱῶν ὁ πατὴρ „διαθῆται, ἐὰν ἀποθάνωσιν οἱ υἱεῖς πρὶν ἐπὶ διετὲς ἠβᾶν, „τὴν τοῦ πατρὸς διαθήκην κυρίαν εἶναι.“* Hyperides apud Harpocr. v. *ἐπὶ διετές.* *ὁ νόμος — κελεύει κυρίους εἶναι τῆς ἐπικλήρου καὶ τῆς οὐσίας ἁπάσης τοὺς παῖδας ἐπειδὰν ἐπὶ διετὲς ἠβῶσι.* [His locis, quos Clinto non integros proposuit, de epicleris earumque filiis sermo est: de quibus quod hac lege sancitum erat num ad omnes adolescentulos referendum sit non una de causa quaeri posse video. Sed haec persequi longum est. *Kr.*] De vi huius formulae grammatici discrepant. Harpocr. v. *ἐπὶ διετὲς*

risandri mense decesserit. Sin patrem secundo Charisandri mense mortuum esse statuamus, filii δοκιμασία in secundum Cephisodori mensem inciderit. Itaque statuere licet Demosthenem primo *Evandri* mense [Iul. 382] natum esse; patrem eius circiter secundo tertiove *Charisandri* mense [Aug. aut Sept. 376] decessisse, Demosthene septimum aetatis annum ingresso [u]). Ab hoc tempore ad tutoris nuptias ipsi *novem anni et decem menses* exacti erant, quos orator, quum rationibus suis conduceret, facile ὅλα δέκα ἔτη dicere poterat.

Hoc tempus, quod ex ipso Demosthene colligitur, Gellii et Libanii rationem confirmat; uno tantum anno prius natum statuit quam quod Dionysius posuit; sed idem nullo modo conciliari potest cum Plutarchi personati ratione, quoniam Polyzelus a Dexitheo decimus octavus archon fuit utroque numerato, et Demosthenes si Dexitheo archonte natus fuisset, postremo Polyzeli mense undevicesimum annum egisset. Sed vitae scriptoris rationem mira computatione defendit Corsinus [x]): *Demosthenis ortus ad exeuntem Scirophorionem, Ol.* 98, 4 [Iun. 384] *referri debet; ut nimirum Scirophorione mense Ol.* 103, 2 [Iunio 366] *octavum decimum aetatis annum absolveret. Quod si Demosthenes ipse testatur se vivente patre septennium, decennium vero defuncto patre sub tutoribus egisse, observari facile poterit tum septem tum decem etiam annos illos ita completos vel integros esse potuisse, ut ex utrisque una coniunctis integra octodecim annorum summa conficeretur.* Id qua computandi ratione efficiatur difficile dictu est. Ad tempus a vitae scriptore proditum confirmandum aliud argumentum profert [y]). „Demosthenem Ephebis inscriptum esse ubi tutores in ius vocaverit. At ex Dionysii testimonio Polyzeli archontis anno nonnisi quartum decimum annum acturum fuisse; atque ante sextum decimum annum ephebos inscriptos esse a nullo auctore tradi. Itaque verum tempus esse „quod Plutarchus personatus memoriae prodiderit.“ *At orator ipse perspicuos temporis characteres exponens asserit sororem suam Polyzelo archonte Scirophorione mense nupsisse*, etc. [z]). Haec non satis accurate exposita sunt. Demosthenes res ita persequitur: δύο μὲν γὰρ ἦν ἔτη τὰ μεταξὺ τοῦ συνοικῆσαί τε τὴν γυναῖκα καὶ φῆσαι τούτους πεποιῆσθαι τὴν ἀπόλειψιν· — ἡ ἀπόλειψις ἐγράφη ποσειδεῶνος μηνὸς ἐπὶ Τιμοκράτους· ἐγὼ δ' εὐθὺς μετὰ τοὺς γάμους δοκιμασθεὶς ἐνεκάλουν καὶ λόγον ἀπῄτουν [a]). — ὡς ἐγήματο μὲν ἡ γυνὴ καθ' ὃν ἐγὼ λέγω χρόνον, ἀντίδικοι δ' ἡμεῖς ἤδη πρὸς ἀλλήλους352 ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ κατέστημεν, ὕστερον δ' ἡ ἐγὼ τὴν δίκην ἔλαχον τὴν ἀπόλειψιν οὗτοι πρὸς τὸν ἀρ-

---

ἠβῆσαι. Δίδυμός φησι· ἀντὶ τοῦ ἐὰν ἑκκαίδεκα ἐτῶν γένωνται· τὸ γὰρ ἠβῆσαι μέχρι τεσσαρεσκαίδεκά ἐστιν. ἄλλοι, [ἀλλ' οἱ Vales. et Suidas Frob. *Kr.*] ἔφηβοι παρ' Ἀθηναίοις ὀκτωκαιδεκαέτεις γίνονται καὶ μένουσιν ἐν τοῖς ἐφήβοις ἔτη δύο. ἔπειτα τῷ ληξιαρχικῷ ἐγγράφονται γραμματείῳ. Harpocrationis verba fere reddit Schol. Aeschin. p. 766 Reisk. Etymologus v. ἐπὶ διετὲς ἠβῆσαι· τοῦτ' ἔστιν ἐτῶν ἑκκαίδεκα γενέσθαι. τὸ γὰρ ἠβῆσαι μέχρι δεκατεσσάρων ἐστίν. ἄλλοι, ἔφηβοι παρὰ Ἀθηναίοις ὀκτωκαίδεκα ἐτῶν γινόμενοι [l. γενόμενοι. *Kr.*] ἐλέγοντο· καὶ ἔμενον μὲν ἐν τοῖς ἐφήβοις ἔτη δύο. ἔπειτα εἰς τὸ ληξιαρχικὸν ἐγράφοντο γραμματεῖον. Anecd. Bekkeri p. 255, 15: ἐπὶ διετὲς ἠβῆσαι· τὸ γενέσθαι ἐτῶν ὀκτωκαίδεκα. ἵνα ἥβῃ ᾖ τὸ ἑκκαίδεκα ἐτῶν γενέσθαι, τὸ δ' οὖν ἐπὶ διετὲς ἠβῆσαί ἐστι τὸ γενέσθαι ἐτῶν ἄλλων δυοῖν μετὰ τὴν ἥβην. Haec discrepantia videtur ita tollenda esse ut *civilia iura* et *militiae officia* discernenda esse statuatur. Pupillis rei familiaris cura tradita est annos sedecim natis; stipendia domi fecerunt *ephebi* annorum octodecim. Quod Aeschines Fals. leg. p. 70, 42 dicit: ὅσοι ἐπὶ διετὲς ἠβῶσι, de hoc loco Vales. et Harpocr. p. 158: *ridiculum esset capere haec de pueris* 16 *annos natis.* Sed haec interpretatio neutiquam absurda est. Dicit Aeschines evocatos esse Delphorum quotquot militari aetate essent. Atque quamquam maiores civitates, veluti Atheniensium et Spartanorum, non ante duodevicesimum aut vicesimum aetatis annum cives militare voluerunt, minores tamen Graeciae civitates iam ab sexto et decimo aetatis anno civium suorum militia usos esse non improbabile est. Itaque qua sententia Aeschines hac formula usus est, ea Didymi explicationi non repugnat. Cum eadem consentiunt Demosthenis numeri 7 annorum (non completorum) 10 annis additorum, ut pupillis decimo et septimo anno (non completo) rei familiaris cura tradita sit.

u) Quod Demosthenes p. 833 dicit: εἰ κατελείφθην μὲν ἐνιαύσιος, ἓξ ἔτη δὲ προσεπετροπεύθην, non necessario septem annos completos fuisse significat. Qui aliter sentiunt oratorem anno 382 ineunte, sexto septimove mense Ol. 99, 2, aliquot mensibus ante quam in tabulis posuimus, natum esse statuent.

x) Fastt. Att. II p. 140.

y) Ibid. p. 138 s.

z) Corsinum memoriter scripsisse necesse est: nam quae significantur nuptiae non fuerunt Demosthenis sororis, sed Onetoris sororis cum Aphobo tutore.

a) In Onetor. I p. 868.

χοντ' ἀπεγράψαντο, λαβέ μοι καθ' ἕκαστον ταύτας τὰς μαρτυρίας. — μετὰ τοίνυν τοῦτον τὸν ἄρχοντα [*Polyzelum*] Κηφισόδωρος, Χίων. ἐπὶ τούτων ἐνεκάλουν δοκιμασθείς, ἔλαχον δὲ τὴν δίκην ἐπὶ Τιμοκράτους [b]). Formula εὐθὺς μετὰ τοὺς γάμους non est urgenda, quippe quae latius pateat, ut Demosthenis δοκιμασίαν certo tempori non assignet. Demostheni Cephisodoro archonte, fortasse aliquot mensibus post illas nuptias, rerum suarum cura tradita est. Neque vero orator hoc tempore e Dionysii computatione 14 annorum fuit. Nam a Demophili anno ad Polyzeli annum utroque annumerato *quindecim* anni completi fuerunt, ut Demosthenes sexto decimo anno sui iuris factus sit [c]).

---

b) In Oenot. I p. 868.

c) Plutarchum personatum sequitur Petitus Legg. Att. p. 230 Wess.: *Demosthenes, cum Aphobus tutor Polyzelo archonte mense Scirophorione uxorem duxisset, statim post nuptias togam virilem sumpsit, ἀνὴρ εἶναι δοκιμασθείς, ut ipse testatur Onet. I, scilicet anno novo ineunte, primis Hecatombaeonis diebus, anno aetatis suae vicesimo.* Ibid. p. 267, ubi copiose de Demosthenis aetate exposuit, singulari argumento tempus a Plutarcho personato positum defendit, ante vicesimum aetatis annum actionem instituere non licuisse affirmat. *Vere Plutarchus confert natalem Demosthenis in Ol.* 98, 4, *Dexitheo practore. Neque enim audiendi sunt Dionys. Halic. et anonymus in Descriptione Olympiadum* [Scaliger. V. Prooem. p. XXV.] *qui adscribunt Ol.* 99, 4. — *Proculdubio vera est gravissimi scriptoris Plutarchi sententia; cuius vindicem dabimus Demosthenem, qui scribit ἐγήματο — ἐπὶ Πολυζήλου ἄρχοντος σκιροφοριῶνος μηνός. Polyzeli praetura incidit in Ol.* 103, 2. *Cephisodoro, qui Polyzelum excepit, archonte Aphobum accusavit, qui annus erat Ol.* 103, 3, *cum in viros esset adscriptus et iam sui iuris, vt legitur ibidem: εὐθὺς μετὰ τοὺς γάμους δοκιμασθεὶς ἐνεκάλουν. Atqui in viros adscribebantur anno aetatis vicesimo circa Hecatombaeonis initia. Neque ante hanc aetatem actionem ἐπιτροπῆς instituere poterat.* Hoc unde repetierit non dixit. Neque habet haec sententia quo nitatur. Aperte ei repugnant Dionysius et Libanius, qui quum haud dubie locupletes de tali re auctores sint, Demosthenem decem et septem aut duodeviginti annos natum tutores iudicio persequutum esse statuerunt; repugnant quae ipse Demosthenes notavit tempora, quae Petitus Demosthenem excitans videtur oblitus esse. Similia idem Petitus aliis locis posuit, p. 215: *Puer antequam annos natus esset viginti rerum suarum non erat dominus.* p. 227 formulam ἐπὶ διετὲς ἡβῆσαι explicat 18 + 2 = 20 annos. p. 555: *Antequam in viros esset transscriptus ephebus sui iuris non erat: sed postquam lexiarchico inscriptus erat ad negotia mitti poterat.* p. 582: ἐπὶ διετὲς ἡβᾶν: *i. e. priusquam annos natus viginti; a quo demum anno sui iuris est et τῶν ἐπιτρόπων cura exiit.* p. 594: *Tutela exibant Athenienses anno aetatis vicesimo, cum lexiarchico essent inscripti.* Petitus cum Polluce aliisque grammaticis duas res quae discretae erant confudit, τὴν δοκιμασίαν pupillorum et civium inscriptionem in ληξιαρχικὸν γραμματεῖον. Illa, ut supra annot. t) vidimus 16° aut 17°, haec 20mo aetatis anno fiebat, postquam ephebi domesticae militiae muneribus per biennium functi erant. Pollux VIII, 105: περίπολοι ἔφηβοι περιῆσαν τὴν χώραν φυλάττοντες, — καὶ εἰς μὲν τοὺς ἐφήβους εἰσῆσαν ὀκτωκαίδεκα ἔτη γενόμενοι, δύο δὲ εἰς περιπόλους ἠριθμοῦντο. εἰκοστῷ δὲ ἐνεγράφοντο τῷ ληξιαρχικῷ γραμματείῳ, καὶ ὤμνυον ἐν Ἀγραύλου· „Οὐ καταισχυνῶ τὰ ὅπλα" κ. τ. λ. [Cf. Lycurg. Leocr. p. 157. Stob. Serm. 43, 48. Demosth. Fals. leg. p. 438. Plutarch. Alc. c. 15.] Sed errat Pollux hoc tempore pupillis rerum suarum curam datam fuisse tradens: ὁ εἰς τὸ ληξιαρχικὸν γραμματεῖον ἐγγραφεὶς ἤδη τὰ πατρῷα παρελάμβανεν· ἡ δὲ πατρῷα οὐσία καὶ λῆξις ἐκαλεῖτο. Item Harpocratio a Suida et Photio exscriptus: ληξιαρχικὸν γραμματεῖον. Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου [p. 3, 23, 14, 36] εἰς ὃ ἐνεγράφοντο οἱ τελειωθέντες τῶν παίδων οἷς ἐξῆν ἤδη τὰ πατρῷα οἰκονομεῖν, παρ' ὃ καὶ τοὔνομα γεγονέναι, διὰ τὸ τῶν λήξεων ἄρχειν. λήξεις δέ εἰσιν οἵ τε κλῆροι καὶ αἱ οὐσίαι, ὡς Δείναρχος κ. τ. λ. Eadem notatio Pausaniae II, 24, 5 λήξεαιν ἄρχοντα dicenti videtur obversata fuisse. Aliam notationem verbi ληξιαρχικόν tradidit Photius a Suida exscriptus: ληξιαρχικὸν γραμματεῖον. Ἀθηναίων τῶν ἀστῶν τῶν ἐχόντων ἡλικίαν ἄρχειν ἀναγράφεται τὸ ὄνομα προστιθεμένων τῶν δήμων αὐτοῖς· καὶ ἐξ ἐκείνων τῶν γραμματείων κληροῦσι τὰς ἀρχάς. ut verbum descenderit παρὰ τὴν λῆξιν τῶν ἀρχῶν, „*quod civi Atheniensi „licebat remp. capessere et adipisci magistratus.*" (Hieron. Wolf. ad Aeschin. Timarch. p. 3, 28.) Atque haec notatio verior videtur. Nam mares Athenienses viginti annos nati vel vivo patre vel non vivo in has tabulas referebantur, quum ex altera notatione nonnisi eorum qui orbi essent inscriptio respiceretur, ut ex altera interpretatione verbum ad omnes cives pertineat, ex altera nonnisi ad partem civium. Sed utramvis notationem praeferas, ipse Demosthenes, qui quum sui iuris factus est, 17um annum agebat, civium nomina non eodem tempore in ληξιαρχικὸν γραμματεῖον relata atque pupillis suarum rerum curam traditam esse demonstrat. Sane Aeschines Timarch. p. 14, 36 haec habet: ἐπειδὴ ἐνεγράφη Τίμαρχος εἰς τὸ ληξιαρχικὸν γραμματεῖον καὶ κύριος ἐγένετο τῆς οὐσίας. Sed haec verba, quum orator non id egerit ut secundum legem rem accurate notaret, non repugnant iis quae Demosthenes de se ipse prodidit, nec demonstrant pupillis patrum suorum facultates ipso demum illo tempore traditas esse quo in civium album referebantur. Oratorum verba non semper urgenda sunt. Ita quod Lycurgus de epheborum sacramento dicit Leocr. p. 157: ὑμῖν γὰρ ἔστιν ὅρκος ὃν

Itaque quae Evandri anno ineunte d) natum ponit Gellii ratio, a Libanio confirmata, postremo Polyzeli mense sedecim annorum fecerit. Sui iuris factus est anno decimo septimo, archonte Cephisodoro; undevicesimum annum agebat Timocratis anno ineunte, ubi tutores persequebatur, quod congruit cum Quinctiliani e) testimonio: *Demosthenem puerum admodum pupillares actiones habuisse manifestum est* f). Haec omnia consentiunt eis quae de se ipse tradidit eaque circiter anno quidque superiora sunt quam Dionysius posuit.

Deinde Demosthenes ipse g) quo tempore cum Midia decertavit duo et triginta annos se habere354 dicit: *δύο καὶ τριάκοντα ἔτη γέγονα.* Eundem numerum tradit Plutarchus h): *δῆλός ἐστι τὴν κατὰ Μειδίου παρασκευασάμενος εἰπεῖν δίκην δύο μὲν ἐπὶ τοῖς τριάκοντα γεγονὼς ἔτη.* Ulpianus i) ubi oratoris aetatem notat de tempore quo haec causa acta sit cum Dionysio consentit: *ἐφ' ἕτερα μέρη καταβαίνει τῆς παρεκβάσεως. — ἔστι δὲ ταῦτα τό τε λειποτάξιον καὶ ἡ ἐφ' αἵματι γραφή. πέπρακται δὲ ταῦτα μετὰ τὴν ὕβριν τὴν ἐν τοῖς Διονυσίοις. οὐκοῦν συνῆψε τῇ παρεκβάσει τὰ πεντεκαίδεκα ὅλοις ἔτεσιν ἀφεστῶτα. τὰ μὲν γὰρ κατὰ Στράτωνα παιδὸς ὄντος τοῦ ῥήτορος πέπρακται· τὰ δὲ μετὰ τὴν ἑορτὴν δύο καὶ τριάκοντα ὄντος ἐτῶν.* Quum Callimachus a Timocrate quintus decimus archon sit, Ulpianus Demosthenem Timocrate archonte decem et septem annorum fuisse et Callimacho archonte in Midiam actionem parasse statuens cum Dionysio consentit.

ὀμνύουσι πάντες οἱ πολῖται, ἐπειδὰν εἰς τὸ ληξιαρχικὸν γραμματεῖον ἐγγραφῶσι καὶ ἔφηβοι γένωνται, haec verba si urgeas, efficiatur ut sacramentum dictum et nomen in *ληξιαρχικὸν γραμματεῖον* relatum sit non finitis duobus annis domesticae militiae vicesimo aetatis anno, sed huius militiae initio aetatis duodevicesimo anno. Idque confirmaveris ex Ulpiano ad Demosth. Fals. leg. p. 264 et Paris.: *ἐν τῷ τεμένει (τῆς Ἀρραίλου) οἱ ἐξιόντες εἰς τοὺς ἐφήβους ἐκ παίδων ὄμνυον*, ut erravissent Pollux VIII, 105 et Harpocratio et Etymologus v. *ἐπὶ δικτὲς ἡβῆσαι*. Sed revera Ulpiani error est et Lycurgi sicut Aeschinis verba latius accipienda sunt neque oratores id egerunt ut accurate rem definirent.

d) Quae tempora Plutarchus personatus tradit qui cum iis quae Demosthenes ipse posuit conciliare conatus est Corsinus Demosthenem *ultimo mense* Dexithei archontis natum esse statuit. Sed secundum hunc auctorem Callimacho archonte septimum et tricesimum annum agebat, quum inter Callimachum et Dexitheum nonnisi quinque et triginta archontes interfuerint. Itaque hic scriptor si constare sibi voluerit, Demosthenem mature Dexithei anno natum posuerit necesse est. Proinde oratoris et vitae scriptoris discrepantia conciliari non potest. Maiorem etiam hanc discrepantiam facit Photius, oratorem hoc tempore 38 annorum fuisse tradens: *ἐτῶν μέντοι γεγονὼς ὁ ῥήτωρ ἡ καὶ λ' ἔπεισε δημηγορήσας τὸν δῆμον βοήθειαν Ὀλυνθίοις ἀποστεῖλαι.*

e) XII, 6, 1.

f) Mitfordus, qui parum Demostheni favet, hanc in tutores actionem *turpem pecuniae ab iis exigendae conatum visum esse tradit* V. VIII p. 123. Cuius criminis auctores laudat Aeschin. de cor. et Plutarch. vit. Demosth. Aeschinis locum, quum in oratione de corona nihil quidquam eiusmodi reperiatur, Mitfordus dicere videtur de Fals. leg. p. 41, 15: *ἐκ παίδων ἀπαλλαττόμενος καὶ δεκαταλάντους δίκας ἑκάστῳ τῶν ἐπιτρόπων λαγχάνων Ἀργὰς ἐκλήθη.* Adversarium par est rem exaggerasse nec ipsam rei veritatem rettulisse credere licet. Sed Mitfordi verba adeo ipsarum Aeschinis criminationum modum excedunt. Plutarhus quae tradit, contrarium significant: *ὡς γοῦν ἐν ἡλικίᾳ γενόμενος τοῖς ἐπιτρόποις ἤρξατο δικάζεσθαι, καὶ λογογραφεῖν ἐπ' αὐτούς, πολλὰς διαδύσεις καὶ παλιγδικίας εὑρίσκοντας — οὐκ ἀκινδύνως οὐδ' ἀργῶς κατεντυχήσας, ἐκπρᾶξαι μὲν οὐδὲ πολλοστὸν ἠδυνήθη μέρος τῶν πατρῴων.* Demosth. c. 6. Praeterea nullo modo credibile est puerum octodecim aut undeviginti annorum (*puerum admodum* secundum Quintilianum, *μειρακύλλιον κομιδῇ* secundum ipsum Demosthenem in Mid. p. 539) satis gratia valuisse ut iniustam causam contra tutores teneret. Quod quam improbabile sit profecto ex Mitfordi narratione non apparet, quum Demosthenem eo tempore *quinque et viginti* annorum fuisse tradat: *Quum in suam tutelam*, inquit, *pervenisset, quod ex Atheniensium legibus quinto et vicesimo aetatis anno factum est, alio probroso nomine notatus est, quod tutores iudicio persequutus esset.* V. VIII p. 123. Sed fieri non posse ut res ita habuerit docent testimonia quae supra excitavi. Quid quod vel ex temporibus, a Plutarcho personato falso positis orator tunc nonnisi duo et viginti annorum fuisset. Neque Mitfordus huius rationibus uti potuit, qui ipse Dionysii rationes sequatur atque cum hoc scriptore Demosthenem Ol. 99, 4 natum faciat V. VIII p. 120. Videtur igitur negligentia deceptus ad *tutorum accusationem* illam temporis notam rettulisse qua Dionysius quando orator primam publicam causam egerit prodidit: *δημοσίους λόγους ἤρξατο γράφειν — εἰκοστὸν καὶ πέμπτον ἔχων ἔτος.* Dionys. ad Amm. p. 724.

g) Mid. p. 564.

h) Vita Demosth. c. 12.

i) P. 347, 184 ed. Paris.

Dionysius, Plutarchus Ulpianusque numerum *δύο καὶ τριάκοντα*, ut videtur, referendum censuerunt ad illud tempus quo haec oratio meditata est. Sed quum inter iniuriam factam et criminis comparationem aliquantum temporis intercessisse k) manifestum sit, multo probabilius est hanc aetatis notationem ab oratore ad *χορηγίας* suae tempus, non ad illud quo aliquanto post orationem publicavit relatam esse. Plutarchi personati auctoritatem qui sequitur Wolfius l) cum ea oratoris testimonium ita conciliat ut orationem quattuor annis post iniuriam Demostheni a Midia illatam compositam esse statuat. Argumentatur autem hoc modo: *Pertinet*, inquit, *causa Midiana ad Olymp.* 106, 4 [A. C. n. 35½]. *Causa assignari debet Olymp.* 106, 4, *si Demosthenes recte locutus est, quum dixit annum aetatis se agere* 33. *At Dionysius Halic. orationem refert scriptam esse Ol.* 107, 4 [A. C. n. 34⅝]. *Quae diversitas nihil nos moveret, nisi orator ibi res gestas commemoraret quas demum post Olymp.* 106 *gestas historia ponit.* Propterea has res Ol. 106, 4 gestas, orationem quattuor annis post scriptam esse statuit, ut orator quae posterius acta sint respicere potuerit. Hoc Demosthenis *χορηγίας* tempus mera coniectura positum est ut cum ea congruat sententia qua Demosthenem Ol. 98, 4 natum esse statuitur. Sed quae ego in tabulis excitavi testimonia Demosthenis *χορηγίαν* et iniurias ei a Midia illatas revera *Thessali* archontis Dionysiis [Ol. 107, 2] et veri 350 a. C. n. assignandas esse docent. Hoc tempore Demosthenes se ipse duo et triginta annorum fuisse affirmat: quod egregie concinit cum ea aetate qua sedecim annis ante se fuisse tradit atque cum ea notatione quae ex Gellii et Libanii rationibus elicitur m).

355 Demosthenis orationes videntur fere omnes conservatae esse n). Dionysius quindecim *δημηγορίας* enumerat atque hae exstant. Item exstant septem illae de causis publicis orationes, quas ex hoc numero solas memoratu dignas iudicat iisque famam oratoris niti censet Dionysius: *πάντες οἱ δημόσιοι λόγοι δι' οὓς ἐπαινεῖταί τε καὶ θαυμάζεται* o). Alias duas: *in Aristogitonem*, Dionysius non

---

k) Cum Ulpiani loco modo laudato cf. testimonia in tabulis 348, 3 proposita.

l) Prolegg. in Lept. Demosth. p. CVIII.

m) Quod probabile esse statui, Demosthenis *χορηγίαν* ad *Lenaea* referendam esse (v. tabb. 350, 4), id confirmaretur *Διασίων* tempestate, si verum esset quod Taylorus ad Demosth. Mid. p. 517 Reisk. statuit, *Διάσια* eadem fuisse atque *Πάνδια*. *Πάνδια* Iovi celebrabantur. Phot. Lex. *Πάνδια. ἑορτή τις ἀπὸ Πανδίας τῆς σελήνης ἢ ἀπὸ Πανδίονος. Ἄγεται δὲ αὕτη τῷ Διΐ, ἐπονομασθεῖσα ἴσως οὕτως ἀπὸ τοῦ πάντα θύειν τῷ Διΐ.* Atque acta sunt paulo post quam Dionysia. Demosth. Mid. p. 517: *ποιεῖν τὴν ἐκκλησίαν ἐν Διονύσου μετὰ τὰ Πάνδια κ. τ. λ.* Nonnisi ex hoc loco ductum est quod nihil novi addens tradit Harpocratio ab Suida excriptus: *Πάνδια ἑορτή τις Ἀθήνησι μετὰ Διονύσια ἀγομένη* Celebrata sunt Diasia 23o Anthesterionis die, decem diebus post *Lenaea*. Schol. cod. Rav. ad Aristoph. Nub. 407: *Διάσια. ἑορτὴ Ἀθήνησι Μειλιχίου Διός. ἄγεται δὲ μηνὸς Ἀνθεστηριῶνος ἡ φθίνοντος.* Schol. Luciani Timon. c. 7: *Διάσια ἑορτὴ Ἀθήνησιν οὕτω καλουμένη, ἣν εἰώθεσαν μετὰ στυγνότητος ἐπιτελεῖν θύοντες Διὶ τῷ Μειλιχίῳ.* Thuc. I, 126: *Διάσια, ἃ καλεῖται Διὸς ἑορτὴ Μειλιχίου μεγίστη ἔξω τῆς πόλεως ἐν ᾗ πανδημεὶ θύουσι πολλοὶ οὐχ ἱερεῖα, ἀλλὰ θύματα.* Fuit hoc solenne quo tempore Tamynas expeditio facta est Anthesterione ut Demosthenis *χορηγίαν Lenaeis* adscribendam esse probare videatur. Sed intelligenda esse *Magna Dionysia* duo argumenta conspirant. (Cf. Spalding. praefat. ad Mid. p. XIV.) Ac primum orator peregrinos adfuisse memorat p. 538. 584, quum *Lenaeis* nonnisi cives interessent. Deinde *Διονύσια simpliciter* secundum Ruhnkenium semper intelligenda sunt *Magna Dionysia*. Quae argumenta si certa sunt, *Διάσια* et *Πάνδια* diversa fuerunt: id quod etiam Theodoretus significat t. IV p. 583, b: *Πάνδια μὲν καὶ Διάσια τῷ Διΐ.* p. 607, a: *ἀντὶ τῶν Πανδίων καὶ Διασίων καὶ Διονυσίων καὶ τῶν ἄλλων ὑμῶν ἑορτῶν.* Itaque Demosthenem Magnis Dionysiis *χορηγὸν* fuisse collegeris. [Cf. Buttmann. ad Mid. p. 120 s. et Boeckh. Abhandl. d. Ak. 1818 p. 64 s.]

n) Certe quas scriptas reliquit. Tribuebantur ei orationes quinque et sexaginta. Vit. X or. p. 847, e. Phot. cod. 265 p. 1465: *φέρονται αὐτοῦ λόγοι γνήσιοι ἑξήκοντα πέντε.* Quae orationes hoc numero comprehensae fuerint dictum non est. Fuerunt quae essentne Demosthenis necne disceptabatur. Quas Callimachus recepit, earum nonnullas Didymum aut Dionysium reiecisse probabile est, atque in hoc numero 65 orationum suspicari licet complures fuisse subditicias.

o) Dionys. ad Amm. p. 746. Addit *πλὴν ἑνὸς τοῦ περὶ τοῦ στεφάνου.* Modo enumeravit relicuas suas, quas hac laude ornat.

memoravit horum temporum rationem exigens easque subditicias censuit [p]). Unam in Aristogitonem orationem a Demosthene scriptam esse affirmat Plutarchus [q]): *τὸν δὲ κατ' Ἀριστογείτονος (λόγον) αὐτὸς ἠγωνίσατο.* Grammatici omnino priorem orationem pro ipsius Demosthenis memorant. Pollux [r]) quidem videtur dubitare, sed Harpocratio [s]) saepius eam nulla suspicionis significatione laudat, bis356 tamen se ambigere prodit. Quos grammaticos Bekkerus edidit duodecies *κατὰ Ἀριστογείτονος* orationem excitant [t]). Priorem orationem respicit Hermogenes [tt]). Nulla suspicionis significatione eam memorant Plinius minor [u]), Aristides [v]), is qui librum *περὶ ὕψους* scripsit [vv]) et Scholiastes Aristophanis [x]). Ruhnkenius [y]) a Tayloro, qui eam reiicit, dissentiens priorem orationem Demostheni vindicat: *Sumsit locutionem (Longinus) a Demosthene Aristogit. I. Taylorus cum hanc formulam tum ipsam orationem Demosthene parum dignam censet. Sed aliter sensisse haud paulo meliorem Tayloro criticum,*

---

p) Phot. cod. 265 p. 1468 a Tayloro praef. ad Aristog. I laudatus Dionysium utramque orationem reiecisse testatur. Pariter Libanius aut si quis alius argumentum orat. ad Aristog. scripsit tradit: *Διονύσιος δ' ὁ Ἁλικαρνασεὺς οὐ δέχεται τούτους τοὺς λόγους Δημοσθένους εἶναι, ἐκ τῆς ἰδέας τεκμαιρόμενος.* Sed Dionysius de Dem. p. 1126 qualem nunc habemus nonnisi alteram nominat: *εἰ μέντοι ἔνιοι ψευδεπίγραφοί εἰσι λόγοι, ἀηδεῖς καὶ φορτικαὶ καὶ ἄγροικοι κατασκευαί, ὡς ἐν τῇ κατ' Ἀριστογείτονος β'.* Fortasse Dionysius scripserat *ἐν τῇ κατ' Ἀριστογείτονος ἐνδείξει*, atque *ἐνδείξει* in *ἐν δευτέρῳ* depravatum est, unde ea quam nunc habemus scriptura orta est. [Acute Seidlerus apud C. E. A. Schmidt. ad Dinarch. p. 108 *β'* litteram *δυάδι* interpretatur. *Kr.*]

q) Vid. Demosth. c. 15.

r) X, 155.

s) Harpocrat. v. *ἀνασείσας.* [Demosth. p. 784, 22.] *ἀνίδρυτος.* [p. 786, 10.] *Ἀργᾶς.* [respiciens 786, 4.] *βασίλειος στοά.* [p. 776, 20.] *βουλεύσεως.* [p. 778, 19.] *γνῶσις.* [p. 778, 17.] *ἔναι.* [p. 775, 25.] In *ἔνδειξις* dicit: *πολλοὶ μὲν οὖν εἰσὶ λόγοι ἐνδείξεως, γνωριμώτατοι δὲ οἱ κατ' Ἀριστογείτονος Δημοσθένους'* v. *κιγκλίς.* [776, 17. 778, 12.] *μετοίκιον.* [p. 787, 29.] *ὁμοῦ.* [p. 785, 23.] *πληρωταί.* [p. 776, 7.] *φαρμακός.* [p. 794, 4.] Addit *εἰ γνήσιος* in v. *Θεωρίς.* [p. 793, 26.] *νεαλής.* [p. 788, 23. Reisk. ad Aristogit. I Animadvv. t. III p. 1187 hanc orationem Hyperidi tribuit: *Orationem hanc non Demosthenis, sed Hyperidis esse auctores sunt Harpocration et Ulpianus ad Olynth. II. item Suidas v. ἀπεψηφίσατο.* (*sed ille quidem Harpocrationis compilator cum sit, auctoritate caret.*) Sed quamquam Suidas saepe Harpocrationem exscripsit, hic tamen non est quod eius auctoritas in dubium vocetur, quoniam hic locus non ex hoc fonte haustus est. Neque vero est quod hanc orationem ab his auctoribus Hyperidi tribui statuatur. Profecto Harpocratio Hyperidis *πρὸς Ἀριστογείτονα* orationem laudat in vv. *Εὐρυσάκειον, Κεκροπίς, ναύκληρος, Οἰνηίς, ὅσιον.* Sed haec verba postremo excepto in ea quae exstat oratione non leguntur. Non magis in ea legitur sententia quam Suidas in *ἀπεψηφίσαντο* integram ex Hyperidis *πρὸς Ἀριστογείτονα* oratione protulit quaeque rem notabilem explicat. Ulpianus ad Olynth. II p. 14, 23 haec habet: *διαθέσθαι — ἀντὶ τοῦ συνθέσθαι, ὡς Ὑπερίδης καὶ Δημοσθένης ἐν τοῖς ἑξῆς. ἑκάτερα δὲ τούτων κεῖται καὶ ἐπὶ τοῦ διαθήκας γράφειν. Ἰσαῖος δὲ ἐν τῷ πρὸς Ἀριστογείτονα* [quam orationem etiam Dionysius p. 613 memorat] „*Μετὰ ταύτην τοίνυν τὴν ἀπόκρισιν „ἑτέραν διαθήκην ἐκόμισαν*" *κ. τ. λ.* Nihil hic de *Hyperidis πρὸς Ἀριστογείτονα* oratione. His rationibus addere licet quod, quum altera *πρὸς Ἀριστογείτονα*, altera *κατὰ Ἀριστογείτονος* dicatur, ex eo quoque Hyperidis orationem et eam quae etiamnum exstat non eiusdem causae fuisse apparet.

t) Bis Antiatticista p. 78: *ἀγοράσαι· ἀντὶ τοῦ ὠνήσασθαι.* — p. 109: *νεαλής.* [laud. Harpocr.] Novies qui *περὶ συντάξεως* scripsit, licet Demosthenem non nominet, p. 123: *ἀποδοκιμάζω* [respiciens p. 790, 18.] p. 132. *δικάζω.* [778, 3.] p. 139. *ἔνοχος.* [785, 14.] p. 151. *κατατάττω.* [773, 17.] p. 155. *λαμβάνω.* [779, 26.] p. 157. *μνησθῶ.* [784, 16.] p. 162. *προσκρούω.* [782, 20.] p. 165. *προπηλακίζω.* [785, 16.] p. 175. *τιμῶ.* [794, 6.] In Anecd. p. 405, 5 locus de *ἀνίδρυτο* [*leg. ἀνίδρυτος*] est ex Harpocratione. Verbum *ἀγοράσαι* in hac oratione non reperi. Relicui undecim loci ad priorem orationem referuntur.

tt) Non nominato Demosthene p. 774 respicit his locis: De Formis I, 6 p. 280. 288. II, 10 p. 469.

u) Plin. Epist. IX, 26. V. Taylor. praefat. ad Dem. Aristogit.

v) Aristides in arte rhetorica priorem orationem his locis respicit: t. II p. 441 Iebb. [p. 774, 6.] p. 449. [784, 2.] p. 464. [770, 11. 771, 5.] p. 471. [784, 7.] p. 470: *σφοδρότητος ὁ λόγος τυγχάνει ὡς ἐν τῷ κατὰ Μειδίου καὶ ἐν τῷ κατὰ Ἀριστογείτονος.* Non nominato Demosthene orationem laudat p. 442. [p. 788, 10.] p. 449. [793, 21.] p. 469. [786, 4. 784, 11.] p. 470. [778, 11.]

vv) S. 27.

x) Ad Aristoph. Acharn. 171. Cf. Harpocrat. v. *ἔναι.* Vesp. 707. [p. 785, 23.] Nub. 774.

His addas Ammon. v. *πότος.* — *ὡς Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Ἀνδροτίωνος [l. Ἀριστογείτονος]. βρωτοῦ καὶ ποτοῦ μεταλαβεῖν.* Respicitur in Aristogit. I p. 789, 2.

y) Ad Longin. s. 23.

Longinum, non solum ex formulae imitatione intelligitur, sed multo magis ex sect. 27 ubi ut Demosthenis oratio diserte laudatur. Sed ne iniquior in Taylorum esset, addere debebat quod quum Longinus orationem Demosthenis esse iudicaverit, Dionysius Halicarnassensis negaverit [z]). Non exstat ea Demosthenis oratio, *περὶ χρυσίου* inscripta [a]), qua semet ipse in Harpali causa defenderat; non exstat quam Dionysius [b]) eius *δημοσίοις λόγοις* annumerat *Διφίλῳ δημηγορικὸς αὐτοῦντι δωρεάς;* non exstat quam Harpocratio et Pollux [c]) memorant *κατὰ Μέδοντος*, ut videtur de privata causa habita. Aliam, *πρὸς Πολίευκτον παραγραφήν*, laudat grammaticus quidam [d]). Memorantur etiam aliarum inscriptiones; sed hae aut corruptae sunt aut ipsae orationes dubiae fuerunt [e]).

---

z) Hoc quoque argumento refutatur quod Weisk. ad Longin. p. 214 s. suspicatur *Dionysium* sive *Longinum* qui librum *περὶ ὕψους* scripserit non alium esse atque Dionysium Halicarnassensem.

Iam quum testimonia quibus haec in Aristogitonem oratio Demostheni tribuitur lectore nihil celato proposuerim, non possum non profiteri me Tayloro assentientem hanc orationem subditiciam putare nec dignam oratoris cui adscribitur praestantia, ut ipsius *κατὰ Ἀριστογείτονος* oratio addenda sit iis quattuor aut quinque orationibus quae deperditae sunt. Labante eloquentia usque a Ptolemaeorum temporibus omnium aetatum rhetores in iis quas Demosthenis ingenio nobilitatas viderent rebus tractandis sese exercuerunt. Ita Aristides ipse orationem *πρὸς Λεπτίνην περὶ ἀτελειῶν* composuit. Pariterque rhetor quidam (ante Dionysii tempora) videtur duas *κατὰ Ἀριστογείτονος* orationes rebus ex ipso Demosthene depromptis composuisse, quae nescio quo casu ipsius Demosthenis oratione deperdita in eius locum irrepserunt. [Utraque oratio adeo non eodem stilo scripta est, ut ambas eidem auctori tribuendas esse vix credere liceat. In priore ego non magis Demosthenem quam Demosthenis imitatorem agnoverim. Cf. Schmidt. excurs. de his orationibus quem Dinarchi editioni subiecit. *Kr.*]

a) V. tabb. 324, 3. Aliam huius argumenti orationem quae circumferebatur, inscripta *ἀπολογία τῶν δώρων*, itemque tertiam *περὶ τοῦ μὴ ἐκδοῦναι Ἅρπαλον* pro subditiciis reiiciebat Dionys. de vi Demosth. p. 1127.

b) Dionys. Dinarch. p. 659.

c) Harpocrat. v. *δεκατεύειν*. *Δημοσθένους ἐν τῷ κατὰ Μέδοντος περί τινος παρθένου λέγοντος οὕτως*· „*Οὐ δεκα-*„*τεῦσαι ταύτην οὐδὲ μυῆσαι.*“ Pollux VIII, 53: *Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Μέδοντος καὶ κατὰ τῶν μὴ προσηκόντων τῇ ἐπικλήρῳ συνοικούντων γίγνεσθαι τὰς εἰσαγγελίας λέγει.*

d) Apud Bekker. Anecd. p. 90, 28.

e) Dubiae sunt hae orationes: *πρὸς Κριτίαν*. Quam reiecit Dionysius, recepit Callimachus. Cf. Harpocrat. v. *ἐνεπίσκημμα*. — *ὑπὲρ Σατύρου τῆς ἐπιτροπῆς πρὸς Χαρίδημον*. Phot. cod. 265 p. 1469: *οἱ μὲν πρὸς τὴν κρίσιν ἔχοντες τὸ ἀσφαλὲς Δημοσθένους λέγουσιν εἶναι, ὁ δὲ Καλλίμαχος, οὐδ' ἱκανὸς ὢν κρίνειν, Δεινάρχου νομίζει.* Photius Demostheni tribuit. Corruptis inscriptionibus quas Taylor. apud Reisk. t. VIII p. 734 enumeravit has addere licet.

1. *πρὸς Περικλέα*. Apud Bekker. Anecd. p. 145, 2 legendum *πρὸς Πολυκλέα*. Loquutio quae laudatur p. 1216 Reisk. legitur. Similiter in *Περικλέα* corruptum *Πολυκλέα*, quo Fabricius et Taylorus decepti sunt, emendatum est in edit. Krehl.

2. *πρὸς Ζηνόβιον*. Harpocrat. v. *ἰδίαν*. „*Legendum Ζηνόθεμιν.*“ Vales. ad locum. Haec emendatio fugit Taylorum apud Reisk. t. VIII p. 734.

3. *κατὰ Ἀριστοτέλους*, quam Taylorus et Fabricius ex Syriano ad Hermog. p. 30 excitaverunt. *Legendum Ἀριστοκράτους.* Locus qui respicitur: *εἰ μὲν γὰρ μηδεὶς ἦν ὃς ἤμελλεν ὁμοίως τῶν ἡμετέρων νόμων*, legitur p. 652 Reisk.

4. *ὁ ὑπὲρ ῥητόρων λόγος*, quae oratio a Tayloro ex Suida in v. *ἅμα* recepta est. Suidae locus hic est: *ἅμα. δοτικῇ. Δημοσθένης ἐπὶ τοῦ εὐθέως καὶ παραχρῆμα ἔταξε* [cf. Bekk. Anecd. p. 216, 4. Zonarae Lex. p. 164.] *καὶ ἐν τῷ ὑπὲρ ῥητόρων λόγῳ εἰπών· καὶ ὁ θάνατος τοῖς „εὖ „φρονοῦσιν οἰκτρός· τοῦτο γὰρ ἅμα τῷ γενέσθαι πάντων „κατέγνωσται.*“ [cf Gorg. Palamed. init.] *Αἰσχίνης δὲ ἐπὶ τοῦ κατὰ τὸν αὐτὸν καιρόν, κ. τ. λ.* Quod Küsterus annotat: *Legendum puto τοῖς ἀφρονοῦσιν* vel *τοῖς εὐφρονοῦσιν οὐκ οἰκτρός*, negantem particulam melius sic addideris: *οὐ γὰρ ὁ* [*ὁ* abesse potest. *Kr.*] *θάνατος τοῖς εὖ φρονοῦσιν οἰκτρός.* Sed vereor ne corrupta sint verba *ἐν τῷ ὑπὲρ ῥητόρων λόγῳ εἰπών.* Non aptum est *καὶ εἰπών*, quum *καί* non habeat quo referatur. Fortasse locus sic scriptus fuit: *Δημοσθένης ἐπὶ τοῦ εὐθέως καὶ παραχρῆμα ἔταξε. Καὶ ἐν τῷ Ὑπερείδου λόγῳ ἐπιταφίῳ·* [sic quidem non potuit scribi; potuit: *ἐπιταφίῳ λόγῳ. Kr.*] „*Οὐ γὰρ ὁ* „*θάνατος — κατέγνωσται.*“ *Αἰσχίνης δὲ τὸ ἅμα ἔταξεν ἐπὶ τοῦ κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν κ. τ. λ.* Verba *τὸ ἅμα ἔταξεν*, quae ex hac emendatione necessaria sunt, suppeditant Bekkeri Anecd. p. 216, 4. *Hyperidem ἐπιτάφιον λόγον* fecisse constat. V. tabb. 323, 3. Atque huius orationis argumento haec sententia accommodata fuit.

5. *πρὸς Ἀρτάβαζον* apud Priscian. XVIII p. 1197, quae inscriptio quum corrupta sit, in ed. Krehl. et in excerpt. Prisc. ad calcem Scapulae ed. Oxon. expuncta est.

Agatharchides ap. Phot. cod. 250 p. 1337 Demosthenis de Thebis eversis locum laudat: *τὴν μὲν πόλιν ἐξώρυξεν ἐκ τῶν θεμελίων, ὥστε μηδὲ ἐπὶ ταῖς ἑστίαις καταλιπεῖν τὴν τέφραν, παῖδας δὲ καὶ γυναῖκας τῶν ἡγησαμένων τῆς Ἑλλάδος ἐπὶ τὰς σκηνὰς τῶν βαρβάρων διένειμεν.* Fortasse his locus legebatur in oratione *περὶ χρυσίου*.

Dionysius Demosthenem de privatis causis sex aut septem et viginti aut certe minus triginta orationes scripsisse statuere videtur [f]. Iam vero ex hoc genere una et triginta orationes in Demosthenis libris exstant. Harum quinque sunt ἐπιτροπικοὶ λόγοι, quos probabile est Dionysium non pro singulari genere numerasse [g]. Ex relicuis sex et viginti orationibus de ea quae κατὰ Εὐέργου καὶ Μνησιβούλου scripta est dubitat Harpocratio [h]; de ea quae πρὸς Φαίνιππον περὶ ἀντιδόσεως inscripta est dubitatum esse tradit qui argumentum fecit [i]; item ambigebatur de oratione πρὸς τὴν Λακρίτου παραγραφήν, quamquam dubitari negat qui argumentum scripsit [j]. Denique de oratione πρὸς Νικόστρατον περὶ ἀνδραπόδων dubitat Harpocratio [k]. Sed graviores sunt rationes quibus has quattuor orationes reiiciendas quam quibus recipiendas esse probes [l]; ac si Dionysius harum ali- quas aut omnes in indicem suum receperat, nostra Demosthenis exemplaria fere omnes quae Demosthenis agnoscebantur orationes continent. 357 358

Ex his quae in nostra collectione exstant una et triginta orationibus, quinque Demosthenes ipse in tutores suos habuit; octo scriptae sunt de causis ad *Apollodorum Pasionis* filium pertinentibus. Pasio argentarius, quocum Demosthenis pater negotia habuerat [m], quemque Isocrates oratione quae Τραπεζιτικός inscribitur accusaverat, mortem obiit Dyscineto archonte, 370 a. C. n. [n], quo tempore eius filius quattuor et viginti annorum fuit [o]. Mater Apollodori Nicophemo archonte,

---

f) De vi Demosth. p. 993: τοιοῦτός ἐστι [Lysiae dicendi generi similis] καὶ ὁ πρὸς Ἀπολλόδωρον ὑπὲρ Φορμίωνος καὶ ὁ κατ' Ὀλυμπιοδώρου τῆς βλάβης καὶ ὁ πρὸς Βοιωτὸν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος, ἥ τε πρὸς Εὐβουλίδην ἔφεσις καὶ ἡ πρὸς Μακάρτατον διαδικασία καὶ οἱ ἄλλοι πάντες οἱ ἰδιωτικοὶ λόγοι οὐ πολλῷ πλείους τῶν εἴκοσι ὄντες. Τοῖς ἄλλοις πᾶσι, qui plus viginti esse dicuntur, non videtur annumerasse eas quinque orationes quas modo nominavi, ut Dionysius omnino prope triginta computasse videatur.

g) *Clausula haec erat in cod. Bav.* [in fine Aristog. II.] κατὰ Ἀριστογείτονος Β. δημόσιοι. ἐπιτροπικοί. κατὰ Ἀφόβου α'. *quo significatur in oratione* 2da *in Aristogitonem desinere publicas causas, in oratione* 1ma *in Aphobum incipere illas quae de male gesta tutela agant; quarum classem peculiarem a veteribus esse constitutam haec clausula arguit.* Reiske t. XI p. 1242. Ceterum ἐπιτροπικοὶ λόγοι magis *Isaei* quam *Lysiae* dicendi genus rettulerunt. Liban. Vita Demosth. p. 3 Reisk.

h) Vv. ἐκαλίστρουν. ἠτημένην.

i) Ὁ μὲν λόγος, inquit, οὐκ ἀναφέρεται παρὰ τινῶν εἰς τὸν Δημοσθένην.

j) Οὐκ ὀρθῶς, inquit, τινὲς ἐνόμισαν τὸν λόγον μὴ γνήσιον εἶναι, ἀμυδροῖς ἀπατηθέντες τεκμηρίοις.

k) V. ἀπογραφή.

l) Orationem κατὰ Εὐέργου nulla dubitationis significatione memorant Athenaeus XI p. 481, f et Harpocratio in vv. Ἀλκίμαχος. ἐξηγητής. ἐπενεγκεῖν δόρυ. Ἑρμῆς et πρὸς τῇ πυλίδι Ἑρμῆς, atque Bekk. Anecd. p. 144, 11. 12. Pro Demosthenis oratione quae πρὸς Φαίνιππον inscribitur laudatur ab Harpocrat. vv. ἀπόφασις. ἐσχατιά. ἀπηλοημένος. Nulla dubitationis significatione orationem πρὸς τὴν Λακρίτου παραγραφήν ei tribuunt Harpocratio vv. διοπτεύων. Μένδη. πεντηκοστή. σύλας. et Anecd. p. 145, 3. De quarta oratione infra alia annotatione dicemus.

Orationem πρὸς Τιμόθεον Demosthenis agnoscunt Athen. XI p. 486, c, laudans Demosth. p. 1193, et Plutarch. Vit. Demosth. c. 15, ex quibus Plutarchus causam testatur, Athenaeus orationem eandem esse docet. Athenaei testimonium non elevatur verbis κἂν τῷ πρὸς Τιμόθεον ὕβρεως — λυκιουργεῖς δύο, quae expungenda esse recte statuere videtur Schweighaeuserus. Item hanc orationem Demosthenis tribuit Harpocratio vv. ἀποστησάμενον. ἐνεπίσκημμα. Ἱπποδάμεια. Λυκιουργεῖς. Μαιμακτηριών. Haec testimonia longe graviora sunt quam quod Harpocratio uno loco v. κακοτεχνιῶν addit, εἰ γνήσιος. Alteram κατὰ Στεφάνου ψευδομαρτυριῶν orationem Demosthenis esse docet Plutarch. Demosth. 15, τοὺς πρὸς Φορμίωνα καὶ Στέφανον memorans, significatque Harpocrat. vv. ἴσα βαίνων. καταχύσματα, ubi addit: Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Στεφάνου πρώτῳ. Atque alteram orationem, quamquam non dicit alteram, Harpocratio nulla suspicionis significatione laudat vv. ἐπὶ διετὲς ἡβῆσαι. [respiciens p. 1135, 4. 1136, 16.] ἐκμαρτυρία. [p. 1130 s.] μάλθη [p. 1132, 13.] φαρμακός. [p. 1133, 26.] Praeterea haec altera oratio etiam rationibus ex ipsa depromptis defendi potest. Etenim complura argumenta adduntur neque sufficiunt quibus orator clientis sui causam defendit, si hanc orationem sustuleris. Itaque hae duae orationes, in Timotheum et in Stephanum altera iniuria in Oxoniensi oratorum Atticorum editione obelis notatae sunt. [Boeckhius orationem in Timotheum Demosthenis esse negat in: Staatshaushalt d. Ath. I p. 246. Quas praeterea subditicias censeat dixit in indice v. Demosthenes. *Kr.*]

m) In Aphob I p. 816.

n) V. tabb. p. 350, 3.

o) Pro Phormione p. 951: ἀνὴρ κατελείφθης τέτταρα καὶ εἴκοσιν ἔτη γεγονώς.

circiter 360, decessit [p]). Hac mortua [q]) Apollodorus Phormionem, patris sui libertum, iudicio persequutus est, qui viduam in matrimonium duxerat et minoris filii Pasiclis tutor factus erat. Iam Demosthenes *ὑπὲρ Φορμίωνος* orationem composuit, qua Phormionis amici ut eum defenderent usi sunt. Haec defensio prospere cessit et Apollodorus causa cecidit. Acta est haec causa 350, viginti annis post Pasionis mortem [r]). Testimonia quibus Phormio adiutus erat, impugnavit Apollodorus atque pro Apollodoro Demosthenes duas *κατὰ Στεφάνου* orationes composuit. Hanc causam respicit Aeschines a. 343 [s]), Phormionem a Demosthene adversario suo proditum esse arguens.

359 Apollodorus *Timotheum Cononis* filium iudicio persequutus est ob pecuniam patri suo Pasioni debitam. Aes hoc alienum contractum erat 374. 373 [t]). De hac causa Demosthenes orationem *πρὸς Τιμόθεον ὑπὲρ χρέους* scripsit ante 354, quo anno Timotheus decessit, ac proinde aliquot annis ante causam *ὑπὲρ Φορμίωνος*. In hac oratione Phormio pro Apollodoro testis excitatur [u]). Pasionis filius litem habuit cum Callippo ob pecuniam quam Callippus Pasionem sibi debere arguebat, atque Demosthenes pro eo orationem *πρὸς Κάλλιππον* scripsit. Hoc tempore Phormio et Apollodorus nondum desierant amici esse [v]); itaque haec oratio cum ea quae in Timotheum scripta est videtur ex iis fuisse quas orator maturius scripsit. Ipse criminatur Apollodorus et munera sua publica vindicat in orationibus *πρὸς Πολυκλέα* et *περὶ τοῦ στεφάνου τῆς τριηραρχίας*, quae certe post 361 habitae sunt [x]). Accusat oratione *πρὸς Νικόστρατον περὶ ἀνδραπόδων*, una ex iis privatis causis quas sibi suspectas esse Harpocratio significat, quamquam idem grammaticus quattuor aliis locis [y]) eam pro Demosthenica laudat; respicitque Plutarchus [z]), qui ubi oratorem cum cognomine praetore comparat: *ἀλλὰ δή*, inquit, *τοὺς Δημοσθένους τοῦ ῥήτορος λόγους ἄξιόν ἐστι τοῖς στρατηγοῦ [ἔργοις] παραβάλλειν· τὸν κατὰ Κόνωνος αἰκίας τοῖς περὶ Πύλον τροπαίοις ἐκείνου, πρὸς Ἀρεθούσιον [male legebatur Ἀμαθούσιον] περὶ ἀνδραπόδων τοῖς ἐξανδραποδισθεῖσιν ὑπ' ἐκείνου Σπαρτιάταις* [a]).

---

p) Apollodoro e navali expeditione reverso. Cf. in Polycl. p. 1225.

q) Pro Phormione p. 948.

r) V. tabb. 350, 3. Hi viginti anni iterum memorantur p. 956: *ἐτῶν ἴσως εἴκοσι*. Pasione mortuo et vidua Phormioni nupta Pasionis facultates inter filios distributae sunt. p. 947: *οἱ ἐπίτροποι — νείμασθαι τὰ ὄντα ὑπὲρ τοῦ παιδὸς* [Pasicle pupillo] *ἔγνωσαν*. Eaque distributio octodecim annis ante hanc causam actam facta est. p. 950: *δυοῖν δέοντα εἴκοσιν ἔτη ἐστὶν ἐξ ὅτου ἐνείμω*.

s) Aeschin. Fals. leg. p. 50, 23: *ἆρά γε οὐκ ὡς σὺ τοῖς ἐντυγχάνουσι καὶ πιστεύσασι κέχρησαι λόγους εἰς δικαστήρια γράφοντα μισθοῦ τούτους ἐκφέρειν τοῖς ἀντιδίκοις; ἔγραψας λόγον Φορμίωνι τῷ τραπεζίτῃ χρήματα λαβών· τοῦτον ἐξηνέγκας Ἀπολλοδώρῳ τῷ περὶ τοῦ σώματος κρίνοντι Φορμίωνα*. Paulo mutatum hoc crimen refert Plutarch. Vit. Demosth. c. 15: *λέγεται δὲ καὶ τὸν κατὰ Τιμοθέου τοῦ στρατηγοῦ λόγον, ᾧ χρησάμενος Ἀπολλόδωρος εἶλε τὸν ἄνδρα τοῦ ὀφλήματος, Δημοσθένης γράψαι τῷ Ἀπολλοδώρῳ, καθάπερ καὶ τοὺς πρὸς Φορμίωνα καὶ Στέφανον, ἐφ' οἷς εἰκότως ἠδόξησε. καὶ γὰρ Φορμίων ἠγωνίζετο λόγῳ Δημοσθένους πρὸς τὸν Ἀπολλόδωρον, ἀτεχνῶς καθάπερ ἐξ ἑνὸς μαχαιροπωλίου τὰ κατ' ἀλλήλων ἐγχειρίδια πωλοῦντος αὐτοῦ τοῖς ἀντιδίκοις*. Cf. Demosth. et Cicer. p. 848 Reisk.: *χρηματίσασθαι τοίνυν ἐπὶ τῷ λόγῳ Δημοσθένης μὲν ἐπιψύγως λέγεται, λογογραφῶν κρύφα τοῖς περὶ Φορμίωνα καὶ Ἀπολλόδωρον ἀντιδίκοις*. Sed hae orationes non, ut significare videtur Plutarchi censura, adversariis in eadem causa, sed in diversis distinctisque factae sunt.

t) Cf. Demosth. in Timoth. in tabb. 373, 2 laudatum cum Xenoph. Hell. VI, 2.

u) Cf. in Timoth. p. 1196. Timotheum ab Apollodoro in ius vocatum esse 350 notatum est, pro Phormione p. 961: *οὐ Τιμομάχου κατηγόρεις; — οὐ Τιμοθέου*. Sed ex ipsius loci ratione probabile videtur hic non privatam, sed publicam causam dici. Quod si ita est, non haec causa respicitur. Respicitur perspicue in eadem oratione p. 950, 20. Apollodorum causam tenuisse ex Plutarcho discimus. V. supra annot. s.

v) Phormio pro Apollodoro testimonia dixit. V. p. 1237. 1238. 1241.

x) V. tabb. 361, 3.

y) In vv. *ἐμβεβλημένα. Παμβωτάδη. περίστοιχοι. ῥοδώνια*.

z) De glor. Athen. p. 351, a. b.

a) Wyttenbach. Animadvv. t. II p. 1 p. 158 haec annotat: *Oratio πρὸς Ἀμαθούσιον nulla cognita est.* Atque Reisk. ad Plutarchi t. VII p. 384: *Amathusius ille quis fuerit haud teneo, et oratio Demosthenis adversus eum neque hodie exstat neque indicata fuit a Fabricio.* Fugit eos haec oratio, quia in Plutarchi exemplis *πρὸς Ἀμαθούσιον περὶ ἀνδραπόδων* legebatur pro *πρὸς Νικόστρατον περὶ τῶν Ἀρεθουσίου ἀνδραπόδων*. Quid hoc loco significetur perspexit Taylor. apud Reisk. Or. Gr. t. VIII p. 733.

Pasionis filius accusator fuit in causa *κατὰ Νεαίρας:* quae causa aliquot annis post primum Philippi bellum [352—347] fuit, de quo in oratione exponitur [b]); atque Apollodorum aetate provectiorem fuisse collegeris. Fortasse anno 340 adscribenda est, quo tempore Apollodorus quattuor et quinquaginta annorum fuit. Demosthenes testis excitatur in hac oratione [c]), quae etsi nulla suspicione ab Hermogene [d]) laudatur, dubia videbatur Dionysio, Athenaeo, Harpocrationi, Photio [e]).

Quae nunc pro Demosthenicis circumferuntur orationes in genera sua descriptae hac tabula360 enumerabuntur. Quarum anni positi sunt, de iis in tabulis dictum est [f]).

---

b) In Neaer. p. 1346.

c) Ibid. p. 1387.

d) De formis I, 1 p. 87. II, 3 p. 391. Posteriore loco quamquam ineptae elocutionis exemplum inde protulit, tamen non dubitat an subditicia sit. Sed Hermogenes exempla sua colligens, nullam curam videtur adhibuisse ut quae recte, quae falso inscripta essent discerneret, quandoquidem adeo epistolas pro Demosthenicis laudat de form. I, 7 p. 294. [respiciens ep. III p. 1485.] ibid. p. 295. [ep. II p. 1469.] p. 296. [ep. III p 1483.] II, 8 p. 444. [ep. II init. ep. III.]

e) Reiicit Dionysius de vi Demosth. p. 1127. Harpocratio in vv. *γέρρα. δημοποίητος. διεγγύησιν. Ἵππαρχος. Κωλιάς* hanc orationem pro suspecta laudat; nulla suspicionis significatione laudat in vv. *ἀποπεφασμένον. Ἀττικοῖς γράμμασι. Βρυτιάδαι. γεραίρει. ὅτι διαμαρτάνει. πωλῶσι. ψιθυριστὴς Ἑρμῆς.* Athenaeus eam semel sine suspicionis significatione, bis pro dubia laudat. Photius cod. 265 p. 1469 haec tradit: *τὸν κατὰ Νεαίρας λόγον ὑπτιότητός τινες αἰτιώμενοι τῶν Δημοσθενικῶν ἀποκρίνουσι λόγων.* Libanius aut si quis alius argumentum scripsit: *τοῦτον τὸν λόγον οὐκ οἴονται Δημοσθένους εἶναι, ὕπτιον ὄντα καὶ πολλαχῇ τῆς τοῦ ῥήτορος δυνάμεως ἐνδεέστερον.* Taylorus Vita Lys. p. 151—154 probare conatur Lysiam qui in hac oratione memoratur p. 1351 s. clarissimum oratorem esse non posse, atque de hac re falsos esse Athenaeum et eum qui X oratorum vitas scripsit. Huius argumentationem satisfacere negat Reisk. ad Neaer. p. 1351, 23: *non video qui magnus error in vulgari sit sententia.* Gravissimum Taylori argumentum, quod ex temporum ratione duxit, hoc fuerit: Lysias 378 unum et octoginta annos natus decessit, prope quadraginta annos ante hanc causam. Sed huic opposueris primum quod Lysias Cephali filius dicitur p. 1352 nec probabile est, quum praesertim Athenaeus contrarium tradat, eodem tempore duos eiusdem nominis oratores fuisse, utrumque Cephali filium. Deinde quibus rebus Lysias illic implicitus fuisse dicitur, eae compluribus annis ante *Socratidem* archontem videntur factae esse. Cf. 1352, 24. 1353, 12. 1354, 11. 1356, 5. Atqui Socratides nonnisi quinque annis post Lysiae mortem archon fuit, ut hae res ad eius vitae tempora pertinere potuerint.

f) Excepta Philippica V et ea quae *ἐπιτάφιος* inscribitur. In hoc indice non videbatur esse quod ea quae *ἐρωτικός* inscribitur et *προοίμια δημηγορικά* et epistolae Demostheni adscriptae notarentur. Epistolae etsi dubites an subditiciae sint, tamen ab antiquissimis grammaticis laudantur, veluti ab Hermogene (v. supra annot. d), ab Harpocratione vv. *ἐρανίζοντες, Καλαύρεια, φθόην*, ab Aristide t. II p. 450 lebb., ab *Antiatticista*, qui laudat ep. III Bekk. Anecd. p. 77, 16. 94, 3. Ep. I p. 1466 Anecd. p. 110, 5. ep. I p. 1464, 18 Anecd. p. 111, 31. Itaque qui has epistolas scripsit de rebus quas refert fontibus perditis uti potuit: quare eas pro testimoniis adhibui in tabulis 323, 3.

ΔΗΜΗΓΟΡΙΑΙ.	ΔΗΜΟΣΙΟΙ ΛΟΓΟΙ.	ΙΔΙΩΤΙΚΟΙ ΛΟΓΟΙ.
A. C. n.	A. C. n.	A. C. n.
		364. In Aphobum I.
		—— II.
		Contra Aphobum *ψευδομαρτυριῶν*.
		In Onetorem I.
		—— II.
		In Callippum.
		post 361. In Polyclem *περὶ τοῦ ἐπιτριηρ.*
		De corona navali.
	355. In Androtionem. / In Leptinem.	*ante* 354. In Timotheum *ὑπὲρ χρέους*.
354. De classibus.		
353. Pro Megalopolitanis.	353. In Timocratem.	*post* 356. In Euergum et Mnesibulum [l])
352. Philippica I. *πρώτη τῶν Φ.*	352. In Aristocratem.	*post* 355. In Zenothemim [m]).
351. Pro Rhodiis.		
		350 . . . In Boeotum. / Pro Phormione.
349. Olynthiaca I. *δευτέρα τῶν Φ.* / —— II. / —— III.		*ante* 343. In Stephanum *ψευδομαρτ. α'.* / —— *β'*.
347. („*ἃ μὲν ἡμεῖς*“–*πέμπτη τῶν Φ.*[h])	348. In Midiam [g]).	
346. De pace. *ἕκτη τῶν Φ.*	. . . . .	347. In Boeotum de dote.
		post 347. In Pantaenetum. *cf. an.* 347.
		post 346. In Eubulidem. *cf. an.* 346.
344. Philippica II. *ἑβδόμη τῶν Φ.*		
343. De Halonneso. *ὀγδόη τῶν Φ.*	343. De falsa legat.	*circiter* 343. In Cononem [n]).
341. De Cherson. *ἐνάτη τῶν Φ.* [i]) / Philippica III. / —— IV. *ἐνδεκάτη τῶν Φ.*		*post* 343. In Olympiodorum. *Cf. an.* 342.
339. In epistolam. *τελευταία τῶν Φ.*	*circiter* 340. [In Neaeram.]	
338. [*Ἐπιτάφιος*] [k]).	*post* 336. [In Theocrinem.] *cf. an.* 333.	
334. [*περὶ τῶν πρὸς Ἀλέξ. συνθηκῶν.*]	*post* 338. [In Aristogit. I. II.] *cf. an.* 331.	*post* 336. In Phormionis *παραγραφ. cf. an.* 332.
	330. De corona.	*post* 331. In Dionysodor. *cf. an.* 329.
[*περὶ συντάξεως.*]		*Incerti temporis.*
		In Apaturium *παραγραφικός*.
		In Lacriti *παραγραφήν*.
		In Nausim. et Xenopith. *παραγρ.*
		In Spudiam *ὑπὲρ προικός*.
		In Phaenippum *περὶ ἀντιδόσεως*.
		In Macartatum *cf. an.* 360.
		In Leocharem *περὶ κλήρου*.
		In Nicostratum *περὶ ἀνδραπόδων*.
		In Calliclem *περὶ χωρίου*.

In constituendo tempore celeberrimae *περὶ τοῦ στεφάνου* causae complures exsistunt difficultates, 361
quas quum in tabularum angustiis explicare non potuerimus, hoc loco excutere licebit. Constituta erat causa ab Aeschine *ἐπὶ Χαιρώνδου ἄρχοντος, ἑλαφηβολιῶνος ἕκτῃ ἱσταμένου* o), i. e. circa finem Chaerondae anni, Martio 337. Acta est Aristophontis anno ineunte, circiter Augusto 330, minus octo annis post quam constituta erat. Cicerone p) teste „*hanc mulctam Aeschines a Ctesiphonte petiit quadriennio ante Philippi Macedonis mortem.*“ Sed revera tantum sedecim menses interfuerunt. Plutarchus q) haec tradit: *εἰσήχθη ἡ περὶ τοῦ στεφάνου γραφὴ κατὰ Κτησιφῶντος γραφεῖσα μὲν ἐπὶ Χαιρώνδου ἄρχοντος μικρὸν ἐπάνω τῶν Χαιρωνικῶν, κριθεῖσα δ' ὕστερον ἔτεσι δέκα ἐπ' Ἀριστοφῶντος.* In hoc loco duo errores insunt. Ac primum Aeschines litem non ante pugnam Chaeronensem movit, sed aliquot mensibus post eam: quippe secundo Chaerondae mense pugnatum, causa constituta est nono eiusdem archontis mense. Deinde inter litem Ctesiphonti intentam eandemque peractam non decem, sed minus octo anni interfuerunt. Intenta enim est Chaerondae nono mense [Martio 337], peracta Aristophontis secundo aut non posterius [Augusto 330]. Dionysius r) tempora sic notat: *ἐπ' Ἀριστοφῶντος ἄρχοντος ὀγδόῳ μὲν ἐνιαυτῷ μετὰ τὴν ἐν Χαιρωνείᾳ μάχην, ἕκτῳ δὲ μετὰ τὸν Φιλίππου τελευτήν.* Ita locus nunc legitur ex Bentleii emendatione Meursii vestigia persequuti. Sed ne ita quidem numeri cum vero causae tempore conveniunt, quum *nonus* et *septi-* 362
mus annus dici debuerit. Quod Dionysius addit: *καθ' ὃν χρόνον Ἀλέξανδρος τὴν ἐν Ἀρβήλοις ἐνίκα μάχην*, id nullo modo recte habet. Nam pugna ad Arbela in alius archontis annum incidit atque hac causa minimum octo decemve mensibus posterior fuit. Bene tamen cum Arbelorum commemoratione congruit quod Bentleius restituit *ἕκτῳ* pro *ὀγδόῳ*, quoniam hanc pugnam sexto anno post Philippi obitum factam esse constat.

Has difficultates Corsinus s) ita expedit ut Chaerondam archontem quemadmodum alios in Demosthenis oratione de corona *pseudeponymum* fuisse et causam duobus annis ante 338 constitutam esse dicat. Chaerondam igitur pseudeponymum esse statuit duobus Demosthenis locis, uno Aeschinis, uno item Plutarchi; sumitque haec omnia Chaeronensi pugna ac proinde vero Chaerondae anno superiora fuisse. Probat hanc sententiam Aeschinis loco. „*Certe*, inquit, *quod Aeschinis accusatio Olymp.* 110, 2 *sub Chaeronda quidem, sed pseudeponymo, instituta fuerit, non perspi-*

---

g) Ad hoc tempus Dionysius ad Amm. p. 727 *δημηγορικοὺς μὲν ἑπτά, δικανικοὺς δὲ πέντε* enumerat.

h) Quinta Philippica, quam Dionysius Themistoclis anno adscribit, in nostris exemplis primae pars est. Libanius in Argum. Phil. I hanc unam orationem statuit, Philippicam I, et Ulpianus ad Demosth. p. 35, 36 Dionysium eam dividentem vituperat.

i) Qui Philippicam I Dionysio repugnantes non dividunt hanc octavam dixerunt. Schol. in Hermog. p. 211: *Δημοσθένης τῶν ἐγκλημάτων τὰ μέγιστα μετριωτέροις ὀνόμασι συνεσκίασε περὶ τοῦ Διοπείθους λέγων ἢ τῶν Φιλιππικῶν* [*leg.* η' cum Reiskio ad Demosth. p. 96, 17.] *τὸ μὲν ληστεύειν κ. τ. λ.* Respicit hanc orationem p. 96. Pariter oratio de Halonneso *septimam* Philippicam dicit Ulpian. ad Dem. p. 127 ed. Par.

k) Demosthenem in honorem eorum qui ad Chaeroneam occidissent funebrem orationem habuisse testantur Plutarch. vit. Demosth. c. 21, et qui oratorum vitas scripsit p. 845, f, ipseque Demosthenes de cor. p. 320. Sed merito dubitaveris an ea quae nunc exstat oratio Demosthenis non sit. V. Phot. cod. 265 p. 1469. Harpocratio vv. *Αἰγεῖδαι. Κεκροπίς*, ubi addit *εἰ γνήσιος*. Dionysius de vi Demosth. p. 1027 et p. 1095, ubi dicitur *ὁ φορτικὸς καὶ κενὸς καὶ παιδαριώδης ἐπιτάφιος.*

l) Id est post Agathoclem archontem. Cf. p. 1152.

m) Scripta est haec oratio postquam Demosthenes rempublicam capessivit, quo tempore *ῥήτωρ καὶ γνώριμος* fuit. V. locum perspicuum p. 890 s.

n) Causa in Cononem acta est tertio anno post expeditionem Panactum factam. p. 1257: *ἐξήλθομεν ἔτος τοῦτο τρίτον εἰς Πάνακτον φρουρᾶς ἡμῖν προγραφείσης.* Haec videtur eadem expeditio esse atque ea quam Demosth. de falsa leg. p. 446 memorat: *ἀντὶ τοῦ τὸν Ὠρωπὸν ὑμῖν ἀποδοθῆναι περὶ Δρύμου καὶ τῆς πρὸς Πανάκτῳ χώρας μεθ' ὅπλων ἐξερχόμεθα.* Hoc factum post pacem cum Philippo initam [346] et ante causam *περὶ παραπρεσβείας* [343]. Proinde in Cononem oratio circiter 343 aut paulo post scripta est.

o) Demosth. de cor. p. 243.

p) De optimo gen. oratt. c. 7.

q) Demosth. c. 24.

r) Ad Amm. p. 746.

s) Fastt. Att. t. I p. 75 s. 359 s.

cua solum temporum series, sed illustria quoque scriptorum testimonia demonstrant, quae modo subiiciam [t]. — *Aeschines ergo de hoc ipso litis institutae tempore cum Demosthene disserens ait,* ὑπηνέχθη ἡ κατὰ τοῦδε τοῦ ψηφίσματος γραφὴ ἔτι Φιλίππου ζῶντος πρὶν Ἀλέξανδρον εἰς τὴν ἀρχὴν καταστῆναι — τῆς μάχης ἐπιγενομένης οὐκ ἐσχολάζομεν περὶ τὴν σὴν εἶναι τιμωρίαν, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς σωτηρίας τῆς πόλεως ἐπρεσβεύομεν. *Quis hic aperte non videat, actionem illam ab Aeschine institutam esse antequam Chaeronense bellum exarserit* [u])? Si haec esset Aeschinis sententia, res confecta foret. Sed Corsinus suppressis quae interiecta sunt omnibus ut eiusdem sententiae eiusdemque argumenti partes coniunxit quae apud oratorem longa interiectarum quaestionum serie disiuncta sunt. Veram argumentationis rationem accuratissime exposuit Taylorus [v]. Quippe Aeschines quum causam Philippo vivo [x]), ἔτι Φιλίππου ζῶντος, constitutam dixerit, ad alium locum progreditur, defenditque negligentiae quam antea orator publicus admisisset crimen; enumeratque quoties Demosthenis actis rationibusque adversatus sit. Quae satis late persequutus adversarium his verbis compellat [y]): σαυτὸν οὐκ ἀντερωτᾷς, τίς ἂν εἴη δημαγωγὸς τοιοῦτος ὅστις — τοὺς καιροὺς ἐν οἷς ἦν σώζεσθαι τὴν πόλιν ἀποδοῖτο, — ἀποδρὰς δ' ἐκ τῶν κινδύνων καὶ τὴν πόλιν ἀνηκέστοις κακοῖς περιβαλὼν ἀξιοῖ στεφανοῦσθαι ἐπ' ἀρετῇ, ἀγαθὸν μὲν πεποιηκὼς μηδέν, πάντων δὲ τῶν κακῶν αἴτιος γεγονώς, ἐπερωτῴη δὲ τοὺς συκοφαντηθέντας ἐκ τῆς πολιτείας — διὰ τί αὐτὸν οὐκ ἐκώλυσαν ἐξαμαρτάνειν; ἀποκρύπτοιτο δὲ τὸ πάντων τελευταῖον ὅτι τῆς μάχης ἐπιγενομένης οὐκ ἐσχολάζομεν περὶ τὴν σὴν εἶναι τιμωρίαν — ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἀπέχρη σοι δίκην μὴ δεδωκέναι, ἀλλὰ καὶ δωρεὰς αἰτεῖς — ἐνταῦθ' ἐνέστην καὶ τὴν γραφὴν ἀπήνεγκα. Tota argumentatione proposita quis non intelligit psephisma de Demosthene corona honorando *post* pugnam Chaeronensem factum esse? Idem docet Demosthenis [z]) testimonium: μετὰ τὴν μάχην εὐθὺς ὁ δῆμος, εἰδὼς καὶ ἑωρακὼς πάντα ὅσα ἔπραττον ἐγώ, ἐν αὐτοῖς τοῖς δεινοῖς καὶ φοβεροῖς ἐμβεβηκώς, ἡνίκ' οὐδ' ἀγνωμονῆσαί τι θαυμαστὸν ἦν τοὺς πολλοὺς πρὸς ἐμέ, πρῶτον μὲν περὶ σωτηρίας τῆς
363πόλεως τὰς ἐμὰς γνώμας ἐχειροτόνει, καὶ πάνθ' ὅσα τῆς φυλακῆς ἕνεκα ἐπράττετο, ἡ διάταξις τῶν φυλάκων, αἱ τάφροι, τὰ εἰς τὰ τείχη χρήματα, διὰ τῶν ἐμῶν ψηφισμάτων ἐγίγνετο· ἔπειθ' αἱρούμενος σιτώνην ἐκ πάντων ἐμὲ ἐχειροτόνησεν ὁ δῆμος, καὶ μετὰ ταῦτα συστάντων οἷς ἦν ἐπιμελὲς κακῶς ἐμὲ ποιεῖν, καὶ γραφάς, εὐθύνας, εἰσαγγελίας, πάντα ταῦτ' ἐπαγόντων μοι — ἐν τούτοις ἅπασι μάλιστα μὲν διὰ τοὺς θεούς, δεύτερον δὲ δι' ὑμᾶς καὶ τοὺς ἄλλους Ἀθηναίους ἐσωζόμην. — τούτων οὖν οὕτως ἐχόντων, τί προσῆκε τοῖς ὑπ' ἐμοῦ πεπραγμένοις θέσθαι τὸν Κτησιφῶντα ὄνομα; οὐχ ὃ τὸν δῆμον ἑώρα τιθέμενον, οὐχ ὃ τοὺς ὁμωμοκότας δικαστάς. Factionum status Athenis hic fuit. Demosthenes post pugnam Chaeronensem potentiam suam retinuit. Atque ea factio cuius princeps erat id egit ut populus quantum ipsi tribueret declararet. Hanc ob causam Ctesiphon, qui huius factionis fuit, psephisma scripsit de Demosthene coronando, quo populus declaraturus erat sese eis qui ultimi belli auctores exstitissent, quamquam illud male gestum esset, non minus quam antea tribuere [a]).

Corsinus [b]) ut sententiam suam probaret Chaerondam quattuor locis quibus nominatur *archontem pseudeponymum*, non verum anni magistratum esse statuere coactus fuit [c]): *ex tribus*, inquit,

---

t) Cetera testimonia quae Aeschinis testimonio addit iam examinavimus. Sunt enim Cic. de opt. gen. oratt. c. 7. Plutarch. Demosth. c. 24 Dionys. Amm. p. 746.

u) P. 359 s.

v) In Praefat. ad Aeschinis or. in Ctes. p. 378 Reisk.

x) In Ctes. p. 85, 12.

y) P. 86, 6.

z) De cor. p. 309 s.

a) His oratorum ipsorum testimoniis addas quae tradunt Plutarchus personatus p. 845, f: μετὰ ταῦτα [post pugnam Chaeronensem] πρὸς τὴν ἐπισκευὴν τῆς πόλεως τῇ ἐπιμελείᾳ προσελθὼν καὶ τῶν τειχῶν ἐπιμεληθεὶς χειροτονηθείς. et qui Demosthenis orationis argumentum scripsit p. 222 s. Quae etsi per se ipsa ad rem probandam fortasse non sufficerent, tamen, quum ipsorum oratorum testimoniis consentanea sint, non indigna videntur quibus aliquid tribuatur. In argumento Demosthenis munus et de corona psephisma perspicue post cladem Chaeronensem ponuntur.

b) T. I. p. 76.

c) Etiam Plutarchi testimonium ab eo huc relatum esse docent haec verba t. I. p. 360: *Meursio ambiguum illud Chaerondae nomen, a Demosthene simulque Plutarcho memoratum, imposuit; cum scriptores illos de Chaeronda eponymo intelligenda esse censeret* et q. s.

decretis illis, quae archontis Chaerondae nomen praeferunt, nullum, ne postremum quidem, Chaeronda Athenis eponymo factum fuit. Sed in hac re verum non vidit. Illorum locorum non dubii sunt duo quibus hoc nomen psephismatis a Demosthene [d]) propositis praescriptum est. Alius generis sunt relicui duo loci, quorum altero, qui est apud Aeschinem, Chaerondas nominatur, oratore ipso loquente, non publicum litterarum monumentum proferente [e]); altero, qui apud Plutarchum legitur, in narratione nomen eius exstat. Iam etsi certum est pro veri archontis nomine saepe *pseudeponymi* nomen psephismatis aliisve litterarum monumentis praescriptum legi [ee]), tamen non exstat exemplum archontis eponymi pro vero memorati a scriptoribus ubi vel in narrationis serie vel alia ratione alicuius rei tempus notare volunt. Itaque his duobus locis Chaerondas est archon cuius anno res vere actae sunt.

Itaque ex duobus oratoribus eisque quae proposuimus colligimus ea de quibus disputamus post Chaeronensem pugnam facta esse. Demosthenes *τειχοποιὸς* erat necdum hoc munus deposuerat Maio 337 [f]). Ctesiphontis psephisma latum erat Novembri superiore [g]). Rerum actarum ordo hic fuit. Duobus mensibus post pugnam Ctesiphon ut Demosthenes praemio ornaretur auctor fuit psephismate364
quarto anni mense [Pyanepsione] perlato. Aeschines accusationem instituit nono mense [Elaphebolione] et insequente oratione Demosthenem etiam *undecimo* mense [Thargelione] munere functum esse probat. Turbata sunt tempora ob Plutarchi negligentiam et fortasse ex corruptione in Ciceronе [h]) et Dionysii numeris.

XXI.

DE PHILOSOPHIS ET HISTORICIS ET ORATORIBUS.

Quamquam in tertia tabularum columna complura nomina reperiuntur quae neque philosophorum neque historicorum neque oratorum sunt, tamen, ne alias partitiones addere cogerer, omnia in has tres classes digerenda esse censui. Itaque *Hippocrates*, ut hoc utar, philosophis, *Gorgias* oratoribus adscriptus est. Philosophos in tabulis recensuimus hos:

1. *Thaletem*, a. C. n. 560. 546.
2. *Chilonem*, 556.
3. *Biantem*, 544.
4. *Anaximandrum*, 547.

d) De cor. p. 243: *ἐπὶ Χαιρώνδου ἄρχοντος, ἑλαφηβολιῶνος ἕκτῃ ἱσταμένου* — p. 253: *ἐπὶ Χαιρώνδου Ἡγέμονος ἄρχοντος, γαμηλιῶνος ἕκτῃ ἀπιόντος.*

e) In Ctes. p. 57, 35: *ἐπὶ γὰρ Χαιρώνδου ἄρχοντος θαργηλιῶνος μηνὸς δευτέρᾳ φθίνοντος ἐκκλησίας οὔσης ἔγραψε ψήφισμα Δημοσθένης ἀγορὰν ποιῆσαι κ. τ. λ.*

ee) Secus esse nuper probavit Boeckh. de archontibus Atticis pseudeponymis. Berol. 1828. Aeschinis locum Boeckhius emendat ita ut pro *ἐπὶ γὰρ Χαιρώνδου* legat *πρὸ γὰρ Χαιρώνδου*. Possis: *ἐπὶ γὰρ Λυσιμαχίδου τοῦ πρὸ Χαιρώνδου*. *Kr.*

f) V. Aeschin. in Ctes. p. 57, 35. Iniuria Taylor. praefat. ad Aeschin. Ctes. p. 374 s. Reisk. hoc loco difficultatem inesse censet: quasi Aeschines dixisset Demosthenem *inisse* munus suum Thargelione 337. Significatur modo eum etiamtum illud administrasse.

g) *Πυανεψιῶνος ἐνάτῃ ἀπιόντος.* Demosth. de cor. p. 266. Hinc Aeschines Demosthenem etiamtum *ὑπεύθυνον* fuisse argumentatur, quoniam septem post mensibus munere suo fungebatur.

h) In Ciceronis loco pro *quadriennio* legerim *biennio.*

5. *Anaximenem* [a]), 548. 480.
6. *Pherecydem*, 544.
7. *Xenophanem* [aa]), 538. 527. 477.
8. *Pythagoram*, 539. 533. 531. 525. 520. 510. 497. 472.
9. *Heraclitum*, 503. 455.
10. *Parmenidem* [b]), 503. 455.
11. *Anaxagoram*, 500. 480. 450. 432. 428.

---

a) „Quod Clinto a. 548, 3 *γέγονεν* floruit interpretatur, „repugnare videtur loquendi usus. Ceterum Anaximenis „aetas non facile definiri potest. Cui auctoritati plurimum „sit tribuendum si circumspicias, non temere reiecerim „quae ex Apollodoro tradit Diog. L. II, 3: *καὶ γεγένηται „μὲν καθά φησιν Ἀπολλόδωρος τῇ ἑξηκοστῇ τρίτῃ ὀλυμπιάδι, „ἐτελεύτησε δὲ περὶ τὴν Σάρδεων ἅλωσιν.* De mortis tem- „pore quod addit etsi offensioni est, tamen, si Sardes 499 „a Ionibus captas dici statuas, certe non exsistit repugnan- „tia; quamquam fieri potest ut hoc non ab Apollodoro „traditum sit. Hic profecto prorsus reiiciendum est quod „Ionici philosophi alter ab altero disciplinam accepisse „produntur. Quod quam improbabile sit hic tantum ex „temporum rationibus docebo, quas hae tabulae expli- „cant:

„Thales nascitur	Ol. 35, 1	secundum Apollodorum.
„Anaximander nasc.	42, 2	sec. eundem Apollod.
moritur	58, 2	aut non multo post.
„Anaximenes nasc.	55	secundum Suidam.
	63	sec. Apollodorum.
floret	58	sec. Pseudo-Orig.
„Anaxagoras nasc.	70	
moritur	88, 1.	

„Diogenem Apolloniatem Anaxagora posteriorem esse omnes auctores consentiunt.

„Ex his rationibus perdifficile est assequi quomodo inter „Anaximandrum et Anaximenem et Anaxagoram coniun- „ctio intercedere potuerit. Si Anaximenem Anaximandro „magistro usum esse sumas, amplectare necesse est quod „Origenes personatus tradit, Anaximenem Ol. 58 floruisse. „Quodsi 32o aetatis anno eum floruisse statuas, (quum „*ἀκμὴ* philosophorum fere 40o aetatis anno adscribi soleat) „Ol. 50 natus fuerit, ut octoginta annos habuerit quo „tempore Anaxagoras natus est ac proinde prope centum „annorum fuerit quo tempore Anaxagoram instituerit. „Etiam maior natu fuisset quo tempore Diogenem Apol- „loniatem institueret. Neque tamen usquam a veteribus „annumeratur iis qui admodum grandes natu obissent."

„Sed quum quae veteres de Anaximandri et Anaximenis „aetate scripta reliquerunt parum certa sint, iis potius „uitor quae certiora tradiderunt de Thaletis et Anaxago- „rae temporibus. Et Thales quidem non post Ol. 35, 1 „natus fuisse potest, si solis defectio quam Herodoto I, 74 „et Xenophane apud Diog. L. I, 23 testibus praedixit cum „Oltmannsio in Abhandl. d. K. Pr. Ak. d. Wiss. 1812—13 „in ann. 609 a. C. n. incidit. Anaxagoram non multo „ante Ol. 88, 1 mortuum esse constat. Proinde a Thaletis „natali tempore ad Anaxagorae mortem minimum 53 „Olympiades sive 212 anni fuerunt: quod spatium quat- „tuor philosophi alter alteri disciplinam tradentes explesse „sumuntur. Iam si aetatem 30 annorum statuimus, hoc „spatium septem, si 33 annorum, amplius sex aetates com- „plectitur. Quid quod, si aetati 40 annos tribuimus, huic „spatio 5 aetates et 12 anni insunt." *H. Ritter.*

aa) Non est quod explicemus cur *Xenophanes* et *Parmenides* atque *Empedocles*, quum versibus sensa tradiderint, philosophis potius quam poetis annumeraverimus.

b) Secundum Platonem Parmen. p. 127, a *Parmenides* amplius quinque et viginti annis grandior fuit Zenone et circiter quinque et sexaginta annos habuit quum Socrates eum audivit: *ἀφίκοντό ποτε εἰς Παναθήναια τὰ μεγάλα Ζήνων τε καὶ Παρμενίδης· τὸν μὲν οὖν Παρμενίδην ἐὖ μάλα ἤδη πρεσβύτην εἶναι, σφόδρα πολιόν, καλὸν δὲ κἀγαθὸν τὴν ὄψιν, περὶ ἔτη μάλιστα πέντε καὶ ἑξήκοντα· Ζήνωνα δὲ ἐγγὺς τῶν τεττταράκοντα τότε εἶναι, εὐμήκη δὲ καὶ χαρίεντα ἰδεῖν.* Socrates tum admodum adolescens fuit. Plato ibid.: *Σωκράτη δὲ εἶναι τότε σφόδρα νέον.* V. tabb. 455, 3. Platonem hoc nomine vituperat Athenaeus XI p. 505, f: *Παρμενίδῃ μὲν γὰρ ἐλθεῖν εἰς λόγους τὸν τοῦ Πλάτωνος Σωκράτην μύλις ἡ ἡλικία συγχωρεῖ· οὐχ ὡς καὶ τοιούτους εἰπεῖν ἢ ἀκοῦσαι λόγους.* Haud dubie sermo quem Plato Socratem cum Parmenide et Zenone habuisse refert fictus est: fictum non est Parmenidem Athenis a Socrate adolescentulo disserentem auditum esse. Quod si Parmenidem Ol. 81, 3, a. C. n. 454, Socrate 15 annos nato Athenas venisse statuimus, Parmenides circiter 519 natus fuit et 18 aut 19 annos habuit Ol. 69, quo tempore eum fuisse tradit Diogenes Laertius. Pariter Aristotelem 19um annum agentem memorat Diodorus. V. tabb. 365, 3. [Hic tamen non dicit *ἤκμαζε*, sed *ὑπῆρξεν*. Itaque Diogenes [v. tabb. 503] repugnare videtur Platoni: qui quum tribus locis Parm. p. 127, a. Theaet. p. 183, e. Sophist. p. 217, c idem tradat, recte H. Ritterus hoc testimonium fictum esse non putat. Dubitari tamen potest utrum Parmenidem Panathenaea, quae tertio Olympiadis cuiusque anno ineunte celebrabantur (v. p. 324 s.), spectaturum Ol. 81, 2 an Ol. 82, 2 Athenas venisse statuendum sit. Equidem posterius optaverim, ut Parmenides circa Ol. 66, 1 natus fuisse et circa Ol. 75 floruisse videatur. Et hunc numerum fortasse tradiderat Diogenes, apud quem *ΟΕ'* in *ΞΘ'* corruptum esse suspiceris. *Kr.*]

12. *Diagoram Melium*, 466.
13. *Zenonem Eleatem*, 464. 455. 435.
14. *Archelaum*, 450.
15. *Melissum*, 444. 440. 365
16. *Protagoram* c), 444. 422.
17. *Empedoclem* d), 455. 444. 435.
18. *Socratem*, 468. 450. 399.
19. *Democritum*, 460. 435. 381. 370. 357.
20. *Hippocratem*, 460. 435. 431. 357.
21. *Prodicum*, 435.
22. *Metonem*, 432.
23. *Platonem* e), 429. 416. 409. 399. 395. 389. 374. 365. 347. 366

---

c) *Protagoram* in tabulis circa 404 *prope* septuaginta annorum mortem obisse posuimus: *ἐγγὺς ἑβδομήκοντα ἔτη γεγονότα*. Natum esse statueris circiter 470, ut decem annis maior fuerit *Democrito*, qui eum in libris suis memoraverat. Laert. IX, 42: *Δημόκριτος μέμνηται τῆς περὶ τοῦ ἑνὸς δόξης τῶν περὶ Παρμενίδην καὶ Ζήνωνα, ὡς κατ' αὐτὸν μάλιστα διαβεβοημένων· καὶ Πρωταγόρα τοῦ Ἀβδηρίτου, ὃς ὁμολογεῖται κατὰ Σωκράτην γεγονέναι.* Protagoras Democritum audivisse traditur a Laert. IX, 50: *διήκουσε δὲ Δημοκρίτου.* Philostr. Vit. Soph. I, 10: *Δημοκρίτου ἀκροατὴς οἴκοι ἐγένετο.* De qua re quae accuratius exposuit Epicurus, iis non repugnant quae de eius aetate tradita sunt. Athen. VIII p. 354, c: *δ' Ἐπίκουρος Πρωταγόραν φησὶ τὸν σοφιστὴν ἐκ φορμοφόρου καὶ ξυλοφόρου πρῶτον μὲν γενέσθαι γραφέα Δημοκρίτου· θαυμασθέντα δ' ὑπ' ἐκείνου ἐπὶ ξύλων τινῶν ἰδίᾳ συνθέσει, ἀπὸ ταύτης τῆς ἀρχῆς ἀναληφθῆναι ὑπ' αὐτοῦ· καὶ διδάσκειν ἐν κώμῃ τινὶ γράμματα, ἀφ' ὧν ἐπὶ τὸ σοφιστεύειν ὁρμῆσαι.* Laërt. IX, 53: *φορμοφόρος ἦν, ὡς καὶ Ἐπίκουρός πού φησι. καὶ τοῦτον τὸν τρόπον ἤρθη πρὸς Δημόκριτον, ξύλα δεδεκὼς ὀφθείς.* Suid. *Πρωταγ. πρότερον ἦν φορτοβαστάκτης. ἐντυχὼν δὲ Δημοκρίτῳ ἠράσθη λόγων καὶ φιλοσοφήσας ἐπὶ ῥητορείαν ἐτράπη.* Videtur Democritus summo loco Abderis natus Protagorae, qui inferioris conditionis erat, ingenium perspexisse perspectumque aluisse et fovisse, licet ipse annis minor esset. De morte Protagorae difficultates exsistunt. Laërt. IX, 54, 55: *κατηγόρησεν αὐτοῦ Πυθόδωρος Πολυζήλου, εἷς τῶν τετρακοσίων. Ἀριστοτέλης δ' Εὐάθλιον φησί. — φησὶ δὲ Φιλόχορος, πλέοντος αὐτοῦ εἰς Σικελίαν τὴν ναῦν καταποντισθῆναι, καὶ τοῦτο αἰνίττεσθαι Εὐριπίδην ἐν τῷ Ἰξίονι. ἔνιοι κατὰ τὴν ὁδὸν τελευτῆσαι αὐτόν.* Sed hic non dicitur accusatus esse quadringentis viris rempublicam administrantibus [411], sed traditur tantum eius accusator ex horum numero fuisse. Ceterum si recte relata est Philochori sententia, ante quam Euripides mortuus est, i. e. ante 406. Secundum Platonem Menon. p. 91, e certe ante quam Socrates diem supremum obierat: sed propter Platonis negligentiam in eiusmodi rebus hoc neutiquam certum est. Imo Socrati superstes fuit, si urgenda sunt quae Timo apud Sext. Empir. IX, 57 tradit: *θάνατον αὐτοῦ καταψηφισαμένων τῶν Ἀθηναίων διαφυγὼν καὶ κατὰ θάλατταν πταίσας, ἀπέθανε. μέμνηται δὲ ταύτης τῆς ἱστορίας καὶ Τίμων ὁ Φλιάσιος ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν σίλλων ταῦτα διεξερχόμενος·*

——— φυγῆς ἐπεμαίετο, ὄφρα μὴ οὕτως
Σωκρατικὸν πίνων ψυχρὸν ποτὸν ἄϊδα δύῃ.

Si meminerimus quod grammatici tradunt, Euripidem in Palamede Socratis mortem respexisse, non multum tribuemus Laertio (neque enim Philochori ipsius testimonium accurate traditum habemus) Protagorae mortem in Ixione respectam fuisse. Fortasse tutissimum est statuere Protagoram paulo ante quam Socratem mortuum esse et circiter decem annis maiorem fuisse quam Democritum patronum eius.

d) *Empedocles* ex testimoniis quibusdam Pythagoram audiverat. Laert. VIII, 50: *κατά τινας Πυθαγόρου διήκουσεν.* Ibid. 54: *ἀκοῦσαι δ' αὐτὸν Πυθαγόρου Τίμαιός διὰ τῆς ἑνάτης ἱστορεῖ.* *Zenonem* et *Empedoclem*, quum *Parmenide* magistro usi essent, Alcidamas apud Laert. VIII, 56 tradit *ὕστερον ἀποχωρῆσαι, καὶ τὸν μὲν Ζήνωνα κατ' ἰδίαν φιλοσοφῆσαι· τὸν δὲ Ἀναξαγόρου διακοῦσαι καὶ Πυθαγόρου, καὶ τοῦ μὲν τὴν σεμνότητα ζηλῶσαι τοῦ τε βίου καὶ τοῦ σχήματος, τοῦ δὲ τὴν φυσιολογίαν.* Ita statuerunt qui Pythagoram posterius fuisse posuerunt, mortem eius anno 472 adscribentes. V. tabb. 539. 472. Quos sequutus est Iamblichus c. 23. Sed hae rationes non probabiles sunt. Empedoclem constat sexaginta annorum decessisse, circa belli Peloponnesiaci initium (v. an. 444), ut aliquot annis maior fuerit quam discipulus eius *Gorgias*; (v. an. 459) nec amplius 18 annos habuerit quo tempore Pythagoram mortem obisse statuerunt, i. e. 472. Sed veriores videntur eae rationes quibus Pythagoras prius fuisse ponitur, ex quibus 507 mortuus est, circiter viginti annis ante quam Empedocles natus est.

e) Platonem 394, quinque annis post Socratis mortem, in Graecia fuisse in tabulis ex Aristoxeno docuimus. Itaque eius itinera intervallis discreta partim ante hoc tempus, partim post illud facta sint necesse est. In Italia eum bis fuisse constat, semel ante quam Aegyptum lustravit, iterum post hoc tempus: qua ratione inter se conci-

24. *Socraticos*, *Aristippum*, *Antisthenem*, *Aeschinem*, 365.
25. *Eudoxum*, 368.
26. *Diogenem Sinopensem*, 323.
27. *Speusippum*, 347. 339.
28. *Aristotelem* f), 384. 367. 365. 347. 344. 342. 334. 312.
29. *Anaxarchum*, 339.
30. *Xenocratem*, 397. 339. 315.
31. *Cratetem*, 328.
32. *Theophrastum* g), 322. 287.
33. *Stilponem*, 307.
34. *Polemonem*, 315.
367 35. *Crantorem*, 315. 278.
36. *Cratetem Academicum*, 315. 287. 278.
37. *Epicurum*, (510.) 341. 329. 322. 310. 306.
38. *Arcesilaum* h), 299. 278.

---

liantur Cic. Fin. V, 29 et Quintilianus Institutt. I, 12, 15. Etiam Aegyptum videtur bis visisse. Strabo XVII p. 806: *ἐν τῇ Ἡλιουπόλει — ἐδείκνυντο αἵ τε τῶν ἱερέων οἰκοι, καὶ Πλάτωνος καὶ Εὐδόξου διατριβαί. συνανέβη γὰρ τῷ Πλάτωνι ὁ Εὔδοξος δεῦρο, καὶ συνδιέτριψαν τοῖς ἱερεῦσιν ἐκεῖνοι ἐνταῦθα τρισκαίδεκα ἔτη, ὡς εἴρηταί τισι. περιττοὺς γὰρ ὄντας κατὰ τὴν ἐπιστήμην τῶν οὐρανίων, μυστικοὺς δὲ καὶ δυσμεταδότους, τῷ χρόνῳ καὶ ταῖς θεραπείαις ἐξελιπάρησαν ὥστε τινὰ τῶν θεωρημάτων ἱστορῆσαι.* Tredecim annorum numerus adeo non est probabilis ut praeferendum esse videatur quod posuit qui epitomen fecit, *τρία ἔτη*. Verum tamen Strabo, quum addat *ὡς εἴρηταί τισι*, illum numerum non se ipsum verum putasse, sed tantum quod alii, fortasse Aegyptii, rem exaggerantes, tradiderint referre significat. Ceterum ex hoc loco Platonem bis in Aegypto fuisse collegeris. Eudoxus, qui trium et quinquaginta annorum decessit et circa 368 floruit atque Nectanebi regnante Aegyptum visit, non potuit in prioribus peregrinationibus Platonem comitari. Itaque statuendum est Eudoxum Platonis alterum iter in Aegyptum facientis comitem fuisse.

f) In veteri quadam interpretatione latina Aristotelis vitae (Aristot. Buhl. t. I p. 55) etsi complura insunt quae inepta esse videas, tamen haec fere accurate posita sunt: *Plato finivit vitam suam sub Theophilo. Aristoteles autem natus sub Diotrephe, et vivens annis* 63, *moritur in tempore Philoclis. Adhaesit autem Aristoteles Platoni tempore Nausigenis; et fuerunt a Theophilo, sub quo moritur Plato, usque ad Philoclem, anni* 23, [*verius* 25] *quibus Aristoteles supervixit Platoni.*

g) Theophrastus *περὶ λίθων* librum composuit Praxitele archonte $31\frac{1}{4}$. Theophrast. p. 702 ed. Schneid.: *οὐ παλαιὸν ἐστίν, ἀλλὰ περὶ ἔτη μάλιστ' ἐνενήκοντα εἰς ἄρχοντα Πραξίβουλον Ἀθήνησι.* Plin. Hist. Nat. XXXIII, 7: *Theophrastus XC annis ante Praxibulum Atheniensium magistratum* (*quod tempus exit in Urbis nostrae CCCCXXXIX annum*) *tradit invéntum minium a Callia Atheniense*, etc. Annus 405, qui nonagesimus fuit ab eo quo Theophrastus scripsit, U. c. Varr. 349 fuit, qui numerus Plinio videatur reddendus esse pro corrupto CCXLIX, qui librarii errori imputandus est. Sed probabilior est Casauboni emendatio, quamquam maiore mutatione facienda. Hic Plinium statuit Praxibuli archontis annum, quo Theophrastus scripsit, notare voluisse, quae sententia iis quibus Plinius aliis locis utitur rationibus confirmatur, ideoque emendat CCCXXXIX. [a. C. n. 315 = 439 U. c. Varr.]

Theophrasti *περὶ αἰτίων φυτικῶν* libri uno duobusve annis post editi sunt, paulo post Nicodori annum, $31\frac{4}{5}$. Caus. Plant. I, 19, 5: *τὸ τελευταῖον ἤδη ἐπ' ἄρχοντος Νικοδώρου.*

Qui *περὶ φυτῶν ἱστορία* inscribuntur libri post an. 307 editi sunt. Memorat in his libris Simonidem archontem $31\frac{1}{5}$ et Ophellae expeditionem, quam Diodorus XX, 40 — 42 Charini anno $30\frac{3}{4}$ adscripsit. Hist. Plant. VI, 3, 3: *οἱ Κυρηναῖοι τὴν πόλιν οἰκοῦσι μάλιστα περὶ τριακόσια (ἔτη) εἰς Σιμωνίδην ἄρχοντα Ἀθήνησι.* Id. Hist. Plant. IV, 3, 2: *τὸ Ὀφέλλου στρατόπεδον ἡνίκα ἐβάδιζεν εἰς Καρχηδόνα, καὶ τούτῳ φασὶ [τῷ σιλφίῳ] πλείους ἡμέρας ἀπολειπόντων τῶν ἐπιτηδείων κεχρῆσθαι.* Secundum Plinium III, 5 hos libros aut certe partem eorum Nicodoro archonte $31\frac{4}{5}$ scripsit. *Theophrastus — Circeiorum insulae mensuram posuit stadia octoginta in eo volumine quod scripsit Nicodoro Atheniensium magistratu, qui fuit Urbis nostrae CCCCXL anno.* Locus legitur Hist. Plant. V, 8, 3: *τῆς νήσου τὸ μέγεθος περὶ ὀγδοήκοντα σταδίους.*

h) Quod *Arcesilaus* a. 241 mortem obisse ponitur, non repugnant cetera quae de eo tradita habemus. Favebat ei *Eumenes Philetaeri* frater. Laert. IV, 38: *ἐχορήγει αὐτῷ πολλὰ Εὐμένης ὁ τοῦ Φιλεταίρου· διὸ καὶ τοίτῳ μόνῳ τῶν ἄλλων βασιλέων προσεφώνει.* Eumenes regnare coepit 263. Arcesilai familiares fuerunt *Ecdemus* et *Demophanes*. Polyb. X, 25: *Φιλοποίμην παραγενόμενος εἰς ἡλικίαν ἐγένετο*

39. *Zenonem Cittieum* [1]), 299. 279.
40. *Stratonem*, 287.

ζηλωτὴς Ἐκδήμου καὶ Δημοφάνους, [cf. Plutarch. Philop. c. 1.] οἳ τὸ μὲν γένος ἦσαν ἐκ Μεγάλης πόλεως, φεύγοντες δὲ τοὺς τυράννους καὶ συμβιώσαντες Ἀρκεσίλᾳ τῷ φιλοσόφῳ κατὰ τὴν φυγὴν ἠλευθέρωσαν μὲν τὴν αὐτῶν πατρίδα, — συνεπελάβοντο δὲ καὶ τῆς καταλύσεως τοῦ Σικυωνίων τυράννου Νικοκλέους, κοινωνήσαντες Ἀράτῳ τῆς ἐπιβολῆς. [cf. Plutarch. Arat. c. 5.] Probabile est eos non multis annis ante Sicyonem liberatam, 251, Arcesilai consuetudine usos esse. De tempore quo scholam suam aperuit est quod in dubium vocentur quae vulgo traduntur. *Polemonem* 270 decessisse eique *Cratetem*, *Crateti Arcesilaum* successisse produnt. Laert. IV, 21: Κράτης ἀκροατὴς Πολέμωνος διεδέξατο τὴν σχολὴν αὐτοῦ. s. 32: Ἀρκεσίλαος — Κράτητος ἐκλιπόντος κατέσχε τὴν σχολήν, ἐκχωρήσαντος αὐτοῦ Σωκρατίδου τινός. Adde Euseb. laudatum in tabb. 315, 3. Haec sequitur Stanleius: Lives of the philosophers p. 216 s. „Cratete mortuo Socratide cedente scholam moderandam „suscepit Arcesilaus. Quo loco occupato docendi ratio„nem mutavit." Item Bruckerus Hist. Philos. t. I p. 747: *Post Cratetis mortem cum Sosicrates* [leg. *Socratides*] *quidam successisset, ille Arcesilao ingenii et eruditionis laude inclyto locum cessit. Isque docendi munus in academia suscepit novamque philosophandi rationem introduxit.* Ex his rationibus Arcesilaus mediam Academiam condidit post 270. Sed primum iam inclytus fuerat novamque suam disciplinam tradiderat vivo *Epicuro*, qui ante Polemonem decessit. Plutarch. in Colot. p. 1121, f. 1122, a: τοῦ δὲ Ἀρκεσιλάου τὸν Ἐπίκουρον οὐ μετρίως ἔοικεν ἡ δόξα παραλυπεῖν ἐν τοῖς τότε χρόνοις μάλιστα τῶν φιλοσόφων ἀγαπηθέντος· μηδὲν γὰρ αὐτὸν ἴδιον λέγοντά φησιν ὑπόληψιν ἐμποιεῖν καὶ δόξαν ἀνθρώποις ἀγραμμάτοις, ἅτε δὴ πολυγράμματος αὐτὸς ὢν καὶ μεμουσωμένος. ὁ δὲ Ἀρκεσίλαος τοσοῦτον ἀπέδει τοῦ καινοτομίας τινὰ δόξαν ἀγαπᾶν καὶ ὑποποιεῖσθαι τῶν παλαιῶν, ὥστε ἐγκαλεῖν τοὺς τότε σοφιστὰς ὅτι προστρίβεται Σωκράτει καὶ Πλάτωνι καὶ Παρμενίδῃ καὶ Ἡρακλείτῳ τὰ περὶ τῆς ἐποχῆς δόγματα καὶ ἀκαταληψίας. Itaque Arcesilaus novam doctrinam suam ante Polemonis mortem tradidit. Deinde Zenonis fuit adversarius et aemulus. Numenius apud Euseb. Praep. XIV p. 729, c: ἐπεὶ γὰρ συμφοιτῶντες παρὰ Πολέμωνι [Ἀρκεσίλαος καὶ Ζήνων] ἐφιλοτιμήθησαν ἀλλήλοις, συμπαρέλαβον εἰς τὴν πρὸς ἀλλήλους μάχην ὁ μὲν Ἡράκλειτον καὶ Στίλπωνα, ἅμα καὶ Κράτητα [sc. τὸν Κυνικόν], — ὁ δὲ Ἀρκεσίλαος Θεόφραστον ἴσχει καὶ Κράντορα τὸν Πλατωνικὸν καὶ Διόδωρον, εἶτα Πύῤῥωνα. Ibid. p. 731, c: οἱ δ' οὖν ἔνθεν ἀφορμηθέντες, ὅτε Ἀρκεσίλαος καὶ Ζήνων, — τῆς μὲν ἀρχῆς ὅθεν ἐκ Πολέμωνος ὡρμήθησαν ἐπιλανθάνονται κ. τ. λ. Eius cum Zenone certamen memorant Cicero Acad. I, 12. IV, 24. Laert. VII, 162. Sed Zeno aut 263 aut 259 decessit neque probabile est eius adversarium Arcesilaum modo septem octove annis ante Zenonis mortem scholam aperuisse, quo tempore Zeno fortasse iam nonaginta annorum fuit. Tum Arcesilaum complura testimonia cum *Crantore* coniungunt. Clemens Al. Strom. I p. 301, b: Σπεύσιππος Πλάτωνα διαδέχεται, τοῦτον δὲ Ξενοκράτης, ὃν Πολέμων· Πολέμωνος δὲ ἀκουσταὶ Κράτης τε καὶ Κράντωρ, εἰς οὓς ἡ ἀπὸ Πλάτωνος κατέληξεν ἀρχαία ἀκαδημία· Κράντορος δὲ μετέσχεν Ἀρκεσίλαος. Cf. Numenium apud Euseb. l. l. p. 729, c. 731, a. Laert. IV, 24. 28. 29. Crantor eum heredem fecit. Laert. IV, 25: λέγεται καὶ τὴν οὐσίαν καταλιπεῖν Ἀρκεσιλάῳ ταλάντων οὖσαν δυοκαίδεκα. Fuerunt qui Cratete non memorato Arcesilaum Polemonis successorem facerent. Euseb. Praep. XIV p. 726, c: Πολέμωνά φασι διαδέξασθαι Ἀρκεσίλαον. ut quae de hac re tradita essent non satis certa fuisse videantur. Haec si reputaveris, probabile esse intelliges Arcesilaum Crantore mortuo scholam aperuisse; ab hoc tempore Zenonis et Epicuri aemulum fuisse; Polemonem et Cratetem proprie successores non habuisse iisque mortuis exstinctam esse veterem Academiam in eiusque locum successisse Arcesilai scholam, iam vivis illis institutam.

Stanleius qui loco iam laudato Arcesilaum Cratetis successorem facit, alio Crantoris dicit p. 155: „Academiam „condidit Plato, continuaverunt Speusippus, Xenocrates, „Polemo, Crates, *Crantor*. Haec dicta est vetus Acade„mia; mediam condidit qui *Crantori* successit Arcesilaus." Haec sententia ut ei quam ante reddidimus repugnat, ita proxime ad veritatem accedit, nisi quod in ordine nominum peccatum est. Nam Crantor non successit Polemoni et Crateti. Arcesilaus si ei successerit, illis vivis successit. Galenus t. IV p. 424, 43 haec tradit: καὶ Κράντης γέγονε καθηγητικός· εἰς ὃν κατέληξεν ἡ ἀρχαία ἀκαδημία. τοῦ δὲ Κράντεως ἀκουστὴς ἐγένετο Ἀρκεσίλαος καὶ τὴν μέσην ἀκαδημίαν ἐπινενόηκεν. Obvia correctione editores Κράτης — Κράτητος emendaverunt. Dubitaveris tamen an scriptor de *Crantore* cogitaverit, ut emendandum sit Κράντωρ — Κράντορος.

Quod Plutarchus Moral. p. 55, c de Arcesilao et Cleanthe narrat ad tempus Zenonis morte posterius videtur referendum esse. Arcesilaum Plutarchus compluribus locis memorat, veluti Moral. p. 110, a. 126, a. 461, d. 705, e. 63, d. et 328, a. ubi Arcesilaum nihil scriptum reliquisse tradit.

1) Zeno Athenis octo et quinquaginta annos docuit. Laert. VII, 28: ὁ Ἀπολλώνιός φησιν [Idem VII, 6: Ἀπολλώνιος ὁ Τύριος ἐν τοῖς περὶ Ζήνωνος. Strab. XVI p. 757: μικρὸν πρὸ ἡμῶν Ἀπολλώνιος, ὁ τὸν πίνακα ἐκθεὶς τῶν ἀπὸ Ζήνωνος φιλοσόφων καὶ τῶν βιβλίων] ἀφηγήσασθαι τῆς σχολῆς αὐτὸν ἔτη δυοῖν δέοντα ἑξήκοντα. Quo tempore Athenas venit triginta annorum fuisse traditur. Laert. VII, 2: ἀνελθὼν εἰς τὰς Ἀθήνας ἤδη τριακοντούτης. Plane aliter eius discipulus Persaeus apud Laert. VII, 28: Περσαῖός φησι δύο καὶ ἑβδομήκοντα ἐτῶν τελευτῆσαι αὐτόν· ἐλθεῖν δὲ Ἀθήναζε δύο καὶ εἴκοσιν ἐτῶν. Persaeum qua

41. *Lyconem*, 300. 287.
42. *Chrysippum*, 280.
43. *Lacydem*, 299.

Ex Rerum Scriptoribus qui hac aetate floruerunt complures sunt quorum tempora adeo non accurate notata habeamus ut eos certis quibusdam annis in tabulis adscribere non licuerit. Hos eo quem hic subiiciemus indice recensebimus additis iis quorum nomina in tabulis comparent.

1. *Cadmus Milesius*, qui primus soluta oratione scripsit (Plin. H. N. VII, 56), Acusilai aequalis, non ante Cyri et Cambysis regna floruit. Ioseph. Apion. I, 2: *οἱ τὰς ἱστορίας ἐπιχειρήσαντες συγγράφειν παρ' αὐτοῖς, λέγω δὲ τοὺς περὶ Κάδμον τε τὸν Μιλήσιον καὶ τὸν Ἀργεῖον Ἀκουσίλαον, — βραχὺ τῆς Περσῶν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα στρατείας τῷ χρόνῳ προέλαβον.* Diod. I, 37: *οἱ περὶ τὸν Ἑλλάνικον καὶ Κάδμον, ἔτι δ' Ἑκαταῖον, καὶ πάντες οἱ τοιοῦτοι, παλαιοὶ παντάπασιν ὄντες, εἰς τὰς μυθώδεις ἀποφάσεις ἀπέκλιναν.* Strab. I p. 18: *λύσαντες τὸ μέτρον τἆλλα δὲ φυλάξαντες τὰ ποιητικὰ συνέγραψαν οἱ περὶ Κάδμον καὶ Φερεκύδην καὶ Ἑκαταῖον.* Cadmi quod ferebatur volumen inscriptum erat *κτίσις Μιλήτου καὶ τῆς ὅλης Ἰωνίας ἐν βιβλίοις δ'* j). Sed veri eius libri iam Dionysii Halicarnassensis temporibus perditi erant. Dionys. de Thucyd. p. 863 s.: *οἱ μὲν οὖν ἀρχαῖοι πάνυ καὶ ἀπ' αὐτῶν μόνον γινωσκόμενοι τῶν ὀνομάτων, ποίαν τε λέξιν ἐπετήδευσαν οὐκ ἔχω συμβαλεῖν — οὔτε γὰρ διασώζονται τῶν πλειόνων αἱ γραφαὶ μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων, οὔθ' αἱ διασωζόμεναι παρὰ πᾶσιν ὡς ἐκείνων οὖσαι*

369

---

aetate Zeno decesserit ignorasse vix credere licet. Itaque statuendum videtur *ἑβδομήκοντα* mendo scriptum esse pro *ἐνενήκοντα*. Hae voces etiam aliis locis permutatae sunt, veluti apud Laert. I, 38. (v. tabb. 546, 3) et Lycurg. Leocrat. p. 157, 1. (v. Append. p. 250.) Iterum Laert. I, 108 de Mysone: *κατέστρεψε βιοὺς ἔτη ἑπτὰ καὶ ἐνενήκοντα.* ubi H. Stephanus annotat: *γράφεται ἐνενήκοντα pro ἑβδομήκοντα.* Ex alio Laertii loco (VII, 6) Zeno ad Ol. 130 vixit: *Περσαῖος ἤκμαζε κατὰ τὴν τριακοστὴν καὶ ἑκατοστὴν ὀλυμπιάδα, ἤδη γέροντος ὄντος Ζήνωνος.*

Zeno octogesimum annum excesserat ante Epicuri mortem. Ipse aetatem suam notavit in epistola ad Antigonum data, quam fictam non esse Apollonii fide constat, ut supra memoravimus. Laert. VII, 9: *„Ἐγὼ δὲ συνίεμαι „σώματι ἀσθενεῖ διὰ γῆρας. ἐτῶν γὰρ εἰμὶ ὀγδοήκοντα. „διόπερ οὐ δύναμαί σοι συμμῖξαι. ἀποστέλλω δέ σοι τινὰς „τῶν ἐμαυτοῦ συσχολαστῶν.“ — ἀπέστειλε δὲ Περσαῖον καὶ Φιλωνίδην τὸν Θηβαῖον· ὧν ἀμφοτέρων Ἐπίκουρος μνημονεύει ὡς συνόντων Ἀντιγόνῳ.* Hoc factum est *post* 277, quo tempore Antigonus Macedoniam recepit, et ante 271, quo anno Epicurus decessit. Proinde Zeno inter 357 et 352 natus fuit: mortuus est aut 263, ut Eusebius tradit, aut, si Laertio fides habenda est, quattuor aut quinque annis post, Ol. 130, a. C. n. 259. Octo et nonaginta annos (non completos) exprimunt numeri 356 — 259; nonaginta duos 355 — 263. Cum eius vitae annis non congruit aetas qua Athenas venisse dicitur et temporis spatium quod studiis impertivisse traditur. Laertii numeri sunt 30 + 20 + 58 = 108 an. Praestat quod eius discipulus Persaeus tradit, duo et viginti annorum eum Athenas venisse. Praefuit scholae octo et quinquaginta annos ac proinde magistris Athenis usus est aut duodecim annis, si duos et nonaginta, aut octodecim, si octo et nonaginta annos vixit.

j) Hanc inscriptionem conservavit Suidas v. *Κάδμος*. Sed in omnibus quae in vv. *Κάδμος Μιλήσιος* et *Κάδμος ὁ Πανδίονος* tradit Cadmum heroem Phoenicem cum Cadmo historico confundit. *Κάδμος ὁ Μιλήσιος* [scriptorem dicit] *εὑρετὴς τῶν γραμμάτων* [ad Phoenicem pertinet, sicuti versus qui sequuntur]. *Κάδμος Πανδίονος, Μιλήσιος, ἱστορικός,* [scriptorem dicit] *μικρῷ νεώτερος Ὀρφέως·* [de Phoenice cogitavit] *συνέταξε δὲ κτίσιν Μιλήτου* — [hic ad scriptorem redit] *ὅτι τὸν Κάδμον φασὶ πρῶτον εἰς τὴν Ἑλλάδα κομίσαι τὰ γράμματα.* [hic ad Phoenicem revertitur.] Sic toto hoc loco hos homines confundendo peccat: cuius peccati quae pars Suidae, quae librario sit imputanda definiri non potest. Ut Orpheus cum Cadmo Phoenice coniungeretur duabus rationibus effectum est. Ac primum Bacchi sacra instituisse dicitur. Apollod. I, 3, 2: *εὗρε δὲ Ὀρφεὺς καὶ τὰ Διονύσου μυστήρια.* quae Graeci a Cadmo acceperunt. Cf. Herod. II, 49. Deinde litterarum inventionem fuerunt qui Orpheo tribuerent. V. Wolf. Prolegg. in Hom. p. LI. Equidem etsi non improbabile censeo Cadmum a Suida Orpheo posteriorem dictum esse, quamquam revera tribus aetatibus priorem, tamen facili correctione et transpositione veram temporum rationem restituas, si locum quo Suidas quae grammaticus aliquis tradidisset narrat sic scriptum fuisse statuas

Κάδμος Πανδίονος Μιλήσιος, ἱστορικός, ὃς πρῶτος κατά τινας συγγραφὴν ἔγραψε καταλογάδην. Συνέταξε δὲ κτίσιν Μιλήτου — ἐν βιβλίοις δ'.

Ὅτι τὸν Κάδμον φασὶ πρῶτον εἰς τὴν Ἑλλάδα κομίσαι τὰ γράμματα, ἅπερ πρῶτοι οἱ Φοίνικες ἐφεῦρον. Μικρῷ νεώτερος Ὀρφεύς.

τῶν ἀνδρῶν πιστεύονται. ἐν αἷς εἰσὶν αἵ τε Κάδμου τοῦ Μιλησίου καὶ Ἀρισταίου τοῦ Προικοννησίου καὶ τῶν παραπλησίων τούτοις.

2. *Theagenes Rheginus* Cambyse regnante floruit. Tatian. or. ad Graec. p. 105: περὶ τῆς ποιήσεως τοῦ Ὁμήρου k) γένους τε αὐτοῦ καὶ χρόνου καθ' ὃν ἤκμασε προηρεύνησαν οἱ πρεσβύτατοι, Θεαγένης τε ὁ Ῥηγῖνος, κατὰ Καμβύσην γεγονώς. Theagenem eam quae proprie dicitur historiam scripsisse non constat 1).

3. *Eugeon Samius.* Dionysius Iud. de Thuc. p. 818 duo genera historicorum enumerat, alterum vetustiorum, alterum eorum qui paulo ante bellum Peloponnesiacum floruissent. Illorum primum posuit *Eugeonem:* ἀρχαῖοι μὲν οὖν συγγραφεῖς πολλοὶ καὶ κατὰ πολλοὺς τόπους ἐγένοντο πρὸ τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου· ἐν οἷς ἐστὶν Εὐγέων τε ὁ Σάμιος καὶ Δηΐοχος ὁ Προικονήσιος καὶ Εὔδημος ὁ Πάριος καὶ Δημοκλῆς ὁ Φυγαλεὺς καὶ Ἑκαταῖος ὁ Μιλήσιος, ὅ τε Ἀργεῖος Ἀκουσίλαος καὶ ὁ Λαμψακηνὸς Χάρων καὶ ὁ Χαλκηδόνιος Ἀμεινσαγόρας.

4. *Polyzelus*, historicus secundum Suidam v. Ἴβυκος, Ibyco poeta superior: Ἴβυκος Φυτίου· οἱ δέ, Πολυζήλου τοῦ Μεσσηνίου τοῦ ἱστοριογράφου.

5. *Deiochus Proconnesius*, quem Dionysius priori generi annumerat. Hunc scriptorem laudat Schol. Apollon. I, 139. 961. 966. 976. 987. 989. 1037. 1062. 1063. 1065 m). Quomodo eius libri370 inscripti fuerint docet Schol. Apollon. II, 98: Δηΐλοχος [Δίοχος cod. Paris. II, 106] ἐν πρώτῳ περὶ Κυζίκου.

6. *Eudemus Parius.* Clem. Strom. VI p. 629, a: τὰ Ἡσιόδου μετήλλαξαν εἰς πεζὸν λόγον Εὔμηλός τε [*fortasse leg.* Εὔδημος] καὶ Ἀκουσίλαος οἱ ἱστοριογράφοι.

7. *Democles.* Strab. I p. 58: μιμνήσκεται δὲ [*Demetrius Scepsius*] πρὸς ταῦτα τῶν ὑπὸ Δημοκλέους λεγομένων, σεισμούς τινας μεγάλους — ἱστοροῦντος.

8. *Acusilaus.* Hunc priori generi adscripsit Dionysius, cum Cadmo coniunxit Iosephus. V. N°. 1. Suidas: Ἀκουσίλαος — ἱστορικὸς πρεσβύτατος. ἔγραψε δὲ Γενεαλογίας ἐκ δέλτων χαλκῶν, ἃς λόγος εὑρεῖν τὸν πατέρα αὐτοῦ ὀρύξαντά τινα τόπον τῆς οἰκίας αὐτοῦ. Suidas tribus locis (v. Ἑκαταῖος Μιλήσιος. ἱστορῆσαι. συγγράφω.) repetit: τὰ Ἀκουσιλάου νοθεύεται. [*male* Ἀγησιλάου *apud Suidam legitur.*] Laudatur a Pla-

---

k) Hunc de Homero librum memorant Schol. Aristoph. Av. 823. Schol. Pac. 927. Schol. Homer. Il. XX, 66 — 70. Theagenem significare videtur Tzetzes ad Lycophr. 177, Ῥηγῖνον τὸν πολυμνήμονα dicens.

1) *Theagenem ἐν τῷ περὶ Αἰγίνης* laudat Tzetzes ad Lycophr. 176: Θεαγένης ὁ ἱστορικὸς ἐν τῷ περὶ Αἰγίνης φησὶν· „Ὀλιγανθρωπούσης τῆς νήσου τοὺς ἐν αὐτῇ ἐν σπηλαίοις „οἰκεῖν ἀκατασκεύους ὄντας" κ. τ. λ. Quae auctiora proponit Schol. Pindari Nem. III, 21. Sed hic Theagenes posterior fuit et post Aristophanem vixit. Catalog. Ms. Clark. p. 72, 23: κατεκλήρωσε δὲ (Ἀριστοφάνης) καὶ τὴν Αἴγιναν, ὡς Θεογένης ἐν τῷ περὶ Αἰγίνης. Hic fortasse scripserat *Μακεδονικά*, quae Stephanus Byz. his locis memorat: Θεαγένης Μακεδονικοῖς vv. Ἐλευθέρισκος. Κύδνα. Δήτη. Μίεζα. Μισητός. Ὀλόβαγρα. Παλλήνη. Παρθενόπολις. Φύσκος. Θεαγένης ἐν Μακεδονίᾳ vv. Ἄλτός. Βάλλα. Θεαγένης ἐν Μακεδονικῇ v. Σκύδρα. Θεαγένης ε' Μακεδονικῶν v. Ὀρέσται. Idem volumen, quamquam non nominatum, laudatur vv. Ἀκεσαμεναί. Τίρσαι. Aliud Θεαγένης ἐν Καρικοῖς memoratur v. Κασταλία.

m) Omnibus his locis excepto primo scriptum erat nomen Δηΐλοχος. Sed in Schol. cod. Paris. (Lips. 1813) I, 966. 976. 987. 1062. 1065 legitur Δίοχος et I, 139 Δηΐοχος. II, 106 quum reliqua exemplaria Δηΐλοχος habeant, Paris. Ms. rursus Δίοχος praebet. Itaque collegeris scribendum esse Δηΐοχος, ut I, 139 editur. Fortasse Δηΐοχος restituendum est Porphyrio apud Euseb. Praep. X, 3 p. 464, b: καὶ τί γὰρ Ἐφόρου ἴδιον; ἐκ τῶν Δαϊμάχου καὶ Καλλισθένους καὶ Ἀναξιμένους αὐταῖς λέξεσιν ἔστιν ὅτε τρισχιλίους ὅλους μετατιθέντος στίχους; Reiicit haec Marx. ad Ephori fragmenta p. 71: *quod Daimachus (Indicorum scriptor), Anaximenes, Callisthenes, qui regnante Alexandro et ultra floruerunt, neutiquam exscribi potuerunt ab Ephoro tunc aut decrepito aut mortuo, finitis certe aut editis historiarum libris.* De Callisthene et Anaximene haec non satis accurate dicta sunt. Callisthenes mortem obiit 328. Anaximenes iam 365 clarus fuit. Uterque Ephori aequalis erat neque causa est cur eorum de rebus Graecis libros (*cf. an.* 362, 3. 357, 3) non prius quam Ephori scriptos fuisse statuamus. Posterius fuit *Daïmachus*, qui Seleuco regnante legatus in Indiam missus est (Strabo II p. 70) ac proinde ab Ephoro exscribi non potuit. Sed haec difficultas tollatur, si apud Porphyrium ἐκ τῶν Δηιόχου restituas. Deiochus et Ephorus eiusdem rei auctores coniunguntur (ὡς ἱστορεῖ Δηΐοχος καὶ Ἔφορος) a Schol. Apollon. I, 976.

tone, Apollodoro, Strabone, Iosepho, Tatiano, Clemente, Africano, Harpocratione. Quo tempore subdititiae historiae circumferri coeptae sint definiri non potest n).

9. *Amelesagoras. Chalcedonius.* Superior Gorgia et Hecataeo. Clem. Strom. VI p. 629, a: *Μελησαγόρου ἔκλεψεν Γοργίας ὁ Λεοντῖνος καὶ Εὔδημος ὁ Νάξιος, οἱ ἱστορικοί· καὶ ἐπὶ τούτοις ὁ Προκοννήσιος Βίων, ὃς καὶ τὰ Κάδμου τοῦ παλαιοῦ μετέγραψε κεφαλαιούμενος· Ἀμφίλοχός τε καὶ Ἀριστοκλῆς καὶ Λεάνδριος καὶ Ἀναξιμένης καὶ Ἑλλάνικος καὶ Ἑκαταῖος* — o).

10. *Hecataeus.* V. tabb. 520. 501. Eius librorum tria genera fuerunt, *ἱστορίαι, γενεαλογίαι,* geographica p).

371 11. *Dionysius Milesius*, a. C. n. 520. Suidas: *Διονύσιος Μιλήσιος, ἱστορικός. Τὰ μετὰ Δαρεῖον ἐν βιβλίοις ε'. Περιήγησιν οἰκουμένης. Περσικά, Ἰάδι διαλέκτῳ. Τρωϊκῶν βιβλία γ'. Μυθικά. Κύκλον ἱστορικὸν ἐν βιβλίοις ζ'.* Diod. III, 65: *Διονυσίῳ τῷ συνταξαμένῳ τὰς παλαιὰς μυθοποιίας. οὗτος γὰρ τά τε περὶ τὸν Διόνυσον καὶ τὰς Ἀμαζόνας, ἔτι δὲ τοὺς Ἀργοναύτας, καὶ τὰ κατὰ τὸν Ἰλιακὸν πόλεμον πραχθέντα καὶ πόλλ' ἕτερα συνέταξε, παρατιθεὶς τὰ ποιήματα τῶν ἀρχαίων, τῶν τε μυθολόγων καὶ τῶν ποιητῶν.* Quum *τὰ μετὰ Δαρεῖον* scripserit, etiam post 485 floruerit necesse est q).

12. *Charon Lampsacenus*, a. C. n. 504. 464. Suidas Charontis librorum decem inscriptiones enumerat. Quorum tamen soli distinctius memorantur duo, *Περσικά* et *Ὅροι Λαμψακηνῶν* r).

13. *Hippys Rheginus.* Suid.: *Ἵππυς Ῥηγῖνος, ἱστορικός, γεγονὼς ἐπὶ τῶν Περσικῶν, καὶ πρῶτος ἔγραψε τὰς Σικελικὰς πράξεις, ἃς ὕστερον Μύης ἐπετέμετο. Κτίσιν Ἰταλίας. Σικελικῶν βιβλία ε'. Χρονικὰ ἐν βιβλίοις ε'. Ἀργολικῶν* [*sic emendat Vossius*] *γ'.* Steph. Byz. v. *Ἀρκάς: Ἵππυς ὁ Ῥηγῖνος λέγεται πρῶτος καλέσαι προσελήνους τοὺς Ἀρκάδας.* Schol. Apollon. IV, 262: *καὶ Ἵππυς δὲ τοὺς Αἰγυπτίους ἀρχαιοτάτους γεγονέναι λέγει* s).

---

n) *Acusilai* fragmenta collegit Sturzius, qui hos locos indicavit: Clem. Strom. I p. 299, d. 321, a. Tatian. p. 86. Schol. Apollon. II, 1123. IV, 57. 828. 1147. 992. Harpocrat. *Ὁμηρίδαι.* Strab. X p. 472, d. Etymol. *Κοῖος.* Tzetz. Lycophron. 177. Syncell. p. 64, b. c. African. apud Euseb. Praep. X, 10 p. 488, d. Apollodor. II, 1, 1 — 1, 3 — 2, 2 — 5, 7. III, 8, 1 — 11, 1 — 4, 4 — 12, 6 — 15, 2. Schol. Odyss. ξ, 533. ρ, 207. λ, 519. Iliad. ν, 307. Plato Sympos. p. 178, b. [Hunc locum neglexit Heyn. ad Apollod. p. 975 inter scriptores qui Acusilaum laudarint primum esse Apollodorum dicens. (Sed ipse hunc errorem retractavit ed. alter. t. II p. 352. *Kr.*)] Schol. Hesiod. Theogon. 379. Schol. Nicand. Theriac. 11. Ioseph. Ant. I, 3, 9. His addas Schol. Victor. ad Iliad. XXIII, 296: *Ἀκουσίλαος ἐν τρίτῳ Γενεαλογιῶν κύριον ἤκουσε τὸ Ἐχέπωλος, οὕτως· „Κλεωνύμου δ' Ἀγχίσης, τοῦ δὲ Ἐχέπωλος."*

o) Amelesagoram laudat Schol. Eur. Alc. 2: *Ἀπολλόδωρός φησι κεραννωθῆναι τὸν Ἀσκλήπιον, ἐπὶ τῷ τὸν Ἱππόλυτον ἀναστῆσαι, Ἀμελησαγόρας δέ, ὅτι Γλαῦκον.*

p) Eius fragmenta, quae multa sunt, collegit Creuzer.: *Historicorum antiquiss. fragmm.* p. 38 — 86. [Omissis tamen geographicis. *Kr.*]

q) Athen. XI p. 477, d: *Διονύσιος ὁ Σάμιος ἐν τοῖς περὶ τοῦ κύκλου.* p. 481, e: *Διονύσιος ὁ Σάμιος ἐν τοῖς περὶ τοῦ κύκλου.* Hic non alius est atque Dionysius Milesius et quod laudatur volumen est *κύκλος ἱστορικὸς* qui in Suidae indice dicitur. Sed Heyn. ad Apollod. p. 981. [355] Excurs. I ad Virgil. Aeneid. II (repugnans Wesselingio ad Diod. III, 51 eam quam modo proposuimus rationem offerenti) ad *ἱστορικὸν κύκλον* censet spectasse *τὰ μετὰ Δαρεῖον* et *τὰ Περσικά*, *μυθικὸν κύκλον* ex relicuis libris quos Suidas memorat compositum fuisse atque hunc *μυθικὸν κύκλον* ab Athenaeo dici.

r) Relicui libri Charontis quos Suidas enumerat hi sunt: *Αἰθιοπικά. Ἑλληνικά, ἐν βιβλίοις δ'. Περὶ Λαμψάκου β'. Λιβυκά. Πρυτάνεις ἢ ἄρχοντες τῶν Λακεδαιμονίων· ἔστι δὲ χρονικά. Κτίσεις πόλεων, ἐν βιβλίοις β'. Κρητικὰ ἐν βιβλίοις γ'. Περίπλους ὁ ἐκτὸς τῶν Ἡρακλείων στηλῶν.* In *Ἑλληνικοῖς* Creuzero p. 107 videntur tradita fuisse quae de Themistocle refert Plutarch. Themist. c. 27. Non editis librorum nominibus Charon laudatur his locis: 1. Phot. Lex. *Κύβηβος.* 2. Plutarch. Mor. p. 255, a — e longa narratione quam contraxit Polyaen. VIII, 37. 3. Schol. Apollon. II, 2. 4. Ibid. II, 477 unde repetiit Etymol. v. *Ἀμαδρυάδες.* 5. Tzetz. Lycophr. 480. 6. Strab. VIII p. 583. 7. Plutarch. Mor. p. 859, b. 8. Ibid. p. 861, c. d. 9. Pausan. X, 38, 6. 10. Plutarch. Themist. c. 27.

s) Athenaeus I, 31, b: *Ἱππίας* [*Schweigh. Ἵππυς legit*] *ὁ Ῥηγῖνος τὴν εἰλεὸν καλουμένην ἄμπελον Βιβλίαν φησὶ καλεῖσθαι· ἣν Πόλλιν τὸν Ἀργεῖον, ὃς ἐβασίλευσε Συρακουσίων, πρῶτον εἰς Συρακούσας κομίσαι ἐξ Ἰταλίας.* Quae ex Siculis desumpta esse probabile est. Plutarch. Mor. p. 422, e: *Ἵππυς δὲ ὁ Ῥηγῖνος, οὗ μέμνηται Φανίας ὁ Ἐρέσιος, ἱστορεῖ δόξαν εἶναι ταύτην Πέτρωνος καὶ λόγον, ὡς ἑκατὸν καὶ ὀγδοήκοντα καὶ τρεῖς κόσμους ὄντας, κ. τ. λ. Χρονικὰ* laudat Zenob. Adag. III, 42 p. 64: *„δῶρον δ' ὅτι „δῶ τις ἐπαινεῖ." αὕτη κόμμα ἐστὶ χρησμοῦ τοῦ δοθέντος*

14. *Hellanicus*, a. C. n. 496. 431. Secundum Lucian. Macrob. 22 quinque et octoginta annos natus decessit: Ἑλλάνικος ὁ Λέσβιος ὀγδοήκοντα καὶ πέντε. ut Hellanicus usque ad 411 a. C. n. vixerit [t]).

15. *Damastes*. Dionys. de Thucyd. p. 818: ὀλίγῳ πρεσβύτεροι τῶν Πελοποννησιακῶν· καὶ μέχρι τῆς Θουκυδίδου παρεκτείναντες ἡλικίας, Ἑλλάνικός τε ὁ Λέσβιος καὶ Δαμάστης ὁ Σιγειεὺς καὶ Ξενομήδης ὁ Χῖος καὶ Ξάνθος ὁ Λυδὸς καὶ ἄλλοι συχνοί. Suidas: Δαμάστης, Σιγειεύς — γεγονὼς πρὸ τῶν Πελοποννησιακῶν, σύγχρονος Ἡροδότου, τῶν πλουσιωτάτων, ἱστορικός — γέγονε δὲ Ἑλλανίκου μαθητής [u]). 372

16. *Xenomedes Chius*. Schol. Aristoph. Lysistrat. 448: ἔστιν ὅτε τὴν Ἀθηνᾶν Ταυροπόλον καλοῦσιν· ὡς Ξενομήδης ἱστορεῖ.

17. *Pherecydes*, a. C. n. 480. Φερεκύδης Λέριος, *historicus*, (idem atque Φερεκύδης Ἀθηναῖος) et Φερεκύδης Σύριος, *philosophus*, saepe confusi sunt, veluti apud Lucian. Macrob. 22. Clem. Strom. V p. 567, c. Euseb. Chron. ad Ol. 59, 4. Pherecydis Lerii vel Atheniensis volumen, saepissime laudatum a Scholiastis et Apollodoro, decem duodecimve libris fabulas exposuit [x]).

18. *Xanthus*, a. C. n. 463. Huius fragmenta collegit Creuzer. Hist. Ant. Fragm. p. 144—226.

19. *Herodotus*, a. C. n. 484. 478. 456. 443. 431. 409.

20. *Antiochus*, a. C. n. 423. Dionys. Ant. I p. 34: Ἀντίοχος ὁ Συρακούσιος, συγγραφεὺς πάνυ ἀρχαῖος — εἰπὼν ὧδε· „Ἀντίοχος Ξενοφάνεος τάδε συνέγραψε περὶ Ἰταλίας ἐκ τῶν ἀρχαίων λόγων τὰ πιστότατα καὶ „σαφέστατα. τὴν γῆν ταύτην, ἥτις νῦν Ἰταλία καλεῖται, τὸ παλαιὸν εἶχον Οἰνωτροι". — [Diod. XII, 71: τῶν δὲ συγγραφέων Ἀντίοχος ὁ Συρακούσιος τὴν τῶν Σικελικῶν ἱστορίαν εἰς τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν [Isarchi annum a. C. n. $42\frac{4}{3}$] κατέστρεψεν, ἀρξάμενος ἀπὸ Κωκάλου τοῦ Σικανῶν βασιλέως, ἐν βίβλοις ἐννέα.] Sed Antiochus tametsi πάνυ ἀρχαῖος fuit et, sicuti antiquissimi historici, Ionica dialecto scripsit, tamen Thucydidis et Peloponnesiaci belli temporibus fuit. V. tabb. 423, 3 [y]).

21. *Stesimbrotus Thasius*. Athen. XIII p. 589, e: Στησίμβροτος ὁ Θάσιος ἱστορεῖ, κατὰ τοὺς αὐτοὺς αὐτῷ χρόνους γενόμενος καὶ ἑωρακὼς αὐτόν [*Periclem*], ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Περὶ Θεμιστοκλέους καὶ Θουκυδίδου καὶ Περικλέους. Plutarch. Pericl. c. 8: ὁ δὲ Στησίμβροτος φησὶν ὅτι τοὺς ἐν Σάμῳ τεθνηκότας ἐγκωμιάζων ἐπὶ τοῦ βήματος [*Pericles*] ἀθανάτους ἔλεγε γεγονέναι καθάπερ τοὺς θεούς. — Itaque Stesimbrotus scripsit post 440. Plutarch. Pericl. c. 13: Στησίμβροτος ὁ Θάσιος δεινὸν ἀσέβημα καὶ μυθῶδες ἐξενεγκεῖν ἐτόλμησεν εἰς τὴν γυναῖκα τοῦ υἱοῦ κατὰ τοῦ Περικλέους. οὕτως ἔοικε πάντη χα-

---

Μυσκέλλῳ τῷ Ῥυπεῖ, καθ' ὃν δὴ χρόνον Κρότωνα οἰκ ἐβούλετο οἰκίζειν Σύβαρις, ὥς φησιν Ἵππυς [leg. Ἵππις] ἐν τῷ περὶ χρόνων.

t) Suidas: *Ἑλλάνικος, Μυτιληναῖος, ἱστορικός — διέτριψε δὲ Ἑλλάνικος καὶ σὺν Ἡροδότῳ παρὰ Ἀμύντᾳ τῷ Μακεδόνων βασιλεῖ κατὰ τοὺς χρόνους Εὐριπίδου καὶ Σοφοκλέους· καὶ Ἑκαταίῳ τῷ Μιλησίῳ ἐπέβαλε γεγονότι κατὰ τὰ Περσικὰ καὶ μικρῷ πρός. ἐξέτεινε δὲ καὶ μέχρι τῶν Περδίκκου χρόνων καὶ ἐτελεύτησεν ἐν Περπερήνῃ τῇ κατ' ἀντικρὺ Λέσβου. συνεγράψατο δὲ πλεῖστα πεζῶς τε καὶ ποιητικῶς.* Hic non est quod magnopere dubitari possit nisi quod *Amyntas* memoratur. Nam Hellanico et Herodoto vivis nullus Macedonum rex fuit Amyntas. V. tab. p. 220 propositam. Si nulla auctoritate emendare liceat, equidem legendum esse suspicer: *παρὰ Περδίκκᾳ τῷ Μακεδόνων βασιλεῖ — ἐξέτεινε δὲ μέχρι τῶν Ἀρχελάου χρόνων.* Hellanicus tertio Archelai regnantis anno mortuus est; Herodotus quinto huius regis anno vixit. Hellanici cum Herodoto coniunctionem vel familiaritatem confirmat narratiuncula apud Schol. ad Sophocl. Philoct. 201.

u) *Damastem* Strabo laudavit de Troadis descriptione XIII p. 583, de Cypri XIV p. 684. Plutarchus Camill. 19 eum Troiae captae diem constituere conatum esse memorat. Aeneam in Italiam venisse ab eo traditum fuisse testificatur Dionys. Ant. I p. 181. *Δαμάστης ἐν τῷ περὶ ἐθνῶν* laudatur a Stephano Byz. v. *ὑπερβόριοι*. Agathem. I, 1: *Ἀναξίμανδρος — πρῶτος ἐτόλμησε τὴν οἰκουμένην ἐν πίνακι γράψαι. μεθ' ὃν Ἑκαταῖος — εἶτα Δαμάστης ὁ Σιγειεὺς [sic legendum] τὰ πλεῖστα ἐκ τῶν Ἑκαταίου μεταγράψας περίπλουν ἔγραψεν.*

x) Verum tamen Pherecydes etiam res fabulosis temporibus posteriores recepit, veluti Miltiadis stemma (Marcellin. Vita Thuc. p. I) et Scythicam expeditionem Darii (Clem. Strom. V p. 567, c) et Iones a Codri filiis in coloniam deductos (Strabo XIV p. 632).

y) *Antiochum* rursus laudat Dionys. p. 35. 58. 88. 186. Eius de *Italia libros* memorant Hesychius v. *Χώνην*. Strabo V p. 242. VI p. 252. 264. [repetit Steph. Byz. v. *Βρέττος*, ubi cf. Berkel.] 257. 262. 264. 265. 278. *Sicula* Pausanias X, 11, 3.

λεπὸν εἶναι καὶ δυσθήρατον ἱστορίᾳ τἀληθές, ὅταν — ἡ τῶν πράξεων καὶ τῶν βίων ἡλικιῶτις ἱστορία, τὰ μὲν φθόνοις καὶ δυσμενείαις, τὰ δὲ χαριζομένη καὶ κολακεύουσα, λυμαίνηται καὶ διαστρέφῃ τὴν ἀλήθειαν. Id. c. 36: φησὶν ὁ Στησίμβροτος ὅλως ἀνήκεστον ἄχρι τῆς τελευτῆς τῷ νεανίσκῳ [*Xanthippo*] πρὸς τὸν πατέρα παραμεῖναι τὴν διαφοράν. ἀπέθανε γὰρ ὁ Ξάνθιππος ἐν τῷ λοιμῷ νοσήσας. Itaque haec Stesimbroti narratio post 430 scripta est [z]).

22. *Thucydides*, a. C. n. (496.) 471. 456. 431. 424. 423. 411. 403.

23. *Herodicus*. Aristot. Rhet. II, 23, 29: Ἡρόδικος Θρασύμαχον· „Αἰεὶ θρασύμαχος εἶ.“ καὶ
373 Πῶλον· „Αἰεὶ σὺ πῶλος εἶ.“ Scholiastes annotat: Ἡρόδικος, Ἀθηναῖος, ἱστορικός. Herodici aetatem collegeris e mentione *Thrasymachi* [a]) et *Poli* rhetorum, quorum aequalis fuit.

24. *Cratippus*. Dionys. de Thucyd. p. 847: ἔοικεν [*Thucydides*] ἀτελῆ τὴν ἱστορίαν καταλιπεῖν, ὡς καὶ Κράτιππος, ὁ συναγαγὼν αὐτῷ καὶ τὰ παραλειφθέντα ὑπ' αὐτοῦ συναγαγών, γέγραφεν· οὐ μόνον ταῖς πράξεσιν αὐταῖς (τὰς δημηγορίας) ἐμποδὼν γεγενῆσθαι λέγων, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀκούουσιν ὀχληρὰς εἶναι, κ. τ. λ. Cratippus Thucydidi superstes fuit. Cf. Marcellin. Vit. Thucyd. p. XXVII [b]).

25. *Clitodemus* vel *Clidemus*. Huius Ἀτθὶς post *Nausinicum* archontem, $37\frac{8}{7}$, edita est. Phot. Lex. v. *Ναυκραρία*. ὁ Κλείδημος ἐν τῇ τρίτῃ φησὶν ὅτι Κλεισθένους δέκα φυλὰς ποιήσαντος ἀντὶ τῶν τεσσάρων, συνέβη καὶ εἰς πεντήκοντα μέρη διαταγῆναι. αὐτοὺς δὲ ἐκάλουν ναυκράρια, ὥσπερ νῦν εἰς τὰ ἑκατὸν μέρη διαιρεθέντα καλοῦσι συμμορίας. Συμμορίαι factae sunt Nausinico archonte. Harpocrat. v. *συμμορία*. De Sicula expeditione Atheniensium, a. 415, laudatur a Pausan. X, 15, 3 [c]).

26. *Xenophon*, a. C. n. 424. 411. 401. 394. 374. 365. 362. 359.

27. *Ctesias*, a. C. n. 401. 398. 384 [d]).

28. *Anaximander*. Suid.: Ἀναξίμανδρος Ἀναξιμάνδρου, Μιλήσιος, ὁ νεώτερος, ἱστορικός. γέγονε δὲ κατὰ τοὺς Ἀρταξέρξου χρόνους τοῦ Μνήμονος κληθέντος. Laert. II, 2: γέγονε δὲ καὶ — Ἀναξίμανδρος ἱστορικός, καὶ αὐτὸς Μιλήσιος, τῇ Ἰάδι γεγραφώς. Hi cum aliis auctoribus Cadmum litteras in Graeciam detulisse arbitrati sunt; (Bekker. Anecd. Graec. p. 783, 9.) — οἱ Μιλησιακοὶ συγγραφεῖς, Ἀναξίμανδρος καὶ Διονύσιος καὶ Ἑκαταῖος, ὡς καὶ Ἀπολλόδωρος ἐν νεῶν καταλόγῳ παρατίθεται [e]).

29. *Philistus*, a. C. n. 406. 363. 357.

30. *Ephorus* [f]), a. C. n. 340. 333.

---

z) *Stesimbrotum* de Themistoclis fuga laudat Plutarchus Themist. c. 24, negligentiae insimulans; de Cimonis rebus Cim. c. 4. 16. Tatianus or. ad Gr. p. 106 *Stesimbrotum* iis qui de Homero scripsissent annumerat. Quem librum Plato Ion. p. 530, d respicit. [Cf. Wolf. Prolegg. in Hom. p. CLXII et Weichert.: Ueber das Leben und Ged. des Apoll. v. Rh. p. 232. *Kr.*]

a) *Thrasymachi* aetatem notavit Dionys. Lys. p. 464: ἀρετὴν εὑρίσκω παρὰ Ἀυσίᾳ πάνυ θαυμαστήν, ἧς Θεόφραστος μέν φησιν ἄρξαι Θρασύμαχον, ἐγὼ δ' ἡγοῦμαι Ἀυσίαν· καὶ γὰρ τοῖς χρόνοις οὗτος ἐκείνου προέχειν ἐμοιγε δοκεῖ· λέγω δὲ ὡς ἐν ἀκμῇ κοινῇ βίου γενομένων ἀμφοῖν.

b) Rerum quas *Cratippus* exposuerat gravissimas significat Plutarch. Glor. Athen. p. 345, d: ἄνελε τὰ περὶ Ἑλλήσποντον Ἀλκιβιάδου νεανιεύματα καὶ τὰ πρὸς Λέσβον Θρασύλλου καὶ τὴν ὑπὸ Θηραμένους τῆς ὀλιγαρχίας κατάλυσιν καὶ Θρασύβουλον καὶ Ἀρχῖνον καὶ τοὺς ἀπὸ Φυλῆς ἑβδομήκοντα — καὶ Κόνωνα πάλιν ἐμβιβάζοντα πάλιν τὰς Ἀθήνας εἰς τὴν θάλατταν, καὶ ΚΡΑΤΙΠΠΟΣ ἀνῄρηται. [De Cratippo dixi ad Dionysii historiogrr. p. 102. 261. *Kr.*]

c) *Clidemum* Pausanias l. l. dicit eorum ὁπόσοι τὰ Ἀθηναίων ἐπιχώρια ἔγραψαν τὸν ἀρχαιότατον. Quum certe Hellanicus Ἀτθίδα suam ante Clitodemum scripserit, non facile videas qua ratione hic primus de Atticis rebus scripsisse dici possit, nisi statuendum est Clitodemum *ipsorum Atheniensium* primum Ἀτθίδα scripsisse. Atheniensem fuisse probabiliter ex Plutarcho Glor. Athen. p. 345, e colligit Siebelis.: Phanodemi, Demonis et Istri fragm. p. XIII.

d) Praeter *Περσικὰ* et *Ἰνδικά* aliud Ctesiae volumen memoratur: Κτησίας ἐν περίπλῳ Ἀσίας. Harpocr. v. *Σκιάποδες*. Κτησίας ἐν πρώτῳ περίπλων. Steph. Byz. v. *Σίγυνος*. Κτησίας τρίτῃ περιηγήσεως, fortasse idem volumen. Steph. v. *Κοσύτη*.

e) Hic *Anaximander* laudari videtur ab Athen. XI p. 498, c (cf. Schweighaeuser. ad h. locum), memorari a Xenoph. Sympos. III, 6. Cf. Weisk. ad locum.

f) Ephorum Strabo XIII p. 622 his verbis memorat: ἀνὴρ δ' ἄξιος μνήμης ἐκ τῆσδε τῆς πόλεως [Cymes] ἀναντίλεκτος μὲν ἐστιν Ἔφορος, τῶν Ἰσοκράτους γνωρίμων τοῦ ῥήτορος, ὁ τὴν ἱστορίαν συγγράψας καὶ τὰ περὶ τῶν εὑρημάτων. Hoc volumen περὶ τῶν εὑρημάτων laudat Athenaeus IV p. 182, c. VIII p. 352, c. XIV p. 637, b. De Ephoro et Theopompo haec tradit Phot. cod. 176 p. 393:

31. *Theopompus* g), a. C. n. 411. 394. 360. 343. 305. 374

φασὶν αὐτόν τε [Theopompum] καὶ Ἔφορον Ἰσοκράτους γενέσθαι μαθητάς — καὶ τὰς ἱστορικὰς δὲ ὑποθέσεις τὸν διδάσκαλον αὐτοῖς προβαλεῖν, τὰς μὲν ἄνω τῶν χρόνων Ἐφόρῳ, Θεοπόμπῳ δὲ τὰς μετὰ Θουκυδίδην Ἑλληνικάς, πρὸς τὴν ἑκατέρου φύσιν καὶ τὸ ἔργον ἁρμοσάμενον. Sed tametsi Ephorus antiquioribus temporibus operam impendit, tamen videtur etiam recentiores res copiose tractasse. Decimo libro narrationem usque ad Miltiadis tempora, circ. 490, deduxerat. Cf. Steph. Byz. v. *Πάρος*. Decimo octavo Dercyllidam (399) tetigerat. V. tabb. 399, 2. Quinto et vicesimo ad pugnam Mantineensem pervenerat. V. tabb. 362, 2. ut septem octove libros 37 annorum (399 — 362) rebus exponendis insumpserit et ultimi quattuor aut quinque libri 22 annorum res continuerint. V. tabb. 340, 3. Ex Plutarcho de garrul. p. 514, c Ephoro Plutarchi aetate in rebus ad Leuctricam et Mantineensem pugnas pertinentibus vulgo plurimum tributum fuisse probabile fit: τῶν παρ' ἡμῖν τις κατὰ τύχην ἀνεγνωκὼς δύο τῶν Ἐφόρου βιβλίων ἢ τρία πάντας ἀνθρώπους κατέτριβε καὶ πᾶν ἀνάστατον ἐποίει συμπόσιον, ἀεὶ τὴν ἐν Λεύκτροις μάχην καὶ τὰ συνεχῆ διηγούμενος. Sed prava fuit Ephori elocutio. Dio t. I p. 479: Ἔφορος πολλὴν μὲν ἱστορίαν παραδίδωσι, τὸ δὲ ὕπτιον καὶ ἀνειμένον τῆς ἀπαγγελίας σοι οὐκ ἐπιτήδειον. Ac Plutarchus rationes quas Ephorus et Theopompus atque Anaximenes interposuerint deridet. Polit. praec. p. 803, b: ἐπὶ δὲ τῶν Ἐφόρου καὶ Θεοπόμπου καὶ Ἀναξιμένους ῥητορειῶν καὶ περιόδων, ἃς περαίνουσιν ἐξοπλίσαντες τὰ στρατεύματα καὶ παρατάξαντες, ἔστιν εἰπεῖν· „Οὐδεὶς „σιδήρου ταῦτα μωραίνει πέλας."

g) Theopompus nondum decesserat 305. Natus est, ut ipse auctor fuit, circa 378. Phot. Cod. 176 p. 392: Φυγεῖν λέγεται τῆς πατρίδος ἅμα τῷ πατρί, ἐπὶ λακωνισμῷ τοῦ πατρὸς ἁλόντος· ἀνασωθῆναι δὲ τῇ πατρίδι τελευτήσαντος αὐτῷ τοῦ πατρός· τὴν δὲ κάθοδον Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνων βασιλέως δι' ἐπιστολῶν τῶν πρὸς τοὺς Χίους καταπραξαμένου· ἐτῶν δὲ εἶναι τὸν Θεόπομπον πέντε καὶ τεσσαράκοντα. Alexandri ad Chios epistola non ante 333 scripta esse potuit, ut Theopompus 378 natus fuerit. Aliter Suidas: Θεόπομπος Χῖος — γεγονὼς κατὰ τοὺς χρόνους τῆς ἀναρχίας Ἀθηναίων, ἐπὶ τῆς ἐνενηκοστῆς τρίτης ὀλυμπιάδος, ὅτε καὶ Ἔφορος. Ἰσοκράτους ἀκουστὴς ἅμα Ἐφόρῳ. Küsterus γεγονὼς vertit *vixit*. Sed quum Theopompus 99 annis post hoc tempus superstes fuerit, certe interpretandum erat *natus est*, ut verum esse posset quod Suidas tradit. Attamen vere Suidae sententiam reddit Küsteri interpretatio, ut alius locus docet: Ἔφορος, Κυμαῖος [*male* Ἔφιππος], υἱὸς Δημοφίλου· Ἰσοκράτους ἀκουστὴς τοῦ ῥήτορος, ἱστορικός· ἦν δὲ ἐπὶ τῆς ἐνενηκοστῆς τρίτης ὀλυμπιάδος, ὡς καὶ πρὸ Φιλίππου βασιλείας εἶναι τοῦ Μακεδόνος. Itaque lexicographi error subest, qui hos scriptores Ol. 93 floruisse statuit. Marxius ad Ephori fragmm. p. 18 — 20 utrumque scriptorem hac olympiade natum esse posuit. *Liceat nobis illud ἦν et γεγονὼς accipere pro „natus:" historiarum libros finiisse Ol.* 109, 4 *Diodorus prodidit. Quid ergo si Ephorum a persolvendo opere morte occupatum dicamus aet.* 64? *Impediunt Plutarchus*, p. 1043, d. *Clemens*, p. 337, a. [V. tabb. 333, 3.] De Photii verbis tantum hoc dicit: *In Photii verbis vitium inesse suspicor;* colligitque: (p. 23.) *illud negari vix potest ad Alexandri imperium proxime accessisse Ephori aetatem, ut eadem frueretur vitae diuturnitate qua Isocrates magister et Theopompus aequalis: quorum alter nonaginta novem saltem annorum senex vita concessit, alter idem vitae stadium si non explevit, proxime certe attigit.* Hac ratione ἦν apud Suidam interpretari non licet. Deinde admodum improbabile est Theopompum, qui 305 vixerit, 404 natum esse. Qui si centum annos vixisset, vix hoc notare neglexissent Lucianus, Phlegon, alii qui insignium virorum aetates prodiderunt. Contra probabiles sunt Photii numeri nec est cur eius verba corrupta esse statuamus. Itaque Theopompus videtur natus esse 378, eiusdem aetatis fuisse cuius Theodectes, eius familiaris, quocum Isocrate magistro usus est, 73 annos habuisse 305, qui annus Ptolemaei regnantis primus fuit. V. tabb. 305, 3.

Scripsit Theopompus Ἑλληνικὰ 12 et Φιλιππικὰ 58 libris. Hos numeros testatur Diodorus. Eos quos Suidas edit pro corruptis reiicias. Schweighaeuserus ad Athen. t. VIII p. 534 Theopompi *historias* quae dicantur *Hellenica* complexas et *Philippica* totius *corporis historicorum* nonnisi partem fuisse statuit. *Athen.* VI p. 259, f: Θεόπομπος γὰρ ἐν τῇ ἐννεακαιδεκάτῃ τῶν Φιλιππικῶν.] *Quod codex noster Epitomae habet ἐν τῇ ϑ', id ex ἐν τῇ ιϑ' corruptum. — Nec vero dissimulandum id quod hoc loco Casaubonus observavit: „At libro IV, ubi de Philippo et „eius aula narrantur simillima ex eodem Theopompo, lau„dator liber undequinquagesimus." At ibi τῶν ἱστοριῶν libri citantur, hic vero τῶν Φιλιππικῶν. Et quamquam subinde universa Theopompi historia sub titulo τῶν Φιλιππικῶν citetur, tamen τὰ Φιλιππικὰ proprie nonnisi pars fuere universi operis, quod inde coeperat ubi desierat Thucydides. Itaque videndum ne interdum idem aliquis liber Rerum Philippicarum potuerit sub diverso numero citari, prout is qui eum citavit vel a totius operis exordio vel ab ipsarum rerum Philippicarum principio initium numerandi fecisset.*

Sed non videtur esse cur ita statuatur. Nam quum Hellenica 12, Philippica 58 librorum fuerint, ex hac computandi ratione Philippicorum 1us liber Historiarum 13us, Philippicorum 17us Historiarum 29us, Philippicorum 19us Historiarum 31us esset. At illic Historiarum 49us laudatur de rebus Philippicorum 19o expositis. Itaque ex hac coniectura Ἑλληνικὰ 49 — 19 = 30 librorum fuissent, quod omnibus testimoniis adversatur. Porro ex Schweighaeuseri ratione aut hoc *corpus historicum* praeter 58 libros Philippicorum Ἑλληνικὰ complectebatur aut ἡ Φιλιππικὴ

32. *Cephisodorus.* Anonymus ad Aristot. Eth. Nicom. III, 8: *Ἱστοροῦσι περὶ τῆς μάχης ταύτης Κηφισόδωρος ἐν τῇ δωδεκάτῃ τῶν περὶ τοῦ ἱεροῦ πολέμου καὶ Ἀναξιμένης ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν περὶ Φι-*

ἱστορία revera nonnisi 46 librorum erat et Hellenica fuerunt in illis 58 libris. Neutra ratio vera esse potest. 1. Ex priore enim Theopompi Historiae 70 librorum fuissent, quum nemo veterum maiorem numerum quam 58 librorum ediderit. Stephanus v. *Μεσσαπέαι* laudat *Θεόπομπον πεντηκοστῷ ἑβδόμῳ*. Atque ubicunque historiae laudantur, eas 58°, non 70° libro terminatos esse significatur. Ita Theopompus Archidamum in Italia periisse 52° libro narraverat. Athen. XII p. 536, c: *ἐν τῇ πεντηκοστῇ δευτέρᾳ φησὶν ὡς „Ἀρχίδαμος ὁ Λάκων ἀποστὰς τῆς πατρίου διαίτης — ἐσποίδασεν ἀεὶ δι' ἀκρασίαν „ἔξω διατρίβειν· καὶ Ταραντίνων πρεσβευσαμένων περὶ συμμαχίας ἔσπευσε συνεξελθεῖν αὐτοῖς βοηθός — καὶ ἐν τῷ „πολέμῳ ἀποθανὼν οὐδὲ ταφῆς κατηξιώθη.“* Pugnam Chaeronensem 53° libro exposuerat. Idem X p. 435, b: *Φίλιππος φιλοπότης ἦν, ὡς ἱστορεῖ Θεόπομπος ἐν τῇ ἕκτῃ καὶ εἰκοστῇ τῶν ἱστοριῶν — ἐν δὲ τῇ τρίτῃ καὶ πεντηκοστῇ περὶ τῶν ἐν Χαιρωνείᾳ γενομένων εἰπὼν κ. τ. λ.* Idem IV p. 166, e: *Περὶ τῶν Ταραντίνων ἱστορῶν ἐν τῇ δευτέρᾳ πεντηκοστῇ τῶν ἱστοριῶν γράφει οὕτως· „Ἡ πόλις ἡ τῶν „Ταραντίνων“ κ. τ. λ.* Tarentinos perspicuum est propter Archidami expeditionem memoratos esse. Ad has res, 338 gestas, quum pervenerat, a *Philippi historiarum* exitu longe abesse non poterat. At ex Schweighaeuseri sententia 17 libros relicuos fuisse statuendum esset. 2. Deinde ex ea ratione quam alteram posuimus Philippicorum tantum 46 libri laudari potuissent. Sed Diodorus ipsos 58 dicit et Stephanus Byz. 49um laudat v. *Μίσκερα. πόλις Σικανίας. Θεόπομπος τεσσαρακοστῷ ἐνάτῳ Φιλιππικῶν.* Eundem 49um librum laudat Polybius VIII, 11: *μάλιστα δ' ἄν τις ἐπιτιμήσειε Θεοπόμπῳ, ὃς γ' ἐν ἀρχῇ τῆς περὶ Φιλίππου συντάξεως δι' αὐτὸ μάλιστα παρορμηθῆναι φήσας κ. τ. λ. — μετὰ ταῦτα ἔν τε τῷ προοιμίῳ καὶ παρ' ὅλην δὲ τὴν ἱστορίαν ἀκρατέστατον αὐτὸν ἀποδείκνυσιν. — εἰ δέ τις ἀναγνῶναι βουληθείη τὴν ἀρχὴν τῆς ἑνάτης καὶ μ' αὐτοῦ βίβλου, παντάπασιν ἂν θαυμάσειε τὴν ἀτοπίαν τοῦ συγγραφέως.* Ad quem locum ipse Schweighaeuserus recte annotat: *Theopompus Chius Φιλιππικῶν sive τῶν περὶ Φιλίππου ἱστοριῶν libros edidit* LVIII. Denique degressio de rebus Siculis *Philippicorum* libris 41. 42. 43 continebatur. V. tabb. 343, 3. At vero si totum *corpus historicum* 58 librorum fuisset, 41us liber *Philippicorum Historiarum* 53us fuisset, quo pugnam Chaeronensem expositam fuisse modo vidimus. Itaque ubicunque Theopompi *ἱστορίαι* laudantur Philippicorum 58 libros dici perspicuum est: Graecae historiae *Ἑλληνικῶν* appellatione designantur. Neque vero haec duo volumina recte dicuntur unum *corpus historicum* fuisse: diversa fuisse testatur Dionysius de Historicis p. 782: *Θεόπομπος — ἄξιος ἐπαινεῖσθαι τῆς ὑποθέσεως τῶν ἱστοριῶν· καλαὶ γὰρ ἀμφότεραι· ἡ μὲν τὰ λοιπὰ τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου περιέχουσα, ἡ δὲ τὰ Φιλίππῳ πεπραγμένα.* Nec sine interruptione continuabantur haec volumina. Alterum enim anno 394 terminatum erat; alterum ab a. 360 incepit, ut 34 anni interpositi essent quos neutrum persequeretur.

Ex octo et quinquaginta *Philippicorum* libris nono saeculo constabant tres et quinquaginta, quos Photius legebat, qui quae duodecimo *Philippicarum historiarum* traderentur paucis exposuit cod. 176 p. 390: *ἀνεγνώσθησαν Θεοπόμπου λόγοι ἱστορικοί· ν' δὲ καὶ γ' εἰσὶν οἱ σωζόμενοι αὐτοῦ τῶν ἱστορικῶν λόγοι· διαπεπτωκέναι δὲ καὶ τῶν παλαιῶν τινὲς ἔφησαν τήν τε ἕκτην καὶ ἑβδόμην καὶ δὴ καὶ τὴν ἐνάτην καὶ εἰκοστὴν καὶ τὴν τριακοστήν. ἀλλὰ ταύτας μὲν οὐδ' ἡμεῖς εἴδομεν, Μηνοφάνης δέ τις τὰ περὶ Θεοπόμπου διεξιών· ἀρχαῖος δὲ καὶ οὐκ εὐκαταφρόνητος ὁ ἀνήρ· καὶ τὴν δωδεκάτην συνδιαπεπτωκέναι λέγει· καίτοι αὐτὴν ἡμεῖς σὺν ταῖς ἄλλαις συνανέγνωμεν.* Maturius intercidisse videntur *Hellenica*, quae minus celebrata essent; eaque Photius legisse non videtur. Tamen Heynius Praefat. ad Diod. p. LXXXII annot. duodecimum Theopompi librum, cuius argumentum Photius exposuit, Graecarum historiarum fuisse affirmat: *Ea quae illo libro comprehensa fuere ad* Ol. 98, 3 *spectant; nec ullo modo in Philippicis locum habuisse videntur. Mihi satis liquet Photium librum XII et ultimum historiarum Graecarum manibus tractasse. Nam in hos poterant a Theopompo per digressionem illa omnia quae de Acori et Evagora ex eo libro laudantur interponi vel operi adiici in narratione pugnae ad Cyprum. Digressionibus autem Theopompum mirifice indulsisse satis constat.* Hoc nullo pacto verum esse potest. Duodecimus idemque ultimus Hellenicorum liber pugna Cnidia, 394, finitus est. Diod. XIII, 42. XIV, 84. Quam pugnam ipsam exposuisse non videtur. Terminata enim est narratio superioris archontis, *Diophanti*, anno V. tabb. 394, 3. Sed hoc libro narratum erat de Antalcidae pace, 386, de bello Cyprio, 385 — 376, de Euagorae morte, 374. Itaque degressio fuit ad ipsa librorum argumenta non pertinens. Sed si Theopompus degressionibus indulsit, id quod conceditur, quomodo haec degressio in altero volumine locum habere potuerit, in altero non potuerit? Hoc libro Aegypti et Cypri res et quae Persae in his terris gessissent exposuerat, eaque commode *Philippicis historiis* interponi poterant, quae ita degressionibus abundaverunt ut non multo amplius quam quarta pars totius voluminis ad primarium argumentum pertineret. Phot. pag. 393: *πλείσταις μὲν οὖν παρεκβάσεσι παντοδαπῆς ἱστορίας τοὺς ἱστορικοὺς αὐτοῦ λόγους Θεόπομπος παρατείνει. διὸ καὶ Φίλιππος ὁ πρὸς Ῥωμαίους πολεμήσας ἐξελὼν ταύτας καὶ τὰς Φιλίππου συνταξάμενον πράξεις, αἳ σκοπὸς εἶσι Θεοπόμπῳ, εἰς ις' βίβλους μόνας, μηδὲν παρ' ἑαυτοῦ προσθεὶς ἢ ἀφελών, πλήν, ὡς εἴρηται, τῶν παρεκτροπῶν, τὰς πάσας ἀπήρτισεν.* Itaque non est quod Photium falsum esse statuamus, opinantem librum quem inter manus habebat *Philippicae historiae* duodecimum esse.

λιπον καὶ Ἔφορος ἐν τῇ τριακοστῇ. (Cf. Marx. Ephori Fragment. p. 256.) Saepius *Cephisodorum*375 inter Isocratis discipulos nominat Dionysius. Cf. Dionys. de Isaeo p. 626. de Isocr. p. 577. ad Amm. p. 722. ad Pomp. p. 757. Unde Ruhnkenius Hist. crit. orr. Gr. p. 159 magna probabilitate coniicit376 hunc Cephisodorum rerum scriptorem fuisse, quod plerique Isocratis discipuli se ad historiam scribendam contulissent.

33. *Dino.* Plin. H. N. X, 49: *Dino Clitarchi, celebrati auctoris, pater.* Unde eius aetatem discimus. Nam Clitarchus Alexandrum comitatus est. Diod. II, 7 h).

34. *Simonides*, Speusippi aequalis. Laert. IV, 5: πρὸς τοῦτον [*Speusippum*] γράφει καὶ Σιμωνίδης τὰς ἱστορίας, ἐν αἷς κατατετάχει τὰς πράξεις Δίωνός τε καὶ Βίωνος.

35. *Leo.* Suidas: Λέων Λέοντος, Βυζάντιος, φιλόσοφος Περιπατητικὸς καὶ σοφιστής, μαθητὴς Πλάτωνος, ἢ, ὥς τινες, Ἀριστοτέλους. ἔγραψε τὰ κατὰ Φίλιππον καὶ τὸ Βυζάντιον βιβλίοις ζ'. Τευθραντικόν· Περὶ Βησάλου· Τὸν ἱερὸν πόλεμον· Περὶ στάσεων· Τὰ κατ' Ἀλέξανδρον i).

36. *Callisthenes*, a. C. n. 387. 357. Callisthenes mortuus est circiter 328 k).

37. *Anaximenes*, a. C. n. 365. 362. Suidas: Ἀναξιμένης Ἀριστοκλέους, Λαμψακηνός, ῥήτωρ, μαθητὴς Διογένους τοῦ Κυνὸς καὶ Ζωΐλου — διδάσκαλος δὲ Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος. εἵπετο δὲ αὐτῷ ἐν τοῖς πολέμοις. Strabo XIII p. 589: ἐκ Λαμψάκου δὲ — Ἀναξιμένης ὁ ῥήτωρ. Dionys. de Isaeo p. 626: Ἀναξιμένην τὸν Λαμψακηνὸν ἐν ἁπάσαις μὲν ταῖς ἰδέαις τῶν λόγων τετράγωνόν τινα εἶναι βουλόμενον· καὶ γὰρ ἱστορίας γέγραφε — καὶ τέχνας ἐξενήνοχεν, ἥπται δὲ καὶ συμβουλευτικῶν καὶ δικανικῶν377 ἀγώνων. Pausan. VI, 18, 2 — 3: Ἀναξιμένους οἶδα εἰκόνα ἀνενρών, ὃς τὰ ἐν Ἕλλησιν ἀρχαῖα καὶ ὅσα Φίλιππος ὁ Ἀμύντου καὶ ὕστερον Ἀλέξανδρος εἰργάσατο συνέγραψεν ὁμοίως ἅπαντα. Haec testimonia docent Anaximenem oratorem et Anaximenem rerum scriptorem eundem fuisse l) et Diodorum, ubi de claris hominibus qui a. 365 floruerint loquitur, Anaximenem Lampsacenum memorantem (v. tabb.) eundem hominem dicere cuius historicos libros postmodum describit.

38. *Palaephatus.* Suidas: Παλαίφατος, Ἀβυδηνός, ἱστορικός. Κυπριακά. Δηλιακά. Ἀττικά. Ἀραβικά. γέγονε δὲ ἐπὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος.

Quod Heynius ibid. pag. LXXXIII praeterea tradit: *Utrumque opus historicum ad* 60,000 *versus processisse e prisco scribendi more Photium testari*, non accurate reddidit quod Photius rettulit. Theopompus enim apud Photium p. 392 historias suas notans se scripsisse dicit πλείους ἢ ιε' μυριάδας ἐπῶν, ἐν οἷς τάς τε τῶν Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων πράξεις μέχρι νῦν ἀπαγγελλομένας ἔστι λαβεῖν. Itaque septuaginta libri horum duorum voluminum 150,000 versus continuerunt, ut unusquisque circiter 2140 versuum fuerit, quum ex Iosephi Antiquitatum 20 libris, qui 60,000 versuum fuerint, unusquisque circiter 3000 complectatur. Antiq. XX, 11 extr.: βίβλοις μὲν εἴκοσιν, ἓξ δὲ μυριάσι στίχων.

h) *Dinonis Περσικά* complures scriptores laudant. Athen. II, 67, a: Δείνων ἐν τῇ Περσικῇ πραγματείᾳ. XIII p. 560, e: Δίνων ἐν τοῖς Περσικοῖς. XI p. 503, f: Δίνων ἐν τρίτῳ Περσικῶν. Laert. I, 8: Δείνων ἐν τῇ πέμπτῃ τῶν ἱστοριῶν. Athen. XIII p. 609, a: Δίνων ἐν τῇ πέμπτῃ τῶν Περσικῶν τῆς πρώτης συντάξεως: ubi de Xerxis sorore loquitur. Itaque difficile dictu est ubi prior pars finita fuerit, si, ut Schweighaeuserus ad h. l. censet, *altera parte vetustior historia, altera recentior exposita fuerit.* Plutarchus Dinonem laudat ut auctorem in Persicis rebus gravissimum Artax. c. 9. 10. 13. 19. 22. Dinonem excitat de Ochi regno, de Iside et Osir. p. 363, c, et de Themistoclis fuga, Themist. c. 27. De Semiramide hunc scriptorem laudat Aelian. V. H. VII, 1. Eundem in Persicis rebus tradendis sequuntur Cic. Div. I, 23 et Nepos Con. c. 5.

i) De *Leonte* Athenas legato quae Suidas narrat ducta sunt ex Philostr. Vit. Soph. I, 2 p. 485. Pythonem Byzantii illud dixisse, Leonem tantum narrasse tradit Athen. XII p. 550, f. Leoni et Athenis narratiunculam tribuit Plutarchus Mor. p. 804, de singulis discrepans. Rursus Leontem memorat idem Plutarchus Mor. p. 88, f. 633, c.

k) *Callisthenem* Plutarchus Alex. c. 55 interfectum esse narrat: ἐν αἷς ἡμέραις Ἀλέξανδρος ἐν Μαλλοῖς Ὀξυδράκαις ἐτρώθη. Sed alii aliter tradiderant. Diversas de Callisthenis morte narrationes rettulit Arrian. Exped. IV, 14 p. 272. Non magni historicum facit Cicero ad Qu. fr. II, 13 et de orat. II, 14. Callisthenis μετέωρα vituperat Longinus s. 3. Copiose imperitiam in rebus militaribus exponendis persequitur Polyb. XII, 17 — 22.

l) Eosdem fuisse consentiunt Ruhnkenius hist. crit. or. Gr. p. 162 et Wesselingius ad Diod. XV, 76 atque Wyttenbachius ad Plutarch. t. I p. 1077. Diversos fuisse opinatus est Casaub. ad Laert. II, 3.

39. *Marsyas Pellaeus*, a. C. n. 308.

40. *Demophilus*, a. C. n. 357. Ephori filius. Suid. v. Ἔφιππος. Athen. VI p. 232, e: Ἔφορος ἢ Δημόφιλος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἐν τῇ τριακοστῇ τῶν ἱστοριῶν περὶ τοῦ ἐν Δελφοῖς ἱεροῦ λέγων φησίν· Ὀνόμαρχος δὲ κ. τ. λ. Schol. Victor. ad Iliad. XIII, 301, 30° Ephori libro laudato postremo dicit ἔστι δὲ ταῦτα ἐν τῇ τριακοστῇ τῇ Δημοφίλου.

41. *Hieronymus Cardianus*, a. C. n. 301.

42. *Diyllus*, a. C. n. 357. 339. 298. Hic hoc loco positus est propter historias in tabulis memoratas [m]).

43. *Athanis*, a. C. n. 363. De tempore eius nihil constat. Ἄθανις ἐν πρώτῃ Σικελικῶν ut de Dionysio superiore narrans laudatur ab Athen. III p. 98, d.

44. *Psao Plataeensis*, a. C. n. 298. Hunc Dionysius de Compos. verb. p. 30 iis scriptoribus annumerat qui eloquendi artem neglexissent: Φύλαρχον λέγω καὶ Δοῦριν καὶ Πολύβιον καὶ Σάωνα [*emendat Ionsius* Ψάωνα] καὶ τὸν Καλαντιανὸν Δημήτριον, Ἱερώνυμόν τε καὶ Ἀντίλοχον, καὶ Ἡρακλείδην καὶ Ἡγησίαν Μάγνητα. Hic posuimus Psaonem propter historias 298 laudatas. Proprie ad Ptolemaeorum aetatem referendus est.

45. *Philochorus*, a. C. n. 306.

His addere licet *Dionysiodorum* et *Anaxin*, quamquam quibus temporibus vixerint non constat. Diod. XV, 95: ἐπ' ἄρχοντος Νικοφήμου [a. C. n. 36$\frac{1}{2}$] τῶν συγγραφέων Διονυσιόδωρος καὶ Ἀνάξις οἱ Βοιωτοὶ τῆς τῶν Ἑλληνικῶν ἱστορίας εἰς τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν κατεστρόφασι τὰς συντάξεις. Restat longus index scriptorum qui Alexandrum comitati sunt vel res eius composuerunt, veluti *Aristobulus*, *Clitarchus*, *Onesicritus*, *Nearchus*, *Ephippus*, *Cyrsilus*, *Medius* eorumque aequales. Sed hi ad proximum temporis spatium, Ptolemaeorum aetatem, referendi sunt.

Oratores in tabulis ponuntur hi:

1. *Gorgias* [n]), a. C. n. 459. 427.
2. *Antiphon*, 479. 412. 411.

---

m) Diyllum, quamquam quo tempore vixerit satis definiri non potest, tamen ad Ptolemaeorum tempora pertinere constat. Cum *Clitodemo* et *Philochoro* et *Clitarcho* coniunctum memorat Plutarch. Mor. p. 345, e.

n) De Gorgiae tempore Plinium sequitur Ruhnken. dissert. de Antiph. c. 1: *Floruit Gorgias circiter Olymp.* 70 [a. C. n. 500], *ut testatur idoneus auctor Plinius H. N. XXXIII*, 4. *quem sequi malim quam Porphyrium apud Suid. v. Γοργίας*, *Gorgiam ad Olymp.* 80 *referentem.* [a. C. n. 460] *Porphyrii sententiam Suidas repudiat. Recte. Nam Periclis praeceptor fuit Gorgias, etc.* Plinius haec tradit: *Auream statuam Gorgias Leontinus Delphis in templo sibi posuit LXX circiter Olympiade: tantus erat docendae oratoriae artis quaestus.* Sed si Gorgias iam Ol. 70 arte sua divitias et gloriam consequutus fuisset, circiter 535 aut 540 natus esset ac proinde 55 annis maior fuisset Antiphonte, 108 aut 110 annos habuisset quo tempore Athenas legatus venit, 427 a. C. n., et 155 annis ante Iasonis Pheraei tempora fuisset. Itaque quod Plinius statuit tempus cum aliis rebus conciliari non potest, quum quod Porphyrius posuit, si de ἀκμῇ intelligas, ut in tabulis 359 explicavimus, omnibus quae de Gorgia traduntur consentaneum sit. Plinii locum Porphyrii numero substituto emendaverim legerimque: *statuam in templo sibi posuit LXXX circiter Olympiade.* Quamquam de statua Delphis posita hoc tempus falsum videtur, siquidem ex Hermippi narratione ἐν τῷ περὶ Γοργίου apud Athen. XI p. 505, d probabile est rem posterius factam esse. [Ruhnkenii sententiam etiam impugnavit H. E. Foss. in commentat. de Gorgia Leont. p. 11 s., qui Gorgiam Ol. 71, 1 natum, Ol. 98, 1 mortuum esse censet, „quum „propter verba Quinctiliani [III, 1, 9: Gorgiam — ultra Socratem usque durasse] vix licitum sit maius quam „trium olympiadum spatium post Socratis mortem Gor„giae addere." Sed ex Quintiliani loco certi quidquam colligi non potest. Ac vix Fossii sententia cum Pausaniae loco 427, 3 exscripto conciliari potest, quum Iasonem iam Ol. 98, 1 adeoque ante hoc tempus Thessaliae tyrannum fuisse haudquaquam probabile sit. Accedit quod Antiphon ὀλίγῳ νεώτερος Γοργίου dicitur. V. 479, 3. At ex Fossii ratione circiter quattuor Olympiadibus minor fuisset. *Kr.*]

De Gorgia complura tradita reliquit Isocrates de permutat. p. 458 ed. Oxon. [§. 155 pag. 381 ed. Berol.]: Ὁ πλεῖστα κτησάμενος ὧν ἡμεῖς μνημονεύομεν, Γοργίας [ὁ Λεοντῖνος, οὗτος διατρίψας μὲν περὶ Θετταλίαν, πλεῖ-

3. *Andocides*, 467. 432. 415. 404. 403. 402. 400. 391. 378
4. *Lysias*, 458. 443. 411. 404. 403. 394. 388. 384. 378.
5. *Archinus*, 403. 402.
6. *Cephalus*, 402. 379. 372.
7. *Aristophon Azeniensis* o), 403. 372. 362. 355. 354, 2. [330.]
8. *Isocrates*, 436. 380. 374. 366. 365. 356. 355. 353. 346. 342. 340. 338.
9. *Leodamas*, 372.
10. *Callistratus* p), 373. 372. 371. 361. 356.
11. *Thrasybulus Colyttensis* q), 372.
12. *Melanopus*, 371. 379
13. *Androtio*, 385. 355.
14. *Isaeus* r), 364. 360. 358.

στον δὲ χρόνον βιοὺς καὶ περὶ τὸν χρηματισμὸν τοῦτον γενόμενος, πάλιν δ' οὐδεμίαν καταπαγίως οἰκήσας οὐδὲ περὶ τὰ κοινὰ δαπανηθεὶς οὐδ' εἰσφορὰν εἰσενεγκεῖν ἀναγκασθείς, ἔτι δὲ πρὸς τούτοις οὔτε γυναῖκα γήμας οὔτε παῖδας ποιησάμενος — χιλίους μόνους στατῆρας κατέλιπεν. Gorgiae locum, quem hic proponere licebit, servavit Schol. ad Hermog. p. 412: *Διονύσιος ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ χαρακτήρων περὶ Γοργίου τάδε φησίν· ὅτι τῆς ἰδέας αὐτοῦ τῶν λόγων τοιοῦτος ὁ χαρακτήρ. ἐγκωμιάζει δὲ τοὺς ἐν πολέμοις ἀριστεύσαντας Ἀθηναίων. „Τί γὰρ ἀπῆν τοῖς ἀνδράσι τούτοις ὧν δεῖ ἀνδράσι προσεῖναι; τί δὲ καὶ προσῆν ὧν οὐ δεῖ προσεῖναι; εἰπεῖν [l. εἰ εἰπεῖν] δυναίμην ἃ βούλομαι, βουλοίμην δὲ ἃ δεῖ, λαθὼν μὲν τὴν θείαν νέμεσιν, φυγὼν δὲ τὸν ἀνθρώπινον φθόνον. Οὗτοι γὰρ ἐκέκτηντο ἔνθεον μὲν τὴν ἀρετήν, ἀνθρώπινον δὲ τὸ θνητόν· πολλὰ μὲν δὴ τὸ παρὸν ἐπιεικὲς τοῦ αὐθάδους δικαίου προκρίνοντες, πολλὰ δὲ νόμου ἀκριβείας λόγων ὀρθότητα· τοῦτο νομίζοντες θειότατον καὶ κοινότατον νόμον, τὸ δέον ἐν τῷ δέοντι καὶ λέγειν καὶ σιγᾶν καὶ ποιεῖν· τὰ δισσὰ ἀσκήσαντες μάλιστα, ὧν δὴ γνώμην τὴν μὲν βουλεύοντες τὴν δὲ ἀποτελοῦντες· θεράποντες μὲν τῶν ἀδίκως δυστυχούντων κολασταὶ δὲ τῶν ἀδίκως εὐτυχούντων· αὐθάδεις πρὸς τὸ συμφέρον, ἀόρτιοι [fortasse ἀήττητοι] πρὸς τὸ πρέπον· τῷ φρονίμῳ τῆς γνώμης παύοντες τὸ ἄφρον· ὑβρισταὶ ἐς τοὺς ὑβριστάς, κόσμιοι ἐς τοὺς κοσμίους, ἄφοβοι ἐς τοὺς ἀφόβους, δεινοὶ ἐν τοῖς δεινοῖς. μαρτύρια δὲ τούτων τρόπαια ἐστήσαντο τῶν πολεμίων, Διὸς μὲν ἀγάλματα, τούτων δὲ ἀναθήματα· οὐκ ἄπειροι οὔτε ἐμφύτου Ἄρεος οὔτε νομίμων ἐρώτων οὔτε ἐνοπλίου ἔριδος οὔτε φιλοκάλου εἰρήνης· σεμνοὶ μὲν ἐς τοὺς θεοὺς τῷ δικαίῳ, ὅσιοι δὲ πρὸς τοὺς τοκέας τῇ θεραπείᾳ· δίκαιοι πρὸς τοὺς ἀστοὺς τῷ ἴσῳ, εὐσεβεῖς δὲ πρὸς τοὺς φίλους τῇ πίστει. τοιγαροῦν αὐτῶν ἀποθανόντων ὁ πόθος οὐ συναπέθανεν, ἀλλ' ἀθάνατος οὐκ ἐν ἀσωμάτοις σώμασι ζῇ οὐ ζώντων.“*

o) Aristophontis mortem memoravit Demosthenes in oratione de corona. V. tabb. 330, 3. Dicere videtur *Azeniensem* (v. quae notavimus ad an. 362), non aequalem eius *Colyttensem*.

p) Reisk. ind. hist. in Demosth. v. *Callistratus*, *Callistrati* exsilium in dubium vocare audet et Callistratum Callicratis filium, oratorem eundem esse statuit quem Paus. VII, 16, 3 Callistratum Empedi filium dicit: *Pausanias quoque in Sicilia eum obiisse perhibet e vulnere tum accepto quum praefectus alae equitum fortiter dimicaret, quod videtur anno nescio quo Olympiadis* 108 *evenisse*. Mirus hic error est. Nam Callistratum Empedi filium ante quam orator videtur natus fuisse in expeditione Nicia duce facta, 413, periisse ex ipsis Pausaniae verbis perspicitur: *τούτῳ τῷ ἀνδρὶ ἱππαρχήσαντι ἐν Σικελίᾳ οἱ Ἀθηναῖοι καὶ ὅσοι ἄλλοι τοῦ στόλου μετεσχήκεσαν ἀπώλοντο πρὸς τῷ ποταμῷ τῷ Ἀσινάρῳ. τότε τῷ Καλλιστράτῳ παρέσχε τόλμα διεκπέσαι διὰ τῶν πολεμίων ἄγοντι τοὺς ἱππέας. ὡς δὲ τὸ πολὺ ἀπέσωσεν αὐτῶν ἐς Κατάνην ἀνέστρεφεν ὀπίσω τὴν αὐτὴν αὖθις ὁδὸν ἐς Συρακούσας κ. τ. λ.* Recte Pausaniam intellexit Valesius, ad Ammian. XXX, 4. Plutarchus personatus p. 844, b etsi duos illos Callistratos confundit, tamen oratorem in Thracia exsulem fuisse testatur: *ὁ μὲν ἔφυγεν εἰς Θράκην*, confirmans ille quae in tabulis 361 posuimus.

q) *Colyttensem* Thrasybulum Ruhnkenius dici statuit ab Aristot. Rhet. II, 23, 25. Eundem dici statuas a Demosth. de cor. p. 301. Nam primum *Stiriensis* non tam eloquentia quam, ut Iphicrates aut Timotheus, civitatis regendae et rerum militarium peritia excelluit: qua ratione apte Taylor Vita Lys. p. 141 Reisk. Thrasybulum et Archinum distinxit: *ὁ μὲν ἂρ μύθοισιν, ὁ δ' ἔγχεϊ πολλὸν ἐνίκα.* Deinde *Stiriensis* 389 occidit, antequam Demosthenes natus est. At orator id agit hoc loco ut qui rempublicam posteriore tempore paulo ante quam ipse ad rempublicam accessisset administrassent exponeret. Colyttensis Thrasybulus 388 classi praefuit. V. Xenoph. Hell. V, 1, 26.

r) Delevi in tabulis 364, 3 quae Philostrato et Plinio laudatis de *Isaeo* falsa posueram. Nam Plinius et Philostratus de Isaeo quodam loquuntur qui posterius fuit, Iuvenalis aetate. V. Sat. III, 74, ubi vetus Scholiastes: *Isaeus Romae orator omnibus eloquentior.* Ex parte deceptus eram a Sylburgio ad Dionys. Is. p. 586 Reisk. et Küstero ad Suid. v. *Ἰσαῖος*, qui Philostrati locum ad antiquiorem illum Isaeum referunt.

15. *Lycurgus*, 343, 2. 337. 335. 331. 330. 323. [307.]
16. *Eubulus*, 355, 2. 349. 348. 343. 340. 330.
17. *Aeschines*, 389. 362. 345. 343. 330. 314.
18. *Aristophon Colyttensis*, 341. 340.
19. *Demosthenes*, 382. 376. 365. 364. 360. 355—339. 335. 333—329. 324—322. (280.)
20. *Cydias*, 352.
21. *Hegesippus* s), 343. 340.
22. *Hyperides*, 335. 323. 322.
23. *Polyeuctus*, 343, 2. 335.
24. *Demades*, 335. 326. 318.
25. *Moerocles*, 335. 333.
26. *Hegemon*, 317.
27. *Pythocles*, 317.
28. *Dinarchus*, 361. 336. 324. 321. 318. 307. 292.
29. *Demetrius Phalereus*, 325. 317. 309, 1. 307, 2.
380 30. *Demochares* t), 322. 302. 280.
31. *Stratocles*, 307. 302.

---

s) *Crobyli* nomine notatus ab Aeschine Timarch. p. 9 s. Ctes. p. 70.

t) *Democharis* auxilium Plutarchi auctoritate circiter anno 302 assignatur. V. tabb. De exsilio reversus quae gesserit ita exponuntur in psephismate in Vit. X or. p. 851 servato: *καὶ ὡς κατῆλθεν ἐπὶ Διοκλέους ἄρχοντος ὑπὸ τοῦ δήμου, συστείλαντι τὴν διοίκησιν πρώτῳ καὶ φεισαμένῳ τῶν ὑπαρχόντων καὶ πρεσβεύσαντι πρὸς Ἀνσίμαχον καὶ λαβόντι τῷ δήμῳ τριάκοντα τάλαντα ἀργυρίου καὶ πάλιν ἕτερα ἑκατόν· καὶ γράψαντι πρεσβείαν πρὸς Πτολεμαῖον εἰς Αἴγυπτον, καθ' ἣν ἐκπλεύσαντες πεντήκοντα ἐκόμισαν τάλαντα ἀργυρίου· καὶ πρὸς Ἀντίπατρον πρεσβεύσαντι καὶ λαβόντι εἴκοσι τάλαντα ἀργυρίου — καὶ φυγόντι μὲν ὑπὲρ δημοκρατίας, μετεσχηκότι δὲ οὐδεμιᾶς ὀλιγαρχίας οὐδὲ ἀρχὴν οὐδεμίαν ἠρχότι καταλελυκότος τοῦ δήμου.* Meursius quum *Dioclem* eum dici putet qui in Prolegg. Aristoph. memoratur, ab aliis Philoclem dictum, Democharem 322 de exsilio redisse statuit. Dissentit Corsinus, qui t. II p. 97; *Demochares*, inquit, *certe quatuor annorum bello interesse atque ab iis qui populi potestatem oppresserant in exilium pelli simulque archonte Philocle a populo revocari non potuit.* Haec verissime dicta sunt. Nam Lamiacum bellum, quod Alexandro mortuo geri coeptum et sedecim mensibus finitum est, non potest esse *ὁ τετραετὴς πόλεμος* qui in populi scito memoratur. Huic argumento illud addas. Hoc quattuor annorum bello Boeoti Atheniensium socii, Lamiaco bello hostes fuerunt. Diod. XVIII, 11; *ἀλλοτρίους εἶναι συνέβαινεν εἶναι τοὺς Βοιωτοὺς τοῖς Ἀθηναίοις.* Itaque recte Corsinus Democharis exsilium Nicoclis archontis anno adscripsit. Atque Dioclis annus et Democharis restitutio post 302 fuerunt. Et Corsinus quidem p. 98 eum usque ad 287 exsulem fuisse opinatur, quod populi scito revocatus nec Demetrii Poliorcetae imperium ante hunc annum sublatum sit: *Si Demochares populo revocante reversus est, ille post sublatum Demetrii imperium rediisse debuit: ideoque Diocles, quo archonte Demochares ab exsilio revocatus est, Ol.* 123, 2 *vel* 3 *archontum fastis adiungi debet.* Hoc argumentum nihil probat. Demetrii potentia constare poterat, quamquam non expressa legis formula, praesertim si psephisma quo res exponitur factum est compluribus annis post, quum Demetrii potentia oblivione obscurata esset. Constat Athenienses a Demetrio, quum Lacharem tyrannum eiecisset, circiter 299, placidius tractatos esse (v. Plutarch. Demetr. 34), quamquam Piraeeum et Munychiam et Museum praesidiis tenuit. Plutarch. ibid. Celebravit hic Pythia 294, quum hostes Delphos tenerent. Plutarch. Demetr. 40. Eius superbiae exemplum traditur quod aliquanto post *Ἀθηναίων, περὶ οὓς ἐσπουδάκει μάλιστα τῶν Ἑλλήνων ἔτη δύο πρεσβείαν κατέσχεν.* Ibid. c. 42. Sed si non graviores conquerendi causae fuerunt, non nimia fuit eius superbia. Itaque Demetrius Athenienses res suas administrare sivit ex ipsorum legibus, et si qui de exsilio revocabantur, id quamquam nonnisi ipso concedente fiebat, tamen *psephismatis* restituti sunt. Magis probabile est Democharem fuisse *τῶν ἄλλων φυγάδων* qui cum Dinarcho redierunt, profecto Demetrio permittente, (*κάθοδος ἐδόθη ὑπὸ βασιλέως Δημητρίου.* Dionys. Dinarch. p. 651) sed haud dubie psephismate facto. Quod si ita est Dioclem proximo anno post Philippum (291) archontem factum esse statueris. Nec adversatur quod Diocles *archon* fuisse dicitur quibus temporibus annui magistratus *ἱερεῖς σωτήρων* dicebantur, i. e. 306—287, quoniam haec appellatio Demetrio prostrato antiquata et archontum nomen resumptum est. V. Prooem. p. XIII annot. t. Quo facto par est Athenienses etiam illorum viginti annorum magi-

XXII.

DE GRAECIAE MAGNITUDINE ET FREQUENTIA.

Qui de incolarum rationibus disputaverunt in causis non crescentis hominum multitudinis bella posuerunt. Omnino in his causis numerantur „omnia morborum late grassantium genera, pestilen„tiae, bella, fames“ [a]). Sed haec sententia non est consentanea rebus quas non minus exploratas esse concedunt. „Per continua bella factum est ut fere quot possent liberi procrearentur [b]).“ Ita Romae incolarum numeri creverunt primis reipublicae aetatibus, quum continuo bella gererentur. Pariter nostris temporibus eae Europae terrae quae maxime bellorum quibus regnum in Gallia sublatum originem dedit participes fuerunt hominum numero aucti sunt. Et Britannia quidem quantopere incolarum multitudine creverit satis notum est. Nec incrementis caruit Germania. Sed maxime hominibus aucta est ipsa Gallia, tametsi huius terrae plurimi perierunt maximusque numerus in militiam insumptus est; quumque anno 1792 nonnisi 26,363,074 homines habuisset, anno 1813 iam 28,786,911 numerati sunt. Ubi liberi populi continuo bella gerunt, quum maior hominum numerus requiratur, permulti gignuntur qui alioqui nati non essent. Itaque quo iure dicere licet increscenti hominum multitudini obstare quod potius efficere videas ut multi homines pariantur qui alioqui non nascerentur. Profecto fuerunt bella quibus terrae alicuius incolae absumerentur, quum labantis reipublicae mollis et effeminatus populus, cuius multitudo iam non augeretur, a bellicoso populo opprimeretur. Sed hic etiam aliae causae accedere solent. Iam exstiterant vitiorum effectus bellique stragibus viam muniverant, ut non sola bella, sed cum bellis aliae causae crescenti hominum multitudini officerent. Porro demonstrare licet alias calamitates, quae

---

stratibus vetus et legitimum nomen reddidisse nec postmodum hos *ἱερεῖς σωτήρων* dici passos esse, fastis suis oppressae reipublicae memoriam propagari non permissuros. Hinc Diodorus et Dionysius semper hos magistratus archontum nomine designant; hinc archontis nomen comparet in inscriptione quae Menandri mortem tradit, (v. tabb. 291, 4) ac si Diocles unus ex illis magistratibus fuerit, par est archontem dictum esse in psephismate Pytharati anno facto.

De narratiuncula ad *Democharem* et *Philippum* pertinente apud Senecam de ira III, 23 Ruhnkenius Hist. crit. or. Gr. p. 181 s. Reisk. haec disputat: *Non dubitari potest hunc ipsum Democharem intelligendum esse, qui ex linguae libertate non modo cognomen Parrhesiastae, sed etiam exilium invenit. Verum quod Democharis ad Philippum legatus esse profectus dicitur, id temporis rationes satis refellunt. Nimirum Senecae accidit ut per memoriae lapsum Philippum diceret pro Antipatro. Omnem dubitationem tollit decretum Atheniensium in quo — diserta legationis ad Antipatrum fit mentio.* Sed haec ad Antipatrum legatio non caret difficultatibus. Ac primum quum hoc psephisma expositurum esset quibus nominibus Democharis de exsilio reversus de republica bene meritus esset, hic memorari non poterat legatio ad Antipatrum aliquammultis ante annis mortuum. Deinde legatio ad Antipatrum, qui hic una cum Lysimacho et Ptolemaeo commemoratur, in paucorum dominatus tempora incidisse; at his temporibus Democharis in ipso psephismate omnia munera detrectasse traditur. Denique ex Seneca a Ruhnkenio emendato et Polyb. XII, 13 apparet, si quid negotii inter Democharem et Antipatrum intercessisset, futurum fuisse ut hoc suspicionis et inimicitiae significatione proderetur: id quod cum donatione viginti talentorum non convenit. Itaque hanc legationem suspicor missam fuisse non ad *Antipatrum*, sed ad *Antigonum*, cuius gratia Democharis florebat Laert. VII, 14: *Δημοχάρους τοῦ Λάχητος ἀσπαζομένου (τὸν Ζήνωνα) καὶ φάσκοντος λέγειν καὶ γράφειν ὧν ἂν χρείαν ἔχῃ πρὸς Ἀντίγονον, ὡς ἐκείνου πάντα παρέξοντος, ἀκούσας οὐκέτι συνδιέτριψε.* Quocirca in psephismate pro *Ἀντίπατρον* fortasse *Ἀντίγονον* restituendum est: — *καὶ πρὸς Ἀντίγονον πρεσβεύσαντι καὶ λαβόντι κ. τ. λ.* Quod Diogenes tradit in dubium vocat Ruhnkenius p. 182: *In tota Democharis vita nihil magis eminet quam democratiae studium tyrannidisque odium. Itaque a vero abhorrere videtur quod Diog. Laert. tradit, Democharem gratiam qua apud Antigonum Gonatam floreret Zenoni philosopho venditasse.* Ego vero quid in hac narratione incredibile sit non video. Qui Lysimachi amicitiam civium suorum commodo sectatus et consequutus est, Antigoni gratiam venditasse non improbabile est.

a) Malthus: Essay on population v. I p. 22.

b) Malthus vol. I p. 343.

quominus terrae incolis augeantur prohibere dicuntur, revera denique effecisse ut homines frequentius gignerentur. Et morborum quidem late grassantium effectus docent tabulae quas Malthus [c]) ex Süssmilchio de Borussiae et Lithuaniae incolis proposuit. Annis 1709 et 1710 pestilentia tertia populi pars, i. e. homines 247,733, absumpta est. Sed quum superioribus annis pro centenis hominibus qui morerentur 163 nascerentur, anno pestilentiam insequuto pro 100 qui mortui essent 320 nati erant. Atque quum omnino anno pestilentia superiore 26,896 homines nati essent, anno eam insequuto, quamvis deminutus esset adultorum hominum numerus, 32,522 nati sunt: quorum haud dubie multa millia nata non essent, si pestilentiae strages abfuisset. Concedit Malthus „post„quam bella, pestilentia, fames grassata sint, quae ad victum pertineant mox ita augeri ut demi„nuta hominum multitudo iis abuti non possit; ita non fieri non posse ut incolarum numerus, qui „ante fere idem mansisset, crescere incipiat et pergat augeri, donec quae ante fuisset multitudo „restituta esset.“ Confitetur „eius quae a. 1666 Londini grassata est pestilentiae stragem 15 aut „20 annis post iam non potuisse animadverti;“ non putat „Turciae et Aegypti incolarum numeros „pestilentiis potissimum minui; ubi quod nunc aliquanto minor quam olim sit hominum multitudo, 382„id potius tyrannidis malis quam damnis ex pestilentiis acceptis tribuendum esse“ [d]). Affirmat „etiamsi variolae homines longe plures quam pestilentiae absumpserint, tamen eas augendae homi„num multitudini non offecisse“ [e]). Haec omnia negari non possunt. Sed adversantur iis rationibus quas Malthus ipse pro fundamento disputationis suae posuit. Ceterum iis quae Malthum concedere vidimus eorum opiniones refutantur qui bella, pestilentias, famem a Deo mitti putant quibus quam naturae legem constituit, ut hominum numerus cresceret, ei ipse officeret [f]).

Si omnino quot homines in Turcia certo annorum spatio nati sint computaveris, per vastitatem pestilentiis effectam longe plures natos esse videas quam nati fuissent, si qui quotannis nascerentur solum eorum qui ex consueto naturae modo mortui essent damnum sarsissent. Nam quo plures homines moriuntur, eo plures deinceps gignuntur. Atque omnino omnes pestilentiae quarum memoria conservata est haud dubie effecerunt ut innumeri homines nascerentur qui nunquam nati essent nisi hominum multitudo eiusmodi malis deminuta rursus augenda fuisset. Si recte dictum est „quidquid augendo hominum numero officiat, quasi pondus esse quo quod perpetuo sursum fe„ratur deprimatur“ [g]), certe non deprimunt quae damna bellis et pestilentia illata sunt. Imo haec pondus illud potius tollunt: id quod optime hoc exemplo illustrabitur. In Abyssinia enim et finitimis terris septimum decimum aut octavum decimum quemque quotannis mori computant, quum in Europae terris quartus et tricesimus aut sextus et tricesimus aut quadragesimus quisque moriatur [h]). Sed quum incolarum numerus in his terris certe idem maneat, (nam semper quaesitum est cur non crescat) perspicuum est quo plures homines mortui sint, eo plures esse natos. In Britannia repertum est ex 35 incolis quotannis singulos nasci; in Norvegia singulos ex 34 [i]); in Valdensi comitatu singulos ex 36 [k]). At in Abyssinia et finitimis terris circiter ex 17 aut 18 hominibus singuli nascuntur, ut in his regionibus duplex hominum numerus procreetur quam in iis quae divitiis et cultu florent. Comparationis causa statuamus quotannis tot homines nasci posse quot sunt feminae inter 20um et 40um annum aetatem agentes. Hae sunt in Britannia circiter 289 ex 2000, ut si totam incolarum multitudinem spectes ex septenis singuli nasci possint. Sed minorem numerum ponamus

---

c) V. II p. 170.

d) V. II p. 197 s.

e) V. III p. 136.

f) Perspicuum est ita sentire Malthum, qui v. III p. 136: „haud dubie,“ inquit, „ultimis mille annis variolis usa „est natura quibus hominum multitudo ita minueretur ut „non plures essent quam qui ali possent: qua via inter„cepta aut aliae patentiores fiunt aut novae aperiuntur.“

g) V. Malthi annot. v. I p. 33 et quae disputat v. III p. 400.

h) V. Malth. v. I p. 222 s. v. III p. 44.

i) Malth. v. I p. 457.

k) Malth. v. I p. 470.

statuamusque quotannis, si universum incolarum numerum respicias, e denis singulos nasci posse. Quod quum fieri possit, quaeritur quomodo factum sit ut in barbaris terris ex septenis denis aut duodevicenis singuli, in Europae terris cultu florentibus nonnisi ex tricenis quinis singuli nascantur. In Turcia et Abyssinia et Africae nationibus, ut eadem hominum multitudo maneat, paene quot possunt homines gignuntur, quum in Anglia, si feminas inter 20um et 40um annum aetatem agentes computaveris, non quintam earum partem quotannis parere videas. Itaque bella, pestilentiae similesque calamitates non efficiunt ut hominum multitudo deminuatur, sed ut plures nascantur. Quod 383
apud barbaros exigua est multitudo, non a bellis et pestilentiis repetendum est, sed inde quod cultu et agricultura et mercatura aut omnino carent aut exigua utuntur. Sed quae modo disputavimus ne quis secus ac volo intelligat, non nego bella et pestilentiam mala esse; nego tantum haec mala esse eiusmodi quibus hominum numerus deminuatur.

Quod Malthus impedimentorum quibus crescenti hominum multitudini officiatur tria genera posuit, *officiorum*, *vitiorum*, *miseriarum*, ea in duo genera colligi possunt. Unum est causarum quae ex ipsa hominum vita victuque exoriuntur; alterum earum quibus natura sua subiecti sunt. Et prius quidem genus, quod *moralium* causarum dicere licet, *officiorum* et *vitiorum* impedimenta complectitur; alterum, quod *naturalium* causarum appellaveris, ea subiecta habet quae Malthus miseriarum nomime significavit. Prius eo vim suam exhibet quod procreandis hominibus officit; posterius eo quod eos qui nati sunt e medio tollit. Sed quum quae causae ad hoc genus referendae sunt, semper ita sint comparatae ut simul augendi hominum numeri semina contineant, si omnino quid efficiant respexeris, impedimenta vere dici nequeunt. Haec igitur tantum moralibus causis continentur, non naturalibus. Sunt aut tres modi quibus homines qui aliqua societatis forma continentur ne numero augeantur impeditos videas: primum ubi hominum multitudo, quum exigua sit, fere eadem manet; deinde ubi incolarum copia decrescit, quod fieri solet in civitatibus corruptis, effeminatis, oppressis; denique ubi magna hominum frequentia numerus idem manet aut parum augetur, quod usu venit in nationibus beatis et cultu artibusque florentibus. Sed in his modis omnibus hominum procreandorum impedimenta e moralibus causis repetere licet, in eo quem postremum posuimus e prudentia quadam; in reliquis duobus ex tyrannide et prava reipublicae rectione, e malis moribus aut inertia, pigritia, imperitia.

Bellorum effectus in augenda hominum multitudine partim naturales, partim morales sunt. Quatenus homines bellis absumuntur, haec cum fame et pestilentia naturalibus causis annumerabis; moralibus quatenus populorum mores singulari ratione conformat. Iam qui bella augendis hominum numeris officere arbitrantur, certe hoc nomine ea liberorum procreationi perniciosa esse dixerint quod mores introducant qui ne terrae alicuius incolae numero magnopere augeantur obstent. Hoc tantum abest ut verum sit ut mores gignant quibus hominum multitudo crescat. Nam animos fortes et strenuos reddunt; atque ut Malthi verbis utar, *populus bellis adsuescit*, simulque vigilans fit et industrius. Omnia terrae subsidia maximo studio eliciuntur. Itaque haec conditio populi multum confert ad augendam hominum multitudinem. Quare per bella Britanniam et Galliam incolis auctas esse videmus, ut Gallia plerisque continentis terris hoc nomine praestet, Britannia tanta hominum frequentia abundet quantam nunc quidem in nulla alia terra esse novimus [1]). Itaque bella in cultioribus civitatibus nullo nomine dicere licet necessario hominum incrementis obstare. Illa enim liberorum procreationem frequentiorem faciunt, moresque introducunt quibus industria hominum excitetur. Sed ubi revera magna hominum frequentia est, ea minuitur contrarii generis moribus,

---

1) Chinae quam statuerunt frequentia multis disputationibus originem dedit, atque complura commenti sunt quibus explicarent rem ex parte fictitiam. Iam constat, etiamsi summa quaeque ponas, non plus 140 capita in China singulis mill. quadratis tribuenda esse: quae eadem Galliae ratio est.

384mollitia et luxuria, qua labantis populi conditio notatur. Nam si qua natio paullatim mollior fit effeminataque, in eum statum redacta est quem *παραχμὴν* m) dixeris, luxuria et inertia sensim per omnes ordines pervadunt; corrupti mores augendae frequentiae impedimentis quasi viam muniunt atque hominum copia una cum virtute et fortitudine deminuitur. Itaque populi alicuius multitudo potius e moribus quam e belli pacisve statu pendet. Ac si qui populus solertia et industria excellit, simul iusto libertatis modo fruens, etiam bellorum damnis illatis numero crescet, adeoque bella, quae vires populi excitent, ad largam hominum copiam conservandam aliquantum conferent: quum molles et corruptae nationes, quae libertatem iam non capiunt, etiamsi pace fruantur, hominum numero deminuantur, ipsumque otium eo quod vires infringit et luxuriam et vitia gignit, remotior causa sit ut minor fiat hominum frequentia.

Quae adhuc disputavimus egregie confirmantur ea qua Graecia antiqua excelluit frequentia, quamdiu libera erat. Quae frequentia quanta fuerit aestimare licet si quis ea quae de hominum numeris tradita habemus cum terrarum quibus continebantur magnitudine comparaverit. „Ob insi„gnem Graeciae parvitatem, recentior scriptor inquit n), suspicari possit quispiam deceptum genus „humanum exiguas quasdam res, easque vix dignas quarum memoria cum regnorum historiis con„servetur, admiratum esse. Sed alii eo magis admirabuntur gentem quae ingenio et virtutibus ita „excelluerit ut etiam quae tam exiguo locorum spatio gessit gravissima esse videantur.“ Haec verissime dicta sunt. Ex Danvillio addit ipsam Graeciam vix maiorem esse quam regnum Neapolitanum, et Siciliam non minorem esse quam Peloponnesum o). Sed optime rem aestimabimus, si ipsi Graeciae antiquae magnitudinem computaverimus. Cuius quam hic subiecimus computationem, quadratis mill. Anglicis descriptam, ea ex Arrowsmithii tabula geographica p) Graeciae et fini-
385timarum terrarum facta est. Ex hac tabula Thessalia circiter 5674 Anglica mill. continet, mediae

---

m) Polyb. VI, 51: *παντὸς καὶ σώματος καὶ πολιτείας καὶ πράξεώς ἐστί τις αὔξησις κατὰ φύσιν, μετὰ δὲ ταύτην ἀκμή, κἄπειτα φθίσις.*

n) Hobhouse: Travels in Greece p. 483.

o) D' Anville Géographie ancienne t. I p. 229: *Qui ex historia didicerit quanta singularum civitatum, quas Graecia satis multas continebat, potentia fuerit, qui de hac potentia e bellis iudicaverit quae illae civitates aut inter se aut adversus alios populos eosque potentissimos gesserunt, is magnam fuisse terram colligeret, si locorum cognitione careret. Qua qui non est destitutus, Graeciam ipsam cum Peloponneso non multo maiorem esse noverit quam regnum Neapolitanum Sicilia excepta. Vix credideris solam hanc insulam parem esse Peloponneso a relicua Graecia separatae, tametsi sex terras singulares complectitur.*

p) Iam memorata est p. 281 annot. b. In Anglicis quadratis mill. ex geographicis faciendis gradui latitudinis 364,818 pedes tribui: qua fere ratione etiam Gallorum mathematici utuntur, medium gradum 364,814 pedum Anglicorum ponentes. Sed Rickmannus (Population Abstracts for 1821 p. XXXIII) haec tradit: „Quattuor An„glica mill. quadrata aequalia sunt tribus geographicis.“ [Geographica mill. hic dicit quae vulgo maritima appellantur, quorum 60 gradui tribuuntur. *Kr.*] „Hanc ratio„nem accuratam sumere licet. Nam si gradum latitudinis „inter 51° et 52° 60,864 ulnarum sive orgyiarum ponas, „auctore Mudgio, Anglicarum mill. quadratorum area „ad geographicarum eandem rationem comparationemque „habent quam 300 ad 398,6.“ Qua ratione Mudgius computat, in 51° 52° lat. $60{,}864 \times 6 = 365{,}184$ ponens, hac 370 pedes amplius sumuntur quam ea qua Gallorum mathematici utuntur. Sed in $37° - 40°$ lat. (quae Graeciae latitudo est) probabilior videtur ea quam ego optavi computatio. Quamquam in tam exigua terra quam Graecia discrimen non magnum est. *Peloponnesus* et *Thessalia* cum mediis terris, *Acarnania*, *Aetolia*, *Phocide*, *Boeotia*, *Attica* et *Megaride* (*Euboea* excepta) ex Arrowsmithii tabula 14,887 mill. quadrata geographica continet; e Rickmanni rationibus, qui quattuor Anglica mill. quadrata tribus geographicis respondere statuit, haec sunt 19,849 Anglica mill. quadrata; e mea computatione 19,741, ut discrimen sit tantum 108 mill. quadratorum.

In computanda Graeciae antiquae magnitudine soli inaequalitatem neglexi. Ea aliquantum augetur milliariorum numerus, quamquam etiam in montanis regionibus non multo maior fit. De hac re Britannia meridiana respecta Beekius (Observations on the Income Tax p. 17) tradit „terrae magnitudinem in orientalibus Angliae partibus soli „inaequalitate paulo plus quam 1000ma parte augeri; in „montanis terris vix plus quam 400ma parte; aliquanto „plus in Wallisia et Westmerla aliisque terris quae mul„tis magnisque montibus distinctae sunt, quamquam „omnino summum non plus 120,000 aut 150,000 iu„eris.“

terrae cum Euboea 7698, Peloponnesus 7779: quae, quamquam fieri non potest ut omnia accurate statui possint, quum fines harum terrarum usquequaque satis definire non liceat, hoc modo distribueris.

	Quadrata mill.	Quadrata mill.
Thessalia cum *Magnesia* et *Thermopylarum* regionibus		5674
Acarnania	1571	
Aetolia	1165	
Phocis cum *Doride* et *Locride*	1570	
Boeotia	1119 q)	
Attica	720	
Megaris	143	
		6288
Euboea		1410
PELOPONNESUS r).		
Achaia cum *Sicyonio* et *Phliasio* agris	783	
Elis cum *Triphylia*	930	
Arcadia	1701	
Argolis cum Corinthio, Epidaurio, Troezenio, Hermionio agris et Cinuria	1307	
Laconica 1896	3058	
Messenia 1162		
		7779
INSULAE.		
Corcyra	211	
Leucadia	116	
Cephallenia	383	
Ithaca	22	
Zacynthus	153	
Cythera	126	
Aegina	41	
Salamis	28	
		1080

q) Comprehenditur *Copais* lacus, cuius area quum 41 quadratorum mill. esse videatur, *Boeotia* ipsa 1078 continebit. [Müllerus Orchom. p. 31 Boeotiae circiter 58 mill. quadr. tribuit; Atticae circiter 40 Boeckh. Staatshaushalt. d. Ath. I p. 33. Megaridi minus 8 Crus. Hell. II p. 311; Laconicae 100 Manso Spart. I, 2 p. 7. *Kr.*]

r) In describendis Peloponnesi terris *Arcadiae* fines in septentrionalibus et orientalibus occidentalibusque partibus usquequaque satis constitui nequeunt; ac fieri potest ut in his regionibus finitimae terrae maiores, Arcadia minor fuerit quam posuimus. Accuratius constituere licet *Messeniae Laconicaeque* a septentrione fines; sed in hoc spatio quae utriusque terrae fuerint satis definire non possumus. *Messeniam*, quae fecundissima Peloponnesi pars fuit, (*μοῖρα τῶν ἐν Πελοποννήσῳ ἡ ἀρίστη.* Pausan. IV, 15, 3. Cf. Strab. VIII p. 366.) Plutarchus Agesil. c. 34 dicit *χώραν οὔτε πλήθει τῆς Λακωνικῆς ἐλάσσονα, ἀλλὰ καὶ πρωτεύουσαν ἀρετῇ τῆς Ἑλληνικῆς.* Sed post 369 Laconicae septrionalis partibus nonnullis potiti sunt Arcades; atque Messenii restituti orientem versus videntur fines suos protulisse. Atque Plutarchum probabile est eum qui post 369 obtinuit statum respexisse. Et Arcadiam et Laconicam Achaia longe maiorem fuisse testatur Polybius II, 38: *τό τε γὰρ τῶν Ἀρκάδων ἔθνος, ὁμοίως δὲ καὶ τὸ τῶν Λακώνων πλήθει μὲν ἀνδρῶν καὶ χώρας οὐδὲ παρὰ μικρὸν ὑπερέχει.* Idque cum iis quas posuimus rationibus congruit.

386 Has terras insulasque coniunctas perquam probabile est a Persicis bellis ad Alexandri mortem amplius 3,500,000 incolas habuisse, ut Britanniae a. 1821 pro magnitudinis ratione non multo plures fuerint [s]). Hos numeros par est non aequali ratione distributos fuisse. Ita in meridiana Britannia quamquam omnino fere 210 capita singulis mill. quadratis tribuuntur, tamen aliarum regionum alia ratio est. Quumque singula mill. quadrata in Cantio 282, in Lancastrensi comitatu 599 capita habeant, in Lincolniensi tantum 105 et in Westmerla nonnisi 69 continent. Pariter in Graecia frequentius habitabatur *Attica* quam *Boeotia*, *Thessalia* quam *Peloponnesus*, *Elis* quam *Arcadia*. Praeterea in singulis regionibus prospera aut adversa fortuna incolarum numeros auctos et minutos esse par est, ita tamen ut omnino fere eadem multitudo manserit.

Cives apud Graecos dici statuemus mares omnes qui amplius viginti annos haberent, quamquam in quibusdam civitatibus fortasse in plerisque, non licuit civibus ante quam triginta annorum essent [t]) suffragia ferre et ad rempublicam accedere. Foris Athenienses militabant a vicesimo ad sexagesimum annum. Apud Lacedaemonios constat cives per 40 annos stipendia fecisse [u]). In minoribus

---

s) In Britannia incolarum ratio a. 1821 haec fuit.

	Incolae	Area quadr. mill.	singulis quadr. mill.
Angliae	11,486,700	50,535	$227\frac{1}{5}$
Walisiae	731,800	7425	$98\frac{4}{5}$ circiter
	12,218,500	57,960	$210\frac{4}{5}$
Scotiae	2,135,300	28,980	74 circiter
	14,353,800	86,940	$165\frac{1}{10}$

Scotiae tantum dimidia meridianae Britanniae magnitudo tribuitur (v. Populations Abstracts p. XXXIII) Angliae et Walisiae magnitudinem tabulam geographicam emensus constituit Rickmannus. Ex Graeciae area, si singulis quadratis mill. 165 capita tribuas, omnino incolarum numerus fuit 3,668,115.

t) Apud Achaeos constituta fuit 30 annorum aetas. Polyb. XXIX, 9: *συγκλήτου συναχθείσης — ἐν ᾗ συνέβαινε μὴ μόνον συμπορεύεσθαι τὴν βουλήν, ἀλλὰ πάντας τοὺς ἀπὸ τριάκοντα ἐτῶν.* Item Lacedaemone. Plutarch. Lycurg. c. 25: *οἱ μέν γε νεώτεροι τριάκοντα ἐτῶν τὸ παράπαν οὐ κατέβαινον εἰς ἀγοράν.* Atque ita fere apud plerosque populos. Vales. ad Polyb. XXIV, 9. Dionys. Halic. Ant. IV [p. 647] eam fere omnium gentium legem fuisse ait: *τριακοστὸν ἔτος — ἀπὸ ταύτης γὰρ οἱ νόμοι καλοῦσι τῆς ἡλικίας ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τοὺς ἄρχειν τε καὶ πράττειν βουλομένους τὰ κοινά.* Dionysium confirmat Thucydides V, 43 de Alcibiade loquens: *ἡλικίᾳ μὲν ὢν ἔτι τότε νέος, οἷς ἐν ἄλλῃ πόλει.* Significat enim quae consuetudo Athenis obtinuerit, eam singularem fuisse atque in alia civitate futurum fuisse ut Alcibiades iunior videretur quam qui ad rempublicam accederet. Sed hoc tempore minimum 27 annorum fuit. V. tabb. 423. 420.

u) Foris militabant usque ad 40um *ἀφ' ἥβης* annum. Xenoph. Hell. V, 4, 13: *Ἀγησίλαος* [a. 378] *λέγων ὅτι ὑπὲρ τετταράκοντα ἔτη ἀφ' ἥβης εἴη καί, ὥσπερ τοῖς ἄλλοις τοῖς τηλικούτοις, οὐκέτι ἀνάγκη εἴη τῆς ἑαυτῶν ἔξω στρατεύεσθαι.* (Xen. Hell. VI, 4, 17: *φρουρὰν ἔφαινον — μέχρι τῶν τετταράκοντα ἀφ' ἥβης.*) Dodwellus Ann. Xen. p. 269 quum Agesilaum tunc 63 annorum fuisse tradiderit, his 40 *ἀφ' ἥβης* annos 57um aetatis annum dici statuit: *sexennio aetatem illam egressus esset quam leges excusabant.* De Agesilai aetate a Dodwello dissentit Mitfordus v. VI p. 155, statuens „quo tempore rex factus „sit 35 annis minorem et inter 52um et 55um annum fuisse „quum aetatis excusatione uteretur.“ Sed Mitfordus non meminit quo argumento Dodwellus Agesilai aetatem constituit, id ipsius Xenophontis fide niti, qui eum circiter octoginta annorum — *ἀμφὶ τὰ ὀγδοήκοντα ἔτη* — fuisse tradit quo tempore in Aegyptum profectus est, a. 361, (v. supra p. 213) ut 63um annum egerit 378. Sed non sufficit quod Dodwellus de formula *ἀφ' ἥβης* statuit. Plutarch. Lycurg. c. 17: *εἴρενας καλοῦσι τοὺς ἔτος ἤδη δεύτερον ἐκ παίδων γεγονότας, μελλείρενας δὲ τῶν παίδων τοὺς πρεσβυτάτους. οὗτος οὖν ὁ εἴρην εἴκοσιν ἔτη γεγονὼς ἄρχει τῶν ὑποτεταγμένων ἐν ταῖς μάχαις.* Itaque Spartani *παῖδες* dicebantur ad 18um, *εἴρενες* ad 20um annum, ut formula *ἀφ' ἥβης* utentes ab 18o anno computasse videantur. Cui formulae alia Athenis, alia Lacedaemone vis subiecta fuit, quum hae civitates diversis institutis uterentur. Tricesimo anno militarem aetatem incepisse opinatur Cragius p. 2653: *Aetatis militaris videtur fuisse is annus qui et virilis aetatis, quo ex ephebis egrediebantur, videlicet annus trigesimus.* Sed haec sententia nulla auctoritate nititur. *Ex ephebis egrediebantur* 20o anno: quo si stipendia facere coeperunt, nonnisi per 38 annos militassent, si 58o anno militaris aetas finita fuisset. Et tamen militarem aetatem statim *ἀφ' ἥβης*, non demum interpositis duobus annis incepisse significat Xenophon de militaribus eorum institutis loquens Rep. Lac. c. 11: *ἐφῆκε δὲ* (*Λυκοῦργος*) *καὶ κομᾶν τοῖς ὑπὲρ τὴν ἡβητικὴν ἡλικίαν, νομίζων οὕτω καὶ μείζους ἂν — καὶ γοργοτέρους φαίνεσθαι.* Item Plutarch. Lycurg. c. 22: *κομῶντες εὐθὺς ἐκ τῆς τῶν ἐφήβων ἡλικίας.* Aut igitur militaris aetas aut *ἡ ἡβητικὴ ἡλικία* ab anno 18o incepit et verbis *ἀφ' ἥβης*, *οἱ ὑπὲρ τὴν ἡβητικὴν ἡλικίαν*, *οἱ ἐκ τῆς ἐφήβων ἡλικίας* significantur qui hac aetate exacta viginti annorum essent. Ex

civitatibus militarem aetatem maturius incepisse vel longius productam esse probabile est; atque387
foris militasse videntur ab anno 18° ad 60um v).

Diversis aetatibus inter se comparatis a. 1821 in Britannia haec hominum ratio fuit:

Mares 20um annum egressi fuerunt	4879	ex 20,160 capitibus.
— 30um annum egressi . .	$3432\frac{2}{3}$	
— a 20° ad 30mum annum .	$1464\frac{1}{3}$	
— a 20° ad 60um annum .	4140	
— a 18° ad 60um circiter .	4644 w)	

Ex hac ratione comparationeque militaris et civilis aetatis cum toto capitum numero aestimare licet quanta fuerit Graeciae antiquae hominum multitudo. Iam examinabimus nonnulla eorum testimoniorum quae colligi possunt. Quum de omnibus terris civitatibusque, quae Graecae genti annumerabantur, exponere longum esset, hac disputatione tantum *Atticam* et *Boeotiam* atque *Peloponnesi* civitates complectemur.

ATTICAE a. 317 a. C. n. x) omnino videntur 527,660 capita fuisse y). Quorum cives sive388
ii quibus suffragii ferendi ius esset fuerunt 21,000. Circiter 127 annis ante 19,000 fuerant, ATTICA.

---

hac ratione usque ad 60um aetatis annum stipendia faciebant: qua aetate *γέροντες* qui essent eligebantur. Plutarch. Lycurg. c. 26: *ἔταξε καθιστάναι τὸν ἄριστον ἀρετῇ κριθέντα τῶν ὑπὲρ ἑξήκοντα ἔτη γεγονότων.* Videntur cives *γέροντες* creari potuisse ex quo militarem aetatem egressi essent eaque finita esse aetatis anno 60°. Itaque Lacedaemonii foris militabant aut ab 18° anno ad 58um aut a 20° ad 60um.

v) Xenoph. Hell. VI, 1, 4: *τὰ ἐκ τῶν πόλεων στρατεύματα τοὺς μὲν παρεληλυθότας ἤδη ταῖς ἡλικίαις ἔχει, τοὺς δ' οὔπω ἀκμάζοντας.* Agesilaus Eutaeae, parvo Arcadiae oppido, nactus est *τοὺς μὲν πρεσβυτέρους καὶ τὰς γυναῖκας καὶ τοὺς παῖδας οἰκοῦντας ἐν ταῖς οἰκίαις, τοὺς δ' ἐν τῇ στρατευσίμῳ ἡλικίᾳ οἰχομένους.* Xenoph. Hell. VI, 5, 12. *Τοὺς ἐν τῇ στρατευσίμῳ ἡλικίᾳ* suspiceris esse omnes qui inter 18um et 60um annum degerent. Sed domi fortasse maturius evocabantur. Ita Delphos 16 annorum militasse cognovimus. V. supra p. 351 annot. t.

w) Qui quindecim annis minores essent utriusque sexus, eorum, si cum universo capitum numero comparentur, 1821 haec ratio fuit ut 7777 ex 20,000 essent. Mares a 15° anno ad 20um fuerunt 1010 ex 20,160 capitibus. Itaque mares a 18° anno ad 20um fere dimidium hunc numerum explesse statuere licet, ut 504 ex 20,160 fuerint. Qua ratione mares inter 18um et 60um annum degentes ex 20,160 habebimus 4140 + 504 = 4644.

x) A Scaligero deceptus Petitus Legg. Att. p. 256 Demetrii census Ol. 110, 1, a. C. n. 340 tribuit. Quod tempus Palmerius ad Petiti l. l. falsum esse docuit statuitque errorem inde ortum esse quod Theophrastus 340 archon cum Theophrasto 313 archonte confunderetur. *Errandi causa*, inquit, *haec fuisse videtur. Ol.* 110, [1] *Theophrastus erat archon. At Theophrastus fuit archon Ol.* 116, 4, *quo archonte Theophrasto illo secundo florebat Demetrius Phalereus. Ctesicles cum censum actum legisset archonte Theophrasto, sine debito examine eum retulit ad annum Ol.* 110, 1. Sed Ctesicles Theophrastum archontem non memorat atque error quo census hoc anno factus esse statuitur non Ctesicli, sed Scaligero imputandus est, qui eum hoc loco posuit quod a Ctesicle Ol. 110, 1 tributum arbitraretur. V. tabb. 317. Scaliger ipse alio loco (Animadvv. ad Euseb. p. 129) mancos numeros quibus in *Ὀλυμπ. ἀναγρ.* deceptus erat correxit. *Proculdubio*, inquit, *error est apud Athenaeum* 110 *Ol. pro* 118, *cuius ineuntis annus fuit ultimus administrationis Demetrii Phalerei.* Palmerius igitur censum a. 313 tribuit quod Theophrastum archontem Ctesicli obversatum fuisse arbitraretur; Ctesicles a. 308 vel 307, quod hic ultimus administrationis Demetrii Phalerei esset; Ste Croix Mem. de l' Acad. t. XLVIII p. 167 hunc censum Ol. 117, 4 [a. C. n. 309] adscripsit nonnisi hanc ob causam quod Demetrius hoc anno archon *eponymus* fuerit. Harum rationum nulli quidquam momenti est; longeque probabilior est Wesselingii sententia hunc census factum esse Demetrii administrationis initio. *Rei series*, inquit ad Diod. XVIII, 74, *vix patitur ut ultra finem Olymp.* 115 *recensus ille populi proferatur. Accessit ad remp. Atticam Demetrius Ol.* 115, 3. [potius Ol. 115, 4.] *opus statim fuit tali censu, ut Cassandri constitutio valeret. Hanc sententiam sequutus censum Demogenis anno adscripsi.*

y) V. tabb. Ste Croix ut quod liberi homines fuissent efficeret, multiplicat per $4\frac{1}{2}$. Mem. de l' Acad. t. XLVIII p. 165. *Cives*, inquit, 21,000 *si fuerint*, *omnino capita* 94,500 *nanciscamur; inquilini si* 10,000, *omnino* 45,000. Hanc ego rationem in priore tabularum editione a. 317 sequutus eram, ut omnino Atticae 539,500 capita essent. Sed quum censu in Brittania 1821 facto ex 21,160 capitibus 4897 mares adulti fuerint (v. tabb. 422,2) rationi coniectura nitenti praeferendam duxi eam quam census vere factus suppeditaret. Ad hanc igitur normam in tabb. 317 eos quos ante posueram numeros emendavi.

ATTICA. priusquam Pericles eorum numerum minuit [z]). Similes numeros memorat Plato [a]). 20,000 antiquissimis temporibus reperti esse traduntur [b]). Hunc numerum, 20,000, confirmant quae in tabulis 422 memoravimus; confirmant exercitus quos Athenienses diversis temporibus conscriptos habuisse traduntur, quos posthac memorabimus [c]). Inter Persica bella et Alexandri tempora Athenienses, etsi multi bellis absumebantur, tamen etiam colonias deduxerunt, veluti Amphipolin a. 465, quo 10,000 *αὐτῶν τε καὶ τῶν ξυμμάχων* [d]) miserunt; Thurium 443; iterum Amphipolin 437; Chersonesum circa idem tempus. Has colonias deduxit Pericles ut pauperioribus civibus consuleret et abundantis multitudinis partem emitteret [e]). Quae Thurium deducta est colonia multis eorum
389videtur profuisse quibus superiori anno civitas adempta erat [f]). Idem consilium post Periclis mortem sequebantur. Ita 427 Lesbum 2700 [g]), 415 Melum 500 [h]), 352 Samum 2000 [i]) coloni Athenienses deducti sunt. Hac ratione etsi hominum multitudo minuebatur, tamen simul effectum est ut eorum qui remansissent numerus posthac augeretur, quum ad liberos procreandos incitarentur. Ita factum est ut quum a. 444 tantum 19,000 cives fuissent, a. 317 multis terris amissis deminutisque viribus et magnitudine 21,000 essent [k]).

Censu a Demetrio facto *μέτοικοι* reperti sunt 10,000. *Μέτοικοι* hic non intelliguntur quiqui *μετοίκιον* pendebant. Nam ex Isaeo [l]) perspicitur etiam mulieres quasdam *μετοίκιον* solvisse; atque *μετοίκων* fuerunt multi qui *ἰσοτελεῖς* essent, de hac pecunia solvenda exempti [m]). Gravissimum hoc

---

z) V. tabb. 444.

a) Plato in Critia p. 112, d: *τὸ δυνατὸν πολεμεῖν — περὶ δύο μάλιστα ὄντες μυριάδες.*

b) Schol. Pindar. IX, 68: *Φιλόχορός φησι Κέκροπα — ἐπιγνῶναι — δισμυρίους αὐτοὺς ὄντας.* Fabulosae rei auctores probabile est ad Cecropis tempora rettulisse eum numerum quem suis aetatibus vulgo tradi viderent.

c) Qui 20,000 aut 21,000 numero omnino viros, mulieres, liberos unquam comprehendi potuisse censent, hi meminerint, si omnino 20,000 fuerint, cives sive mares amplius viginti annos natos non amplius 5000 futuros fuisse. Iam ut intelligant non posse ullo modo veram esse istam opinionem reputent in *ostracismo* minimum 6000 civium suffragiis opus fuisse; (Plutarch. Aristid. c. 7) etiam in aliis quibusdam rebus 6000 cives (*ἑξακισχίλιοι* Andoc. p. 12, 2) adesse debuisse; apud Thucydidem affirmari ceteris non praesentibus 5000 adesse; (v. tabb. 422) Antipatrum 322 reliquisse 9000 cives, qui *κύριοι τῆς πόλεως* essent (v. tabb.) ac proinde suffragia ferrent.

d) V. tabb.

e) Plutarch. Pericl. c. 9: *πολλοὶ πρῶτον ὑπὸ (Περικλέους) φασὶ τὸν δῆμον ἐπὶ κληρουχίας καὶ θεωρικὰ καὶ μισθῶν διανομὰς προαχθῆναι.* Ibid. c. 11: *Περικλῆς χιλίους μὲν ἔστειλεν εἰς Χερρόνησον κληρούχους, εἰς δὲ Νάξον πεντακοσίους, εἰς δ' Ἄνδρον ἡμίσεις τούτων, εἰς δὲ Θράκην χιλίους Βισάλταις συνοικήσοντας· ἄλλους δ' εἰς Ἰταλίαν οἰκιζομένης Συβάρεως, ἣν Θουρίους προσηγόρευσαν. καὶ ταῦτ' ἔπραττεν ἀποκουφίζων μὲν ἀργοῦ καὶ διὰ σχολὴν πολυπράγμονος ὄχλου τὴν πόλιν κ. τ. λ.* Ibid. c. 20: *Περικλῆς ἐψηφίσατο πλεῖν εἰς Σινώπην Ἀθηναίων ἐθελοντὰς ἑξακοσίους καὶ συγκατοικεῖν Σινωπεῦσιν.* Ibid. c. 23: *διαβὰς εἰς Εὔβοιαν — Ἑστιαιεῖς πάντας ἀναστήσας ἐκ τῆς χώρας Ἀθηναίους κατῴκισε.* Ibid. c. 34: *κληρουχίας ἀνέγραφεν· Αἰγινήτας γὰρ ἐξελάσας ἅπαντας διένειμε τὴν νῆσον Ἀθηναίων τοῖς λαχοῦσιν.* Coloniam Aeginam deductam memorat Thucydides II, 27: *ἀνέστησαν δὲ καὶ Αἰγινήτας τῷ αὐτῷ θέρει τούτῳ* [431] *ἐξ Αἰγίνης Ἀθηναῖοι αὐτούς τε καὶ παῖδας καὶ γυναῖκας — καὶ ἐξέπεμψαν ὕστερον οὐ πολλῷ ἐς αὐτὴν τοὺς οἰκήτορας.*

f) V. tabb. 444, 2.

g) Thucydides III, 50: *Μυτιληναίων τεῖχη καθεῖλον καὶ ναῦς παρέλαβον. ὕστερον δὲ φόρον μὲν οὐκ ἔταξαν Λεσβίοις, κλήρους δὲ ποιήσαντες τῆς γῆς, πλὴν τῆς Μηθυμναίων, τρισχιλίους, τριακοσίους μὲν τοῖς θεοῖς ἱεροὺς ἐξεῖλον, ἐπὶ δὲ τοὺς ἄλλους σφῶν αὐτῶν κληρούχους τοὺς λαχόντας ἀπέπεμψαν· οἷς ἀργύριον Λέσβιοι ταξάμενοι τοῦ κλήρου ἑκάστου τοῦ ἐνιαυτοῦ δύο μνᾶς φέρειν, αὐτοὶ εἰργάζοντο τὴν γῆν.* Lesbos quinque oppida continebat. Herod. I, 151: *πέντε μὲν πόλιες τὴν Λέσβον νέμονται.* Quae Thuc. III, 18. VIII, 23 nominat. Ex Arrowsmithii tabula geographica huius insulae area est 566 mill. quadratorum. Quodsi *Methymnae* agrum totius insulae quintam partem fuisse statuas, relinquuntur quadrata mill. circiter 453 = 289,920 iugera Anglica, quibus in 3000 sortes distributis 96 iugera quamque continuisse videas.

h) Thuc. V, 116.

i) V. tabb.

k) Eadem ratione pestilentiae qua Athenienses 430 conflictati sunt 15 annis post nulla cernebantur vestigia. Thuc. VI, 26: *ἄρτι ἀνειλήφει ἡ πόλις ἑαυτὴν ἀπὸ τῆς νόσου καὶ τοῦ συνεχοῦς πολέμου ἐς ἡλικίας πλῆθος ἐπιγεγενημένης.* Loquitur de anno 415.

l) Apud Harpocrat. v. *μετοίκιον.* Repetierunt Photius et Suidas.

m) Harpocrat. v. *ἰσοτέλεια. τιμή τις διδομένη τοῖς ἀξίοις φανεῖσι τῶν μετοίκων, καθ' ἣν καὶ ἡ τοῦ μετοικίου ἄφεσις*

μετοίκων genus omnino in censu annumeratum non esset, si tantum qui *μετοίκιον* penderent numerati fuissent. Itaque illo 10,000 *μετοίκους* statuendum est dici mares quotquot arma ferre possent, i. e. qui 20 annis maiores, 60 minores essent. In numeris a. [317 colligendis cives et *μετοίκους* eadem ratione computavi. Sed si rem accuratius exigas, *μετοίκους* plures quam posui fuisse atque 10,000 numero nonnisi eos qui militaris aetatis essent comprehendi videas. Neque hunc numerum 10,000 *μετοίκων* qui arma ferre possent iusto maiorem esse perspicies, si *μετοίκων* numerum qui a. 431 repertus est cum civium summa quae eodem anno fuisse traditur comparaveris. Thucydides n) enim Atheniensium copias has fuisse posuit: *ὁπλίτας δὲ τρισχιλίους καὶ μυρίους εἶναι ἄνευ τῶν ἐν τοῖς φρουρίοις καὶ τῶν παρ' ἔπαλξιν ἑξακισχιλίων καὶ μυρίων. τοσοῦτοι γὰρ ἐφύλασσον — ἀπό τε τῶν πρε-* 390 *σβυτάτων καὶ τῶν νεωτάτων, καὶ μετοίκων ὅσοι ὁπλῖται ἦσαν. — ἱππέας δ' ἀπέφαινε διακοσίους καὶ χιλίους ξὺν ἱπποτοξόταις, ἑξακοσίους δὲ καὶ χιλίους τοξότας, καὶ τριήρεις τὰς πλοίμους τριακοσίας.* ATTICA.

Ex his copiis fuerunt

ὁπλῖται	13,000
ἱππεῖς	1,200
	14,200
οἱ ἐν τοῖς φρουρίοις	16,000
	30,200

Hi 14,200 fuerunt cives 20 annis maiores, minores 60; *οἱ νεώτατοι* videntur fuisse ephebi ab 18° anno ad 20um, *οἱ πρεσβύτατοι* cives 60 annis maiores. In Britannia ex 20,160 capitibus quum mares a 20° anno ad 60um 4140 essent, viri 60 annis maiores fuerunt 757, adolescentuli a 18° anno ad 20um circiter 504 o). Horum numerorum comparatione adhibita reperiemus, si mares 20 annis maiores, 60 minores 14,200 fuerint, viros 60 annis maiores fuisse 2596, ephebos 1728. Quos numeros si illis 16,000 subtraxeris, relinquuntur 11,676 *μέτοικοι* qui *ὁπλῖται* fuerunt. Neque hos solos fuisse perspicue significat Thucydides. In *μετοίκοις* probabile est nunc multos eorum 5000 fuisse quibus 444 censu habito civitas adempta est — *ἀπηλάθησαν* p), — quo facto hac aetate *μετοίκων* numerus videtur auctus fuisse. Fortasse Pericles prudentia ductus *μετοίκοις* favit, quod incolarum genus civitati divitiis et industria proderat, neque a potentia eorum quidquam metuendum erat.

Porro ex hoc loco discimus post annum 444 civium multitudinem rursus auctam esse, quo anno ad 14,240 numerum redacti erant. Nam si 14,200 addideris viros 60 annis maiores, i. e. 2569 capita, civium sive eorum quibus suffragii ferendi ius esset numerus efficitur 16,796: quod satis

---

αὐτοῖς ἐγίγνετο. Pollux VIII, 156: *ἰσοτελής, — τοῦ μετοικίου ἀφειμένος.* Tria liberorum incolarum genera, *πολιτῶν, ἰσοτελῶν, ξένων*, enumerat Demosthenes Lept. p. 466. Ceterum de *μετοίκοις* confer Wolfii Prolegg. ad Leptin. p. XLVIII, qui haec testimonia omnia collegit. [Adde Boeckhium: Staatshaushalt. d. Ath. passim.]

Gravia erant in bellis *μετοίκων* officia. Ammonius v. *ἰσοτελής. πολλάκις συνεστράτευον τοῖς Ἀθηναίοις.* Thucyd. I, 143: *μὴ ὄντων μὲν ἡμῶν ἀντιπάλων ἐβάντων αὐτῶν τε καὶ τῶν μετοίκων, δεινὸν ἂν ἦν.* Demosthenes p. 50: *ἐμβαίνειν τοὺς μετοίκους ἔδοξε.* (Respexit Harpocratio v. *μετοίκιον.*) Xenoph. Vectigal. II, 3: *ἡ πόλις γ' ἂν ὠφεληθείη εἰ οἱ πολῖται μετ' ἀλλήλων στρατεύοιντο μᾶλλον ἢ εἰ συντάττοιντο αὐτοῖς, ὥσπερ νῦν, Λυδοὶ καὶ Φρύγες καὶ ἄλλοι παντοδαποὶ βάρβαροι· πολλοὶ γὰρ τοιοῦτοι τῶν μετοίκων.* Non militabant inter equites. Xenoph. Mag. Eq. IX, 6: *νομίζω δὲ καὶ μετοίκων φιλοτιμείσθαι ἄν τινας εἰς ἱππικὴν καθισταμένους· ὁρῶ γὰρ καὶ τῶν ἄλλων ὁπόσων ἂν καλῶν ὄντων μεταδιδῶσιν αὐτοῖς οἱ πολῖται φιλοτίμως ἐνίους ἐθέλοντας τὸ προσταχθὲν διαπράττεσθαι.*

n) II, 13.

o) V. supra p. 387.

p) In Plutarchi exemplaribus *ἐπράθησαν*, quod Rollinus aliique interpretantur: *pro servis venditi sunt.* Sed veram scripturam *ἀπηλάθησαν* confirmat non modo Dionysius in tabulis 444,2 laudatus, sed etiam Lysias apud Dionys. l. l., qui habet *ἀπελαυνόμενος* p. 528. *ἀπελῶμεν* p. 529. atque Vit. X or. p. 836, a: *ἀπελαθεὶς τῆς πολιτείας.* Cf. Suidas v. *ἀπεψηφίσατο. — ἐλέγοντο ἀπεψηφισμένοι, ἐπειδὴ ψήφου περὶ αὐτῶν ἐπαχθείσης οὐκέτι μετεῖχον τῆς πολιτείας.* Pro servis demum vendebantur altero iudicio iterum reiecti. Dionys. de Isaeo p. 617. Hi 5000 cives quibus 444 civitas adempta est partim proximo anno Thurium deducti sunt, partim *μετοίκων* numerum auxerunt.

ATTICA. magnum est 13 annorum incrementum, etiamsi omnes ista computatione comprehensos esse statuamus, praesertim quum non exigua hominum copia Thurium deducta sit. Sed fortasse in illis 1600 τοξόταις, quos Thucydides memorat, aliquammulti cives fuerunt [q]), quamquam plerique eorum videntur barbari fuisse, a civitate mercedem accipientes, ad numerum fere 1000 [r]).

Servi Atticae census a Demetrio habito reperti sunt 400,000. Hos numeros Humius [s]) corruptos
391 esse statuit. Postquam docuit, ubi cives 21,000, peregrini 10,000 fuisse tradantur, mares dici adultos, atque etiamsi haec nonnisi quarta incolarum pars fuerit, hac ratione liberos Athenienses 84,000, peregrinos 40,000 fuisse, statuit etiam ubi servi memorentur nonnisi mares qui adulti essent dici: qui si 400,000 fuerint, 1,600,000 servos futuros fuisse, ut omnino Atticae 1,720,000 capita essent. Iam pro 400,000 censet legendum esse 40,000, ut 160,000 servi et omnino 284,000 capita Atticae fuerint [t]). Sed in hac enumeratione non est quod servorum tantum mares qui adulti essent dici statuamus. Nam cives et μέτοικοι eo consilio computabantur ut de civilibus et militaribus copiis constaret, quum cives reipublicae administrandae, μέτοικοι militiae participes essent. Sed servi quum civili iure omni carerent, pro rebus erant in iisque numerandis, quum tantum possessio spectaretur, capita computanda erant omnia. Itaque isto 400,000 servorum numero omnes omnium aetatum utriusque sexus servi significantur [u]): quorum minus 100,000 adultos fuisse statueris.

Maiorem illum numerum de universa capitum multitudine accipiendum esse compluribus argumentis confirmare licet. Ac primum inspicias hoc Hyperidis fragmentum ab Suida [v]) conservatum: Ὑπερείδης ἐν τῷ πρὸς Ἀριστογείτονα· „ὅπως πρῶτον μὲν μυριάδας πλείους ἢ δεκαπέντε τοὺς ἐκ τῶν „ἔργων τῶν ἀργυρείων καὶ τοὺς κατὰ τὴν ἄλλην χώραν· ἔπειτα τοὺς ὀφείλοντας τῷ δημοσίῳ καὶ τοὺς „ἀτίμους καὶ τοὺς ἀπεψηφισμένους καὶ τοὺς ἀποίκους.“ In argentifodinis operabantur servi; ac perspicuum est ab Hyperide hoc loco enumerari eos qui civilibus iuribus aut carerent aut privati essent. Itaque servos dicit qui in argentifodinis et in agro colendo operarentur, quos amplius 150,000 fuisse testatur [w]). At vero si universus numerus tantum 160,000 fuisset, ut Humius statuit, nonnisi 10,000

---

q) Cives quoque sagittarios fuisse discimus e Lysia apud Dionys. 529: νῦν δὲ καὶ τοὺς ὑπάρχοντας πολίτας ἀπελῶμεν; οὔκ, ἂν ἐμοίγε πειθώμεθα· οὐδὲ ἡμῶν αὐτῶν περιαιρησόμεθα ὁπλίτας πολλοὺς καὶ ἱππέας καὶ τοξότας.

r) Hanc manum memorat Schol. Aristoph. Acharn. 54: εἰσὶ δὲ οἱ τοξόται δημόσιοι ὑπηρέται, φύλακες τοῦ ἄστεος, τὸν ἀριθμὸν χίλιοι.

s) In Essay on the popoulousness of Ancient Nations v. I p. 443.

t) „Mea sententia nihil certius est quam Athenaeum et Cte„siclem falsos esse et servorum multitudinem minimum una „numeri nota auctam esse, nec statui posse amplius 40,000.“ [Itaque arbitrari videtur τετρακισμυρίους pro τεσσαράκοντα μυριάδας legendum esse.] „Iam liberi Athenienses 84,000, „peregrini 40,000, et servi e deminuto numero computati, „si eos eadem ratione qua liberos uxores duxisse et li„beros procreasse statuas, 160,000, omnino capita 284,000 „fuerunt: qui numerus sine dubio satis magnus est. Ex „altero numero, 1,720,000, Athenae ampliores fuissent „Londino et Parisiis coniunctis.“

u) Aliis locis quibus servi omnino memorantur perspicue omnia servorum capita dicuntur. Ita Plato Legg. VI p. 776: σχεδὸν πάντων τῶν Ἑλλήνων ἢ Λακεδαιμονίων Εἵλωτεία πλείστην ἀπορίαν παράσχοιτ' ἂν καὶ ἔριν τοῖς μὲν ὡς εὖ, τοῖς δ' ὡς οὐκ εὖ γεγονυῖά ἐστιν. ἐλάττω δὲ ἥ τε Ἡρακλεωτῶν δουλεία τῆς τῶν Μαριανδυνῶν καταδουλώσεως ἔριν ἂν ἔχοι, τὸ Θετταλῶν τ' αὖ πενεστικὸν ἔθνος· εἰς ἃ καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα βλέψαντας ἡμᾶς τί χρὴ ποιεῖν περὶ κτήσεως οἰκετῶν; Dicuntur Helotum et Penestarum (πενεστικὸν ἔθνος) capita omnia. Postea praecipit p. 777: τὴν δὲ οἰκέτου πρόσρησιν χρὴ σχεδὸν ἐπίταξιν πᾶσαν γίγνεσθαι, μὴ προσπαίζοντας μηδαμῇ μηδαμῶς οἰκέταις μητ' οὖν θηλείαις μήτε ἄῤῥεσιν. [Idem post Gillesium docuit Boeckh. Staatshaushalt. d. Ath. I p. 39. *Kr.*]

v) V. ἀπεψηφίσατο.

w) Athenaeus VI p. 272, e: αἱ πολλαὶ αὗται Ἀττικαὶ μυριάδες τῶν οἰκετῶν δεδεμέναι εἰργάζοντο τὰ μέταλλα. Ποσειδώνιος γοῦν καὶ ἀποστάντας φησὶν αὐτοὺς καταφονεῦσαι μὲν τοὺς ἐπὶ τῶν μετάλλων φύλακας, καταλαβέσθαι δὲ τὴν ἐπὶ Σουνίῳ ἀκρόπολιν καὶ ἐπὶ πολὺν χρόνον πορθῆσαι τὴν Ἀττικήν. Nicias 1000 servos in Argentifodinis habuit. Xenoph. Vectig. IV, 14 [laudatus ab Athen. l. l.]: Νικίας ὁ Νικηράτου ἐκτήσατο ἐν τοῖς ἀργυρείοις χιλίους ἀνθρώπους, οὓς ἐκεῖνος Σωσίᾳ τῷ Θρᾳκὶ ἐξεμίσθωσεν ἐφ' ᾧ ὀβολὸν μὲν ἀτελῆ ἕκαστον τῆς ἡμέρας ἀποδιδόναι, τὸν δ' ἀριθμὸν ἴσως ἀεὶ παρέχειν.

omnium aetatum utriusque sexus, i. e. mares adulti 2500, ad domestica ministeria, mercaturam, opificia Athenis ipsis et in tribus portubus, denique ad navalem operam relictos videremus. ATTICA.

Athenienses servos in navibus remiges habebant [x]). Alii in fabricis operabantur [y]), ut apud Europaeos nostrae aetatis operarii homines. Quum liberi homines Atticae circiter 127,000 fuerint, 392 servi, si 400,000 fuisse sumas, ad liberos eandem rationem comparationemque habuerint quam 10,000 ad 3175, ut pro singulis liberis plus terni servi reperirentur. Itaque pro hominum multitudine operarii homines in Britannia, si cum ceteris ordinibus comparentur, non multo pauciores sunt quam apud Athenienses servi fuerunt [z]).

Athenienses Demosthenis aetate [a]) ad homines qui Atticam incolebant alendos quotannis 800,000 medimnos frumenti importaverunt. Haec tanta frumenti vis, quae 876,302 Anglicorum modiorum est, si addideris quae in Attica ipsa provenerunt, quae circiter 478,720 iugera Anglica continebat [b]), satis docet maiorem fuisse incolarum numerum quam ex Humii rationibus. Docta computatione quae in *Museo critico* [c]) legitur probatum est mares liberos qui adulti essent quotidie quemque *choenicem* consumpsisse; mulieres et liberos servosque $\frac{2}{3}$ *choenicis*. Atqui mares liberi 15um annum egressi quum 5907 in 20,160 sint [d]), 37,411 in 127,680 capitibus fuerunt. Itaque ex universo capitum numero 527,660 quotidie 37,411 *choenicem* quisque consumpserunt; 490,249 minorem modum quem diximus. Itaque Atticae quotidie opus fuerunt 364,244 *choenices* sive 7588$\frac{1}{2}$ *medimni*, ut omnino quotannis 2,769,802 *medimni* consumpti sint [e]). Atqui si 800,000 importati sunt, restant *medimni* 1,969,802 = 2,157,680 modii Anglici qui in Attica provenerint. Iam si in singulis iugeris tantum 24 modios provenisse statuas, ad illam frumenti vim nonnisi 89,904 iugera opus fuerunt, i. e. minus quinta parte Atticae agrorum. Quodsi omnino tantum 284,000 incoluissent, quorum 37,411 *choenicem*, relicui $\frac{2}{3}$ *choenicis* quotidie consumpsissent, omnino tantum 1,534,460 *medimnis* quotannis usi essent, quorum in Attica 734,460 = 804,511 modii Anglici provenissent: ad quos impetrandos 33,521 iugera suffecissent. At vero non probabile est Athenienses amplius dimidiam partem frumenti quo egerent importasse, quum sui soli nonnisi decima tertia parte ad frumentorum proventum uterentur [f]).

---

x) Isocr. de pace p. 169, a: *τότε μὲν εἰ τριήρεις πληροῖεν, τοὺς μὲν ξένους καὶ τοὺς δούλους ναύτας εἰσεβίβαζον.*

y) Interdum a dominis ad agros colendos elocabantur. Demosth. p. 1253: *ὁπότε οἱ ἄνθρωποι οὗτοι ἢ ὠπώραν πρίαιντο ἢ θέρος μισθοῖντο ἐκθερίσαι ἢ ἄλλο τι τῶν περὶ γεωργίαν ἔργων ἀναιροῖντο, Ἀρεθούσιος ἦν ὁ ὠνούμενος καὶ μισθούμενος ὑπὲρ αὐτῶν.* Lysias et Polemarchus 120 servos in fabricis habebant. In Eratosth. p. 120, 43. 121, 40. Demostheni 52 fuerunt. In Aphob. I p. 816: *ὁ πατὴρ κατέλιπε δύο ἐργαστήρια, μαχαιροποιοὺς μὲν τριάκοντα καὶ δύο ἢ τρεῖς, — κλινοποιοὺς δ' εἴκοσι τὸν ἀριθμόν.* Quomodo servorum opera in fabricis usi sint et quid hi meruerint cognoscimus ex Aeschinis loco Timarch. p. 14, 1: *οἰκέτας δημιουργοὺς τῆς σκυτοτομικῆς τέχνης ἐννέα ἢ δέκα, ὧν ἕκαστος τούτῳ δύ' ὀβολοὺς ἀποφορὰν ἔφερε τῆς ἡμέρας, ὁ δ' ἡγεμὼν τοῦ ἐργαστηρίου τριώβολον· ἔτι δὲ πρὸς τούτοις γυναῖκα ἀμόργινα ἐπισταμένην ἐργάζεσθαι καὶ ἔργα λεπτὰ εἰς τὴν ἀγορὰν ἐκφέρουσαν, καὶ ἄνδρα ποικιλτήν.*

z) Colquhoun a. 1815 quum Magnae Britanniae et Hiberniae exceptis militibus et classiariis omnino 16,165,808 incolas tribuat, operariorum, famulorum, pauperum, denique omnium infimae conditionis hominum 11,900,898 capita ponit; relicuorum ordinum 4,264,910, ut eadem ratio sit quae 29,752 ad 10,412 i. e. fere 3 ad 1.

a) Demosth. Lept. p. 466. V. supra p. 282 annot. n. Pericles 75 annis ante dixerat apud Thuc. II, 38: *ἐπεισέρχεται δὲ διὰ μέγεθος τῆς πόλεως ἐκ πάσης γῆς τὰ πάντα.*

b) Attica cum Salamine 748 quadrata mill. Anglica continebat. V. p. 385. Atqui 748 × 640 = 478,720 iugera.

c) N. VI sive vol. II p. 215.

d) V. supra p. 387.

e) Liberi mares adulti 37.411 = 37,411 *choenices*
Mulieres et liberi servique 490,249 = 326,833 *choenices*
527,660 = 364,244

Quum *choenix* 48^{a} *medimni* pars fuerit, (Pollux IV, 168 Schol. Aristoph. Nub. 643. Harpocrat. v. *μέδιμνος*. Etymol. v. *ἑκτεύς*. Phot. v. *μέδιμνος*) *medimni* fuerunt 7588$\frac{1}{2}$, ut 7588 × 365 = 2,769,802 *medimni* quotannis consumerentur.

f) De hac re Humius v. I p. 561: „Athenienses quotannis ex Ponto 400,000 *medimnos* sive modios Anglicos „frumenti advexerunt, ut apparebat *ἐκ τῆς παρὰ τοῖς σιτο-* „*φύλαξιν ἀπογραφῆς*. Eaque maior pars fuit frumenti

393 4. Secundum Thucydidem g) totus Athenarum circuitus Piraeeo et Munychia atque longis muris
Attica. comprehensis 178 stadiorum fuit. Quodsi cum Rennellio gradui non plus 718 stadia sive 508
394 pedes Anglicos stadio tribuamus h), hoc spatium amplius 17 mill. Anglicorum fuerit, ut maius

„importati. Hoc est certum argumentum in Athenaei loco „mendum inesse. Nam Attica ipsa tam sterilis frumenti „fuit ut ipsi agrestes peregrino frumento alerentur. Liv. „43, 6. Atque 400,000 medimni vix 100,000 homines per „duodecim menses aluissent.“ In hoc loco tria sunt quae parum accurate posita esse videas. Ac primum haec non fuit *maior pars* frumenti importati; dimidiam tantum partem fuisse affirmat Demosthenes. Deinde medimnus non aequalis fuit modio Anglico, sed aliquanto major. Nam quum medimnus 4 modii quadrantes [pecks], 6 sextarios [pints], $3\frac{1}{2}$ digitos cubicos [cubic inches] contineat, 400,000 medimni sunt 438,151 modii Anglici. Denique Livius de labantis rei publicae temporibus loquitur, quae pro norma ad quam qui quum civitas sui iuris esset rerum status fuerit exigatur accipi non possunt. Neque vero locus ipse tantum probat quantum Humius opinatur. Est autem hic: *Multarum simul Graeciae Asiaeque civitatum legati Romam convenerunt. Primi Athenienses introducti.* [a. 170.] *Ii se quod navium habuerint militumque P. Licinio consuli et C. Lucretio praetori misisse exposuerunt; quibus eos non usos frumenti sibi centum millia imperasse; quod quamquam sterilem terram arent, ipsosque etiam agrestes peregrino frumento alerent, tamen, ne deessent officio, confecisse.* Itaque hoc loco scriptor non quid ipse sentiat exposuit, sed quid legati ut angustias suas meritaque venditarent professi sint refert. Profecto sterile fuisse Attici solum, si cum aliis Graeciae agris comparetur, satis testantur Thucydides I, 2 aliique. Sed si egregiam coeli temperationem respicias, sterilis soli ad fecundum in Attica fere eandem comparationem fuisse videas quam in Britannia meridiana. Angliae enim et Walisiae quum 37,094,400 iugera sint, horum circiter tantum tertia pars coli potest, atque aliquanto plus quam quinta pars frumenta fert. Itaque concedamus etiam Attici soli minimum quintam partem frumenta quotannis tulisse. Nec nimium posuerimus, si in singulis iugeris quotannis vicenos quaternos modios Angl. provenisse statuerimus: qui in Anglica tritici proventus soli mediocris reperitur. Sed hordei proventus aliquanto maior fuerit; atque hordeum maxime Attica ferebat. Theophrast. Hist. Plant. VIII, 8 p. 274: *Ἀθήνησι δ' οὖν αἱ κριθαὶ τὰ πλεῖστα ποιοῦσιν ἄλφιτα· κριθοφόρος γὰρ ἄριστα.* Demosthenes agricolae cuidam 1000 *medimnos* hordei provenisse tradit. In Phaenipp. 1045: *σὺ δ' ἐκ τῆς ἐσχατιᾶς νῦν πωλῶν τὰς κριθὰς ὀκτώκαιδεκαδράχμους καὶ τὸν οἶνον δωδεκάδραχμον πλουτεῖς εἰκότως, ἐπειδὰν ποιῇς σίτου μὲν μεδίμνους πλεῖον ἢ χιλίους, οἴνου δὲ μετρητὰς ὑπὲρ ὀκτακοσίους.* Haec ferebat fundus 40 stadiorum in circuitu. Ib. p. 1040: *πλέον ἢ σταδίων οὖσαν τετταράκοντα κύκλῳ.* Secundum Dicaearchum via quae Athenas ferebat erat *γεωργουμένη πᾶσα.*

Igitur 800,000 *medimni* quotannis importati sunt Demosthenis aetate. Sed Periclis aetate, qua Athenienses multos trans mare agros, inprimis Euboeam habuerunt, plus frumenti advectum esse probabile est. Euboea videtur frumenta suppeditasse bello Peloponnesiaco quum hostes Atticam popularentur. Decelea munita *τῆς χώρας ἁπάσης ἐστέρηντο, καὶ ἀνδραπόδων πλέον ἢ δύο μυριάδες ηὐτομολήκεσαν. — ἥ τε τῶν ἐπιτηδείων παρακομιδὴ ἐκ τῆς Εὐβοίας, πρότερον ἐκ τοῦ Ὠρωπου κατὰ γῆς* [l. *γῆν. Kr.*] *διὰ τῆς Δεκελείας θᾶσσον οὖσα περὶ Σούνιον κατὰ θάλασσαν πολυτελὴς ἐγίγνετο.* Thuc. VII, 27 s. Sed Demosthenis aetate Euboea sui juris erat. Quanti momenti haec insula fuerit memorat Thucydides VIII, 95: *Εὔβοια αὐτοῖς ἀποκεκλημένης τῆς Ἀττικῆς πάντα ἦν.* Ibid. 96: *τοῖς δὲ Ἀθηναίοις ὡς ἦλθε τὰ περὶ τὴν Εὔβοιαν γεγενημένα,* [quam a. 411 amiserunt] *ἔκπληξις μεγίστη δὴ τῶν πρὶν παρέστη. — ὅπου γὰρ — τοσαύτη ἡ ξυμφορὰ ἐπεγεγένητο, ἐν ᾗ ναῦς τε καὶ τὸ μέγιστον Εὔβοιαν ἀπολωλέκεσαν, ἐξ ἧς πλείω ἢ τῆς Ἀττικῆς ὠφελοῦντο, πῶς οὐκ εἰκότως ἠθύμουν;*

g) II, 13.

h) Herodotus stadio 600 pedes tribuit II, 149. IV, 41, i. e. 604 pedes et $4\frac{1}{2}$ digitos Anglicae mensurae; Danvillius Olympicum stadium $94\frac{1}{2}$ orgyiarum [toises] posuit, i. e. 604 pedum et 3 digitorum Anglicae mensurae. Sed Rennellius: Geography of Herodotus p. 13—33 [apud Bredow: Untersuchungen über einzelne Gegenst. der alten Geogr., Gesch. und Chronol. II p. 386 ss., ubi tamen conferas quae ex censura quadam proposita sunt p. 390.] quum operosa et docta computatione diversas mensuras examinaverit, haec efficit p. 31:

Secundum Herodotum gradus continet	732 stadia.
Pausaniam	707
Xenophontem	750
Eratosthenem	700
Strabonem	700
Polybium	696
Plinium	727
Arrianum	729

Media mensura omnium $717\frac{5}{8}$ vel 718.

Addit haec: „Medium hoc stadium aequale est $505\frac{1}{2}$ „pedibus Anglicis. Strabonis stadium, 700 gradui tributis, „continet 524 pedes; Xenophontis, 750 gradui tributis, „489 pedes. Medium stadium quod diximus ad Xeno„phonteum eandem rationem comparationemque habet „quam $505\frac{1}{2}$ ad 489.“ Hi numeri non sunt consentanei.

$524 \times 700 = 366{,}800$
$489 \times 750 = 366{,}750$
$505\frac{1}{2} \times 718 = 362{,}949$

Nam si Rennellius gradum 366,800 pedum statuerit, medium eius stadium (718) fuerit pedum 510 et 10 digito-

esset quam Parisiorum circuitus et prope tantum quantum Romae Augusto imperante. Et tamen totus hic circuitus incolis completus fuit quum Pericles a. 431 populum ex agris in moenia devocavit i): *ἐπειδή τε ἀφίκοντο ἐς τὸ ἄστυ, ὀλίγοις μέν τισιν ὑπῆρχον οἰκήσεις καὶ παρὰ φίλων τινὰς ἢ οἰκείων καταφυγή, οἱ δὲ πολλοὶ τά τε ἔρημα τῆς πόλεως ᾠκησαν καὶ τὰ ἱερὰ καὶ τὰ ἡρῷα πάντα, πλὴν τῆς ἀκροπόλεως καὶ τοῦ Ἐλευσινίου καὶ εἴ τι ἄλλο βεβαίως κλειστὸν ἦν· τὸ δὲ Πελασγικὸν καλούμενον τὸ ὑπὸ τὴν ἀκρόπολιν — ὅμως ὑπὸ τῆς παραχρῆμα ἀνάγκης ἐξῳκήθη. — κατεσκευάσαντο δὲ καὶ ἐν τοῖς πύργοις τῶν τειχῶν πολλοὶ καὶ ὡς ἕκαστός που ἐδύνατο. οὐ γὰρ ἐχώρησε ξυνελθόντας αὐτοὺς ἡ πόλις, ἀλλ' ὕστερον δὴ τά τε μακρὰ τείχη ᾠκησαν κατανειμάμενοι καὶ τοῦ Πειραιῶς τὰ πολλά.* Ita hoc tempore non minus 500,000 in moenia confluxerint necesse est k). Unde apparet servos tot numero fuisse quot apud Athenaeum fuisse leguntur. ATTICA.

Quot homines fere ipsas Athenas incoluerint non facile definias. Athenienses rusticae vitae studuerunt et inter Persica bella atque Peloponnesiacum agros aedificiis ornaverant l). Attica cum Salamine 174 *δήμους* habuit m). Horum multi non ampli fuerunt n); sed *Eleusis* videtur incolis frequens fuisse. *Acharnae*, quod omnium maximum fuit oppidum, a. 431 ter mille *ὁπλίτας* habuerunt o), ut eis minimum 12,000 incolae fuerint, non numeratis servis, quorum numerum duplicem fuisse statueris. Haud dubie etiam *Piraeeus* et *Munychia* atque *Phalerum* quamdiu Athenae opibus florebant incolis frequentissima fuerunt p). Ipsum astu 43 + 17 = 60 stadiorum in circuitu fuit q). Atque complura sunt argumenta quibus hanc urbem omnium Graecarum incolis frequentissimam fuisse probetur r). Quorum numerus etsi nusquam traditus reperitur, tamen urbi amplius 10,000 domos fuisse e Xeno- 395

---

rum. Sed si gradum 364,818 pedum posuerimus, medium stadium 508 pedum fuerit.

Verum quominus hanc stadii mensuram probes, illud officere videtur. Thucydides enim IV, 3 Pylum a Sparta amplius 400 stadia afuisse tradit: *τετρακοσίους μάλιστα σταδίους*. [Sic etiam Strabo VIII, 4 p. 359: *διέχει δὲ (Πύλος) Σπάρτης σταδίους τετρακοσίους. Kr.*] Atqui ex Arrowsmithii tabula via est 42 mill. geogr., ut stadium fuerit 638 pedum et 5 digitorum. Ac si Thucydidem 120 stadia sumpsisse statuas, stadium 608 pedum fuerit, singula mill. geogr. denum stadiorum. Iam si Athenarum circuitum ex *Olympici* stadii ratione computaveris, illud 604 pedum ponens, quam rationem Thucydidis loco comprobari patet, fuit ille 178 × 604 = 107,512 pedum sive $20\frac{1}{3}$ mill. Anglicorum. [De stadio cf. Crus. Hellas I p. 175 ss. *Kr.*]

i) Thuc. II, 17.

k) Tanta multitudo quum in moenia confluxisset, pestilentiae effectus aucti sunt. Thuc. II, 52: *ἐπίεσε δ' αὐτοὺς ἡ ξυγκομιδὴ ἐκ τῶν ἀγρῶν ἐς τὸ ἄστυ, καὶ οὐχ ἧσσον τοὺς ἐπελθόντας. οἰκιῶν γὰρ οὐχ ὑπαρχουσῶν, ἀλλ' ἐν καλύβαις πνιγηραῖς ὥρᾳ ἔτους διαιτωμένων ὁ φθόρος ἐγίγνετο.*

l) Thuc. II, 14: *χαλεπῶς αὐτοῖς διὰ τὸ ἀεὶ εἰωθέναι τοὺς πολλοὺς ἐν τοῖς ἀγροῖς διαιτᾶσθαι ἡ ἀνάστασις ἐγίγνετο.* Cf. c. 16.

m) Strabo IX p. 396: *τῶν ἑκατὸν καὶ ἑβδομήκοντα δήμων, πρὸς δὲ καὶ τεττάρων, ὡς φασιν.* Quorum quum eos qui ad oras maritimas siti essent enumeraverit, haec addit p. 399: *τοὺς δ' ἐν τῇ μεσογαίᾳ δήμους τῆς Ἀττικῆς μακρὸν εἰπεῖν διὰ τὸ πλῆθος.*

n) Pausan. I, 31, 1: *δῆμοι δὲ οἱ μικροὶ τῆς Ἀττικῆς ὡς ἔτυχεν ἕκαστος οἰκισθείς.* Nominantur ab eo *Ἁλιμοῖς, Πρόσπαλτα, Ἀναγυροῦς, Κεφαλή, Πρασιαί*, alii.

o) Thuc. II, 19: *Ἀχαρνάς, χωρίον μέγιστον τῆς Ἀττικῆς τῶν δήμων καλουμένων. — οἱ Ἀχαρνῆς μέγα μέρος ὄντες τῆς πόλεως· τρισχίλιοι γὰρ ὁπλῖται ἐγένοντο.*

p) Sainte-Croix his oppidis tertiam partem incolarum quos Athenae habuerint fuisse statuit. Sed non tantum quantum putat testatur quem laudat Isocrates, etsi ejus de Piraeei praestantia testimonium gravissimum est. Panegyr. p. 49, a: *ἐμπόριον γὰρ ἐν μέσῳ τῆς Ἑλλάδος τὸν Πειραιᾶ κατεσκευάσατο, τοσαύτην ἔχονθ' ὑπερβολὴν ὥσθ' ἃ παρὰ τῶν ἄλλων ἓν παρ' ἑκάστων χαλεπόν ἐστι λαβεῖν, ταῦθ' ἅπαντα παρ' αὐτῆς ῥᾴδιον εἶναι πορίσασθαι.* Quantus olim fuerit Strabo IX p. 395 testatur, simul quam exiguus postea fuerit memorans: *τὸ μὲν οὖν παλαιὸν ἐτετείχιστο καὶ συνῴκιστο ἡ Μουνυχία παραπλησίως ὥσπερ ἡ τῶν Ῥοδίων πόλις, προσειληφυῖα τῷ περιβόλῳ τὸν Πειραιᾶ καὶ τοὺς λιμένας πλήρεις νεωρίων· — ἄξιόν τε ἦν ναύσταθμον τετρακοσίαις ναυσὶ κ. τ. λ.*

q) Thucyd. II, 13 et schol. ad h. locum.

r) Secundum Critiam apud Xenoph. Hell. II, 3, 24 Athenae fuerunt *πολυανθρωποτάτη τῶν Ἑλληνίδων πόλις*. Archidamus apud Thuc. I, 80: *θαλάσσης ἐμπειρότατοί εἰσι καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἄριστα ἐξήρτυνται, πλούτῳ τε ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ καὶ νανσὶ καὶ ἵπποις καὶ ὅπλοις καὶ ὄχλῳ, ὅσος οὐκ ἐν ἄλλῳ ἑνί γε χωρίῳ Ἑλληνικῷ ἐστίν.* Pericles apud Thuc. II, 64: *πόλιν τοῖς πᾶσιν εὐπορωτάτην καὶ μεγίστην ᾠκησαμεν.* [*Πόλις μεγίστη* dicitur etiam apud Xenoph. Anab. VII, 3, 19. *Kr.*] Quantae Athenae Ale-

ATTICA. phonte [s]) cognovimus. Londini in singulis domibus reperiuntur capita $7\frac{1}{2}$; sed Parisiis olim reperiebantur 25 [t]). Quod si Athenarum domibus dimidium numerum tribuas et 12 capita singulis domibus assignes, 120,000 incolas huic urbi fuisse reperias [u]). Praeterea 40,000 *Piraeeo* et *Munychiae* atque *Phalero* tribuere licet.

BOEOTIA. BOEOTIAE liberos homines tot quot Atticae fuisse e Xenophonte [v]) discimus: *πλήθει μὲν οὐδὲν μείους εἰσὶ Ἀθηναῖοι Βοιωτῶν.* Idque perquam probabile videbitur terrae magnitudinem atque fertilitatem et oppida
396 quae continebat consideranti. Constat Boeotiae XIV civitates fuisse. Quarum tres, *Eleutherae* [w]),

---

xandri aetate fuerint Dio L. I p. 199 exposuit: *διακοσίων σταδίων εἶναι τὴν περίμετρον τῶν Ἀθηνῶν τοῦ Πειραιέως συντιθεμένου, καὶ τῶν διὰ μέσου τειχῶν πρὸς τὸν περίβολον τοῦ ἄστεος· οἰκεῖσθαι γὰρ πάλαι καὶ ταῦτα ξύμπαντα. ὥστε τὸ ἥμισυ ἔχειν Ἀθήνας Βαβυλῶνος, εἰ τυγχάνει ἀληθῆ λεγόμενα περὶ τῶν ἐκεῖ.* Rotundo numero orator 200 stadia dicit, quum revera circuitus tantum 178 stadiorum esset.

s) Xenoph. Mem. III, 6, 14: *ἡ μὲν πόλις ἐκ πλειόνων ἢ μυρίων οἰκιῶν συνέστηκε.* Idem Oecon. VIII, 22: *ἴσμεν ὅτι μυριοπλάσια ἡμῶν ἅπαντα ἔχει ἡ πᾶσα πόλις.* [Hic locus non videtur huc referendus esse. *Kr.*]

t) Gibbon: Decline and Fall v. V p. 289 haec tradit: „Messancius Parisiis 23,565 domos et 576,630 capita „tribuit." Hac ratione singulis domibus $24\frac{1}{2}$ capita fuerunt. Romae incolas ut computet, 25 capita sumit. Sed secundum Dicaearchum p. 3 Athenarum domus incommodae fuerunt: *ἡ πόλις — κακῶς ἐῤῥυμοτομημένη διὰ τὴν ἀρχαιότητα. αἱ μὲν πολλαὶ τῶν οἰκιῶν εὐτελεῖς, ὀλίγαι δὲ χρήσιμαι.* Itaque in Athenarum incolis computandis minor numerus sumendus videbatur.

u) In *Museo critico* quod iam laudavimus v. II p. 215 ex frumenti importati copia hae rationes subducuntur. „Illorum 800,000 *medimnorum* e lege duae tertiae partes „sive 533,333 medimni in urbem importati sunt. Iam „Thucydides IV, 16 Spartanis Sphacteriae obsessio binas „choenices tritici quotidie datas esse narrat, servis sin„gulas. Atqui ex Herod. VI, 57 Spartanorum reges non „plus binas *choenices* accepisse novimus. Atheniensibus „qui ad Syracusas capti erant quotidie binae *cotylae* αἴτου „vel *κριθῶν* i. e. dimidia *choenix* data est. Itaque colle„geris *choenicem* i. e. paulo minus duo pondo quotidie „singulis tribui consuesse; idque significat Herodotus VII, „187, disertis verbis tradit Diogenes Laertius. Hesych.: „χοίνικες· αἱ ἐφ' ἡμέρας τροφαί. Hinc *choenix* ἡμεροτροφὶς „dicitur ab Alexarcho apud Athen. III p. 98, e. Hinc „milites ejusdem mensae ὁμοχοίνικες dicebantur. Plutarch. „Sympos. II, 10. Atqui *medimnus* fuit 48 *choenicum* ac „proinde singuli homines $7\frac{1}{2}$ *medimnis* 360 dies ali pote„rant, atque 533,333 *medimni* 71,111 hominibus suffecerunt. „Sed verisimile non est mulieres et liberos servosque, „qui minimum altero tanto plures fuerunt quam relicui, „quotidie tantum quantum liberos viros consumpsisse; „atque satis probabili ratione statuere videmur eos circiter „duas tertias partes *choenicis* quotidie consumpsisse; — „ut 91,428 incolae fuerint. Profecto haec computatio „lubrica est. Videtur tamen is quem posuimus numerus „a vero summum 10,000 capitum discrepantia abesse posse." In hac computatione mulieres et liberi servique non quot debebant positi sunt. Quum constet mares adultos decimum quintum annum egressos in 20,160 capitibus 5907 fuisse, mulieres liberique aliquanto plures fuerunt quam duae tertiae partes liberorum incolarum omnium; necdum computati sunt servi. Qui si Athenis non plures fuerint quam liberi homines, vel ita ex 40,320 capitibus tantum 5907 mares adultos fuisse reperias, i. e. paulo minus quam $\frac{1}{7}$ omnium incolarum. Sin vero servi, ut mihi quidem ex iis quae ante disputavi probabile videtur, pro singulis liberis hominibus plus terni fuerint vel pro 32 circiter 100 (v. supra p. 392), sequitur ut liberi viri quintum decimum annum egressi in 82,500 capitibus tantum 5907 fuerint, i. e. $\frac{1}{13}$ omnium capitum, ut non $\frac{2}{5}$, sed $\frac{1}{13}$ ponere oporteat eorum quibus minor illa cibi mensura tribuenda sit. Itaque perspicuum est 533,333 *medimnis* quotannis plus quam 91,428 capita ali potuisse. Sed in his rationibus subducendis qui illam commentationem scripsit Athenarum incolas nonnisi peregrino frumento altos esse statuit neque computavit quantum ex ipsa Attica in urbem subvectum fuerit. Quod si addideris, 120,000 numerum non nimium esse videas. Nam liberi mares adulti, si haec decima tertia omnium pars fuerit, 9231 fuerunt atque frumenta haec consumpserunt:

Liberi mares adulti	9,231 =	9,231 *choenices.*
alii incolae	110,769 =	73,846 *choenices.*
	120,000 =	83,077

Atqui si quotidie *choenices* 83,077 = 1731 *medimnos*, consumpserunt, quotannis 631,815 medimnis eguerunt. Quumque 533,333 importati sint, ex Atticae solo tantum 89,482 *medimni* = 107,875 modii Anglici repetendi sunt.

v) Memor. III, 5, 2.

w) *Eleutherae*: *πόλις Βοιωτίας* Steph. Byz. *Ἐλευθεραί, ἃς οἱ μὲν τῶν Πλαταιῶν, οἱ δὲ τῆς Βοιωτίας φασί.* Strabo IX p. 412. Eleutherae sua sponte in fidem Atheniensium se commiserunt. Pausan. I, 38, 8: *πρότερον Ἐλευθερεῦσιν ὅροι πρὸς τὴν Ἀττικὴν ἦσαν· προσχωρησάντων δὲ Ἀθηναίοις τούτων, οὕτως ἤδη Βοιωτίας ὁ Κιθαιρών ἐστιν ὅρος· προσεχώρησαν δὲ Ἐλευθερεῖς οὐ πολέμῳ βιασθέντες, ἀλλὰ πολιτείας τε ἐπιθυμήσαντες παρὰ Ἀθηναίων καὶ κατ' ἔχθος τὸ τῶν Θηβαίων. Eleutheras* memorant Xenoph. Hell. V, 4, 14. Arrian. Exped. I, 7, 13. Plutarch. Mor. p. 300, a. Pausan. IX, 1, 3.

Plataeae x), *Oropus* y) a Boeotorum foedere abalienatae ad Atheniensium societatem adiunctae sunt, Oropus quum expugnatus esset, Eleutherae et Plataeae sua sponte ad eorum amicitiam se applicantes. 397 BOEOTIA.

---

x) *Plataeae* Boeotorum societatem 519 deseruerunt. V. tabb. Herod. VI, 108: *πιεζεύμενοι ὑπὸ Θηβαίων οἱ Πλαταιέες ἐδίδοσάν σφεας αὐτούς. — Θηβαῖοι δὲ πυθόμενοι ταῦτα ἐστρατεύοντο ἐπὶ Πλαταιέας· Ἀθηναῖοι δέ σφι ἐβοήθεον· παρατυχόντες δὲ καὶ καταλλάξαντες — ὤρισαν τὴν χώρην ἐπὶ τοῖσδε· ἐᾶν Θηβαίους Βοιωτῶν τοὺς μὴ βουλομένους εἰς Βοιωτοὺς τελέειν.* Eversae sunt 427 (v. tabb.), restitutae post Antalcidae pacem; iterum eversae a Thebanis 374. Philippus Thebas et Thespias se restiturum promiserat; sed Thebis 335 ab Alexandro captis haec oppida nondum restituta erant. Diod. XVII, 13: *Θεσπιεῖς δὲ καὶ Πλαταιεῖς, ἔτι δ' Ὀρχομένιοι καί τινες ἄλλοι τῶν ἀλλοτρίως διακειμένων πρὸς τοὺς Θηβαίους συστρατευόμενοι τῷ βασιλεῖ συνέπεσον εἰς τὴν πόλιν.* Iustin. XI, 3: *In concilio quum de excidio urbis (Thebarum) deliberaretur, Phocenses et Plataeenses et Thespienses et Orchomenii, Alexandri socii victoriaeque participes, excidia urbium suarum referebant.* Plutarch. Alex. c. 11: *καὶ γὰρ Φωκεῖς καὶ Πλαταιεῖς τῶν Θηβαίων κατηγόρησαν.* Arrian. I, 8: *Φωκεῖς τε καὶ Πλαταιεῖς καὶ οἱ ἄλλοι δὲ Βοιωτοὶ τοὺς Θηβαίους ἔκτεινον.* Hoc tempore placuit Plataeas restitui. Arrian. I, 9: *ἐπὶ τούτοις* [Thebis eversis] *Ὀρχομενόν τε καὶ Πλαταιὰς ἀναστῆσαί τε καὶ τειχίσαι οἱ ξύμμαχοι ἔγνωσαν.* Post pugnam Arbelensem a. 331 Alexander *ἔγραψεν ἰδίᾳ Πλαταιεῦσι τὴν πόλιν ἀνοικοδομεῖν.* Plutarch. Alex. c. 34. Sed non ante 315, sexaginta annis post quam eversae erant, restitutae sunt, quo tempore Thebas Cassander restituit. Pausan. IX, 3, 4: *Δαιδάλων δὲ ἑορτὴν τῶν μεγάλων καὶ οἱ Βοιωτοὶ σφισι συνεορτάζουσι, δι' ἐξηκοστοῦ δὲ ἄγουσιν ἔτους· ἐκλιπεῖν γὰρ τοσοῦτον χρόνον τὴν ἑορτὴν φασιν, ἡνίκα οἱ Πλαταιεῖς ἔφευγον. — ταῦτα ἀναιροῦνται κλήρῳ Πλαταιεῖς, Κορωναῖοι, Θεσπιεῖς, Ταναγραῖοι, Χαιρωνεῖς, Ὀρχομένιοι, Λεβαδεῖς, Θηβαῖοι. διαλλαγῆναι γὰρ καὶ οὗτοι Πλαταιεῦσιν ἠξίωσαν καὶ συλλόγου μετασχεῖν κοινοῦ, καὶ ἐς Δαίδαλα θυσίαν ἀποστελεῖν, ὅτε Κάσανδρος ὁ Ἀντιπάτρου τὰς Θήβας συνῴκισε.* Hos sexaginta annos *δύο γενεάς* dicit IV, 27, 5.

y) *Oropus:* Strabo IX p. 399: *Ὠρωπὸς ἐν ἀμφισβητησίμῳ γεγένηται πολλάκις.* Atheniensium fuit 490, (Herod. VI, 100) et 431: *Ὠρώπιοι Ἀθηναίων ὑπήκοοι.* Thuc. II, 23. A Boeotis captum est oppidum ineunte a. 411: *Βοιωτοὶ τελευτῶντος ἤδη τοῦ χειμῶνος Ὠρωπὸν εἷλον προδοσίᾳ.* Thuc. VIII, 60. Necdum 402 Atheniensium fuit. Diod. XIV, 17. Receptum et iterum amissum est 366. V. tabb. Thebanorum fuit usque ad 346. Demosth. de pace 63. Deinde Atheniensibus reddidit Philippus. Ulpian. ad Demosth. de cor. p. 153, 176: *Θηβαῖοι οὐδετέροις ἀπέδοσαν μέχρις οὗ ὁ Φίλιππος ὕστερον σπενδόμενος Ἀθηναίοις ἐν τῷ ἀναχωρεῖν ἐπὶ Μακεδονίαν ἐχαρίσατο αὐτὴν τοῖς Ἀθηναίοις ἀπὸ Θηβαίων λαβών.* Pausan. I, 34, 1: *τὴν γῆν τὴν Ὠρωπίαν μεταξὺ τῆς Ἀττικῆς καὶ Ταναγρικῆς Βοιωτίαν τὸ ἐξ ἀρχῆς οὖσαν ἔχουσιν ἐφ' ἡμῶν Ἀθηναῖοι, πολεμήσαντες μὲν τὸν πάντα ὑπὲρ αὐτῆς χρόνον, κτησάμενοι δὲ οὐ πρότερον βεβαίως πρὶν ἢ Φίλιππος Θήβας ἑλὼν ἔδωκέ σφισιν.* Ad Oropi amissionem 366 referenda videtur *περὶ Ὠρωποῦ* causa, qua Chabrias accusatus est. Demosth. Mid. p. 535: *τὸν Φιλόστρατον πάντες ἴσμεν τὸν Κολωνῆθεν Χαβρίου κατηγοροῦντα ὅτ' ἐκρίνετο τὴν περὶ Ὠρωποῦ κρίσιν θανάτου.* Inclytam illam causam quam *Callistratum* orantem audivit Demosthenes alio tempore actam statuit Taylor. ad Demosth. l. l., cui repugnat Spalding. ad Midian. c. XVIII: *Non video quare Taylorus neget esse posse causam illam quam orantem audiens Callistratum eloquentiae amore exarsit Demosthenes.* Testimonia haec sunt, Plutarchi Demosth. c. 5: *Καλλιστράτου τοῦ ῥήτορος ἀγωνίζεσθαι τὴν περὶ Ὠρωποῦ κρίσιν μέλλοντος, ἦν προσδοκία τῆς δίκης μεγάλη, διά τε τὴν τοῦ ῥήτορος δύναμιν, ἀνθοῦντος τότε μάλιστα τῇ δόξῃ, καὶ διὰ τὴν πρᾶξιν, οὖσαν περιβόητον. ἀκούσας οὖν ὁ Δημοσθένης τῶν διδασκάλων καὶ τῶν παιδαγωγῶν συντιθεμένων τῇ δίκῃ παρατυχεῖν ἔπεισε τὸν ἑαυτοῦ παιδαγωγὸν δεόμενος καὶ προθυμούμενος ὅπως αὐτὸν ἀγάγοι πρὸς τὴν ἀκρόασιν. ὁ δ' ἔχων πρὸς τοὺς ἀνοίγοντας τὰ δικαστήρια συνήθειαν εὐπόρησε χώρας ἐν ᾗ καθήμενος ὁ παῖς ἀδήλως ἀκούσεται τῶν λεγομένων, κ. τ. λ.* Vit. X or. p. 844, b: *ὡς δὲ Ἡγησίας ὁ Μάγνης φησίν, ἐδεήθη τοῦ παιδαγωγοῦ, ἵνα Καλλιστράτου — μέλλοντος ἐν τῷ δήμῳ λέγειν ἀκούσῃ, ἀκούσας δὲ ἐραστὴς ἐγένετο τῶν λόγων· καὶ τούτου μὲν ἐπ' ὀλίγον ἤκουσεν ἕως ἐπεδήμει· ἐπειδὴ δὲ ὁ μὲν ἔφυγεν εἰς Θράκην, ὁ δ' ἐγεγόνει ἐξ ἐφήβων, παρέβαλλεν Ἰσοκράτει καὶ Πλάτωνι, εἶτα καὶ Ἰσαῖον ἀναλαβὼν κ. τ. λ.* Gellius III, 13: *Hermippus hoc scriptum reliquit, Demosthenem admodum adolescentem ventitare in Academiam Platonemque audire solitum. Atque is, inquit, Demosthenes domo egressus — cum ad Platonem pergeret, compluresque populos concurrentes videret, percontatur eius rei causam, cognoscitque currere eos auditum Callistratum. — Venit, inquit, atque audit Callistratum nobilem illam τὴν περὶ Ὠρωποῦ δίκην dicentem, atque ita motus et demulctus et captus est ut Callistratum iam inde sectari coeperit, Academiam cum Platone reliquerit.* Inclyta haec causa si Oropum amissum (366) spectaverit, acta fuerit Cephisodoro archonte, eodem anno quo Demosthenes in suam tutelam pervenit: quod non satis congruere videbitur cum Plutarchi et vitae scriptoris narratione, qui eum tum puerum et in tutorum potestate fuisse significant. Verum Hermippus apud Gellium eum iam in suam tutelam pervenisse et Platone magistro usum esse tradit. Si Callistratus et Chabrias eiusdem causae participes fuerint, eiusdem partis fuisse necesse est. Nam Callistrato rem prospere cessisse Plutarchus tradit l. l.: *εὐημερήσαντος τοῦ Καλλιστράτου καὶ θαυμασθέντος ὑπερφυῶς κ. τ. λ.*

BOEOTIA. 398 Relicuae Boeotiae civitates fuerunt *Anthedon* z), *Copae* a), *Orchomenus* b), *Chaeronea* c), *Lebadea* d), *Coronea* e), *Haliartus* f), *Thespiae* g), *Tanagra* h), *Paraso-*

Atque Chabriam liberatum esse e Demosthene cognovimus. Itaque collegeris utrumque in idem crimen vocatum fuisse (*Χαβρίας ἔπειθε Θηβαίοις βοηθῆσαι Ἀθηναίους ὅτε ἐκινδύνευον· εἶτα σωθέντες ἀπέσπασαν τὸν Ὠρωπόν· ὑπωπτεύθη γοῦν* [leg. *δ' οὖν. Kr.*] *ὁ στρατηγὸς ὡς συνειδὼς καὶ προδοσίας ἐκρίθη.* Ulpian. ad Demosth. p. 335) et Callistratum semetipsum hac oratione defendisse.

z) *Anthedon: πόλις Βοιωτίας.* Steph. Byz. *πόλις λιμένα ἔχουσα.* Strabo IX p. 404. Dicaearchus p. 62: *πόλις οὐ μεγάλη τῷ μεγέθει, ἐπ' αὐτῆς τῆς Εὐβοϊκῆς κειμένη θαλάττης· τὴν μὲν ἀγορὰν ἔχουσα κατάδενδρον πᾶσαν, στοαῖς ἀνειλημμένην διτταῖς· αὕτη δὲ εὔοινος, εὔοψος, σίτῳ σπανίζουσα διὰ τὸ τὴν χώραν εἶναι λυπράν. οἱ δ' ἐνοικοῦντες σχεδὸν πάντες ἁλιεῖς.*

a) *Copae: πόλις Βοιωτική.* Steph. Byz. *κεῖνται αἱ Κῶπαι πόλισμα ἐπὶ τῇ λίμνῃ.* Pausan. IX, 24, 2.

b) *Orchomenus* 60 annis post Troianum bellum Boeotiae adiuncta est, quo tempore Aeoles in coloniam deducti sunt. Thuc. I, 12: *Βοιωτοὶ οἱ νῦν ἑξηκοστῷ ἔτει μετὰ Ἴλιον ἅλωσιν ἐξ Ἄρνης ἀναστάντες ὑπὸ Θεσσαλῶν τὴν νῦν μὲν Βοιωτίαν, πρότερον δὲ Καδμηίδα γῆν καλουμένην ᾤκισαν.* Strabo IX p. 401: *ἐν Θετταλίᾳ συνεστήσαντο τὴν ἀρχὴν μετὰ Ἀρναίων ἐπὶ πολὺν χρόνον, ὥστε καὶ Βοιωτοὺς κληθῆναι ἅπαντας· εἶτ' ἀνέστρεψαν εἰς τὴν οἰκείαν ἤδη τοῦ Αἰολικοῦ στόλου παρεσκευασμένου περὶ Αὐλίδα τῆς Βοιωτίας, ὃν ἔστελλον εἰς τὸν Ἀσίαν οἱ τοῦ Ὀρέστου παῖδες· προσθέντες δὲ τῇ Βοιωτίᾳ τὴν Ὀρχομενίαν, μετ' ἐκείνων ἐξέβαλον τοὺς Πελασγοὺς εἰς τὰς Ἀθήνας.* Cf. p. 411. *Orchomenum* Thebani everterunt quo tempore principatum obtinebant. Pausan. IX, 15, 2: *ἕως ἀπῆν ὁ Ἐπαμινώνδας* [Pelopidam ab Alexandro Pheraeo captum liberaturus] *Ὀρχομενίους Θηβαῖοι ποιοῦσιν ἀναστάτους ἐκ τῆς χώρας.* Quam rem Diodorus XV, 79 anno 364 posuit, post Pelopidam liberatum. Sed Pausanias IV, 27, 5 sibi constat: *Ὀρχομενίων οἱ Μινύαι μετὰ τὴν μάχην τὴν ἐν Λεύκτροις ἐκπεσόντες ὑπὸ Θηβαίων ἐξ Ὀρχομενοῦ.* Thebanos 370 rem conatos esse Diodorus XV, 57 memorat: *ἦρχε Δυσκίνητος. — Θηβαῖοι μεγάλῃ δυνάμει στρατεύσαντες ἐπ' Ὀρχομενὸν ἐπεβάλοντο ἐξανδραποδίσασθαι τὴν πόλιν.* Itaque ante a. 364 factum videtur. Respicit rem Demosthenes a. 355 Leptin. p. 490: *ἴστε γὰρ ὃν τρόπον Ὀρχομενίους διέθηκαν.* Restituit Philippus, secundum Pausan. IV, 27, 5, ante a. 352, quo tempore Demosth. pro Megalop. p. 203 rem memorat: *Θηβαίους μὲν Ὀρχομενοῦ καὶ Θεσπιῶν καὶ Πλαταιῶν οἰκισθεισῶν ἀσθενεῖς γενέσθαι.* Cf. p. 208. Sed fortasse haec restitutio tantum promissa nec unquam revera facta est. Nam Philippus 346 Orchomenum evertit eiusque agrum Thebanis dedit. Demosth. Fals. leg. p. 375: *οὗτος μὲν γὰρ ἔφη Θεσπιὰς καὶ Πλαταιὰς αὐτὸν τειχιεῖν — καὶ τὰς μὲν Θεσπιὰς καὶ Πλαταιὰς οὐ τετείχικε, τὸν δὲ Ὀρχομενὸν καὶ τὴν Κορώνειαν προεξενδραπόδισται.* Cf. p. 445. Ibid. p. 385: *Ὀρχομενός, Κορώνεια, — τοῖς Θηβαίοις ταῦτ' ἐκ τῆς εἰρήνης γέγονεν.* Idem de pace p. 62: *τολμῶσι λέγειν ὡς οὐκ ἐβούλετο Θηβαίοις Ὀρχομενὸν καὶ Κορώνειαν παραδοῦναι, ἀλλ' ἠναγκάσθη.* Rursus memorat a. 344 Philipp. II p. 69: *πῶς ἂν Ὀρχομενὸν καὶ Κορώνειαν τότε Θηβαίοις παραδούς;* Orchomenus post Thebas eversas restituta est (v. de *Plataeis* ann. x.) atque circiter viginti annis post Alexandri mortem nominatur. V. de *Tanagra* ann. h.

c) *Chaeronea: Χαιρώνεια δ' ἐστὶν Ὀρχομενοῦ πλησίον.* Strabo IX p. 414. *Χαιρώνεια ἔσχατον τῆς Βοιωτίας.* Thuc. IV, 76. Chaeronea Thucydidis aetate cum Orchomeno coniuncta erat: *Χαιρώνεια ἐς Ὀρχομενὸν ξυντελεῖ.* IV, 76. Sed una ex civitatibus fuit et in Boeotiae oppidis nominatur 171 a Polybio XXVII, 1: *πρέσβεις παρὰ μὲν Θεσπιέων — τοὺς Χαιρωνεῖς καὶ τοὺς Λεβαδεῖς καὶ τοὺς ἄλλους οἳ παρῆσαν ἀπὸ τῶν πόλεων. — οἱ δὲ Κορωνεῖς καὶ Ἁλιάρτιοι συνδεδραμηκότες εἰς τὰς Θήβας ἀκμὴν ἀντεποιοῦντο τῶν πραγμάτων.*

d) *Lebadea.* Cf. Strab. IX p. 414. Hanc civitatem a. 171 nominat Polyb. V. de *Chaeronea* ann. c.

e) *Coronea: ἐγγὺς τοῦ Ἑλικῶνός ἐστιν ἐφ' ὕψους ἱδρυμένη.* Strabo IX p. 411. Hic Pamboeotia celebrabantur: *ἐνταῦθα τὰ Παμβοιώτια συντέλουν.* Strabo ibid. De Coroneae rebus 346 v. annot. b.

f) *Haliartum* a. 171 nominat Polybius. V. de Chaeronea ann. c. Sed paulo post Persei bello excisa est. Strabo IX p. 411: *Ἁλίαρτος δὲ νῦν οὐκέτι ἔστι, κατασκαφεῖσα ἐν τῷ πρὸς Περσέα πολέμῳ· τὴν χώραν δ' ἔχουσιν Ἀθηναῖοι δόντων Ῥωμαίων.*

g) *Thespienses* ante Persicum bellum Thebanos duces sequebantur. Herod. V, 79: *Ταναγραῖοί τε καὶ Κορώνεια καὶ Θεσπιέες ἅμα ἡμῖν ἀεὶ μαχόμενοι συνδιαφέρουσι τὸν πόλεμον.* Thespienses Thebani eodem tempore quo Plataeenses, 374, eiecerunt. Xenoph. Hell. VI, 3, 1. Utrosque Socratide archonte expulsos esse tradit Diodor. XV, 46: *Θηβαῖοι τὰς Πλαταιὰς κατασκάψαντες καὶ Θεσπιὰς ἀλλοτρίους πρὸς αὐτοὺς διακειμένους ἐξεπόρθησαν.* Secundum Demosthenem Philippus Thespias restituere voluit, ut Thebanis adversarentur; (v. de *Orchomeno* ann. b.); sed a. 344 nondum restitutae erant. Demosth. Philipp. II p. 73: *Φίλιππος Θεσπιὰς μὲν καὶ Πλαταιὰς τειχιεῖ, Θηβαίους δὲ παύσει τῆς ὕβρεως.* Rursus a. 343 dicit: *ἀκούσεσθαι Θεσπιὰς καὶ Πλαταιὰς οἰκιζομένας κ. τ. λ.* Fals. Leg. p. 347. Restitutae erant Dicaearchi aetate (v. Dicaearch. p. 64. 79) et paene 300 post annis, Strabonis aetate, satis magna urbs fuit. Strabo IX p. 403. 410.

h) *Tanagram* sic describit Dicaearchus p. 31: *πόλις τραχεῖα μὲν καὶ μετέωρος, λευκὴ δὲ τῇ ἐπιφανείᾳ καὶ*

pia i), *Thebae.* Hae civitates sui iuris fuerunt, nisi quando Thebanorum potentia oppressi erant. Boeotia. Participes fuerant magnorum quattuor conciliorum a quibus Boeotorum res administrabantur k) et Boeotarchos creandi ius habuerunt; quorum numerus l) fortasse idem fuit qui civitatum quae hoc foedere continebantur. Harum civitatum quaeque in agro suo complura minora oppida vicosque habuit m).

ἀργιλλώδης· τοῖς δὲ τῶν οἰκιῶν προθύροις καὶ ἐγκαύμασιν ἀναθεματικοῖς κάλλιστα κατεσκευασμένη· καρποῖς δὲ τοῖς ἐκ τῆς χώρας σιτικοῖς οὐ λίαν ἄφθονος, οἴνῳ δὲ τῷ γινομένῳ κατὰ τὴν Βοιωτίαν πρωτεύουσα. οἱ δὲ ἐνοικοῦντες ταῖς μὲν οὐσίαις λαμπροὶ τοῖς δὲ βίοις λιτοί. πάντες γεωργοί, οὐκ ἐργάται· δικαιοσύνην, πίστιν, ξενίαν ἀγαθοὶ διαφυλάξαι· τοῖς δεομένοις τῶν πολιτῶν καὶ τοῖς στειχοπλανήταις τῶν ἀποδημητικῶν ἀφ' ὧν ἔχουσιν ἀπαρχόμενοί τε καὶ ἐλευθέρως μεταδιδόντες· ἀλλότριοι πάσης ἀδίκου πλεονεξίας· καὶ ἐνδιατρῖψαι ξένοις ἀσφαλεστάτη πόλις τῶν κατὰ τὴν Βοιωτίαν. Tanagra etiam posterioribus aetatibus floruit. Strabo IX p. 403: *Τανάγραι καὶ Θεσπιῶν· αὗται δ' ἱκανῶς συμμένουσι.* p. 410: *(Θεσπιαὶ) μόνη συνέστηκε τῶν Βοιωτικῶν πόλεων καὶ Τάναγρα.* Plinius H. N. IV omnia haec Boeotiae oppida nominat, Orchomeno excepta, atque Thespias et Tanagram libera oppida dicit: *Thespiae liberum oppidum; — Tanagra liber populus.* Dicaearchus in descriptione versibus facta haec enumerat p. 79:

—— —— *Ἀνθηδὼν δ' ἔχει*
Ἀνθηδόνιον τὸν λιμένα· καὶ μετ' οὐ πολὺ
Τάναγρα· κεῖται δ' ἐν μεσογαίᾳ πάνυ καλὴ
πόλις μεγάλαι Θῆβαι, σταδίων τὸ περίμετρον
ἔχουσα τετταράκοντα καὶ προσέτι τριῶν.
Κῶπαι δὲ πόλις κώρχομενός· εἶτα μετὰ δύο
πόλις Λεβαδεία καὶ ἱερὸν Τροφωνίου,
ὅπου τὸ μαντεῖον λέγουσι γεγονέναι
εἶτ' Ὠκαλέα πόλις ἐστὶ καὶ Μεδεών· μετὰ
ταύτην ὑπόκειται Θέσπια κἄτ' ἐχομένη
ᾗ προσαγορευομένη Πλαταιαί. ——

i) *Ἡ Παρασωπία.* In hac regione complura oppida fuerunt. *Σκῶλος κώμη τῆς Παρασωπίας.* Strabo IX p. 408. *Σκάρφη τῆς Παρασωπίας.* p. 409. *Ὑσιὰς τῆς Παρασωπίας.* pag. 404. Idem pag. 409: *ὁ Ἀσωπὸς ποιῶν τοὺς Παρασωπίους εἰς κατοικίας πλείους διηρημένους, ἅπαντας δ' ὑπὸ Θηβαίοις ὄντας. ἕτεροι δ' ἐν τῇ Πλαταιέων φασὶ τόν τε Σκῶλον καὶ τὸν Ἑτεωνὸν καὶ τὰς Ἐρυθράς.* *Erythrarum* situm notaverunt Herodotus IX, 19. Thuc. III, 24. Strabo IX p. 404. Haec regio, cuius *Erythrae, Hysiae* aliaque oppida fuerunt, a Thebaide videtur disiuncta suique iuris fuisse priusquam a Thebanis subacta est. *Τοὺς Ἀσωπίους* memorat Herod. IX, 15.

k) Thucyd. V, 38: *οἱ Βοιωτάρχαι ἐκοινώνησαν ταῖς τέσσαρσι βουλαῖς τῶν Βοιωτῶν ταῦτα, αἵπερ ἅπαν τὸ κῦρος ἔχουσι.* Boeotorum foedus 171 a. C. n. solutum est. Polyb. XXVII, 8: *τὸ δὲ τῶν Βοιωτῶν ἔθνος, ἐπὶ πολὺν χρόνον συντετηρηκός τε τὴν κοινὴν συνπολιτείαν καὶ πολλοὺς καὶ ποικίλους καιροὺς διαπεφευγὸς παραδόξως, τότε προπετῶς καὶ ἀλογίστως ἑλόμενον τὰ παρὰ Περσέως — κατελύθη καὶ διεσκορπίσθη κατὰ πόλεις.* Cf. Livium XLII, 44.

l) Secundum Thuc. IV, 91 Boeotarchi undecim numero fuerunt: *τῶν ἄλλων Βοιωταρχῶν, οἳ εἰσιν ἕνδεκα, οὐ ξυνεπαινούντων μάχεσθαι, — Παγώνδας ὁ Διολάδου Βοιωταρχῶν ἐκ Θηβῶν μετ' Ἀριανθίδου τοῦ Ἀυσιμαχίδου.* [Sic huc locum intelligendum esse recte nuper docuit Boeckhius Corp. Inscr. I p. 729. *Kr.*] Idem II, 2: *Θηβαίων ἄνδρες — ἡγοῦντο δὲ αὐτῶν βοιωταρχοῦντες Πυθάγγελός τε ὁ Φυλείδου καὶ Διέμπορος ὁ Ὀνητορίδου.* Scholiastes: *ἦσαν οἱ πάντες ἕνδεκα.* Secundum Livium XLII, 43 duodecim fuerunt: *Exules Thebas revocati decretum faciunt ut duodecim qui privati coetum et concilium habuissent exilio multarentur.* Fortasse numerus auctus est aucto civitatum numero. [Duodecimum scribam fuisse suspicatur Boeckh. l. l. *Kr.*] Thucydidis aetate *Plataeae* a foedere Boeotio disiunctae erant; iis de quibus Livius loquitur temporibus rursus ad illud se applicuerant. V. supra de *Plataeis* ann. x. Secundum Diodorum XV, 52 et Pausan. IX, 13 Leuctricae pugnae tantum septem Boeotarchi interfuerunt, ut videtur quod non tota Boeotia cum Thebanis coniuncta erat. Nam Xenophon de Boeotiae civitate haec tradit a. 378 Hell. V, 4, 46: *ἐστρατεύοντο (οἱ Θηβαῖοι) ἐς Θεσπιὰς καὶ ἐς τὰς ἄλλας τὰς περιοικίδας πόλεις· ὁ μέντοι δῆμος ἐξ αὐτῶν ἐς τὰς Θήβας ἀπεχώρει· ἐν πάσαις γὰρ ταῖς πόλεσι δυναστεῖαι καθειστήκεσαν ὥσπερ ἐν Θήβαις· ὥστε καὶ αἱ ἐν ταύταις ταῖς πόλεσι φίλοι τῶν Λακεδαιμονίων βοηθείας ἐδέοντο.* Tanagra hoc tempore Lacedaemoniis favebat. Ibid. §. 49. Quamdiu Thebani Boeotiam subactam tenebant, eos horum magistratuum creationem rexisse par est. Atque septem illi quos Pausanias memorat videntur Thebani fuisse. Anno 378 tres Boeotarchorum Thebani fuerunt, *Melon, Charon, Pelopidas.* Plutarch. Pelop. c. 13. Apud Thuc. IV, 91 significari videtur tum duos tantum Boeotarchorum Thebanos fuisse. *Οἱ Βοιωτάρχαι* Herod. IX, 15, *οἱ Βοιώταρχοι* Xenoph Hell. III, 4, 4, *Βοιωταρχοῦντες* Arrian. Exp. I, 7 omnino memorantur. *Θηβαίων τῶν Βοιωταρχῶν Σκιρφώνδαν* memorat Thuc. VII, 30.

m) Ita *Thespiae: ἐν τῇ τῶν Θεσπιέων ἡ Ἄσκρη.* Strabo IX p. 409. *Κρεουσίδι ἐπινείῳ τῷ Θεσπιέων.* Pausan. IX, 32, 1. [*Κρέουσα.* Strabo IX p. 409. *Creüsa,* Liv. XXXVI, 21.] *Εὔτρησις κώμιον Θεσπιέων.* Strabo p. 411. *Σίφαι τῆς Θεσπικῆς γῆς.* Thuc. IV, 76. *Λεῦκτρα τῆς Θεσπικῆς.* Xenoph. Hell. VI, 4, 4. *Tanagra: Αὐλὶς κώμη Ταναγραίων.* Strabo IX p. 403. *Δήλιον Ταναγραίων πολίχνιον.* Ibid. Cf. Thuc. IV, 76. *Μυκαλησσὸς κώμη τῆς Ταναγρικῆς.* Strabo p. 404. *πόλις οὐ μεγάλη.* Thuc. VII, 29. *Ἅρμα κώμη τῆς Ταναγρικῆς.* Strabo p. 404. *Ἑλεὼν κώμη Ταναγρική.* Ibid. *Haliartus: Πετεὼν τῆς Ἁλιαρτίας καὶ Μεδεὼν καὶ Ὠκαλέα.* Strabo p. 410. *Ὄγχηστὸς ὅπου τὸ Ἀμφικτυονικὸν συνήγετο ἐν τῇ Ἁλιαρτίᾳ.* p. 412. *Thebae:*

399 Quod Xenophon significat omnium Boeotiae civitatum cives tot numero fuisse quot Atticae,
Boeotia. i. e. circiter 20,000, id confirmat Thucydides, ex quo discimus ad Delium a. 424 Boeotorum exercitum fuisse 18,500 n). Atqui 18,500 homines 18 annis maiores, 60 minores si sumas, omnino 80,640 capita reperias o). Sed quum plus p) 18,500 milites fuisse dicantur, omnino capitum numerum maiorum fuisse statueris; atque militaris aetatis viros Boeotiae minimum 20,000, liberos homines omnino 87,000 fuisse posueris: qui numerus aliquanto maior est eo quem Xenophon posuit q). Quum Boeotia agricultura floreret neque, ut Athenae, mercatura divitiis aucta esset, servos par est non multos fuisse. Sed etiamsi dimidio pauciores quam liberi homines fuerint sive 43,500 omnium aetatum utriusque sexus, omnino Thucydidis et Xenophontis aetate 130,500 capita Boeotiae fuisse reperias.

Horum quot Thebis fuerint probabili coniectura assequaris. Nam secundum Diodorum et Plutarchum r) Thebis ab Alexandro eversis plus 6000 occisi, plus 30,000 sub corona venditi sunt.
400 Hinc Barthelemius s) Thebas earumque agrum hoc tempore 50,000 liberos incolas habuisse suspicatur: qui numerus haudquaquam verisimilem rationem excedit. Si 25,000 servos fuisse statuas, omnino Thebas et Thebanorum agrum 75,000 capita habuisse reperias. Idque confirmat Dicaearchus: qui quo tempore Thebas a Cassandro restitutas visit, eas altero loco 43 ss), altero 70 stadia

---

Σχοῖνος χώρα τῆς Θηβαϊκῆς. Strabo IX p. 408. *ἐν τῇ Θηβαίων αἱ Θεράπναι καὶ ὁ Τευμησσός.* p. 409. *Πετεὼν κώμη τῆς Θηβαΐδος.* p. 410. *Σκῶλος ἐν γῇ τῇ Θηβαίων.* Herod. IX, 15. Anno 377 quum Thebani fines suos defensuri munitiones fecerunt, *Ἀγησίλαος ἐπορεύετο τὴν ἐπ' Ἐρυθρὰς· καὶ ἔφθασεν ὑπερβὰς τὸ κατὰ Σκῶλον σταύρωμα.* Xenoph. Hell. V, 4, 49. Itaque Thebaidis termini inter Scolum et Erythras fuerunt. De *Parasopiae* oppidis, quorum Erythrae fuerunt, v. p. 398 annot. i.

n) Thuc. IV, 93. Enumerat copias et nomina Boeotiae civitatum: *ὁπλῖται ἑπτακισχίλιοι μάλιστα καὶ ψιλοὶ ὑπὲρ μυρίους ἱππῆς τε χίλιοι καὶ πελτασταὶ πεντακόσιοι. εἶχον δὲ δεξιὸν μὲν κέρας Θηβαῖοι καὶ οἱ ξύμμοροι αὐτοῖς,* [fortasse *Parasopii*] *μέσοι δὲ Ἁλιάρτιοι καὶ Κορωναῖοι καὶ Κωπαιῆς καὶ οἱ ἄλλοι οἱ περὶ τὴν λίμνην· τὸ δὲ εὐώνυμον εἶχον Θεσπιῆς καὶ Ταναγραῖοι καὶ Ὀρχομένιοι.* Verbo *ξύμμοροι* perspicuum est significari „eas civitates" quae *Θηβαΐδι μοίρᾳ* adscripti essent, sive quae *ξυνετέλουν ἐς Θήβας*, ut Chaeronenses IV, 76 *ξυντελεῖν ἐς Ὀρχομενὸν* dicuntur. [Cf. Boeckh. Staatshaushalt. d. Ath. II p. 370 et Müller. Orchom. p. 403. *Kr.*] Thebis paruerunt *Parasopii* Strabone auctore. V. supra p. 398 annot. i.

o) V. supra p. 387.

p) Plures numero fuerunt. Nam levis armaturae *ὑπὲρ μυρίους* fuerunt, ac Boeoti iam manum dimiserant quae 300 Atheniensium equitibus ad Delium resisteret. Thuc. ibid.: *πρὸς τούτους ἀντικατέστησαν τοὺς ἀμυνομένους.* [Malim *ἀμυνουμένους. Kr.*] Hi illis 18,500 non videntur annumerati esse.

q) Si 20,000 cives sive mares 20 annis maiores fuisse statuas totum numerum 82,360 capitum fuisse reperias. V. p. 387 et tabb. 422, 2.

r) Diod. XVII, 14: *τῶν Θηβαίων ἀνηρέθησαν μὲν ὑπὲρ τοὺς ἑξακισχιλίους, αἰχμάλωτα δὲ σώματα συνήχθη πλείω τῶν τρισμυρίων.* Plutarch. Alex. c. 11: *ἀπέδοτο τοὺς ἄλλους περὶ τρισμυρίους γενομένους· οἱ δ' ἀποθανόντες ὑπὲρ ἑξακισχιλίους ἦσαν.*

s) Anachars. t. III p. 491. Memorat non paucis hostes pepercisse, multos haud dubie fuga evasisse. *Itaque*, inquit, *statuere licet Thebas earumque agrum hoc tempore 50,000 homines omnium aetatum utriusque sexus habuisse, servis non numeratis.* Longe minorem numerum posuit Humius p. 562: „Quicunque in armis erant caesi sunt, atqui hi „tantum 6000 fuerunt. In his fuerunt peregrini et servi manu missi." [Diod. XVII, 11: *τοὺς ἐλευθερωθέντας οἰκέτας καὶ τοὺς φυγάδας καὶ τοὺς μετοίκους.*] „Captivi, „i. e. senes, mulieres, liberi et servi, sub corona venditi „sunt: quorum numerus 30,000 fuit. Itaque collegeris „omnium aetatum Thebanos Thebanasque fuisse prope „24,000, peregrinos et servos circiter 12,000, ut omnino „36,000 homines Thebas earumque agrum incoluerint." Haec computatio probari non potest. Nam primum Humius non numeravit eos qui evaserunt. Aliquammulti bello non interfuerunt et Thebis priusquam oppugnatae sunt videntur aufugisse aut exsules fuisse. Compluribus familiis victor pepercit. Multi post ipsam expugnationem effugerunt. Arrian. I, 7: *ἔνθα δὴ τῶν Θηβαίων οἱ μὲν τὰ βέλτιστα ἐς τὸ κοινὸν γιγνώσκοντες ἐξελθεῖν ὥρμηντο παρ' Ἀλέξανδρον καὶ εὑρέσθαι ξυγγνώμην τῷ πλήθει τῶν Θηβαίων τῆς ἀποστάσεως.* Idem I, 8: *οἱ μὲν ἱππεῖς τῶν Θηβαίων διεκπεσόντες διὰ τῆς πόλεως ἐς τὸ πεδίον ἐξέπιπτον, οἱ δὲ πεζοὶ ὡς ἑκάστοις προὐχώρει ἐσώζοντο.* Plutarch. Alexand. c. 11: *ὑπεξελόμενος τοὺς ἱερεῖς καὶ τοὺς ξένους τῶν Μακεδόνων ἅπαντας καὶ τοὺς ἀπὸ Πινδάρου γεγονότας, — ἀπέδοτο τοὺς ἄλλους.* (Cf. Arrian. I, 9. Aelian. V. H. XIII, 7.) Iustin. XI, 4: *Miseranda res Atheniensibus visa. Itaque portas refugiis profugorum contra interdictum regis aperuere.* Plutarch. Alex. c. 13: *Ἀθηναῖοι τοῖς καταφυγοῦσιν ἐπὶ τὴν πόλιν ἅπαντων μετεδίδοσαν τῶν φιλανθρώπων.* Diod. XVII, 15: *ὁ δῆμος —*

in circuitu habuisse tradit [t]). Hos numeros conciliare conatur Barthelemius [tt]). Sed modo prior verus esse potest. Atque 43 stadia ex medio stadio Rennellii [u]) 508 pedum, sunt pedes 21,844, i. e. amplius quattuor mill. Angl.; ex Olympico stadio 604 pedum, 25,972 pedes, i. e. fere quinque mill. Angl. quae Thebae in circuitu patuerint. Quumque Athenae, quarum circuitus 60 stadiorum fuerit, 10,000 domus habuerint, Thebas, quarum circuitus 43 stadiorum fuerit, minimum dimidium domuum numerum habuisse statueris: quibus si singulis duodena capita tribuas, Thebas Dicaearchi aetate 60,000 homines incoluerint. Neque probabile est Thebas quo tempore opibus floruerint minus frequentes incolis fuisse. Atque Pausanias [v]) tradit muros non longius prolatos esse quam antea fuissent. Quodsi Thebae Thebarumque ager 75,000 incolas habuit, quorum 60,000 urbi fuisse probabile est, si totam terram 130,500 homines incoluerunt, ceteris decem Boeotiae civitatibus 55,500 relinquuntur, ut singulis circiter 5000 aut 6000 fuerint. Thebis probabile est eum numerum fuisse Epaminondae aetate, quum eversae fuerunt Thespiae et Orchomenus. Superiore tempore his duabus civitatibus florentibus minor numerus fuerit Thebis, maior ceteris Boeotiae civitatibus [w]). BOEOTIA 401

Hic meminisse oportet in rationibus a Xenophonte et Thucydide traditis *Oropum* et *Eleutheras* non esse annumeratas, quod hae civitates a Boeotiae foedere disiunctae Atheniensium fuerunt. Sed annumerandae sunt in Boeotiae incolis omnino computandis: quos proinde probabili ratione

---

δοὺς ἐντολὴν, καὶ περὶ τῶν Θηβαίων φυγάδων ἀξιῶσαι τὸν Ἀλέξανδρον συγχωρῆσαι τῷ δήμῳ τοὺς πεφευγότας Θηβαίους ὑποδέχεσθαι. Pausanias IX, 7, 1: *τοὺς Θηβαίους γενομένους ἀναστάτους ὑπὸ Ἀλεξάνδρου καὶ διαπεσόντας ἐς Ἀθήνας. Athenas μυστηρίων ἀγομένων ἦκον τινὲς τῶν Θηβαίων ἐξ αὐτοι τοῦ ἔργου.* Arrian. I, 10. Capta urbe socii decreverunt *τοὺς φυγάδας τῶν Θηβαίων ἀγωγίμους ὑπάρχειν ἐξ ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος.* Diod. XVII, 14.

Deinde quod Humius statuit, captivis 30,000 servos annumeratos esse, non solent scriptores Graeci liberos homines servosque coniungere aut omnino eiusmodi locis servos numerare. Atque haec res quibus locis narratur, iis perspicue tantum liberi homines dicuntur. Arrian. I, 9: *ἔδοξε παῖδας καὶ γυναῖκας καὶ ὅσοι ὑπελείποντο Θηβαίων, πλὴν τῶν ἱερέων τε καὶ ἱερειῶν καὶ ὅσοι ξένοι Φιλίππου ἢ Ἀλεξάνδρου ἢ ὅσοι πρόξενοι Μακεδόνων ἐγίνοντο, ἀνδραποδίσαι. καὶ τὴν Πινδάρου δὲ οἰκίαν καὶ τοὺς ἀπογόνους τοῦ Πινδάρου λέγουσιν ὅτι διεφύλαξεν Ἀλέξανδρος.* Aelian. V. H. XIII, 7: *ὅτε εἶλε τὴν Θηβαίων πόλιν Ἀλέξανδρος, ἀπέδοτο τοὺς ἐλευθέρους πάντας πλὴν ἱερέων. ἀφῆκε δὲ τῆς πράσεως καὶ τοὺς τοῦ πατρὸς ξένους καὶ τοὺς συγγενεῖς δὲ τούτων ἀφῆκεν. ἐτίμησε δὲ καὶ τοὺς ἀπογόνους τοῦ Πινδάρου.* Iustin. XI, 4: *Deleta iuventute, nunc senum foeminarumque restare vulgus. — Captivi sub corona venduntur; quorum pretium non ex ementium commodo sed ex inimicorum odio extenditur.* Diodorus XVII, 13 s. haec scripta reliquit: *πάνδημος ἐπῆρχε τῆς πόλεως ἀνδραποδισμός — τέκνα καὶ γυναῖκες καὶ οἱ γεγηρακότες ἀπήγοντο. — αἰχμάλωτα δὲ σώματα συνήχθη. — οἱ σύνεδροι τῶν Ἑλλήνων ἐψηφίσαντο τοὺς αἰχμαλώτους ἀποδόσθαι. — ὁ βασιλεὺς τοὺς αἰχμαλώτους λαφυροπωλήσας.* His verbis tantum libera capita significantur.

Denique qui caesi sunt, plus 6000 (*ὑπὲρ ἑξακισχιλίους*) militaris aetatis viri fuerunt. Item mares adulti fuerunt qui servati sunt aut effugerunt aut exsules erant. Qui omnes fortasse 3000 fuerunt, ut omnino liberi mares 18 annis maiores, 60 minores minimum 9000 fuerint. Quae quum non quarta pars omnium fuerit, (v. supra p. 387) sequitur ut circiter 39,000 liberi homines incoluerint. Itaque servi hoc numero 30 000 non sunt comprehensi.

ss) V. supra p. 398 ann. h.

t) Dicaearch. p. 46: *ἡ πόλις ἐν μέσῳ τῆς τῶν Βοιωτῶν κεῖται χώρας, τὴν περίμετρον ἔχουσα σταδίων ο', πᾶσα δὲ ὁμαλή· στρογγύλη μὲν τῷ σχήματι, τῇ χρόᾳ δὲ μελάγγειος· ἀρχαία μὲν οὖσα, καινῶς δὲ ἐρρυμοτομημένη διὰ τὸ τρὶς ἤδη, ὡς φασιν αἱ ἱστορίαι, κατεσκάφθαι διὰ τὸ βάρος καὶ τὴν ὑπερηφανίαν τῶν κατοικούντων. καὶ ἱπποτρόφος δὲ ἀγαθή, κάθιδρος πᾶσα, χλωρά τε καὶ γεώλοφος· κηπεύματα ἔχουσα πλεῖστα τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι πόλεων· καὶ γὰρ ποταμοὶ ῥέουσι δι' αὐτῆς δύο, τὸ ἐπικείμενον τῇ πόλει πεδίον πᾶν ἀρδεύοντες.*

tt) Anachars. l. III p. 490.

u) V. supra p. 393.

v) Pausan. IX, 7, 4: *Θηβαίοις ἐπὶ Κασσάνδρου πᾶς ὁ ἀρχαῖος περίβολος ἀνῳκίσθη.*

w) In Plataeensi pugna Thespienses 1800 cum Graecis coniuncti fuerunt. Herod. IX, 30. Et tamen 700 Thespienses (*Θεσπιέων ἑπτακόσιοι.* Herod. VII, 202.) superiore anno cum Leonida ad Thermopylas occiderant: *καταμείναντες συναπέθανον.* Herod. VII, 222. Atqui 2500 mares 18 annis maiores, 60 minores si fuerint, Thespiarum civitatem hoc tempore 10,800 capita habuisse reperias, etiamsi servos annumeratos esse statuas. Itaque Thebas hoc tempore minus, ceteras civitates magis quam Xenophontis aetate incolis frequentes fuisse collegeris. Thebis ab Alexandro excisis ceteris Boeotiae civitatibus haec illarum calamitas profuit. Diod. XVIII, 11: *Ἀλέξανδρος Θήβας κατασκάψας τὴν χώραν τοῖς περιοικοῦσι Βοιωτοῖς ἔδωκεν· οὗτοι δὲ κατακληρουχήσαντες τὰς τῶν ἠτυχηκότων κτήσεις ἐκ τῆς χώρας μεγάλας ἐλάμβανον προσόδους.*

LACONICA. 135,000 posueris. Solum Boeotiae fertile fuit x); eiusque magnitudo si 1080 quadratarum mill. Angl. statuatur et cum incolarum numero 135,000 comparetur, singulis quadratis mill. ipsos 125 homines tribuendos esse videas.

LACONICAE, quae maxima videtur Peloponnesi terra fuisse, olim 100 oppida fuisse traduntur y). Dores quum eam expugnaverunt, Spartam ipsam sedem suam elegerunt atque ceteras terrae

---

x) Attica longe praestantiorem fuisse tradit Strabo IX p. 400: *ἀρετῇ τῆς χώρας πάμπολυ διαφέρει.* Idem p. 406: *τῶν πεδίων τὰ μὲν λιμνάζει — τὰ δὲ καὶ γεωργεῖται παντοδαπῶς διὰ τὴν εὐκαρπίαν.*

y) Strabo VIII p. 362: *τὸ παλαιὸν ἑκατόμπολίν φασιν αὐτὴν (τὴν Λακωνικὴν) καλεῖσθαι, καὶ τὰ ἑκατόμβοια διὰ τοῦτο θύεσθαι παρ' αὐτοῖς κατ' ἔτος.* Laconicae oppida praeter Spartam haec memorata legimus.

Acriae. *ἐπὶ θαλάσσης πόλις ἐστὶν Ἀκριαί.* Pausan. III, 22, 4. V. *Helos.*

Aegys. *Αἴγυς πόλις Λακωνική.* Steph. Byz. prope *Belminam.* Polyb. II, 53.

Aegiae. *μετὰ Κρωκέας ἀποτραπεὶς ἐς δεξιὰν ἀπὸ τῆς ἐς Γύθιον εὐθείας ἐπὶ πόλισμα ἥξεις Αἰγίας.* Pausan. III, 21, 5: *Γύθειον ἀπέχει σταδίους τριάκοντα Αἰγιῶν.* Ibid.

Aegila. *Αἴγιλα τῆς Λακωνικῆς.* Pausan. IV, 17, 1.

Aethaea. *Αἰθαία πόλις Λακωνικῆς μία τῶν ἑκατόν· Φιλόχορος ἐν Ἀτθίδος τρίτῳ. τὸ ἐθνικὸν Αἰθαιεύς· Θουκυδίδης πρώτῃ* (I, 101, ubi *Αἰθεῖς*). Steph. Byz.

Amathus. V. *Asine.*

Amyclae. *πόλις Λακωνικὴ τῶν ἑκατὸν πόλεων.* Steph. Byz. *τόπος τῆς Λακωνικῆς χώρας καλλιδενδρότατος· καὶ καλλικαρπότατος· ἀπέχει δὲ τῆς Λακεδαίμονος ὡς εἴκοσι στάδια. — κεῖται δὲ τῆς πόλεως ἐν τοῖς πρὸς θάλατταν κεκλιμένοις μέρεσι.* Polyb. V, 19.

Anthana. *πόλις Λακωνικὴ μία τῶν ἑκατόν.* Steph. Byz.

Aphrodisias. *πόλις Λακωνικῆς μία τῶν ρ'.* Steph. Byz. *Ἀφροδισία.* Thucyd. IV, 56. V. *Boeae.*

Asopus. *Ἀσωπὸς πόλις ἐν τῇ Λακωνικῇ.* Strabo VIII, p. 364: *πρὸς θαλάσσῃ πόλις Ἀσωπὸς Ἀκρίων ἀπέχει σταδίους ἑξήκοντα.* Pausan. III 22, 7. V. *Helos.*

Asine. *πόλις Λακωνική.* Steph. Byz. *μετὰ Ταίναρον πλέοντι ἐπὶ τὴν Ὄνου γνάθον καὶ Μαλέας Ἀμαθοῦς ἐστὶ πόλις· εἶτα Ἀσίνη καὶ Γύθιον.* Strabo VIII p. 363: *ἔς τε Ἀσίνην καὶ Ἕλος καὶ τὰ πλεῖστα τῶν περὶ θάλασσαν.* Thucyd. IV, 54. Cf. Polyb. V, 19.

Aulon. *πόλις Λακωνικὴ μία τῶν ἑκατόν.* Steph. Byz.

Belmina, sive *Belbina.* *Βέλβινα πόλις Λακωνική· Παυσανίας ὀγδόῳ.* Steph. Byz. *Πελλώνας δὲ ἑκατὸν στάδια ἀπέχει Βελεμίνα* (sic) *καλουμένη.* Pausan. III, 21, 3. *λέγουσι μὲν δὴ οἱ Ἀρκάδες τὴν Βελεμίναν τῆς σφετέρας οὖσαν τὸ ἀρχαῖον ἀποτεμέσθαι Λακεδαιμονίους.* VIII, 35, 4. *Λακω-, νικῆς μεσόγειος — Βλέμμινα.* Ptol. Geograph. III, 16. *Ager Belbinates.* Liv. XXXVIII, 34. *Κλεομένην οἱ Ἔφοροι πέμπουσιν καταληψόμενον τὸ περὶ τὴν Βελβίναν Ἀθήναιον· ἐμβολὴ δὲ τῆς Λακωνικῆς τὸ χωρίον ἐστί, καὶ [τότε πρὸς τοὺς Μεγαλοπολίτας ἦν ἐπίδικον.* Plutarch. Cleom. 4. Ex Plutarchi l. l. Liv. XXXVIII, 34 et Pausan. VIII, 27, 3, ubi *Βλένινα* scribitur, *Belminam* post Epaminondae in Laconicam irruptionem 369 a Laconica avulsam et Megalopolis agro attributam esse collegeris. Cf. tamen Pausan. VIII, 35, 4.

Biandina. V. *Helos.*

Boeae. V. *Helos.* *Βοία πόλις.* Strabo VIII p. 364. *Βοιατικὸς κόλπος καὶ Βοιαὶ πόλις πρὸς τῷ πέρατί ἐστι τοῦ κόλπου· ταύτην ᾤκισε μὲν Βοιὸς τῶν Ἡρακλειδῶν, συναγαγεῖν δὲ ἄνδρας ἀπὸ τριῶν ἐς αὐτὴν λέγεται πόλεων, Ἠτιδος, Ἀφροδισιάδος καὶ Σίδης.* Pausan. III, 22, 9.

Caryae. *Κάρυα χωρίον τῆς Λακωνικῆς· Θεόπομπος νέ'.* Steph. Byz. *οἱ Θηβαῖοι κατὰ Καρύας ἐνέβαλον.* Xenoph. Hell. VI, 5, 25. Quum Thebani recessissent, Archidamus *Καρύας ἐξαιρεῖ κατὰ κράτος.* Idem VII, 1, 28. *Caryas* descripsit Pausanias III, 10, 8. Altero bello Messenio: *Ἀριστομένης τὰς ἐν Καρύαις παρθένους χορευούσας τῇ Ἀρτέμιδι ἑλόχησε.* Pausan. IV, 16, 5.

Cardamyle. *Καρδαμύλη τῇ Λακωνικῇ.* Herod. VIII, 73. Fortasse quod hac aetate Messenia Lacedaemoniorum erat. Ita Thucydides IV, 12 Pylum *γῆς Λακωνικῆς* dicit. [Similiter idem II, 25 et Diod. XI, 84 *Methonen τῆς Λακωνικῆς* dicunt. Ac de *Lepreo* Thuc. V, 34: *Λέπρεον κείμενον ἐπὶ τῆς Λακωνικῆς καὶ τῆς Ἠλείας.* Cf. Weisk. ad Xenoph. Hell. VI, 2, 31. Atque Messeniae nomen Herodoti aetate abolevisse discas ex Thuc. IV, 3. 41. *Kr.*] Quamquam quum Cardamyle in confiniis sita fuerit, fieri potest ut, quemadmodum Thuria et Thalamae, interdum Messeniae, interdum Laconicae attributa sit. Messeniae oppidis annumerat Strabo VIII p. 360; Spartae restituit Augustus. Pausan. III, 26, 5: *Καρδαμύλη Λακεδαιμονίων ἐστὶν ὑπήκοος τῶν ἐν Σπάρτῃ, βασιλέως Αὐγούστου τῆς Μεσσηνίας ἀποτεμομένου· ἀπέχει δὲ Καρδαμύλη θαλάσσης ὀκτὼ σταδίους.*

Characoma. *προϊόντι ὡς ἐπὶ τὴν Πελλάναν Χαράκωμά ἐστιν ὀνομαζόμενον, καὶ ἡ μετὰ τοῦτο Πελλάνα πόλις τὸ ἀρχαῖον.* Pausan. III, 21, 2.

Cotyrta. *περὶ Κοτίρταν καὶ Ἀφροδισίαν.* Thuc. IV, 56. *Κότυρτα χωρίον Λακωνικόν· Θουκυδίδης.* Steph. Byz.

Croceae. *Κρωκέαι πόλις Λακωνικὴ τῶν ἑκατὸν πόλεων μία.* Steph. Byz. *ἐπὶ θάλασσαν ἐς Γύθιον καταβαίνοντί ἐστι Λακεδαιμονίοις ἡ κώμη καλουμένη Κρωκέαι.* Pausan. III, 21, 4. Cf. II, 3, 5.

Cyparissia. *πόλις ἐπὶ χερρονήσου ἱδρυμένη Κυπαρισσία, λιμένα ἔχουσα.* Strabo VIII p. 363.

Cyphanta. *Κυφάντων καλουμένων ἐρείπιά ἐστιν.* Pausan. III, 24, 2. V. *Prasiae.*

Derrhium. *τὸ Λαπίθαιόν ἐστιν ἐν τῷ Ταϋγέτῳ, καὶ οὐ πόρρω Δέρριον.* Pausan. III, 20, 7.

Dyrrhachium. ἔστι τις Λακωνικὴ μία τῶν ρ'. Steph. Byz.

Epidaurus Limera. τῆς Βοιατῶν ὅμορος Ἐπίδαυρός ἐστιν ἡ Λιμηρά — φασὶ δὲ οὐ Λακεδαιμονίων, τῶν δὲ ἐν τῇ Ἀργολίδι Ἐπιδαυρίων εἶναι. Pausan. III, 23, 4. τινὲς δὲ Λειμηρὸν Λακωνικὴν λέγουσι μίαν τῶν ἑκατὸν διὰ τὸ πολλοὺς ἔχειν λιμένας Steph. Byz. V. *Prasiae.*

Etia sive *Etis.* Ἧτεια δῆμος Λακωνικῆς. Steph. Byz. Ἧτις Pausan. III, 22, 9. V. *Boeae.* Οἴητις VIII, 12, 5.

Geronthrae. Pausan. III, 22, 5: ἀπὸ θαλάσσης ἄνω Γερόνθραι σταδίους ἀπέχουσιν εἴκοσι καὶ ἑκατὸν Ἀκριῶν· ταύτας οἰκουμένας πρὶν Ἡρακλείδας ἐλθεῖν ἐς Πελοπόννησον ἐποίησαν ἀναστάτους Δωριεῖς οἱ Λακεδαίμονα ἔχοντες· ἀναστήσαντες δὲ Γερονθρῶν τοὺς Ἀχαίους παρὰ σφῶν ἀποίκους ἀπέστειλαν.

Glyppia sive *Glympes*, ut videtur, idem locus. Μαριὸς πόλισμα ὁ ἀπὸ Γερονθρῶν στάδια ἑκατὸν ἀφέστηκεν· — κώμη δὲ ὑπὲρ τὸ πόλισμά ἐστιν ἐν μεσογαίᾳ καὶ αὐτὴ Γλυππία· καὶ ἐς κώμην ἑτέραν Σελινοῦντα ἐκ Γερονθρῶν ἐστὶν ὁδὸς σταδίων εἴκοσι. Pausan. III, 22, 6. Γλύμπεσι καὶ Ζάρακι προσπεσών. Polyb. IV, 36, 5. Γλυμπεῖς χωρίον ὃ κεῖται περὶ τοὺς ὅρους τῆς Ἀργείας καὶ Λακωνικῆς. Idem V, 20, 4.

Gythium. Γύθιον ἔνθα τὰ νεώρια τοῖς Λακεδαιμονίοις ἦν. Xenophon Hell. VI, 5, 32. Cf. I, 4, 11. Εἶτα Ἀσίνη καὶ Γύθιον τὸ τῆς Σπάρτης ἐπίνειον ἐν διακοσίοις καὶ τετταράκοντα σταδίοις ἱδρυμένον. Strabo VIII p. 363. τὸ ναύσταθμον τῶν Λακεδαιμονίων ὃ καλεῖται μὲν Γύθιον, ἔχει δ' ἀσφαλῆ λιμένα, τῆς δὲ πόλεως ἀπέχει περὶ τριάκοντα στάδια. Polyb. V, 19, 6. Schweigh. ad Polyb. l. l. difficultatem ita expedit ut Gythium 240 stadiis *Sparta*, portum 30 stadiis *Gythio* abfuisse statuat. [Müllerus tamen Dor. II p. 452 τριακόσια legendum censet. Certe Schweighaeuseri explicatio vix potest vera esse. *Kr.*]

Helos. ἐπὶ θαλάσσῃ πόλισμα Ἕλος ἦν. Pausan. III, 20, 6. Ἕλος τ' ἔφαλον πτολίεθρον. Hom. Il. II, 584. Ὁ Εὐρώτας ἐκδίδωσι μεταξὺ Γυθίου καὶ Ἀκραίων — εἶθ' ἑλῶδες ὑπέρκειται χωρίον καὶ κώμη Ἕλος· πρότερον δ' ἦν πόλις. Strabo VIII p. 363. Ἐν ἀριστερᾷ Γυθείου στάδια προελθόντι ὡς τριάκοντά ἐστιν ἐν τῇ ἠπείρῳ Τρινασοῦ καλουμένης τείχη, [At *Trinasos* ἐπίνειον Ptol. Geogr. III, 16. Cf. Schweigh. ad Polyb. V, 19, 6.] φρουρίου ποτέ, ἐμοὶ δοκεῖν, καὶ οὐ πόλεως· — προελθόντι δὲ ἀπὸ Τρινασοῦ στάδια ὡς ὀγδοήκοντα τοῦ Ἕλους τὰ ἐρείπια ὑπόλοιπα ἦν· καὶ μετὰ ταῦτα τριάκοντα προελθόντι ποὺ σταδίους ἐπὶ θαλάσσης πόλις ἐστὶν Ἀκριαί. Pausan. III, 22, 3. 4. τὴν Ἐλίαν, ἥτις ἐστὶ πλείστη καὶ καλλίστη χώρα τῆς Λακωνικῆς. Polyb. V, 19, 7. Strabo Acrias inter Eurotam et *Helos* posuit; sed secundum Pausaniam, quem Polybius confirmat, *Helos* inter Eurotam et *Acrias* situm erat. Ptolemaeus Geogr. III, 16 oppida ad sinum Laconicum posita hoc ordine recenset: ἐν τῷ Λακωνικῷ κόλπῳ Ταινάριον, *Kαινή*, [V. *Taenarum*] Τευθρώνη, Λᾶς, Γύθιον, Τρίνασος ἐπίνειον, Εὐρώτα ποταμοῦ ἐκβολαί, Ἄκρεια, Βιάνδινα, Ἀσωπὸς πόλις, Ὄνου γνάθος, Βοαί, [l. Βοιαί.], Μαλέα ἄκρα.

Hippola. V. *Oetylus.*

Lapithaeum. V. *Derrhium.*

Las. ἐν δεξιᾷ Γυθίου Λᾶς ἐστί, θαλάσσης μὲν δέκα στάδια, Γυθίου δὲ τεσσαράκοντα ἀπέχουσα. Pausan. III, 24, 5: τὴν δὲ Λᾶν οἱ Διόσκουροί ποτε ἐκ πολιορκίας ἐλεῖν ἱστοροῦνται. Strabo VIII p. 364. LACONICA. 403

Lerne. Λέρνη τῆς Λακωνικῆς μεσόγειος. Ptolem. III, 16.

Leucae prope *Helos.* ἀφικνεῖτο ταῖς προνομαῖς πρὸς Ἀκριὰς καὶ Λεύκας, ἔτι δὲ τὴν τῶν Βοιῶν χώραν. Polyb. V, 19, 8. *Ad Pleias posuit castra; imminet is locus et Leucis et Acriis.* Liv. XXXV, 27. ἔστι πεδίον καλούμενον Λεύκη· εἶτα — Κυπαρισσία· εἶτα ἡ Ὄνου γνάθος· εἶτα Βοία πόλις. Strabo VIII p. 363.

Leucae. Πολίχναν καὶ Πρασίας καὶ Λεύκας καὶ Κύφαντα. Polyb. IV, 36, 5. In Argolidis confiniis.

Leuctra. Θαλαμῶν ἀπέχει σταδίους εἴκοσιν ὀνομαζομένη Πέφνος ἐπὶ θαλάσσῃ. — Πέφνου δὲ στάδια εἴκοσιν ἀπέχει Λεῦκτρα. Pausan. III, 26, 2 s.: Μεσσήνιοί φασι — τὰ Λεῦκτρα τὸ ἀρχαῖον τῆς Μεσσηνίας εἶναι. Ibid. Λακωνικῆς· Λεῦκτρον, Ταιναρία ἄκρα. Ptolem. Geogr. III, 16: Λεῦκτρον τῶν ἐν Βοιωτίᾳ Λεύκτρων ἄποικος. Strabo VIII p. 360.

Leuctra, in septentrionalibus confiniis, Arcadiae vicina. Λεῦκτρα τῆς ἑαυτῶν μεθορίας, ubi Lacedaemonii τὰ διαβατήρια faciebant. Thuc. V, 54. ἐπὶ Λεύκτρων ὑπὲρ τῆς Μαλεατίδος. Xenoph. Hell. VI, 5, 24. Post Epaminondae in Laconicam irruptionem 369 hic ager a Laconica avulsus et Megalopoli attributus est. Pausan. VIII, 27, 3: παρὰ Αἰγυπτίων [*leg. cum Palmerio* Αἰγυτίων] καὶ Σκιρτώνιον καὶ Μαλαία [*leg.* Μαλέα] καὶ Κρῶμοι καὶ Βλένινα [*fortasse* Βέλμινα] καὶ Λεῦκτρον. Palmerii emendationem confirmat Polyb. II, 54: τὴν Αἰγύτιν καὶ Βελμινᾶτιν χώραν.

Litaeae. Λιταῖαι, πόλις Λακωνική· Ἀπολλόδωρος ἑβδόμῳ. Steph. Byz.

Marios. V. *Glyppia.*

Messa. V. *Oetylus.*

Methone. Μεθώνη, πόλις τῆς Λακωνικῆς. Steph. Byz. ἐς Μεθώνην τῆς Λακωνικῆς ἀποβάντες. Thuc. II, 25. Quae non alia videtur esse quam Methone Messeniae. [V. ad *Cardamylen.*]

Oenus. Οἰνοῦς πολίχνιον Λακωνικῆς. Steph. Byz. τῆς Λακωνικῆς μεσόγειος Οἰνόη [*fortasse leg.* Οἰνοῦς]. Ptolem. Geogr. III, 16. Oenuntem amnem Sellasiae vicinum memorat Polyb. II, 65 *s.*

Oetylus. μεταξὺ ἀπὸ τῶν Θυρίδων ἀρξαμένοις ὁ Τύλος ἐστί· καλεῖται δ' ὑπό τινων Οἴτυλος. Strabo VIII p. 360: Θυρίδες ἄκρα Ταινάρου καὶ πόλεως ἐρείπια Ἱππόλας ἐστίν, ἐν δὲ αὐτοῖς Ἀθηνᾶς ἱερὸν Ἱππολαΐτιδος· ὀλίγον δὲ ἀπωτέρω Μέσσα πόλις καὶ λιμήν. [At confer Strabo VIII p. 364.] ἀπὸ τούτου στάδια τοῦ λιμένος πεντήκοντά ἐστι καὶ ἑκατὸν ἐπὶ Οἴτυλον. Pausan. III, 25, 6.

Pellana. V. *Characoma.* τὰ δὲ Πέλλανα Λακωνικὸν χωρίον ὡς πρὸς τὴν Μεγαλοπολῖτιν νεῦον. Strabo VIII p. 386. τὴν ἐν τῇ Τριπόλει προσαγορευομένην Πελλήνην. Polyb. IV, 81, 7. *Tripolim Laconici agri, qui proximus finem Megalopolitarum est.* Liv. XXXV, 27.

Pephnos. V. *Leuctra.* Πέφνον πόλις Λακωνικὴ οὐδετέρως. Steph. Byz.

LACONICA.

Pharae. *Φᾶρις πόλις ἐν τῇ Λακωνικῇ.* Pausan. III, 20, 3: *πόλιν τῆς Λακωνικῆς τὸ μὲν ἀρχαῖον ὄνομα καὶ ἐν Ὁμήρου καταλόγῳ Φᾶριν, ὑπὸ δὲ τῶν Σπαρτιατῶν καὶ προσοίκων καλουμένην Φάρας.* Pausan. IV, 16, 5. *ὑποπέπτωκε τῷ Ταϋγέτῳ ἡ Σπάρτη ἐν μεσογαίᾳ καὶ Ἀμύκλαι — καὶ ἡ Φᾶρις.* Strabo VIII p. 363.

Pleiae. Liv. XXXV, 27. V. *Leucae.* Meursius tamen *Bveae* legit. V. Drakenborch. ad Liv. l. l.

Polichna. V. *Leucae.*

Prasiae s. *Brasiae.* *Πρασιάς, τῆς Λακωνικῆς πόλισμα ἐπιθαλάσσιον.* Thuc. II, 56. *ἐς Ἐπίδαυρον τὴν Λιμηρὰν καὶ Πρασιὰν καὶ ὅσα ἄλλα.* Idem VI, 105. *Πρασίαι Λακωνικὸν πολίχνιον.* Steph. Byz. *Βρασιαὶ ἐσχάτη ταύτῃ τῶν Ἐλευθερολακώνων πρὸς θαλάσσῃ ἐστί, Κνφάντων δὲ ἀπέχουσι πλοῦν σταδίων διακοσίων.* Pausan. III, 24, 3. Argolici sinus oppida Ptolem. Geogr. III, 16 hoc ordine enumerat: *ἐν τῷ Ἀργολικῷ κόλπῳ ἔτι Λακωνικῆς Μινῶα λιμήν,* [Cf. Strabo VIII p. 368. Pausan. III, 23, 7] *Διὸς Σωτῆρος λιμήν,* [Pausan. ibid.] *Ἐπίδαυρος, Ζάρηξ, Κύφαντα λιμήν, Πρασία.* *Prasiae* aliaque aliquot oppida eius Laconicae partis quae septentrionem et orientem spectabat Polybii aetate Argivorum fuerunt. V. Polyb. IV, 36, 5. Lacedaemoniis ab Augusto redditae Prasiae ex 24 quas constituit *Ἐλευθερολακώνων* civitatibus fuit. V. Pausan. III, 21, 6.

Pyrrichus. *τοῦ ποταμοῦ* [Scyras dicitur] *σταδίους τεσσαράκοντα ἀπέχει Πύρριχος ἐν μεσογαίᾳ.* Pausan. III, 25, 2.

Sciros, Sciritis, Laconicae ager Maenaliensibus vicinus. Thuc. V, 33: *Λακεδαιμόνιοι ἐστράτευσαν τῆς Ἀρκαδίας ἐς Παρρασίους, Μαντινέων ὑπηκόους ὄντας, κατὰ στάσιν ἐπικαλεσαμένων σφᾶς· ἅμα δὲ καὶ τὸ ἐν Κυφέλοις τεῖχος ἀναιρήσοντες, — ὃ ἐτείχισαν Μαντινῆς καὶ αὐτοὶ ἐφρούρουν, ἐν τῇ Παρρασικῇ κείμενον, ἐπὶ τῇ Σκιρίτιδι τῆς Λακωνικῆς.* A. 369 *οἱ μὲν Θηβαῖοι κατὰ Καρύας ἐνέβαλον, οἱ δὲ Ἀρκάδες κατὰ Ἰὸν τῆς Σκιρίτιδος.* Xenoph. Hell. VI, 5, 25. *ἦν Ἰσχόλαος ἐν Ἰῷ τῆς Σκιρίτιδος ἔχων νεοδαμώδεις τε φρουροὺς καὶ τῶν Τεγεατῶν φυγάδων τοὺς νεωτάτους περὶ τετρακοσίους.* Ibid. 5, 24. *ὁ Ἰσχόλαος βουλόμενος τοῖς Ἰάταις ξυμμάχοις χρῆσθαι ἔμεινεν ἐν τῇ κώμῃ.* Ibid. 5, 26. Cf. Diod. XV, 64. Secundum Xenophontem Rep. Lac. XII, 3 Sciritae iam ante Lycurgum inter Lacedaemonios militabant: *εἰ δέ τις προΐοι νύκτωρ ἔξω τῆς φάλαγγος ἐνόμισεν* [Lycurgus] *ὑπὸ Σκιριτῶν προφυλάττεσθαι.* Hos a relicuis *περιοίκοις* distinctos fuisse apparet. Xenoph. Hell. V, 2, 24: *νεοδαμώδεις τέ καὶ τῶν περιοίκων καὶ Σκιριτῶν ἄνδρας ὡς δισχιλίους.* Erat separata manus. Thuc. V, 67: *κέρας εὐώνυμον Σκιρῖται αὐτοῖς καθίσταντο, ἀεὶ ταύτην τὴν τάξιν μόνοι Λακεδαιμονίων ἐπὶ σφῶν αὐτῶν ἔχοντες.* Pugnae ad Mantineam 415 factae 600 eorum interfuerunt. Thuc. V, 68. Saepe locos periculosos tenebant. Xenoph. Cyrop. IV, 2, 1: *Λακεδαιμόνιοι τοῖς Σκιρίταις· οὐδὲν φειδόμενοι αὐτῶν οὔτ' ἐν κινδύνοις.* Post Epaminondae in Laconicam irruptionem 369 a Spartanis defecerunt. Xenoph. Hell. VII, 4, 21: *Ἀρχίδαμος ἐλθὼν* [a. 364] *ἐδήου καὶ τῆς Ἀρκαδίας ὅσα ἐδύνατο καὶ τῆς Σκιρίτιδος.* Videntur origine Arcades fuisse. Steph. Byz.: *Σκῖρος Ἀρκαδίας κατοικία πλησίον Μαναλίων καὶ Παρρασίων.* *οἱ κατοικοῦντες Σκιρῖται.* fortasse Soo regnante a Spartanis subacti. Plutarch. Lycurg. c. 2: *Σόος, ἐφ' οὗ οἱ Σπαρτιᾶται χώραν προσεκτήσαντο πολλήν, Ἀρκάδων ἀποτεμόμενοι.* Nisi forte illud *Ἀρκάδων κατοικία* ad tempus quo a Lacedaemone disiuncti erant refertur.

Selinus. V. *Glyppia.*

Sellasia. *Σελλασία, πόλις τῆς Λακωνικῆς.* *Θεόπομπος ἐν τετάρτῃ Ἑλληνικῶν.* Steph. Byz. Sita erat ad Oenuntem amnem; Liv. XXXIV, 28; in extrema Laconicae qua orientem et septentrionem spectabat, inter *Caryas* et *Spartam.* Xenoph. Hell. VI, 5, 27: *οἱ Ἀρκάδες ἐπορεύοντο πρὸς τοὺς Θηβαίους ἐπὶ τὰς Καρύας· οἱ δὲ Θηβαῖοι — κατέβαινον· καὶ τὴν μὲν Σελλασίαν εὐθὺς ἕκαιον καὶ ἐπόρθουν.* Diod. XV, 64: *Ἠλεῖοι κατ' ἄλλους τόπους πεπταμένους διελθόντες εἰς τὴν Σελλασίαν παρεγένοντο· εἰς τοῦτον γὰρ τὸν τόπον πᾶσι καταντᾶν παρήγγελτο· ἀθροισθείσης δὲ πάσης τῆς δυνάμεως εἰς τὴν Σελλασίαν, προῆγον ἐπ' αὐτὴν τὴν Σπάρτην.* Cf. Polyb. II, 65, 7. Hic videas corruptum esse locum Xenoph. Hell. II, 2, 13: *οἱ δ' ἐπεὶ ἦσαν ἐν Σελλασίᾳ πλησίον τῆς Λακωνικῆς.* Non sufficit quod Weiskius posuit *fines regionum saepe belli iure mutari,* quoniam hoc tempore [a. 404] Sellasia haud dubie Lacedaemoniorum ditionis fuit. Itaque *πλησίον* ut ex interpretatione ortum deleam legamque: *ἦσαν ἐν Σελλασίᾳ τῆς Λακωνικῆς.* Defecit hoc oppidum post 369. Xenoph. Hell. VII, 4, 12: (*Διονύσιος*) *πέμπει βοήθειαν τοῖς Λακεδαιμονίοις* [a. C. n. 366], *δώδεκα τριήρεις καὶ ἄρχοντα αὐτῶν Τιμοκράτην· οὗτος δ' οὖν ἀφικόμενος ξυνεξαιρεῖ αὐτοῦ Σελλασίαν.* Confirmat Diod. XV, 64: *ἡ πρώτη μερὶς τῶν Βοιωτῶν τὴν πορείαν ἐποιήσατο ἐπὶ τὴν Σελλασίαν πόλιν καὶ τοὺς τῇδε κατοικοῦντας ἀπέστησε τῶν Λακεδαιμονίων.*

Taenarum. *Ταινάρου δὲ τῆς ἄκρας πλοῦν ὅσον τεσσαράκοντα σταδίων ἀφέστηκε Καινήπολις· ὄνομα δὲ ἦν πάλαι καὶ ταύτῃ Ταίναρον.* Pausan. III, 25, 6: *Φερεκύδης ἐν τῇ θ' φησὶν ὅτι Ἔλατος ὁ Ἰκάρου γαμεῖ Ἐριμήδαν. — τούτου δὲ γίνεται Ταίναρος· ἀφ' οὗ Ταίναρον καλεῖται ἡ πόλις καὶ ἡ ἄκρα καὶ ὁ λιμήν.* Schol. Apollon. I, 102.

Tenos. *Τῆνος — πόλις Λακωνικὴ μία τῶν ρ'.* Steph. Byz.

Teuthrone. *ἀπὸ δὲ Πυρρίχου καταβάντι ἐς θάλασσαν ἔστι Τευθρώνη.* Pausan. III, 25, 3. V. *Helos.*

Thalamae. *ἐς Θαλάμας ἐξ Οἰτύλου μῆκος τῆς ὁδοῦ στάδιοι περὶ τοὺς ὀγδοήκοντά εἰσι.* Pausan. III, 26, 1. Polybius XVI, 16 occidentem et meridiem versus Sparta spectanti sitas fuisse tradit: *τὰ κατὰ Θαλάμας — κεῖται τῆς Σπάρτης ὡς πρὸς τὰς χειμερινὰς δύσεις.* Ptol. Geogr. III, 16: *Λακωνικῆς μεσόγειος — Θαλάμη.* Steph. Byz.: *Θαλάμαι πόλις τῆς Μεσσηνίας· Θεόπομπος τριακοστῷ δευτέρῳ Φιλιππικῶν.* Pausan. III, 1, 4: *καὶ οἰκῆσαί τε Ἀφαρέα τῆς Μεσσηνίας φασὶν (οἱ Μεσσήνιοι) ἐν Θαλάμαις καὶ τοὺς παῖδας ἐνταῦθα οἰκοῦντι αὐτῷ γενέσθαι.* Strabo VIII p. 360 quum e Messeniae oppidis Oetylum et Leuctrum memoraverit ita pergit: *εἶτα ἐπὶ πέτρας ἐρυμνῆς ἵδρυται Καρδαμύλη· εἶτα Φηραὶ ὅμορος Θουρίᾳ καὶ Γερήνοις — οἰκίσαι δὲ λέγεται Πέλοψ τό τε Λεῦκτρον καὶ Χαράδραν καὶ Θαλάμους τοὺς νῦν Βοιωτοὺς καλουμένους, τὴν ἀδελφὴν Νιόβην ἐκδοὺς Ἀμφίονι καὶ ἐκ Βοιωτίας ἀγόμενός τινας.*

partes Doribus aliisque advenis cum Achaeis indigenis mixtis habitandam reliquerunt z). Ab initio Dores sextam partem soli Laconici sibi vindicaverunt. Sed paulatim magis magisque oppresserunt *περιοίκους* atque plus agrorum iis eripuerunt, ita ut quum postremo eos distribuerent, Spartani omnium agrorum quartam partem acciperent a).

LACONICA. 404 405

Has *Thalamas* Messeniae probabile est easdem fuisse atque Laconicas *Thalamas*, quae prope Leuctra fuerunt ad sinum Messenium.

Therapnae. Θεράπναι, πόλις Λακωνική, ἣν τινες Σπάρτην φασίν. Steph. Byz. Θεράπναι· Ἰσοκράτης Ἑλένῃ [ἐν Θεράπναις τῆς Λακωνικῆς p. 218, d] τόπος ἐστὶν ἐν Λακεδαίμονι Θεράπναι. Harpocrat. ἑτέρα ἐκ τῆς πόλεως ὁδὸς ἐς Θεράπνην ἄγει. Pausan. III, 19, 7. Therapnae meridiem versus Sparta spectanti sitae erant.

Thuria. τῶν περιοίκων Θουριᾶται ἐς Ἰθώμην ἀπέστησαν Thucyd. I, 101. ἡ Θουριατῶν πόλις. Ἄνθειαν δὲ αὐτὴν ἐν τοῖς ἔπεσιν ὠνομάσθαι τοῖς Ὁμήρου λέγουσι. Λακεδαιμονίοις δὲ ἔχειν τοῖς ἐν τῇ Σπάρτῃ τὴν Θουρίαν ἔδωκεν Αὔγουστος. Pausan. IV, 31, 2. Strabo VIII p. 361 *Thuriam* in Messeniae oppidis recenset. Cf. Polyb. XXV, 1. [Fallitur Manso Sparta I, 1 p. 378. *Kr.*] Hoc oppidum quod Augustus Spartanis reddidit, manifestum est non aliud esse quam *Thuriam* a Thucydide memoratam. Ptol. Geogr. III, 16: Λακωνικῆς μεσόγειος — Θούριον.

Thyrides. V. *Oetylus.*

Trinasus. V. *Helos.*

Zarax. Ζάρηξ πόλις Λακωνικὴ πρὸς τῇ θαλάσσῃ. Steph. Byz. Ἐπιδαύρου σταδίους ἑκατὸν ἀπέχει Ζάραξ, ἄλλως μὲν εὐλίμενον χωρίον, τῶν δ' Ἐλευθερολακώνων (Cf. Pausan. III, 21. 26, 6) μάλιστα τοῦτο ἐκτετρύχωται· ἐπεὶ καὶ Κλεώνυμος ὁ Κλεομένους τοῦ Ἀγησιπόλιδος (ἀδελφοῦ) μόνον τοῦτο τῶν Λακωνικῶν πολισμάτων ἐποίησεν ἀνάστατον. [a. C. u. 272. V. supra p. 215] Pausan. III, 24, 1. Polybii aetate Zarax Argivorum fuit. V. *Prasiae.*

z) Strabo VIII p. 364: φησὶ δ' Ἔφορος καὶ τοὺς κατασχόντας τὴν Λακωνικὴν Ἡρακλείδας Εὐρυσθένη τε καὶ Προκλῆ, διελεῖν εἰς ἓξ μέρη καὶ πολίσαι τὴν χώραν· μίαν μὲν οὖν τῶν μερίδων τὰς Ἀμύκλας ἐξαίρετον δοῦναι τῷ προδόντι αὐτοῖς τὴν Λακωνικὴν καὶ πείσαντι τὸν κατέχοντα αὐτὴν ὑπόσπονδον ἀπελθεῖν μετὰ τῶν Ἀχαιῶν εἰς τὴν Ἰωνίαν, τὴν δὲ Σπάρτην βασίλειον ἀποφῆναι σφίσιν αὐτοῖς, εἰς δὲ τὰς ἄλλας πέμψαι βασιλέας ἐπιτρέψαντας δέχεσθαι συνοίκους τοὺς βουλομένους τῶν ξένων διὰ τὴν λειπανδρίαν. — ὑπακούοντας δ' ἅπαντας τοὺς περιοίκους Σπαρτιατῶν ὅμως ἰσονόμους εἶναι, μετέχοντας καὶ πολιτείας καὶ ἀρχείων. Ἄγιν δὲ τὸν Εὐρυσθένους ἀφελέσθαι τὴν ἰσοτιμίαν καὶ συντελεῖν προστάξαι τῇ Σπάρτῃ· τοὺς μὲν οἷν ἄλλους ὑπακοῦσαι, τοὺς δὲ Ἐλείους τοὺς ἔχοντας τὸ Ἕλος ποιησαμένους ἀπόστασιν κατὰ κράτος ἁλῶναι πολέμῳ. Archelao regnante Aegys eandem fortunam quam Helos experta est. Pausan. III, 2, 5: Ἀρχέλαος· ἐπὶ τούτου Λακεδαιμόνιοι πολέμῳ κρατήσαντες πόλιν τῶν περιοικίδων ἠνδραποδίσαντο Αἴγυν ὑποπτεύσαντες ὡς οἱ Αἰγῦται φρονοῦσι τὰ Ἀρκάδων. Χαρίλαος δὲ ὁ τῆς ἑτέρας οἰκίας βασιλεὺς συνεξεῖλε μὲν καὶ Ἀρχελάῳ τὴν Αἴγυν. Proximo rege Amyclae et Pharis Geronthraeque. Idem III, 2, 6: Τήλεκλος· ἐπὶ τούτου πόλεις Λακεδαιμόνιοι τῶν περιοικίδων πολέμῳ κρατήσαντες ἐξεῖλον Ἀμύκλας καὶ Φᾶριν καὶ Γερόνθρας ἐχόντων ἔτι Ἀχαιῶν. III, 19, 5: Ἀμύκλαι ἀνάστατος ὑπὸ Δωριέων γενομένη ἀπ' ἐκείνου κώμη διαμένουσα. Proximo rege Helos prorsus subactum est. Pausan. III, 2, 7: Ἀλκαμένης· — ἀνέστησαν δὲ καὶ Ἕλος ἐπὶ θαλάσσης πόλισμα Ἀχαιῶν ἐχόντων καὶ Ἀργείους τοῖς Εἵλωσιν ἀμύναντας μάχῃ νικῶσι. Ut Ephorum cum Pausania concilies, statuendum est, quum Agis Helotas subegit, 200 ante annis, parti eorum ut remaneret concessum fuisse eosque nunc prorsus aut deletos aut eiectos esse. Helos ipsum Thucydidis (IV, 54) et Xenophontis (Hell. VI, 5, 32) aetate constabat. Fortasse castellum maritimum erat. *Περιοίκων* Lacedaemoniorum conditionem exposuit Isocrates Panath. p. 270: ἐπειδὴ Δωριέων οἱ στρατεύσαντες εἰς Πελοπόννησον τριχὰ διείλοντο τὰς πόλεις καὶ τὰς χώρας ἀφείλοντο τοὺς δικαίως κεκτημένους — τὸ τρίτον μέρος αὐτῶν, οὓς καλοῦμεν νῦν Λακεδαιμονίους, στασιάσαι μέν φασιν αὐτοὺς οἱ τἀκείνων ἀκριβοῦντες ὡς οὐδένας ἄλλους τῶν Ἑλλήνων, περιγενομένους δὲ τοὺς μεῖζον τοῦ πλήθους φρονοῦντας οὐδὲν τῶν αὐτῶν βουλεύσασθαι περὶ τῶν συμβεβηκότων τοῖς τοιαῦτα διαπεπραγμένοις· τοὺς μὲν γὰρ ἄλλους συνοίκους ἔχειν ἐν τῇ πόλει τοὺς στασιάσαντας καὶ κοινωνοὺς ἁπάντων πλὴν τῶν ἀρχῶν καὶ τῶν τιμῶν· οὓς οὐκ εὖ φρονεῖν ἡγεῖσθαι Σπαρτιατῶν τοὺς νοῦν ἔχοντας — αὐτοὺς δ' οὐδὲν τούτων ποιεῖν, ἀλλὰ παρὰ σφίσι μὲν αὐτοῖς ἰσονομίαν καταστῆσαι καὶ δημοκρατίαν — τὸν δὲ δῆμον περιοίκους ποιήσασθαι καταδουλωσαμένους αὐτῶν τὰς ψυχὰς οὐδὲν ἧττον ἢ τὰς τῶν οἰκετῶν· ταῦτα δὲ πράξαντας τῆς χώρας, ἧς προεῖπεν ἴσαν ἔχειν ἕκαστον, αὐτοὺς μὲν λαβεῖν ὀλίγους ὄντας οὐ μόνον τὴν ἀρίστην, ἀλλὰ καὶ τοσαύτην ὅσην οὐδένες τῶν Ἑλλήνων ἔχουσι, τῷ δὲ πλήθει τηλικοῦτον ἀπονεῖμαι μέρος τῆς χειρίστης ὥστ' ἐπιπόνως ἐργαζομένους μόλις ἔχειν τὸ καθ' ἡμέραν· μετὰ δὲ ταῦτα διελόντας τὸ πλῆθος αὐτῶν ὡς οἷόν τ' ἦν εἰς ἐλαχίστους εἰς τόπους κατοικίσαι μικροὺς καὶ πολλούς, ὀνόμασι μὲν προσαγορευομένους ὡς πόλεις οἰκοῦντας, τὴν δὲ δύναμιν ἔχοντας ἐλάττω τῶν δήμων τῶν παρ' ἡμῖν. Ex Ephoro et Pausania intelligitur eos quos Isocrates *δῆμον* et *πλῆθος* dicit maxime Achaeos fuisse qui dedititii Doribus dominantibus remanserant.

a) Plutarch. Lycurg. c. 8: διένειμε (Λυκοῦργος) τὴν μὲν ἄλλην τοῖς περιοίκοις Λακωνικὴν τρισμυρίους κλήρους, τὴν δ' εἰς τὸ ἄστυ τὴν Σπάρτην συντελοῦσαν ἐνακισχιλίους· τοσοῦτοι γὰρ ἐγένοντο κλῆροι Σπαρτιατῶν· ἔνιοι δέ φασι τὸν μὲν Λυκοῦργον ἑξακισχιλίους νεῖμαι, τρισχιλίους δὲ μετὰ ταῦτα προσθεῖναι Πολύδωρον· οἱ δὲ τοὺς μὲν ἡμίσεις τῶν ἐνακισχιλίων τοῦτον· τοὺς δὲ ἡμίσεις Λυκοῦργον. Si *Amyclae* et *Pharis* et *Geronthrae* Teleclo regnante ac proinde post leges a Lycurgo datas subactae sunt, verisimillimum est Spartanorum sortium numerum a Polydoro auctum esse. Praeterea ex Ephoro apud Strab. VI p. 279 discimus post

LACONICA. 406 *Περίοικοι* [b]), quibus agrorum Laconicorum tres partes relictae erant, Spartanis subiecti oppida sua incolebant [c]). Exercituum pars fuerunt [d]) et interdum graviora munera iis credita sunt [e]).

---

primum bellum Messenium Spartanos Messeniae agrorum partem inter se distribuisse: *τὴν μὲν οἶν Μεσσηνίαν κατενείμαντο.* Fortasse Lycurgus 6000 *κλήρους* fecerat, quibus Polydorus quum hi agri adiuncti essent, 3000 addidit. Idque eo probabilius est quod Polydoro regnante in Lycurgi legibus etiam alia mutata aut certe addita sunt. Theopompus eius collega *Ephoros* constituit. Hoc tradunt non modo Plutarch. Lycurg. c. 7 et Moral. p. 779, e et Dio l. II p. 292: *κατέστη τοῦτο τὸ ἀρχεῖον ἐν Σπάρτῃ Θεοπόμπου βασιλεύοντος*, sed etiam Aristot. Polit. V, 9, 1: *πάλιν Θεοπόμπου μετριάσαντος τοῖς τ' ἄλλοις καὶ τὴν τῶν Ἐφόρων ἀρχὴν ἐπικαταστήσαντος*, et Cic. Legg. III, 7: *Quare nec Ephori Lacedaemone sine causa a Theopompo oppositi regibus.* Mutationem legis cuiusdam a Polydoro et Theopompo factam memorat Plutarch. Lycurg. c. 6: *Πολύδωρος καὶ Θεόπομπος οἱ βασιλεῖς τάδε τῇ ῥήτρᾳ παρενέγραψαν, κ. τ. λ.*

b) Dores qui Spartam tenebant ab urbe *Spartani* vocabantur; Lacones qui circumiacentia oppida incolebant *περίοικοι* dicebantur; utrisque commune erat Lacedaemoniorum nomen. V. Valcken. ad Herod. VII, 234. IX, 11. Horum omnium exempla proponamus. I. *ἡ πόλις ἡ Σπαρτιατῶν.* Isocr. Panath. p. 241, b. 246, a. 266, d. Solos Spartanos dicit. Nam his solis, non *περιοίκοις*, Lycurgi disciplina constituta erat. Spartae cives *ἀμελήσαντες γεωργιῶν καὶ τεχνῶν καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, οὐδὲν ἐπαίοντο κατὰ μίαν ἑκάστην τῶν πόλεων τῶν ἐν Πελοποννήσῳ πολιορκοῦντες*, [Isocrat. Panath. p. 242] quum *περίοικοι* agros colerent et mercaturas facerent. Max. Tyr. Diss. 29 p. 73 Reisk.: *ταῦτα μὲν οἱ Εἵλωτες αὐτῷ ἔχωσι καὶ ὁ ἀνδραποδώδης ὅμιλος, καὶ οἱ περίοικοι Λακεδαιμονίων, τὸ δὲ καθαρῶς Σπαρτιατικὸν ἄφετον ἐκ γῆς ὂν καὶ ὄρθιον καὶ πρὸς ἐλευθερίαν τεθραμμένον — ἐπὶ αἰχμῇ καὶ ἀσπίδι τεταγμένον.* — Hinc *ἡ Σπαρτιατῶν πολιτεία.* Isocrat. p. 255, b: *νόμοι οὓς Λυκοῦργος μὲν ἔθηκε, Σπαρτιᾶται δ' αὐτοῖς χρώμενοι τυγχάνουσι.* Idem p. 264, e: *τὸν νῦν κατεστεῶτα κόσμον Σπαρτιήτησι.* Herodot. I, 65: *τὰ ἐπιτηδεύματα τῶν Σπαρτιατῶν.* Xenoph. Rep. Lac. I, 1: *Λυκοῦργος παραλαβὼν τοὺς Σπαρτιάτας — οἴκοι σκηνοῦντας — ἐς τὸ φανερὸν ἐξήγαγε τὰ συσκήνια.* Idem c. V, 2: *κατέστησεν ὁ Λυκοῦργος ἐν τῇ Σπάρτῃ νόμιμα.* Idem VII, 1. II. Locis in ann. b et c addas licet *τὴν περιοικίδα* Thucyd. III, 16. *τοῖς περιοίκοις* Xenoph. Hell. III, 3, 6. *Κλεομένης ἔταξε τοὺς περιοίκους* Polyb. II, 65, 9. Unde verbum a. 222 nondum abolevisse apparet. Schol. ad Thucyd. VIII, 6 apud Duker. ad VIII, 22: *περίοικοί εἰσιν οἱ ὑπήκοοι γείτονες τῆς Σπάρτης.* Schol. Aristid. p. 76 ad Panath. I p. 273 Canter.: *οἱ περίοικοι ..... οἱ περιοικοῦντες Σπάρτην τὴν μητρόπολιν.* III. *Lacedaemoniorum* nomine utrosque dicit Herod. VII, 234: *πλῆθος μὲν πάντων τῶν Λακεδαιμονίων πολλὸν καὶ πόλις πολλαί· τὸ δὲ θέλεις ἐκμαθέειν εἰδήσεις· ἔστι ἐν τῇ Λακεδαίμονι Σπάρτῃ πόλις ἀνδρῶν ὀκτακισχιλίων μάλιστά κη· οὗτοι πάντες εἰσὶ ὁμοῖοι τοῖσι ἐνθάδε μαχεσαμένοισι· οἵ γε μὲν ἄλλοι Λακεδαιμόνιοι τούτοισι μὲν οὐκ ὁμοῖοι, ἀγαθοὶ δέ. Οἱ περίοικοι* Lacedaemonii dicuntur his locis, Thuc. IV, 53: *Λακεδαιμόνιοί εἰσι τῶν περιοίκων.* Herod. IX, 11: *τῶν περιοίκων Λακεδαιμονίων λογάδες.* Thuc. V, 67: *Σκιρῖται μόνοι Λακεδαιμονίων.* Sciritae enim *περίοικοι* fuerunt. V. p. 403 v. *Sciros.* Postremo notaveris Spartae cives interdum *Laconas* vocari. Ita Spartanorum disciplina dicitur *παιδεία Λακωνική* Xenoph. Rep. Lac. III, 6. *πολιτεία Λακωνική.* Aristot. Rep. II, 8, 1 s. *ἡ τῶν Λακώνων πολιτεία.* Ibid. c. 7, 1. *τοῖς Λάκωσιν οἱ Εἵλωτες.* Ibid. II, 6, 2. *παρὰ τοῖς Λάκωσι πολλὰ διῳκεῖτο ὑπὸ τῶν γυναικῶν ἐπὶ τῆς ἀρχῆς αὐτῶν.* Ibid. s. 7. *αἱ τῶν Λακώνων γυναῖκες.* Ibid. s. 7, 8. *τὰ φιδίτια παρὰ τοῖς Λάκωσιν.* Ibid. s. 21. His locis *Λάκωνες* dicuntur Spartani. Cleomenes Spartanorum rex fuit: *Κλεομένους τοῦ Λάκωνος.* Aristot. Rep. V, 2, 8.

c) Morus ad Isocr. Paneg. c. 36: *περίοικοι a Spartanis dicebantur vicinorum Spartae oppidorum incolae, liberi quidem, sed imperio Spartanorum subiecti, iure autem civitatis non donati.* Rege Spartanorum mortuo venerationis signa edere cogebantur. Herod. VI, 58: *ἐκ πάσης δεῖ Λακεδαίμονος* [totam Laconicam dicit] *χωρὶς Σπαρτιητέων* [v. Valcken. ad h. l.] *ἀριθμῷ τῶν περιοίκων ἀναγκαστοὺς ἐς τὸ κῆδος ἰέναι. τουτέων ὦν καὶ τῶν Εἱλωτέων καὶ αὐτέων Σπαρτιητέων ἐπεαν συλλεχθέωσι ἐς ταὐτὸ πολλαὶ χιλιάδες σύμμιγα τῇσι γυναιξὶ — οἰμωγῇ διαχρέωνται ἀπλέτῳ.* Perspicue hoc loco distinguuntur tria incolarum genera, *περιοίκων* sive liberorum Lacedaemoniorum, *Helotum* et *Spartanorum.*

d) Isocrat. Panath. p. 271, a: *ἔν τε γὰρ ταῖς στρατείαις αἷς ἡγεῖται βασιλεὺς κατ' ἄνδρα συμπαρατάττεσθαι σφίσιν αὐτοῖς, ἐνίους δὲ καὶ τῆς πρώτης τάττειν· ἐάν τέ που δεῆσαν αὐτοὺς ἐκπέμψαι βοήθειαν φοβηθῶσιν ἢ τοὺς πόνους ἢ τοὺς κινδύνους ἢ τὸ πλῆθος τοῦ χρόνου, τούτους ἀποστέλλειν προκινδυνεύσοντας τῶν ἄλλων.* Anno 382 Spartani ad Olynthium bellum miserunt *νεοδαμώδεις τε καὶ τῶν περιοίκων καὶ Σκιριτῶν ἄνδρας ὡς δισχιλίους.* Xenoph. Hell. V, 2, 24. Proximo anno Agesipolide imperante *πολλοὶ αὐτῷ καὶ τῶν περιοίκων καλοὶ κἀγαθοὶ ἠκολούθουν.* Idem V, 3, 9. Ad Leuctra 371 occiderunt *τῶν ξυμπάντων Λακεδαιμονίων ἐγγὺς χίλιοι — αὐτῶν Σπαρτιατῶν περὶ τριακοσίους.* Xenoph. Hell. VI, 4, 15. Verbis *τῶν ξυμπάντων Λακεδαιμονίων* comprehenduntur *περίοικοι.* V. Valckenar. ad Herod. IX, 11.

e) Anno 412 Lacedaemonii ex *περιοίκων* numero Phrynin — *Φρῦνιν, ἄνδρα περίοικον* — legatum Samum miserunt. Thuc. VIII, 6. Atque Diniadas, et ipse *περίοικος*, classi praefuit: *ἦρχε τῶν νεῶν Δεινιάδας περίοικος.* Thucyd. VIII, 22.

Sed valde oppressae conditionis fuerunt et quavis [f]) occasione data iugum excutere gestiebant [g]). LACONICA. Quamquam eorum oppida non magna fuerunt et ab Isocrate cum Atticae *δήμοις* comparantur, tamen 407
omnino magnam hominum multitudinem videntur complexa esse. Plataeensi pugnae 10,000 *περίοικοι* interfuerunt [h]). Quodsi statuas hanc eandem fuisse rationem comparationemque quam Spartanorum copiae hoc tempore ad totam multitudinem habuerint, i. e. quinque octavas partes totius civium multitudinis, mares adultos 16,000, omnino 66,000 capita huius incolarum generis Laconicae fuisse reperias [i]).

Cives Spartae secundum Aristotelem [k]) olim 10,000 fuisse dicebantur. Dores qui Laconicam expugnaverint non plus 2000 numero fuisse tradit Isocrates [l]). Quae ratio si prope ad veritatem accedat, inter hoc tempus et Lycurgi aetatem, hominum numerus valde auctus est. Haec incrementa ex parte inde repetenda sunt quod peregrini admissi sunt, id quod priorum regnorum temporibus saepius factum est [m]). Hoc mutatum videtur Lycurgi legibus, quamquam civium numeri per complures aetates non valde minuebantur. Lycurgi tempore aut certe Polydoro regnante [n]) 9000 cives fuerunt. Amplius 8000 fuerunt a. 479, ut Spartam eiusque agros omnino circiter 33,000 liberi homines incoluerint [o]). Post hoc tempus numerus minuebatur. Anno 369, Thebanis Laconicam invadentibus, omnino non plus 2000 Spartani videntur fuisse [p]); atque hac aetate Spartam 408

---

f) Isocrat. Panath. p. 271 e: *τί δεῖ μακρολογεῖν ἁπάσας διεξιόντα τὰς ὕβρεις τὰς περὶ τὸ πλῆθος γιγνομένας*, [int. *περιοίκους*. V. p. 405 annot. b] *ἀλλὰ μὴ τὸ μέγιστον εἰπόντα τῶν κακῶν ἀπαλλαγῆναι τῶν ἄλλων; τῶν γὰρ οὕτω μὲν ἐξ ἀρχῆς δεινὰ πεπονθότων, ἐν δὲ τοῖς παροῦσι καιροῖς χρησίμων ὄντων ἔξεστι τοῖς ἐφόροις ἀκρίτους ἀποκτεῖναι τοσούτους ὁπόσους ἂν βουληθῶσιν.*

g) Quum Helotes defecerunt, 464, *περιοίκων* fuerunt qui cum iis se coniungerent. Thuc. I, 101. Quum Thebani in Laconicam invaserunt, 369, *παρῆσάν τινες καὶ τῶν περιοίκων ἐπικαλούμενοι καὶ φάσκοντες ἀποστήσεσθαι, εἰ μόνον φανείησαν εἰς τὴν χώραν· ἔλεγον δὲ ὡς καὶ νῦν καλούμενοι οἱ περίοικοι ὑπὸ τῶν Σπαρτιατῶν οὐκ ἐθέλοιεν βοηθεῖν.* Xenoph. Hell. VI, 5, 25. In ipsa urbe secundum Plutarch. Ages. c. 32 *πολλοὶ τῶν τεταγμένων εἰς τὰ ὅπλα περιοίκων καὶ Εἱλώτων ἀπεδίδρασκον ἐκ τῆς πόλεως πρὸς τοὺς πολεμίους.* Quum Gythium advenissent, *ἦσάν τινες τῶν περιοίκων οἳ καὶ ἐπέθεντο καὶ ξυνεστρατεύοντο τοῖς μετὰ Θηβαίων.* Xenoph. VI, 5, 32. V. p. 402 — 404 vv. *Belmina*, *Caryae*, *Leuctra*, *Sciros*, *Sellasia*. Thebanos *αὐτῆς τῆς Λακωνικῆς τὰ πλεῖστα* a Spartanis abalienasse tradit Plutarch. Pelop. c. 24. Similiter Xenophon Hell. VII, 2, 2: *σφαλέντων τῶν Λακεδαιμονίων ἐν τῇ ἐν Λεύκτροις μάχῃ καὶ ἀποστάντων μὲν πολλῶν περιοίκων, ἀποστάντων δὲ πάντων τῶν Εἱλώτων.*

h) Lacedaemoniorum exercitus ad Plataeas 50,000 fuit: *Λακεδαιμόνιοι ἑόντες σὺν ψιλοῖσι ἀριθμὸν πεντακισμύριοι.* Herod. IX, 61. Horum fuerunt gravis armaturae Spartani 5000 et levis armaturae Helotes 35,000: *τοὺς πεντακισχιλίους, ἑόντας Σπαρτιήτας ἐφύλασσον ψιλοὶ τῶν Εἱλωτέων πεντακισχίλιοι καὶ τρισμύριοι.* Herod. IX, 28. Relicui fuerunt *περίοικοι*, gravis armaturae 5000, (Herod. IX, 11) levis armaturae item 5000: *οἱ τῶν λοιπῶν Λακεδαιμονίων ψιλοί, ὡς εἷς περὶ ἕκαστον ἐὼν ἄνδρα.* Ibid. c. 29. Quum omnino Spartae cives amplius 8000 fuerint, (*ὀκτακισχίλιοι μάλιστά κη.* Herod. VII, 234) quinque octavae partes totius numeri Plataeensi pugnae interfuerunt.

i) Non omnes *περιοίκων* copias esse profectos his argumentis efficias. Primum gravis armaturae milites fuerunt *λογάδες ὁπλῖται*, (Herod. IX, 11) ut significetur plures fuisse. Deinde eodem tempore Leotychides ad Mycalen classi praefuit, quae 250 navium fuit secundum Diodorum XI, 34, 110 secundum Herod. VIII, 131, quarum Lacedaemoniae videntur 16 fuisse: (v. Herod. VIII, 43) in quibus minimum 3000 classiarii fuerint necesse est. Denique quo tempore agri Laconicae distributi sunt *περίοικοι* triceni pro novenis Spartanis sive $3\frac{1}{2}$ pro singulis. Itaque non satis probabile est nunc denos pro octonis fuisse. Proinde eorum, ut Spartanorum, totius numeri certe quinque octavas partes emissas esse statueris.

k) Aristot. Rep. II, 6, 12: *φασὶν εἶναί ποτε τοῖς Σπαρτιάταις καὶ μυρίους.* Sed videtur hoc dubitare. Addit enim: *εἴτ' ἐστὶν ἀληθῆ ταῦτα εἴτε μή.*

l) Isocr. Panath. p. 286, c: *ἐπειδὴ πρὸς Ἀργείους καὶ Μεσσηνίους τὴν χώραν διείλοντο καὶ καθ' αὑτοὺς ἐν Σπάρτῃ κατῴκησαν — τοσοῦτον φρονῆσαι ὥστε ὄντας οὐ πλείους τότε δισχιλίων οὐχ ἡγήσασθαι σφᾶς αὐτοὺς ἀξίους εἶναι ζῆν, εἰ μὴ δεσπόται πασῶν τῶν ἐν Πελοποννήσῳ πόλεων γενέσθαι δυνηθεῖεν. — σφεῖς μὲν ὄντες οὕτως ὀλίγοι τὸν ἀριθμὸν οὐδεμιᾷ πώποτε τῶν μυριάνδρων πόλεων ἠκολούθησαν.*

m) Aristot. Rep. II, 6, 12: *ἐπὶ μὲν τῶν πρότερον βασιλέων μετεδίδοσαν τῆς πολιτείας, ὥστ' οὐ γίνεσθαι τότε ὀλιγανθρωπίαν πολεμούντων πολὺν χρόνον.*

n) V. p. 405 annot. c.

o) Quum mares 20 annum egressi 4897 ex 20,160 capitibus sint, si 8031 mares hunc annum egressos ponas, omnino 33,062 liberos homines reperias.

p) Minutae multitudinis complura indicia exstant. Ita Cinado circa 397 tantum 40 Spartiatas in *foro* numeravit (Xenoph. Hell. III, 3, 5) qui omnes magistratus fuerunt ex Valckenarii sententia ad Herod. VI, 57. Agesilaus a.

LACONICA.

τῶν ὀλιγανθρωποτάτων πόλεων fuisse tradit Xenophon q). Circiter 45 post annis, Aristotelis aetate vix 1000 fuerunt: οὐδὲ χίλιοι τὸ πλῆθος ἦσαν r). Atque 80 annis post Aristotelem, Agide regnante, 244 a. C. n., non amplius 700 Spartani superfuerunt s). Haec deminutio non a bellis repetenda est, quibus effecta fuisset potius temporibus inter Lycurgi tempora et Persica bella interiectis. His
409 enim temporibus, quae Thucydides 330 annorum statuit t), Lacedaemonii cum Messeniis et Argivis

---

396 nullos Spartanos in Asiam milites deduxit. Xenoph. Hell. III, 4, 2. Ages. I, 7. Nec Spartanos milites habuit Agesipolis 381. Xenoph. Hell. V, 3, 8. Tantum triginta Spartani his temporibus reges comitati sunt. Ad Leuctra Cleombrotus tantum 700 Spartanos in exercitu habuit. Xenoph. Hell. VI, 4 15. Anno 369: οἱ Σπαρτιᾶται ἀτείχιστον ἔχοντες τὴν πόλιν ἄλλος ἄλλῃ διαταχθέντες, μάλα ὀλίγοι καὶ ὄντες καὶ φαινόμενοι, ἐφίλαττον. Ibid. 5, 28. Quum 6000 Helotes armati essent, φόβον αὖ οὗτοι παρεῖχον ξυντεταγμένοι, καὶ λίαν ἐδόκουν πολλοὶ εἶναι. Notat Aristoteles Polit. II, 6, 12: μίαν πληγὴν οὐχ ὑπήνεγκεν ἡ πόλις, ἀλλ' ἀπώλετο διὰ τὴν ὀλιγανθρωπίαν. De hoc tempore Xenophon Ages. II, 24: αὐτῶν Σπαρτιατῶν οὐ μειόνων ἀπολωλότων ἐν τῇ ἐν Λεύκτροις μάχῃ ἢ λειπομένων. Hic locus si cum Hell. VI, 4, 15 conferatur, magnas difficultates exhibet. Fortasse superlatio oratoria est qua scriptor accurate rem notare noluerit. Sed quacunque ratione haec verba intelligis, perspicue parvum fuisse Spartanorum numerum significatur. Quem supra annot. 1 laudavi Isocratem suspicor quot numero Dores ab initio Laconicam expugnaverint tradentem eum Spartanorum numerum posuisse quem sua aetate esse novisset. Illos enim tantum 2000 fuisse vix crediderit; atque verba σφεῖς μὲν ὄντες οὕτως ὀλίγοι τὸν ἀριθμὸν οὐδεμιᾷ πώποτε τῶν μυριάνδρων πόλεων ἠκολούθησαν, potius posteriorem eorum conditionem spectant. Ac si cogitaveris minus 50 annis post quam Thebani Laconicam invaserunt, non 1000 Spartanos fuisse, probabile videbitur a. 369 non plus 2000 esse potuisse. Isocrates igitur videtur rerum conditionem qualis viginti aut triginta annis post hoc tempus fuit descripsisse; Aristotelem de Spartanis Antipatri bello, 331, fractis loqui suspiceris: quo bello cum Agide rege secundum Diodorum XVII, 63 et Curt. VI, 1, 16 amplius 5300 Lacedaemonii caesi sunt.

q) Xenoph. Rep. Lac. I, 1.

r) Aristot. Rep. II, 6, 11. Aristoteles tantum 47 annis post quam Thebani in Laconicam invaserunt (369) mortem obiit atque locum illum 45 annis post hanc incursionem scriptum esse statueris.

s) Plutarch. Ag. c. 5.

t) Eratosthenes Lycurgum 299 annis post bellum Troianum et 108 annis ante Coroebi Olympiadem vixisse statuit, i. e. 884 a. C. n. His rationibus nituntur quae posteriorum scriptorum multi notata reliquerunt. Diodorus XV, 1: Λακεδαιμόνιοι περὶ Λεῦκτρα παραδόξως ἡττηθέντες καὶ πάλιν περὶ Μαντίνειαν πταίσαντες ἀπέβαλον τὴν τῶν Ἑλλήνων ἡγεμονίαν — καὶ ταύτην διὰ τὴν ἀρετὴν τῶν προγόνων διαφυλαχθεῖσαν ἔτη πλείω τῶν πεντακοσίων. A. C. n. 371 + 513 = 884. Idem XV, 50: ἐπ' ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀλκισθένους [a. C. n. 37$\frac{2}{3}$] Λακεδαιμονίων ἔτη σχεδὸν πεντηκόσια τῆς Ἑλλάδος ἐχόντων τὴν ἡγεμονίαν. XV, 65: ἐπὶ ἄρχοντος Ἀνσιστράτου [36$\frac{2}{3}$] οἱ Λακεδαιμόνιοι πεντακόσια ἔτη τὴν Λακωνικὴν τετηρηκότες ἀπόρθητον. — Nicolaus Damascenus p. 241: οἱ Σπαρτιᾶται πεισθέντες (ὑπὸ Λυκούργου) οὐ τῶν περιοίκων μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντων Ἑλλήνων διαφανῶς ἄριστοι ἐγένοντο, ἡγεμόνες τε συνεχῶς ἐξ ὅτου παρεδέξαντο τοὺς νόμους ἐπὶ ἔτη πεντακόσια. Plut. hoc tempus 500 annorum interdum usque ad irruptionem in Laconicam factam producit. V. Prooem. p. VIII. Aelian. V. H. XIII, 42: Θηβαίους ἠνάγκασεν Ἐπαμινώνδας τὴν Λακωνικὴν πυρπολῆσαι πεντακοσίοις ἐνιαυτοῖς ἀδήωτον οὖσαν. Quae ducta sunt ex Plutarchi Apophthegm. p. 194, b. Tatianus p. 140: Λυκοῦργος — πρὸ τῶν ὀλυμπιάδων ἔτεσιν ἑκατὸν νομοτεθεῖ Λακεδαιμονίοις = 876 a. C. n. Eusebius Chron. Num. 1133 = 884 a. C. n.: *Lycurgus insignis habetur.* Livius. XXXVIII, 34: *M. Fulvio Nobiliore et Cn. Manlio Vulsone coss. disciplina Lycurgi, cui per septingentos annos assueverant, sublata.* A. C. n. 189 + 700 = 889 a. C. n. Quod si, ut par est, hos scriptores rotundis numeris usos esse statuas, omnibus his numeris tempus ab Eratosthene notatum exprimi videas.

Sed posterius posuit Thucydides I, 18: ἔτη γάρ ἐστι μάλιστα τετρακόσια καὶ ὀλίγῳ πλείω ἐς τὴν τελευτὴν τοῦδε τοῦ πολέμου ἀφ' οὗ Λακεδαιμόνιοι τῇ αὐτῇ πολιτείᾳ χρῶνται. Quodsi tempus a Thucydide notatum 404 + 406 = 810 a. C. n. aut cum Scaligero ad Euseb. Chron. p. 65, qui ut Thucydidis rationem cum Eusebii quadam notatione conciliet 417 annos statuit, 822 a. C. n. posueris, inter Thucydidis et Eratosthenis rationes 60 aut 70 annorum discrimen intercedit. Sed maior est quae videtur quam quae est discrepantia. Nam Eratosthenes nullo modo Lycurgum 884 leges suas constituisse tradidit, licet complures scriptores ita intellexerint. Clemens Al. Strom. I p. 336, b: Ἐρατοσθένης τοὺς χρόνους ὧδε ἀναγράφει· ἀπὸ μὲν Τροίας ἁλώσεως ἐπὶ Ἡρακλειδῶν κάθοδον ἔτη ὀγδοήκοντα· ἐντεῦθεν δὲ ἐπὶ τὴν Ἰωνίας κτίσιν ἔτη ἑξήκοντα· τὰ δὲ τούτοις ἑξῆς ἐπὶ μὲν τὴν ἐπιτροπίαν τὴν Λυκοῦργον ἔτη ἑκατὸν πεντήκοντα ἐννέα· ἐπὶ δὲ προηγούμενον ἔτος τῶν πρώτων Ὀλυμπίων ἔτη ἑκατὸν ὀκτώ. Lycurgi tutelā coepta est Charilao nato, quem fere eodem tempore natum posuit Sosibius Laco, qui Philadelpho regnante florit (Athen. XI p. 493, f) et Callimachi aequalis fuit (Athen. IV p. 144, e) ac proinde Eratosthene superior fuit. Clem. Al. Strom. I p. 327, c: Σωσίβιος ὁ Λάκων ἐν χρόνων ἀναγραφῇ κατὰ τὸ ὄγδοον ἔτος τῆς Χαρίλλου τοῦ Πολυδέκτου βασιλείας Ὅμηρον φέρει· βασιλεύει μὲν οὖν Χάριλλος ἔτη

ἑξηκοντατέσσαρα· μεθ' ὃν υἱὸς Νίκανδρος ἔτη τριάκοντα ἐννέα· τούτου κατὰ τὸ τριακοστὸν τέταρτον ἔτος τεθῆναί φασι τὴν πρώτην Ὀλυμπιάδα. Ex his numeris has temporum notationes habemus

	A.	A. C. n.
Charilaus	64.	873.
Nicander	39.	809.
Theopompus		770.

Itaque Sosibius 11 annis posterius quam Eratosthenes Charilaum natum et regnum adeptum ac proinde Lycurgum tutorem factum esse statuit. Eratosthenes igitur suas rationes ad tutelae initium, quae Charilao nato coepta est, rettulit; Thucydides tempus quo Lycurgus rempublicam legibus constituit spectavit. At inter haec tempora aliquammulti anni interiecti fuerunt. Ephorus apud Strab. X. p. 482: *Πολυδέκτης τελευτῶν ἔγκυον κατέλιπε γυναῖκα· τέως μὲν οὖν ἐβασίλευεν ὁ Λυκοῦργος ἀντὶ τοῦ ἀδελφοῦ· γενομένου δὲ παιδὸς ἐπετρόπευεν ἐκεῖνον εἰς ὃν ἡ ἀρχὴ καθήκουσα ἐτύγχανε· λοιδορούμενος δή τις αὐτῷ σαφῶς εἶπεν εἰδέναι διότι βασιλεύσοι· λαβὼν δ' ὑπόνοιαν ἐκεῖνος ὡς ἐκ τούτου τοῦ λόγου διαβάλλοιτο ἐπιβουλὴ τοῦ παιδὸς ἐξ αὐτοῦ — ἀπῆρεν εἰς Κρήτην.* Plutarch. Lycurg. c. 3: *ἔγνω πλανηθῆναι μέχρις ἂν ὁ ἀδελφιδοῦς ἐν ἡλικίᾳ γενόμενος τεκνώσῃ διάδοχον τῆς βασιλείας.* Comp. Ag. et Cleom. cum Gracchis p. 689 Reisk.: *Λυκοῦργος φοβούμενος μὴ κἂν ἄλλως ἀποθάνῃ τὸ μειράκιον, αἰτία τις ἐπ' αὐτὸν ἔλθῃ, πολὺν χρόνον ἔξω πλανηθεὶς οὐ πρότερον ἐπανῆλθεν ἢ παῖδα τῷ Χαρίλλῳ γενέσθαι διάδοχον τῆς ἀρχῆς.* Aristot. Rep. II, 7, 1: *φασὶ τὸν Λυκοῦργον ὅτε τὴν ἐπιτροπείαν τὴν Χαριλάου τοῦ βασιλέως καταλιπὼν ἀπεδήμησε, τότε τὸν πλεῖστον διατρῖψαι χρόνον περὶ τὴν Κρήτην.* Quum Lycurgus Spartam revertit Charilaus adultus erat remque publicam rexit. Ephorus apud Strabon. l. l.: *καταλαβεῖν δὲ τὸν τοῦ ἀδελφοῦ υἱὸν Πολυδέκτου Χαρίλαον βασιλεύοντα· εἶθ' ὁρμῆσαι διαθεῖναι τοὺς νόμους, φοιτῶντα ὡς τὸν θεὸν τὸν ἐν Δελφοῖς.* Cf. Plutarch. Lycurg. c. 5. Provectiorem aetate leges constituisse scriptum reliquit Lucian. Gymnas. c. 39: *πρεσβύτης ἤδη ὢν ἔγραψε τοὺς νόμους.* Idem eum 85 annos complesse tradit Macrob. 28: *Λυκοῦργος ὁ νομοθέτης τῶν Λακεδαιμονίων πέντε καὶ ὀγδοήκοντα ἔτη ζῆσαι ἱστορεῖται.* Itaque inter tutelam et leges constitutas minimum triginta annos interiectos fuisse probabiliter statueris, ut Eratosthenes et Thucydides tantum triginta annis discrepent.

Cum Thucydide de legum a Lycurgo constitutarum tempore consentit Apollodorus. Syncellus p. 185, c: *Ἀπολλόδωρος Λυκούργου νόμιμα ἐν τῷ ἡ Ἀλκαμένους* * Lacunam ut expleat Goar. suadet aut *ἔτει τοὺς Λακεδαιμονίους καταδεχθῆναι γράφει, octavo Alcamenis anno*, aut *χρόνοις τοὺς Λακ. κ. γρ., quasi Apollodorus lib. VIII. haec scripserit.* Posteriori coniecturae opposueris non fuisse octo libros *χρονικῶν* Apollodori; ac si fuissent, futurum fuisse ut Lycurgus in priore voluminis parte memoraretur. Syncellus haec ex Eusebii Chronico duxit, ubi huius rei vestigia exstant in interpretatione Latina. Euseb. Chron. lib. II. Num. 1195. [a. C. n. 822] *Teleclo* 32o *Lycurgus Lacedaemoniis iura componit.* Num. 1218. [a. C. n. 799] *Alcamenis* 15o *Lycurgi leges a Lacedaemone iuxta sententiam Apollodori susceptae.* (Idem notatur lib. I p. 24 ad Alcamenis regnum.) Iure posteriorem temporis notationem reiicit Scaliger p. 65 prioremque praefert: *Proculdubio num.* 1195 *tempus id quod designabat Thucydides.* In primariis et incorruptis Eusebii exemplaribus quod Apollodorus statuerat tempus fortasse superius quam nunc positum erat, ut responderet 8o Alcamenis anno, a. C. n. 806, aut primo, a. C. n. 813. Apollodori notatio facile cum Thucydidis ratione conciliari potest; atque hos inter se consentire statuendum est. LACONICA.

Plutarch. Lycurg. l. l. haec scripta reliquit: *περὶ Λυκούργου τοῦ νομοθέτου καθόλου μὲν οὐδὲν ἐστιν εἰπεῖν ἀναμφισβήτητον — ἥκιστα δὲ οἱ χρόνοι καθ' οὓς γέγονεν ὁ ἀνὴρ ὁμολογοῦνται. οἱ μὲν γὰρ Ἰφίτῳ συνακμάσαι καὶ συνδιαθεῖναι τὴν Ὀλυμπιακὴν ἐκεχειρίαν λέγουσιν αὐτόν· ὧν ἔστι καὶ Ἀριστοτέλης, ὁ φιλόσοφος, τεκμήριον προσφέρων τὸν Ὀλυμπιάσι δίσκον ἐν ᾧ τοὔνομα τοῦ Λυκούργου διασώζεται καταγεγραμμένον· οἱ δὲ ταῖς διαδοχαῖς τῶν ἐν Σπάρτῃ βεβασιλευκότων ἀναλεγόμενοι τὸν χρόνον, ὥσπερ Ἐρατοσθένης καὶ Ἀπολλόδωρος οὐκ ὀλίγοις ἔτεσι πρεσβύτερον ἀποφαίνουσι τῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος.* Suspiceris Plutarchum quanta est negligentia in temporibus explicandis non satis diligenter vel Eratosthenis et Apollodori consensum vel horum ab Aristotelis ratione discrepantiam rettulisse. Nam primum Eratosthenes et Apollodorus non prorsus consenserunt, quum alter Lycurgi tutelam anno 884 adscripserit, alter sexaginta annis post leges ab eo constitutas esse posuerit. Deinde Iphitus et Lycurgus aequales fuerunt ex totius consensu antiquitatis. Atque Iphitus ponitur 884, quem ipsum annum Eratosthenes Lycurgo assignat. Itaque dubitare non licet quin Eratosthenes, ut Aristoteles, eos aequales fuisse statuerit, quomodocunque de horum virorum temporibus discreperit. Plutarchus videtur *Iphiti* Olympiadem pro *Coroebi* accepisse. De Iphito et Lycurgo testimonia haec sunt: Pausanias V, 4, 4: *Ἴφιτος γένος μὲν ὢν ἀπὸ Ὄξυλου, ἡλικίαν δὲ κατὰ Λυκοῦργον.* Syncellus p. 196, c: *τὸν ἀγῶνα τετέλεκεν Ἴφιτος Ἡρακλείδης σὺν Λυκούργῳ συγγενεῖ· ἑκάτεροι δὲ Ἡρακλεῖδαι. τότε δὲ ἀγὼν σταδίου ἦν μόνον καὶ οὐδεὶς ἀνεγράφετο νικηφόρος. — ὀγδόῃ δὲ καὶ εἰκάδι Ὀλυμπιάδι Κόροιβος Ἠλεῖος ἀνεγράφη στάδιον νικήσας. καὶ ἡ κατ' αὐτὸν Ὀλυμπιὰς πρώτη ἐτάχθη, ἀφ' ἧς Ἕλληνες ἀριθμεῖν τι δοκοῦσιν ἀκριβῶς χρονικόν. ταῦτα Ἀριστόδημος ἱστορεῖ· καὶ συνῳδὰ τούτῳ Πολύβιος. Καλλίμαχος δέ φησιν Ὀλυμπιάδας ιγ' παρεῖσθαι μὴ ἀναγραφείσας, τῇ δὲ ιδ' Κόροιβον Ἠλεῖον νικῆσαι.* Idem p. 197, c: *Ἀφρικανὸς — ὧδε γράφει· ἀναγραφῆναι δὲ πρώτην τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην, ἡνίκα καὶ Κόροιβος στάδιον* [*ἐνίκα*]. [*ᾗ ἐνίκα καὶ Κ. στάδιον* Routh.] Phlegon in fragmento p. 139: *ἀπὸ Ἴφίτου Ὀλυμπιάδες ὀκτὼ πρὸς ταῖς εἴκοσι καταριθμοῦνται εἰς Κόροιβον τὸν Ἠλεῖον, καὶ ἀμελησάντων τοῦ ἀγῶνος στάσις ἐνέστη κατὰ τὴν Πελοπόννησον. Λυκοῦργος δὲ ὁ Λακεδαιμόνιος, υἱὸς ὢν τοῦ Πρυτανέως τοῦ Εὐρυπῶντος τοῦ Σόου τοῦ Προκλέως — καὶ Ἴφιτος ὁ Αἵμονος, ὡς δὲ ἔνιοι, Ἱραξωνίδου, ἑνὸς τῶν ἀπὸ Ἡρακλέους, Ἠλεῖος, καὶ*

LACONICA. et Arcadibus bella gesserunt et praeterea complures colonias deduxerunt [u]); et tamen his temporibus
410 civium numeri non valde minuti sunt. Deminutio eorum potius inde repetenda est quod agri non
411 aequali ratione distributi essent. Nam aequalis distributio quam legumlator esse voluerat iam non revera fuit, atque illae 9000 sortes paulatim paucorum factae erant. Aristotelis aetate prope duas quintas partes agrorum mulieres habuerunt et Agide IV regnante ex septenis civibus tantum singuli agros possidebant [x]). Neque vero e Lycurgi institutis pauperioribus Lacedaemoniis licuit quod

---

Κλεοσθένης ὁ Κλεονίκου Πεισάτης — τὴν πανήγυριν τὴν Ὀλυμπικὴν ἔγνωσαν ἀνάγειν εἰς τὰ ἀρχαῖα νόμιμα. Ex his apparet *Aristodemum Eleum* Aristarchi discipulum (*Ἀριστόδημος ὁ Ἀριστάρχου μαθητής.* Schol. Pindari Nem. VII, 1, fortasse a sede sua *Ἀριστόδημος ὁ Ἀλεξανδρεύς* dictus apud Schol. Pind. Isthm. I, 11) cuius enarrationem Pindari Athen. XI p. 495, f memorat, eumque de Olympiis laudat Harpocratio v. *Ἑλλανοδίκαι*, cum Eratosthene consentientem Iphitum et Lycurgum 27 Olympiadibus sive 108 annis ante 776 a. C. n. posuisse; Polybium hanc notationem probasse eamque Phlegontem in volumine de Olympiadibus sequutum esse. Sed simul apparet Callimachum ab hac ratione discrepantem Iphitum tantum 13 Olympiadibus sive 52 annis ante 776 posuisse et Callimachi rationem Africano probatam fuisse. Equidem Callimachi rationem Eratosthenis eius discipuli rationi praetulerim et Iphiti Olympiadem 828 a. C. n. posuerim. Quo tempore cum Thucydidis et Apollodori notationibus collato Lycurgum inter a. 828 et 810 leges suas constituisse statueris.

Dieuchidas Megarensis (Clem. Al. Strom. VI p. 629, a), cuius *Μεγαρικά* laudant Athen. VI p. 262, e. Laert. I, 57. Schol. Apollon. I, 517 in cod. Paris. Harpocrat. v. *ἀγυιᾶς*. respexit Plutarch. Lycurg. c. 2, sed cuius aetas non satis certa est) Lycurgi *ἀκμὴν* circa 290 annum post aeram Troianam posuit. Clem. Al. Strom. I p. 328, a. Sed quum non constet quo anno Dieuchidas Troiam captam posuerit, huius numeri ratio definiri non potest.

u) Polydoro regnante in Locros et Crotonem coloni missi sunt et Phalanthus Tarentum condidit. Pausan. III, 3, 1: *Πολύδωρος τὴν βασιλείαν παρέλαβεν ὁ Ἀλκαμένους, καὶ ἀποικίαν τε ἐς Ἰταλίαν Λακεδαιμόνιοι τὴν ἐς Κρότωνα ἔστειλαν καὶ ἀποικίαν ἐς Λοκροὺς τοὺς πρὸς ἄκρᾳ Ζεφυρίῳ. Crotonem* Achaei circiter 710 condiderunt. V. supra p. 265. Circa idem tempus Locri deducti sunt. Strabo VI p. 259: *ἡ πόλις οἱ Λοκροὶ οἱ Ἐπιζεφύριοι, ἐπὶ Λοκρῶν ἄποικοι τῶν ἐν τῷ Κρισαίῳ κόλπῳ, μικρὸν ὕστερον τῆς ἀπὸ Κρότωνος καὶ Συρακουσῶν κτίσεως ἀποικισθέντος ὑπὸ Εὐάνθους. Ἔφορος δὲ οὐκ εὖ, τῶν Ὁπουντίων Λοκρῶν ἀποίκους φήσας.* Qui duo loci ut inter se concilientur, utriusque coloniae Lacedaemonios participes fuisse statuendum est. *Tarentum* post primum bellum Messenium conditum est. Strabo VI p. 279: *Ἔφορος οὕτω λέγει περὶ τῆς κτίσεως. — Μεσσήνη ἑάλω πολεμηθεῖσα ἐνδεκαιδέκα ἔτη — ἐπανελθόντες δὲ οἴκαδε τοὺς Παρθενείας οὐχ ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ἐτίμων, ὡς οὐκ ἐκ γάμου γεγονότας· οἱ συνιστάμενοι μετὰ τῶν Εἱλώτων ἐπεβούλευσαν τοῖς Λακεδαιμονίοις, καὶ συνέθεντο ἆραι σύσσημον ἐν τῇ ἀγορᾷ πῖλον Λακωνικὸν ἐπειδὰν ἐγχειρῶσι· τῶν δὲ Εἱλώτων τινὲς ἐξαγγείλαντες, τὸ μὲν ἀντεπιτίθεσθαι χαλεπὸν ἔγνωσαν· καὶ γὰρ πολλοὺς εἶναι καὶ πάντας ὁμόφρονας, ὡς ἂν ἀλλήλων ἀδελφοὺς νομιζομένους· τοὺς μέλλοντας δ' αἴρειν τὸ σύσσημον ἐκ τῆς ἀγορᾶς ἀπιέναι προσέταξαν. οἱ μὲν δὴ μεμηνυμένην αἰσθόμενοι τὴν πρᾶξιν ἐπέσχον, οἱ δὲ διὰ τῶν πατέρων ἔπεισαν αὐτοὺς εἰς ἀποικίαν ἐξελθεῖν· κἂν μὲν κατάσχωσιν ἀρκοῦντα τὸν τόπον, μένειν, εἰ δὲ μή, τῆς Μεσσηνίας τὸ πέμπτον κατανείμασθαι μέρος ἐπανιόντας. οἱ δὲ σταλέντες κατελάβοντο τοὺς Ἀχαιοὺς* [colonos Crotonem deductos] *πολεμοῦντας τοῖς βαρβάροις· μετασχόντες δὲ τῶν κινδύνων κτίζουσι τὴν Τάραντα.* Antiochus apud Strab. VI p. 278 magna ex parte eadem atque Ephorus tradit. Utrumque confirmat Aristot. Rep. V, 6, 1: *οἷον ἐν Λακεδαίμονι οἱ λεγόμενοι Παρθενίαι· ἐκ τῶν ὁμοίων γὰρ ἦσαν· οὓς φωράσαντες ἐπιβουλεύσαντας ἀπέστειλαν Τάραντος οἰκιστάς.* Eusebius in Chron. Tarentum conditum posuit a. C. n. 708, Ol. 18, 1. *Hi qui Partheniae vocabantur Tarentum condiderunt, et Corinthii Corcyram.* Hoc tempus cum Crotone et Corcyra condita congruit; (v. supra p. 265) congruit etiam cum Polydori regno. In *Locros* quod Eusebius Ol. 24, 2, a. C. n. 683 coloniam deductam tradit, hoc videtur posterius quam debebat posuisse. Nam haec ratio neque cum Polydori regno neque cum Strabonis narratione conciliari potest. Si verum est quod Aristoteles traditum reliquit, olim 10,000 Spartanos fuisse, Polydoro regnante tot fuisse suspiceris ac 9000 relictos esse his coloniis in Italiam deductis.

x) Quid Lycurgo consilii fuerit exposuit Polyb. VI, 45, 3: *περὶ τὰς ἐγγαίους κτήσεις, ὧν οὐδενὶ μέτεστι πλεῖον, ἀλλὰ πάντας τοὺς πολίτας ἴσον ἔχειν δεῖ τῆς πολιτικῆς χώρας.* Idem Heraclides *περὶ πολιτειῶν* p. 207: *πωλεῖν δὲ γῆν Λακεδαιμονίοις αἰσχρὸν νενόμισται· τῆς γὰρ ἀρχαίας μοίρας ἀνανέμεσθαι οὐδὲν ἔξεστιν.* Sed Lycurgus quum agros vendere vetuisset, non caverat ne quis legaret aut donaret. Aristot. Rep. II, 6, 10: *τοῖς περὶ τὴν ἀνωμαλίαν τῆς κτήσεως ἐπιτιμήσειεν ἄν τις. τοῖς μὲν γὰρ αὐτῶν συμβέβηκε κεκτῆσθαι πολλὴν λίαν οὐσίαν, τοῖς δὲ πάμπαν μικράν· διόπερ εἰς ὀλίγους ἦκεν ἡ χώρα. τοῦτο δὲ καὶ διὰ τῶν νόμων τέτακται φαύλως· ὠνεῖσθαι μὲν γὰρ ἢ πωλεῖν τὴν ὑπάρχουσαν ἐποίησεν οὐ καλὸν ὀρθῶς ποιήσας, διδόναι δὲ καὶ καταλείπειν ἐξουσίαν ἔδωκε τοῖς βουλομένοις. Καίτοι ταὐτὸ συμβαίνειν ἀναγκαῖον ἐκείνως τε καὶ οὕτως. ἔστι δὲ καὶ τῶν γυναικῶν σχεδὸν τῆς πάσης χώρας τῶν πέντε μερῶν τὰ δύο, τῶν τ' ἐπικλήρων πολλῶν γινομένων καὶ διὰ τὸ προῖκας διδόναι μεγάλας.* Aristoteles hanc donandi et legandi copiam ipsius Lycurgi culpa factam esse tradit; a singulari lege ab Epitadeo Ephoro perlata repetit Plutarch. Agid. c. 5. Consentiunt de malis inde exortis. Plutarch. l. l.:

aliarum civitatum civibus, ut industria victum quaererent, quum vetitum esset ne quis fabricis et agris colendis se traderet y). Nec prospectum erat ut civitatis opibus sublevarentur. Nam ad publicas mensas modo iis qui possessiones haberent accedere licuit exclusis qui impensarum ratam partem conferre non possent z). Haec quum rerum conditio fuerit, par est hominum multidudinem deminutam esse. LACONICA.

Servilia Laconicae capita Helotes longe magis quam in ceteris Graeciae civitatibus liberos homines numero superaverunt. De hac re quae Thucydides tradidit a) Herodotus confirmat. In Attica vidimus pro singulis liberis capitibus plus terna servilia fuisse; Spartae Persicorum bellorum tempore pro singulis liberis hominibus quinos senosve servos fuisse ex Herodoto discimus. Haec maioris numeri ratio non mira videbitur ei qui Spartae servorum conditionem reputaverit. Omnino apud Graecos duo servorum genera distinxeris. Alterum fuit domesticorum servorum, qui empti erant. Huius generis plerique erant in Attica atque eorum numerus alius in aliis civitatibus fuit, prout quaeque opibus, luxuria, mercatura eminebat. Multos fuisse par est Athenis et Corinthi, civitatibus divitiis et mercatura florentibus, quum artificum et opificum vicibus nostrorum seculorum fungerentur; paucos in pauperioribus civitatibus, quae quum exiguas aut nullas divitias haberent nec mercaturas cum exteris facerent, sola agricultura victum quaererent. Ita domesticis servis carebant *Locris* et *Phocis*, quarum incolae naturalem morum simplicitatem servaverant b). Alterum 412
genus fuit eorum qui quum antea soli terram incoluissent, omnes ab advenis qui eam expugnassent subacti et iure suo libertateque privati essent. Huius generis fuerunt *Penestae* Thessalorum et *Helotes* Spartanorum c). Quod genus servorum ubi fuit par est plures fuisse quam ubi alterum

---

ἐκτῶντο ἀφειδῶς ἤδη παρωθοῦντες οἱ δυνατοὶ τοὺς προσήκοντας ἐκ τῶν διαδοχῶν· καὶ ταχὺ τῆς εὐπορίας εἰς ὀλίγους συῤῥυείσης πενία τὴν πόλιν κατέσχεν. — ἀπελείφθησαν οὖν ἑπτακοσίων οὐ πλείονες Σπαρτιᾶται καὶ τούτων ἴσως ἑκατὸν ἦσαν οἱ γῆν κεκτημένοι καὶ κλῆρον· ὁ δ' ἄλλος ὄχλος ἄπορος καὶ ἄτιμος ἐν τῇ πόλει παρεκάθητο.

y) Xenoph. Rep. Lac. VII, 2: *ἐν τῇ Σπάρτῃ ὁ Λυκοῦργος τοῖς ἐλευθέροις τῶν μὲν ἀμφὶ χρηματισμὸν ἀπεῖπε μηδενὸς ἅπτεσθαι.* V. Max. Tyr. t. II p. 73 supra p. 406 annot. b. laud. et Plutarch. Lycurg. c. 24.

z) Hoc malum e Lycurgi institutis ortum esse docuit Aristot. Rep. II, 6, 21: *οὐ καλῶς δ' οἰδὲ περὶ τὰ συσσίτια τὰ καλούμενα φιδίτια νενομοθέτηται τῷ καταστήσαντι πρῶτον· ἔδει γὰρ ἀπὸ τοῦ κοινοῦ μᾶλλον εἶναι τὴν σύνοδον καθάπερ ἐν Κρήτῃ. παρὰ δὲ τοῖς Λάκωσιν ἕκαστον δεῖ φέρειν, καὶ σφόδρα πενήτων ἐνίων ὄντων καὶ τοῦτο τὸ ἀνάλωμα οὐ δυναμένων δαπανᾶν· ὥστε συμβαίνειν τοὐναντίον τῷ νομοθέτῃ τῆς προαιρέσεως. βούλεται μὲν γὰρ δημοκρατικὸν εἶναι τὸ κατασκεύασμα τῶν συσσιτίων, γίνεται δ' ἥκιστα δημοκρατικὸν οὕτω νενομοθετημένον· μετέχειν μὲν γὰρ οὐ ῥᾴδιον τοῖς λίαν πένησιν· ὅρος δὲ τῆς πολιτείας οὗτός ἐστιν αὐτοῖς ὁ πάτριος, τὸν μὴ δυνάμενον τοῦτο τὸ τέλος φέρειν μὴ μετέχειν αὐτῆς.*

a) Thuc. VIII, 40: *οἱ γὰρ οἰκέται τοῖς Χίοις πολλοὶ ὄντες καὶ μιᾷ γε πόλει πλὴν Λακεδαιμονίων πλεῖστοι γενόμενοι.* Id est plurimi si cum liberis hominibus comparentur. Neque enim probabile in Chio, quae insula tantum 257 quadratorum mill. Angl. fuit, plures servos fuisse quam in Attica. [Equidem haec verba ita intelligi posse non puto. *Kr.*]

b) Timaeus apud Athen. VI p. 264, c: *καθόλου δὲ ἠτιῶντο τὸν Ἀριστοτέλη διημαρτηκέναι τῶν Λοκρικῶν ἐθῶν. οὐδὲ γὰρ κεκτῆσθαι νόμον εἶναι τοῖς Λοκροῖς ὁμοίως δὲ οὐδὲ Φωκεῦσιν οὔτε θεραπαίνας οὔτε οἰκέτας, πλὴν ἐγγὺς τῶν χρόνων, ἀλλὰ πρώτῃ τῇ Φιλομήλου γυναικὶ τοῦ καταλαβόντος Δελφοὺς [a. C. n. 356.] δύο θεραπαίνας ἀκολουθῆσαι. παραπλησίως δὲ καὶ Μνάσωνα τὸν τοῦ Ἀριστοτέλους ἑταῖρον χιλίους οἰκέτας κτησάμενον διαβεβλῆσθαι τοῖς Φωκεῦσιν, ὡς τοσούτους τῶν πολιτῶν τὴν ἀναγκαίαν τροφὴν ἀφῃρημένον. εἰθίσθαι γὰρ ἐν ταῖς οἰκίαις διακονεῖν τοὺς νεωτέρους τοῖς πρεσβυτέροις.*

c) Pollux III, 83: *μεταξὺ ἐλευθέρων καὶ δούλων οἱ Λακεδαιμονίων Εἵλωτες καὶ Θετταλῶν Πενέσται καὶ Κρητῶν Κλαρῶται καὶ Μνῶται* (cf. Athen. VI p. 267, c) *καὶ Μαριανδύνων Δωροφόροι καὶ Ἀργείων Γυμνῆτες καὶ Σικυωνίων Κορυνηφόροι.* Athenaeus VI p. 271, b: *Φίλιππος ὁ Θεαγγελεὺς ἐν τῷ περὶ Καρῶν καὶ Λελέγων συγγράμματι καταλέξας τοὺς Λακεδαιμονίων Εἵλωτας καὶ τοὺς Θετταλικοὺς Πενέστας καὶ Κᾶρας φησὶ τοῖς Αἰλεξιν ὡς οἰκέταις χρήσασθαι πάλαι τε καὶ νῦν.* Duo servorum genera distinguit Theopompus apud Athen. VI p. 265, b: *Χῖοι πρῶτοι τῶν Ἑλλήνων μετὰ Θετταλοὺς καὶ Λακεδαιμονίους ἐχρήσαντο δούλοις, τὴν μέντοι κτῆσιν αὐτῶν οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐκείνοις. Λακεδαιμόνιοι μὲν γὰρ καὶ Θετταλοὶ φανήσονται*

LACONICA. genus reperiretur: cuius multitudo quum e divitiis aut inopia dominorum penderet, illud genus, relictum in agris quos victorum commodo colerent, multitudine auctum est quoad domini se eos imperio tenere posse putarent.

Helotes ab origine fuerunt Laconicae oppidorum incolae in servitutem redacti. Sed postmodum hoc nomen etiam Messeniis qui post secundum Messenium bellum in terra manserant tributum est [d]). Ab hoc tempore Messeniae et earum Laconicae partium quae ipsius Spartae erant agros colebant harumque regionum rustici erant [e]). Ex hoc genere domestici servi Spartanorum civium capiebantur. Praeterea in bellis eorum opera utebantur ac saepius eos levis armaturae milites fuisse
413 legimus [f]). Interdum libertate donabantur atque hi manumissi servi, qui *νεοδαμώδεων, τροφίμων* aliisque nominibus vocabantur, in militia non sufficientibus exiguis Spartanorum copiis exercitus supplebant [g]). Helotes saepe dominis suis formidini erant [h]); ac Messeniae Helotum pars a. 455

κατασκευασάμενοι τὴν δουλείαν ἐκ τῶν Ἑλλήνων τῶν οἰκούντων πρότερον τὴν χώραν ἣν ἐκεῖνοι νῦν ἔχουσιν, οἱ μὲν Ἀχαιῶν, Θετταλοὶ δὲ Περῥαιβῶν καὶ Μαγνήτων· καὶ προσηγόρευσαν τοὺς καταδουλωθέντας οἱ μὲν Εἵλωτας, οἱ δὲ Πενέστας. Χῖοι δὲ βαρβάρους κέκτηνται τοὺς οἰκέτας, καὶ τιμὴν αὐτῶν καταβάλλοντες.

d) *Helos* qui incolebant primo subegit Agis. V. p. 405 annot. z. Hoc etiam Plutarchus tradit a Soo Agidis aequali subactos esse tradens. Lycurg. c. 2: *Σόος ἐφ' οὗ τοὺς Εἵλωτας ἐποιήσαντο δούλους οἱ Σπαρτιᾶται.* Prorsus subacti sunt septem aetatibus post. V. supra p. 405. Pausan. III, 20, 6: *πρῶτοι ἐγένοντο οὗτοι Λακεδαιμονίων δοῦλοι τοῦ κοινοῦ καὶ Εἵλωτες ἐκλήθησαν πρῶτοι καθάπερ γε καὶ ἦσαν. τὸ δὲ οἰκετικὸν τὸ ἐπικτηθὲν ὕστερον, Δωριεῖς Μεσσηνίους ὄντας, ὀνομασθῆναι καὶ τούτους ἐξενίκησεν Εἵλωτας.* Idem IV, 23, 1: *τῶν Μεσσηνίων ὁπόσοι — ἐγκατελείφθησαν τούτους οἱ Λακεδαιμόνιοι προσένειμαν ἐς τὸ Εἱλωτικόν.* 24, 2: *Μεσσηνίων τοὺς ἐγκαταλειφθέντας συντελοῦντας κατὰ ἀνάγκην ἐς τοὺς Εἵλωτας.* Theopompus apud Athen. VI p. 272, a: *τὸ δὲ τῶν Εἱλώτων ἔθνος παντάπασιν ὠμῶς διάκειται καὶ πικρῶς. εἰσὶ γὰρ οὗτοι καταδεδουλωμένοι πολὺν ἤδη χρόνον ὑπὸ τῶν Σπαρτιατῶν, οἱ μὲν αὐτῶν ἐκ Μεσσήνης ὄντες, οἱ δὲ Ἑλεᾶται, κατοικοῦντες πρότερον τὸ καλούμενον Ἕλος τῆς Λακωνικῆς.* Etiam *περιοίκων* nonnulli qui postmodum in servitutem redacti sunt Helotum nomen traxerunt. Ita Antiochus apud Strab. VI p. 278 tradit: *τοῦ Μεσσηνιακοῦ πολέμου γενηθέντος οἱ μὴ μετασχόντες Λακεδαιμονίων τῆς στρατείας ἐκρίθησαν δοῦλοι καὶ ὠνομάσθησαν Εἵλωτες.* Hos Lacedaemonios *περιοίκους* fuisse apparet ex Pausan. IV, 11, 1 de hoc bello loquente: *Λακεδαιμόνιοι μὲν οὖν Κορινθίοις καὶ τοῖς Εἵλωσι καὶ ὅσοι περιοίκοι συνεστρατεύοντο τὸ μέσον ἐπιτρέψαντες κ. τ. λ. Aegyis* et *Amyclarum* incolae in servitutem redacti (v. p. 405 annot. z) haud dubie communi Helotum nomine comprehensi erant.

e) Plutarch. Lycurg. c. 24: *οἱ Εἵλωτες αὐτοῖς εἰργάζοντο τὴν γῆν, ἀποφορὰν τὴν εἰρημένην τελοῦντες.*

f) Iis quae iam excitavimus testimoniis haec addas. Thuc. V, 57: *ἐστράτευον αὐτοὶ καὶ οἱ Εἵλωτες πανδημεὶ ἐς Ἄργος.* V, 64: *αὐτῶν τε καὶ τῶν Εἱλώτων πανδημεί.* VII, 19: *τῶν τε Εἱλώτων ἐπιλεξάμενοι τοὺς βελτίστους καὶ τῶν Νεοδαμωδῶν, ξυναμφοτέρων ἐς ἑξακισχιλίους ὁπλίτας.* IV, 80: *καὶ τότε τῷ Βρασίδᾳ αὐτῶν [τῶν Εἱλώτων] ξυνέπεμψαν ἑπτακοσίους ὁπλίτας.* Interdum Helotibus adeo imperia commissa sunt. Xenoph. Hell. III, 5, 12: *τοὺς μὲν Εἵλωτας ἁρμοστὰς καθιστάναι ἀξιοῦσι.* [Sed hic quum Thebanus Spartanis inimicus loquatur, vereor ne superlatio oratoria subsit. Cf. Manso Sparta I, 2 p. 155 annot. e et II p. 377 annot. h. *Kr.*]

g) Athenaeus VI p. 272, f: *Μύρων ὁ Πριηνεὺς ἐν δευτέρῳ Μεσσηνιακῶν· „Πολλάκις," φησίν, „ἠλευθέρωσαν Λακεδαιμόνιοι δούλους· καὶ οὓς μὲν Ἀφέτας ἐκάλεσαν, οὓς δὲ Ἀδεσπότους, οὓς δὲ Ἐρυκτῆρας, Δεσποσιοναίτας ἄλλους, οὓς εἰς τοὺς στόλους κατέτασσον· ἄλλους δὲ Νεοδαμώδεις, ἑτέρους ὄντας τῶν Εἱλώτων."* Neodamodes fuerunt *οἱ κατὰ δόσιν ἐλεύθεροι ἀπὸ τῆς Εἱλωτείας.* Hesych. *Νεοδαμ.* Cf. Pollucem III, 83. Thuc. VII, 58: *Νεοδαμώδεις δὲ τοὺς ἄλλους καὶ Εἵλωτας· δύναται δὲ τὸ Νεοδαμῶδες ἐλεύθερον ἤδη εἶναι.* V, 34: *ἐψηφίσαντο τοὺς μὲν μετὰ Βρασίδου Εἵλωτας μαχεσαμένους ἐλευθέρους εἶναι καὶ οἰκεῖν ὅπου ἂν βούλωνται· καὶ ὕστερον οὐ πολλῷ αὐτοὺς μετὰ τῶν Νεοδαμωδῶν ἐς Λέπρεον κατέστησαν.* 2000 *Νεοδαμώδεις* cum Agesilao in Asiam missi sunt. Xenoph. Hell. III, 4, 2. in Euboeam 300. Thuc. VIII, 5. *Τροφίμους* memorat Xenoph. Hell. V, 3, 9. *ξένοι τῶν τροφίμων καλουμένων* in Agesipolidis copiis. Cf. Schneider. ad h. l.

h) Hac difficultate Spartani 421 laborabant. Thuc. V, 14. *λῃστευομένης τῆς χώρας ἐκ τῆς Πύλου καὶ Κυθήρων, αὐτομολούντων τε τῶν Εἱλώτων καὶ ἀεὶ προδοκίας οὔσης μή τι καὶ οἱ ὑπομένοντες τοῖς ἔξω πίσυνοι — νεωτερίσωσιν.* In foedere apud Thucydidem V, 23 paciscuntur: *ἢν ἡ δουλεία ἐπανιστῆται, ἐπικουρεῖν Ἀθηναίους Λακεδαιμονίοις παντὶ σθένει κατὰ τὸ δυνατόν.* Impetrant ab Atheniensibus: *ἐξαγαγεῖν ἐκ Πύλου Μεσσηνίους καὶ τοὺς ἄλλους Εἵλωτάς τε καὶ ὅσοι ἠτομολήκεσαν ἐκ τῆς Λακωνικῆς· καὶ κατῴκισαν αὐτοὺς ἐν Κρανίοις τῆς Κεφαλληνίας.* Thuc. V, 35. A. 519 rogantibus Argivis Athenienses *ἐς Πύλον ἐκόμισαν τοὺς ἐκ Κρανίων Εἵλωτας λῃΐζεσθαι.* Thuc. V, 56. Demosthenes in Siciliam proficiscens locum munivit, *ἵνα δὴ οἵ τε Εἵλωτες τῶν Λακεδαιμονίων αὐτόσε αὐτομολῶσι, καὶ*

Spartanorum dominatum evasit et Naupactum deducta est [i]). Inde horum posteri 85 annis post reverterunt pro libero populo patriam suam inhabitaturi [k]). LACONICA.

Secundum Herodotum Plataeensi pugnae 479 a. C. n. 35,000 Helotes interfuerunt [l]). Si eam rationem quam Herodotus ipse de civibus Spartanorum posuit sequi atque hos 35,000 quinque octavas partes omnium marium hominum fuisse statuere licet, mares adulti Helotum 56,000, omnino 231,000 capita fuisse reperias, ut Spartae pro singulis liberis hominibus septeni servi fuerint. Sed quum causae fuisse videantur cur minus parceretur Helotibus quam ceteris ordinibus, probabile censueris hoc tempore ex illis assumptos esse quotquot militiam sustinere possent, atque 35,000 fuisse mares omnes qui militari aetate essent. Quodsi in hoc numero omnes fuisse statuas qui 20 annis maiores, 60 minores essent, etiam hac ratione Helotum 170,500 capita fuisse reperias; atque Laconicae et Messeniae incolas hoc modo computaveris:

Spartanorum	8000	cives	= 33,000
Περίοικοι	16,000	cives	= 66,000
Helotes	35,000	militaris aetatis	= 170,500
			269,500

Ex hac computatione, quae haud dubie iusto maior non est, plus quini Helotes pro singulis Spartanis fuerunt: cui rationi consentaneum est quod Thucydides tradit, servos Spartae, si cum liberis hominibus comparentur, plures fuisse quam ulli civitati Graecae [m]). Sed quum Spartae civium numerum inter Persica bella et Thucydidis aetatem deminutum esse probabile sit, his temporibus factum videtur ut pro singulis liberis hominibus seni servi essent. 414

Hac computatione non comprehenduntur *Asines* et *Methones* incolae, quibus Lacedaemonii has sedes dederant [n]). Non magis comprehensi sunt quos *περιοίκοις* fuisse statueris domesticos servos aliquammultos. Itaque ambabus terris circiter 300,000 incolas fuisse statueris, qua ratione singulis quadratis mill. Angl. prope 100 capita tribuuntur.

ἅμα λῃσταὶ ἐξ αὐτοῦ ὥσπερ ἐκ τῆς Πύλου ἁρπαγὴν ποιῶνται.

i) Thuc. I, 101: *οἱ Εἵλωτες αὐτοῖς καὶ τῶν περιοίκων Θουριᾶταί τε καὶ Αἰθεεῖς ἐς Ἰθώμην ἀπέστησαν. πλεῖστοι δὲ τῶν Εἱλώτων ἐγένοντο οἱ τῶν παλαιῶν Μεσσηνίων τότε δουλωθέντων ἀπόγονοι· ᾗ καὶ Μεσσήνιοι ἐκλήθησαν οἱ πάντες.* V. tabb. 464, 2 de belli initio et 455, 2 de Messeniis Naupactum deductis.

k) V. tabb. 369, 2. In novam Messeniorum civitatem non modo Naupacto ex aliisque locis Messenii adsciti sunt, sed etiam Helotes Messenii. Hoc nomine Isocrates Archidamum dicentem facit p. 117, e: *αἰσχυνοίμην ἂν εἰ περιίδοιμι τὴν χώραν ταύτην τοὺς οἰκέτας τοὺς ἡμετέρους ἔχοντας.* p. 121, c: *νῦν τοὺς Εἵλωτας ὁμόρους ἡμῖν παρακατοικίζουσιν.*

l) V. locum p. 407 annot. h.

m) Humius (Essay on the populousness p. 446) exaggeratam Athenaei rationem sequutus, ex qua in Attica pro singulis liberis hominibus senos servos fuisse statuit, (v. supra p. 391) haec disputat: „Chios plures quam ulla „civitas Graeca servos habuisse traditur, Sparta excepta. „Sparta igitur plures habuit quam Athenae, si cum civium „numero comparentur. Spartani in urbe 9000, in agris „30,000 fuerunt. Itaque mares servi qui adulti essent „plus 780,000 fuerint necesse est; omnino [780,000 × 4] „plus 3,120,000 capita: quae multitudo fieri non potest „ut in angustis finibus Laconicae, sterilis terrae, quae „mercaturas non faceret, ali posset." In hac disputatione tres errores insunt. Ac primum Humius sumpsit, si in Attica pro singulis liberis hominibus seni servi fuerint, in Laconica pro singulis vicenos fuisse, quod Spartae plures essent quam Athenis. Quae ratio nulla fide nititur. Deinde quum eum qui ab origine fuit 39,000 sortium numerum omnibus posterioribus temporibus civium numerum fuisse statuerit, (qui ipse satis magnus error est) ex aggerata hac multitudine servorum numerum computat. At vero ex illis 39,000 *περίοικοι* fuerunt 30,000, quibus nullum in Helotes ius erat. Hi solorum Spartanorum servi fuerunt; eorumque numeris cum Spartae civium numero comparandus est. Denique in hac disputatione solam *Laconicam* respicit, quum Thucydidis aetate *Messenia* una comprehensa fuerit ac Spartae servi Messeniae incolae fuerint. Quae duae terrae adeo non fuerunt angustae ut totius peninsulae plus $\frac{3}{8}$ partes continuerint. [*Πελοποννήσου τῶν πέντε τὰς δύο μοίρας νέμονται* (i. e. duas quintas partes). Thuc. I, 10. *Kr.*]

n) Pausan. IV, 8, 1: *Ἀσιναῖοί τε καὶ Δρίοπες γενεᾷ πρότερον ὑπὸ Ἀργείων ἐκ τῆς σφετέρας ἀνεστηκότες καὶ ἥκοντες ἐς τὴν Λακεδαίμονα ἐκεῖναί κατ' ἀνάγκην συνεστρατεύοντο* [primo Messenio bello]. IV, 14, 2: *τῆς δὲ γῆς τῆς Μεσσηνίας Ἀσιναίοις μὲν ἀνεστηκόσιν ὑπὸ Ἀργείων*

LACONICA. Est quod statuas concussa Spartanorum potentia omnino hominum multitudinem non esse deminutam. Nam deminutum Lacedaemoniorum numerum suppleverunt *Neodamodes* aliaque libertorum genera o). Laconicae oppidorum fortuna haud dubie melior fuit ex quo maiorem libertatem adepta sunt p). Nec Messeniam credibile est ex quo sui iuris facta est minus frequentem incolis fuisse quam quibus temporibus Spartanis subiecta erat.

ARCADIA. ARCADUM, qui *πλεῖστον φῦλον τῶν Ἑλληνικῶν* q) erant, aliquammultae civitates fuerunt, quarum 415quaeque complura minora oppida vicosve habebat. In septentrionali Arcadiae parte sitae erant *Psophis*, *Clitor*, *Cynaetha*, *Pheneus*, *Stymphalus* r); in media Arcadia *Caphyae* et *Orchomenus* s);

διδόασιν ἐπὶ θαλάττῃ ταύτην ἣν καὶ νῦν ἔτι Ἀσιναῖοι νέμονται [post secundum bellum]. Strabo VIII p. 373: *οἱ ἐκ τῆς Ἀσίνης ὑπὸ Λακεδαιμονίων εἰς τὴν Μεσσηνίαν μετῳκίσθησαν. — οἱ γὰρ Λακεδαιμόνιοι, ὥς φησιν ὁ Θεόπομπος, πολλὴν κατακτησάμενοι τῆς ἀλλοτρίας, εἰς ταύτην κατῴκιζον οὓς ἂν ὑποδέξαιντο τῶν φυγόντων ἐπ' αὐτούς.* *Dryopes* fuisse memorat Herod. VIII, 73: *Δρυόπων Ἑρμιόνη τε καὶ Ἀσίνη ἡ πρὸς Καρδαμύλῃ τῇ Λακωνικῇ.* Cf. Pausan. IV, 34, 6. Hoc oppidum aliud fuit atque Asine Laconicae, quae ad sinum Laconicum sita erat. Mothonem sive Methonem memorat Pausan. IV, 35, 2: *Ναυπλιεῦσιν ἐπὶ Λακωνισμῷ διωχθεῖσι Δαμοκρατίδα βασιλεύοντος ἐν Ἄργει Μοθώνην Λακεδαιμόνιοι διδόασιν.* IV, 24, 2: *Λακεδαιμόνιοι, τότε ὡς ἐπεκράτησαν τῆς Μεσσηνίας τὴν μὲν ἄλλην πλὴν τῆς Ἀσιναίων αὐτοὶ διελάγχανον, Μοθώνην δὲ Ναυπλιεῦσιν ἐδίδοσαν ἐκπεπτωκόσιν ἐκ Ναυπλίας ἔναγχος ὑπὸ Ἀργείων.* Messenii a. 369 in patriam restituti *Ναυπλιεῖς ἐκ Μοθώνης οὐκ ἀνέστησαν.* IV, 27, 4.

o) Incursione Cleomene III regnante facta 50,000 servi ab Aetolis abducti sunt. Plutarch. Cleom. c. 18. Polybii aetate Lacedaemonis circuitus 48 stadiorum fuit atque haec urbs altero tanto frequentior incolis fuit quam Megalopolis. Sed tunc Lacedaemon iam non fuit oppidum muris carens nec a Spartanis Lycurgi disciplinam servantibus inhabitabatur, sed a colluvie mercenariorum, servorum manumissorum, aliorum hominum qui Machanida et Nabide tyrannis regnantibus confluxerant.

p) Spartanos probabile est nunquam eam quam ante habuerant in *περιοίκους* potentiam recuperasse. Lacedaemoniorum et Megalopolitanorum bello 352 (v. tabb.) *περίοικοι* hostibus faverunt. Pausanias VIII, 27, 7: *οἱ Λακεδαιμόνιοι προθυμίας μὲν εἵνεκα Ἀρκάδας τε ἂν τοὺς ἄλλους καὶ τοὺς Μεγαλοπολίτας ἐποίησαν ἀναστάτους· ἀμνυομένων δὲ τῶν τότε οὐκ ἀθύμως καὶ ἅμα τῶν περιοίκων ἀπροφασίστως σφίσιν ἐπικουρούντων λόγου μὲν συνέπεσεν οὐδὲν ἄξιον γενέσθαι παρὰ οὐδετέρων,*

q) Xenoph. Hell. VII, 1, 23. [Cf. Polyb. II, 38, 3. IV, 32, 3. *Kr.*]

r) (1.) *Psophis* occidentem et meridiem spectabat. Polybius IV, 70: *ἡ Ψωφὶς ἔστι μὲν ὁμολογούμενον καὶ παλαιὸν Ἀρκάδων κτίσμα τῆς Ἀζανίδος, κεῖται δὲ τῆς μὲν συμπάσης Πελοποννήσου κατὰ τὴν μεσόγαιαν, αὐτῆς δὲ τῆς Ἀρκαδίας ἐπὶ τοῖς πρὸς δύσμας πέρασι συνάπτουσα τοῖς περὶ τὰς ἐσχατιὰς κατοικοῦσι τῶν προεσπερίων Ἀχαιῶν. ἐπίκειται δ' εὐφυῶς τῇ τῶν Ἠλείων χώρᾳ, μεθ' ὧν συνέβαινε τότε πολιτεύεσθαι αὐτήν.* *Clitorem* versus fines notavit Pausan. VIII, 23, 6: *ὅροι δὲ Κλειτορίοις τῆς χώρας πρὸς Ψωφιδίους εἰσὶν αἱ Σειραί.* (2.) *Clitor* 378 bellum gessit cum *Orchomeniis*. Xenoph. Hell. V, 4, 36: *Ἀγησίλαος — μαθὼν πολεμοῦντας τοὺς Κλειτορίους τοῖς Ὀρχομενίοις καὶ ξενικὸν τρέφοντας ἐκοινολογήσατο αὐτοῖς ὅπως γένοιτο τὸ ξενικὸν αὐτῷ εἴτι δεηθείη.* Clitorios laudat Polyb. II, 55. Anno 220 oppidum suum ab Aetolis defenderunt. Polyb. IV, 19. Fines eorum qua *Pheneum* spectabant memorat Pausan. VIII, 19, 3: *ἔστι Φενεάταις ἡ Λυκουρία πρὸς Κλειτορίους ὅροι τῆς γῆς.* Horum in finibus siti erant *Lusi*. Pausan. VIII, 18, 3: *ἐν ὅροις ἤδη Κλειτορίων εἰσὶν οἱ Λουσοί· πόλιν μὲν δή ποτε εἶναι λέγουσι τοὺς Λουσούς.* Lusi constabant a. 220. V. Polyb. IV, 18. A. 184 *Romanis legatis Clitore in Arcadia datum est concilium.* Liv. XXXIX, 35. (3.) *Clitori* finitima erat *Cynaethus*. Polyb. IV, 18: *τὸ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερόν, ὃ κεῖται μεταξὺ Κλειτορος καὶ Κυναίθης.* Feros Cynaethensium mores 221 notavit Polyb. IV, 16—21. (4.) *Pheneos*. Polyb. IV, 68: *ἐκ Ψωφίδος ἐποιεῖτο τὴν πορείαν διὰ τῆς Φενικῆς καὶ Στυμφαλίας*, quibus verbis eius situs significatur. Pausan. VIII, 13, 5: *ἐν τῷ ὄρει τούτῳ συνάπτουσιν Ὀρχομενίων καὶ Φενεατῶν τε καὶ Καφυατῶν ὅροι τῆς γῆς.* Ibid. 14, 1: *Φενεατῶν τὸ πεδίον κεῖται ὑπὸ ταῖς Καρυαῖς.* Horum fines *Nonacrin* comprehendebant et ultra eam ad Aroanios montes pertinebant. Herod. VI, 74: *ἡ Νώνακρις πόλις ἐστὶ τῆς Ἀρκαδίας πρὸς Φενεῷ.* Pausan. VIII, 18, 3: *ὑπέρ τε Νώνακριν ὄρη τε καλούμενα Ἀροάνια — τοῦ μὲν δὴ ὄρους τοῦ Ἀροανίων Φενεᾶται τὰ πολλὰ ἐνέμοντο.* (5.) *Stymphalus* septentrionem et orientem spectabat *Pheneum* inter et Argolidem. Cf. Pausan. VIII, 22, 1. Stymphalii et Stymphali civitas — *ἡ τῶν Στυμφαλίων πόλις* — Cleomenis bello 222 et 219 memorantur Polyb. II, 55. IV, 68 s. Anno 197 constitutum erat ut Achaeorum foederis copiae *ad Apelaurum, Stymphaliae terrae is locus est, convenirent.* Liv. XXXIII, 14.

s) *Caphyae*. Ad hoc oppidum Aratus 220 victus est. Polyb. IV, 11 s. Vicinum erat *Orchomeno*. Polyb. ibid. *ἐχρῶντο τῇ φυγῇ κατὰ τὴν ἀποχώρησιν ἐπὶ τὰς πόλεις· ὅ τε γὰρ Ὀρχομενὸς αἵ τε Κάφυαι σύνεγγυς οὖσαι πολλοὺς ὤνησαν.* (7.) *Orchomenus* 1200 milites ad Plataeas misit 479. Cf. Herod. IX, 28 s. Quum Megalopolis condebatur, 371, Orchomenii participes esse noluerunt; *Ὀρχο-*

in occidentalibus partibus *Telphussa, Heraea, Aliphera et Phigalia* t); in meridianis *Parrhasii, Eutresii,* ARCADIA. *Maenalus, Aegytis* et fortasse *Tripolis fines* u); in oriente *Mantinea* et *Tegea.* 416

Mantinea, Argolidi confinis v) quattuor aut quinque vicis constabat w), quorum incolae in unam civitatem contractae erant. Mantinenses 385 a Lacedaemoniis muris suis privati et per vicos suos habitare coacti sunt x). Quindecim post annis urbs restituta est y) atque Mantinea

---

μενίων οὐκ ἐθελόντων κοινωνεῖν τοῦ Ἀρκαδικοῦ. Xenoph. Hell. VI, 5, 11. *Orchomenum* modo Cleomenes modo Antigonus occupavit 225 — 223. Cf. Polyb. II. 46, 54. Anno 199 *Philippus legatos misit qui redderent Achaeis Orchomenon et Heraeam.* Liv. XXXII, 5.

t) *Telphussa.* Eius fines notavit Pausanias VIII, 25, 1: *Τροπαίων ἔχεται δρυμὸς Ἀφροδίσιον· τρητὰ δέ ἐστιν ἀρχαῖα ἐν στήλῃ γράμματα, ὅροι Ψωφιδίοις πρὸς τὴν Θελπουσίαν χώραν.* s. 2: *ἐξ Ἄλοῦντος δὲ ἐπὶ Θαλιάδας γε (ὁ Λάδων) καὶ ἐπὶ Δήμητρος ἱερὸν κάτεισιν Ἐλευσινίας. τὸ δὲ ἱερὸν τοῦτο ἔστι μὲν Θελπουσίων ἐν ὅροις.* Anno 223 Antigonus *προῆγε τὴν ἐφ Ἡραίας καὶ Τελφούσης παραλαβὼν καὶ ταύτας τὰς πόλεις.* Polyb. II, 54. Anno 219 Philippus *τὴν Στρατὸν ἐκλιπόντων τῶν Ἠλείων ἀποκατέστησε Τελφουσίοις.* Polyb. IV, 73. (9.) *Heraea.* Eius fines notavit Pausanias VIII, 25, 7: *Τουθόα ποταμὸς ἐμβάλλει ἐς τὸν Λάδωνα κατὰ τὸν Θελπουσίων ὅρον πρὸς Ἡραιεῖς.* c. 26, 3: *τῇ Ἡρείᾳ ὅροι πρὸς τὴν Ἠλείαν λόγῳ τῶν Ἀρκάδων ἐστὶν ὁ Ἐρύμανθος.* s. 5: *τοῦ Βουφάγου περὶ τὰς πηγὰς ὅροι πρὸς Μεγαλοπολίτας Ἡραιεῦσίν εἰσιν.* Cf. c. 27, 11. V, 7, 1. Polyb. IV, 78: *Ἀλφειὸς ῥεῖ παρ' αὐτὴν τὴν τῶν Ἡραίων πόλιν.* A. 370 Heraeenses relicuis Arcadibus adversantes Spartanorum socii fuerunt. Xenoph. Hell. VI, 5, 11. 22. Philippus Heraeam Achaeis dedit a. 199. V. *Orchomenus.* A. 197 Aetoli eam sibi vindicabant: *Αἰτωλοὺς (ἀμφισβητεῖν) περὶ τῆς Ἡραίων πόλεως.* Polyb. XXVIII, 25. (10.) *Aliphera Cinuriae* erat, una ex iis oppidis quae ad condendam Megalopolin contributa sunt. Pausan. VIII, 27: *ἐν Κινούραιων τῶν ἐν Ἀρκαδίᾳ Γόρτυς καὶ Θίσσα ἡ πρὸς Λυκαίῳ καὶ Ἀνκόται καὶ Ἀλίφηρα.* Liv. XXVIII, 8. Philippus [a. C. n. 207] *Alipheram reddidit Megalopolitis, quod suorum fuisse finium satis probabant.* Idem XXXII, 5: *Aliphera — una ex iis quae ad condendam Megalopolim ex concilio Arcadum contributae forent.* Polybius IV, 77 s. eius situm describit: *Ἠλεῖοι προσελάβοντο καὶ τὴν τῶν Ἀλιφειραίων πόλιν, συντελοῦσαν ἐξ ἀρχῆς εἰς Ἀρκαδίαν καὶ Μεγαλόπολιν. — κεῖται μὲν ἐπὶ λόφου κρημνώδους πανταχόθεν ἔχοντες πλεῖον ἢ δέκα σταδίων πρόσβασιν· ἔχει δ' ἄκραν ἐν αὐτῇ τῇ κορυφῇ τοῦ σύμπαντος λόφου.* Quamquam Aliphera colonis Megalopolin deductis minuta est (Pausan. VIII, 26, 4), tamen etiam postmodum constabat, ut e Livio et Polybio ipsoque Pausania apparet. VIII, 27, 5: *τοῖς Ἀλιφηρεῦσι παραμεμένηκεν ἐξ ἀρχῆς πόλιν σφᾶς καὶ ἐς τόδε νομίζεσθαι.* (11.) *Phigalia* in ea Arcadiae parte quae occidentem et meridiem spectabat sita erat, Aliphera meridiem versus 14 mill. Angl. via distans. Polyb. IV, 3: *ἐξαπεστάλη ἐς τὴν τῶν Φιγαλέων πόλιν, ἥτις — κεῖται πρὸς τοῖς τῶν Μεσσηνίων ὅροις, ἐτύγχανε δὲ τότε* [a. C. n. 221] *συμπολιτευομένη τοῖς Αἰτωλοῖς.* Cf. c. 31. Pausan. VIII, 39, 3: *κεῖται ἡ Φιγαλία ἐπὶ μετεώρου μὲν καὶ ἀποτόμου, πλέονα δὲ καὶ ὑπὸ τῶν κρημνῶν ᾠκοδομημένα ἐστὶ τείχη σφίσιν· ἀνελθόντι δὲ ὁμαλὴς ἐστιν ὁ λόφος ἤδη καὶ ἐπίπεδος.* Ol. 30, 2. a. C. n. 659 Phigalenses cum Lacedaemoniis bellum gesserunt. Pausan. VIII, 39, 2.

u) Hae quinque civitates maximam partem in novam *Megalopolis* urbem contractae sunt 371. (12.) Parrhasios a. 421 memorat Thucydides V, 33. V. supra p. 403 v. *Sciros.* Archidamus 367 *στρατευσάμενος ἐς Παῤῥασίας* [l. *Παῤῥαοίους cum Schneid.*] *τῆς Ἀρκαδίας ἐδῄου τὴν χώραν.* Xenoph. Hell. VII, 1, 28. Parrhasii iam transportati erant *Megalopolin.* V. Pausan. VIII, 27, 3. 38, 3. (13.) *Eutresios* memorat Xenoph. Hell. VII, 1, 29. Horum sex oppida ad Megalopolin condendam contributa sunt. Pausan. VIII, 27, 3: *ἐκ δὲ Εὐτρησίων, Τρικόλωνοι καὶ Ζοίτιον καὶ Χαρίσια* [cf. 35, 5 s.] *καὶ Πτολέδερμα καὶ Κναῦσον καὶ Παρωρία.* [cf. 35, 6.] (14.) *Maenalus.* Lacedaemonii 418 *ἐχώρουν ἐς Ὀρέσθιον τῆς Μαιναλίας.* Thuc. V, 64. *Maenalii* memorantur in foedere Lacedaemoniorum et Argivorum Thuc. V, 77. Horum decem oppida ad Megalopolin condendam 371 contributa sunt. Pausan. VIII, 27. (15.) De *Aegytide s. Aegyptide* v. supra p. 402. 403 vv. *Belmina* et *Leuctra.* (16.) *Tripolis.* De Megalopoli loquens Pausan. VIII, 27: *προσεγένετο δὲ καὶ Τρίπολις ὀνομαζομένη, Καλλία καὶ Δίπουνα καὶ Νώνακρις.* Steph. Byz.: *Καλλίαι, πόλις μία τῆς ἐν Ἀρκαδίᾳ Τριπόλεως.* Quum *Nonacris* Pheneo vicina in septentrionalibus Arcadiae montibus sita a Megalopoli magno spatio absit, haec fortasse alia Nonacris est in meridianis partibus posita.

v) Pausan. VIII, 6, 2: *ὁ δὲ Ἴναχος ἐφ' ὅσον μὲν πρόεισι κατὰ τὴν ὁδὸν τὴν διὰ τοῦ ὄρους (τοῦ Ἀρτεμισίου), τοῦτό ἐστιν Ἀργείοις καὶ Μαντινεῦσιν ὅρος τῆς χώρας.*

w) *Quattuor* secundum Xenophontem, *quinque* secundum Ephorum. V. proximam annot.

x) Xenoph. Hell. V, 2, 6 s.: *καθῃρέθη μὲν τὸ τεῖχος, διῳκίσθη δὲ ἡ Μαντίνεια τετραχῇ, καθάπερ τὸ ἀρχαῖον ᾤκουν.* Harpocr. v. *Μαντινέων διοικισμός.* — *Ἔφορος ἐν τῇ εἰκοστῇ φησὶν ὅτι εἰς πέντε κώμας τὴν Μαντινέων διῴκισαν πόλιν Λακεδαιμόνιοι.* — Ephorum sequitur Diodorus XV, 5: *Λακεδαιμόνιοι — προσέταττον τὰ μὲν τείχη καθελεῖν, αὐτοὺς δὲ μετοικῆσαι πάντας εἰς τὰς ἀρχαίας πέντε κώμας, ἐξ ὧν εἰς τὴν Μαντίνειαν τὸ παλαιὸν συνῴκησαν.* et Strabo VIII p. 337: *τῆς Ἀρκαδίας Μαντίνεια μὲν ἐκ πέντε δήμων ὑπ' Ἀργείων συνῳκίσθη.* Polybius IV, 27 difficultatem evitat eo quod rem non accuratius definit: *Λακεδαιμόνιοι — Μαντινεῖς φίλους ἀδικεῖν, ἐκ μιᾶς πόλεως εἰς πλείους αὐτοὺς διοικίσαντες.* Wesseling. ad Diod. XV, 5 explicandi ratione discrepantiam tollit (*nullam*

ARCADIA primaria Arcadiae civitas mansit usque ad Achaeorum foederis tempora z). Cuius opes quantae fuerint ex hoc Lysiae loco a) collegeris: ὁρῶ δὲ Ἀργείους καὶ Μαντινέας — τὴν αὐτῶν οἰκοῦντας τοὺς μὲν ὁμόρους ὄντας τοῖς Λακεδαιμονίοις, τοὺς δὲ ἐγγὺς οἰκοῦντας, καὶ τοὺς μὲν οὐδὲν ἡμῶν πλείους, τοὺς δὲ οὐδὲ τρισχιλίους ὄντας. Quum orator numeros exaggerare noluerit, collegeris hoc tempore, 417circa a. 402 Argivos tot numero fuisse quot Athenienses atque Mantineae cives vel eos qui militari aetate essent non minus 3000. Qua ratione Mantineae eiusque agro circiter 13,000 liberos homines fuisse reperias b).

Tegea inter *Mantineam* et *Laconicam* sita ab oriente *Cynuriam* confinem habebat c). Tegeatarum quattuor tribus fuerunt d). Antiquioribus temporibus prospere cum Lacedaemoniis dimicaverant e). Plataeensi pugnae Tegeatarum 3000 interfuerunt f). Quum non omnes qui militari aetate essent in longinquiores expeditiones mittere consuessent, probabiliter statueris a Tegeatis hoc tempore non amplius tres quartas partes omnium missas esse g), ut 4000 Tegeatae militaris 418aetatis fuerint. Quodsi mares omnes a 18 ad 60 ann. 4000 fuerunt, omnino libera capita 17,400

Mantineae rationem Xenophon habuit, quae paucos incolas retinuit), quam confirmare videtur Pausanias VIII, 8, 3, quem Wesselingius laudat: ὡς δὲ εἶλεν (Ἀγησίπολις) τὴν Μαντίνειαν ὀλίγον μέν τι κατέλιπεν οἰκεῖσθαι, τὸ πλεῖστον δὲ ἐς ἔδαφος καταβαλὼν αὐτῆς κατὰ κώμας τοὺς ἀνθρώπους διῴκισε. De rei gestae tempore v. tabb. 385.

y) Pausan. VIII, 8, 6: Μαντινέας δὲ ἐκ τῶν κωμῶν κατάξειν ἐς τὴν πατρίδα ἔμελλον Θηβαῖοι μετὰ τὸ ἔργον τὸ ἐν Λεύκτροις. Xenoph. Hell. VI, 5, 3: ἐξ ὧν δὴ καὶ οἱ Μαντινεῖς, ὡς ἤδη αὐτόνομοι παντάπασιν ὄντες, συνῆλθόν τε πάντες καὶ ἐψηφίσαντο μίαν πόλιν τὴν Μαντίνειαν ποιεῖν. V. tabb. 370.

z) Phylarchus apud Polyb. II, 56: (Μαντίνεια) ἀρχαιοτάτη καὶ μεγίστη πόλις τῶν κατὰ τὴν Ἀρκαδίαν. Polybius ipse II, 62: οὐδενὸς ὄντες δεύτεροι τῶν Ἀρκάδων Μαντινεῖς. Loquitur Cleomenis bello 224—222 respecto.

a) Apud Dionys. Lys. p. 531.

b) Qui militari aetate essent, ab 18 ad 60 ann. fuisse statueris; *cives* quotquot 20 annis maiores essent. Illos igitur 4644 ex 20,160, hos 4897 ex 20,160. Ex priore ratione omnino 13,000 liberos homines fuisse reperias.

c) Pausanias VIII, 54, 1: Λακεδαιμονίοις καὶ Τεγεάταις ὅροι τῆς γῆς ὁ ποταμός ἐστιν ὁ Ἀλφειός. Xenoph. Hell. VI, 5, 16: οἱ ἐκ τῆς Τεγέας Ἀρκάδες ἐχόμενοι τῶν μεταξὺ Μαντινείας καὶ Τεγέας ὀρῶν παρῆσαν. Cf. Thuc. V, 65. Pausan. VIII, 54, 5: ὑπερβάλλοντι τὴν ποργφὴν τοῦ ὄρους (τοῦ Παρθενίου) ἔστιν ἐν τοῖς ἤδη γεωργομένοις Τεγεατῶν ὅροι καὶ Ἀργείων. Ibid. s. 3: ἡ εὐθεῖα ἐπὶ Θυρέαν τε καὶ κώμας τὰς ἐν τῇ Θυρεάτιδι ἐκ Τεγέας.

d) Pausan. VIII, 53, 3: Τεγεάταις τοῦ Ἀγυιέως τὰ ἀγάλματα τέσσαρά εἰσιν ἀριθμὸν ὑπὸ φυλῆς ἑκάστης ἱδρυμένα· ὄνομα δὲ αἱ φυλαὶ παρέχονται Κλαρεῶτις, Ἱπποθοΐτις, Ἀπολλωνεᾶτις, Ἀθανεᾶτις. Tegeatae olim ut Mantinenses per vicos habitabant. Pausan. VIII, 45, 1: Τεγεᾶται ἐπὶ μὲν Τεγεάτου τοῦ Λυκάονος τῇ χώρᾳ φασὶν ἀπ' αὐτοῦ γενέσθαι μόνῃ τὸ ὄνομα, τοῖς δὲ ἀνθρώποις κατὰ δήμους εἶναι τὰς οἰκήσεις. Δήμους septem nominat pergitque: ἐπὶ δὲ Ἀφείδαντος βασιλεύοντος καὶ ἑνατοὶ σφίσι προσεγένετο Ἀφειδαντεῖς. Qui nonus est, „si Tegeatas annumeres.“ Novem etiam memorat Strabo VIII p. 337: Τεγέα δ' ἐξ ἐννέα.

e) Herodot. I, 66: οἱ Λακεδαιμόνιοι — ἐπὶ Τεγεήτας ἐστρατεύοντο χρησμῷ κιβδήλῳ πίσυνοι, ὡς δὴ ἐξανδραποδιούμενοι τοὺς Τεγεήτας. ἐσσωθέντες δὲ τῇ συμβολῇ, ὅσοι αὐτέων ἐζωγρήθησαν πέδας τε ἔχοντες τὰς ἐφέροντο αὐτοὶ καὶ σχοίνῳ διαμετρησάμενοι τὸ πεδίον τὸ Τεγεητέων ἐργάζοντο. Fuit hoc bellum Charilao regnante secundum Pausaniam III, 7, 3: ὑπὸ ἡγεμόνι Χαρίλλῳ γίνεται ἡ Σπαρτιατῶν ἐπὶ Τεγεάτας ἔξοδος κ. τ. λ. Respicit illud VIII, 5, 6. 45, 2. 47, 2. 48, 3. Rursus superiores fuerunt Tegeatae alio bello aliquot aetatibus post gesto. Herod. I, 65: ἐπὶ Λέοντος βασιλεύοντος καὶ Ἡγησικλέος ἐν Σπάρτῃ τοὺς ἄλλους πολέμους εὐτυχέοντες οἱ Λακεδαιμόνιοι πρὸς Τεγεήτας μούνους προσέπταισαν. Pausan. III, 3, 5: Λέων. — ἐπὶ τούτων βασιλευόντων Λακεδαιμονίοις προσέπταισαν ἐν τῷ πρὸς Τεγεάταις πολέμῳ τὰ πλείονα. Proxima aetate superiores fuerunt Lacedaemonii. V. supra p. 207. Rursus Tegeatae a Lacedaemoniis victi sunt proelio post Plataeensem pugnam (479) et ante Helotum defectionem (464) facto. Herod. IX, 35 (quem Pausan. III, 11, 6 sequitur): ὁ ἀγὼν ὁ ἐν Τεγέῃ πρὸς Τεγεήτας τε καὶ Ἀργείους γενόμενος.

f) Τεγεῆται τρισχίλιοι. Herod. IX, 61. Horum ὁπλῖται fuerunt 1500 (Herod. IX, 28) et 1500 ψιλοί, quum levis armaturae *circiter* tot essent quot gravis: ὡς εἷς πρὸ ἕκαστον ἐὼν ἄνδρα c. 29 vel potius plures. Nam si Spartanos seiunxeris, ὁπλῖται fuerunt 33,700, ψιλοί 34,500. Itaque nonnullarum civitatum ψιλοί plures fuerunt quam ὁπλῖται. Facilem hanc difficultatis expediendae rationem repsuit numerosque corruptos esse sumere maluit Larcherus ad l. l.

g) Ubi omnes qui militari aetate essent profecti dicuntur, id fere ita significatur. Οἱ ἐκ τῆς πόλεως πανδημεὶ Ἀθηναῖοι — ἀπήντων. Thuc. III, 91. Μεγαρῆς — Ἀθηναίων ἐσβαλλόντων πανστρατιᾷ. IV, 66. Ἀθηναίους πανδημεὶ — πανστρατιᾶς ξένων τῶν παρόντων καὶ αὐτῶν

fuisse reperias. Itaque Tegea Persici belli tempore non fuit incolis frequentior quam Mantinea ea de qua Lysias loquitur aetate. ARCADIA.

Ad novam *Megalopolis* civitatem constituendam a. 371 h) quadraginta oppida incolas suos contribuerunt. Condita erat prope Laconicae fines agrumque maiorem quam ulla Arcadiae civitas attributum habuit: qui ager a meridie Laconicam attingebat; septentrionem versus circiter 23 mill. Angl. ab urbe usque ad mediam Arcadiam pertinebat i). Ipsa urbs quinquaginta stadia in circuitu

---

γενομένης. IV, 90. 94. Athenienses proficiscuntur παντστρατιᾷ ἐς τὴν Μεγαρίδα. Thuc. II, 31. ἐβοήθησαν πανδημεί. I, 107. ubi Lacedaemoniorum fuerunt 11,500, Atheniensium sociorumque 14,000. Lacedaemonii ἐστράτευον αὐτοὶ καὶ οἱ Εἵλωτες πανδημεὶ ἐπ' Ἄργος. Thuc. V, 57. πανδημεὶ ἐς Λεῦκτρα. V, 54. πανδημεὶ ἐς Παρράσιους. V, 33. βοήθεια αὐτῶν τε καὶ τῶν Εἰλώτων πανδημεὶ ὀξεῖα. V, 64. Thebani στρατεύουσι πανδημεὶ ἐπὶ τὴν Θεσπιέων χώραν. Xenoph. Hell. V, 4, 42. Argivi ἐνέβαλλον πανδημεὶ ἐς τὸν Φλιοῦντα. Idem VII, 2, 4. Achaei πανδημεὶ ξυνεστρατεύοντο in Acarnaniam. Xenoph. Hell. IV, 6, 3. Corinthii ἐβοήθησαν ἐς Ἰσθμὸν πάντες — πανδημεὶ ἐπετήρουν τοὺς Ἀθηναίους. Thuc. IV, 42. Sed hi tantum fuerunt qui militari aetate essent. Nam deinceps ἐβοήθησαν οἱ ἐκ τῆς πόλεως πρεσβύτεροι τῶν Κορινθίων. Ibid. c. 44. Superiores expeditiones quae πανδημεὶ factae sunt omnes in vicina loca factae sunt. Interdum causa memoratur cur omnes civitatis copiae missae sint: Φλιάσιοι παντστρατιᾷ, ὅτι ἐν τῇ ἐκείνων ἦν τὸ στράτευμα. Thuc. V, 57. Ipsorum civitatis saluti prospiciebatur. Lacedaemonii interdum sextam partem domum remiserunt: τὸ ἕκτον μέρος σφῶν αὐτῶν ἀποπέμψαντες ἐπ' οἴκου, ἐν ᾧ τὸ πρεσβύτερόν τε καὶ τὸ νεώτερον ἦν, ὥστε τὰ οἴκοι φρουρεῖν. Thuc. V, 64. In remotiora loca tantum duae tertiae partes copiarum proficiscebantur. Thuc. III, 15: τὴν ἐς τὴν Ἀττικὴν ἐσβολὴν τοῖς τε ξυμμάχοις παροῦσι κατὰ τάχος ἔφραζον ἰέναι ἐς τὸν Ἰσθμὸν τοῖς δύο μέρεσιν ὡς ποιησόμενοι. Idem II, 10: ξυνῆλθον τὰ δύο μέρη ἀπὸ πόλεως ἑκάστης ἐς τὸν Ἰσθμόν. c. 12: Βοιωτοὶ μέρος τὸ σφέτερον παρείχοντο. II, 47: τὰ δύο μέρη, ὥσπερ καὶ τὸ πρῶτον, εἰσέβαλον. Interdum minor pars, veluti ad Corinthiam pugnam 394. Phliasiorum Plataeensi pugnae 2000 interfuerunt. Herod. IX, 28 s. At a. 381 Phliunti Xenophonte auctore amplius 5000 cives fuerunt. Etiamsi his centum annis hominum multitudinem valde auctam esse sumas, tamen non licet statuere Phliunti a. 479 minus 3000 cives militaris aetatis fuisse, ut tantum duae tertiae partes et fortasse pauciores ad Plataeas missi fuerint. Spartanorum huic pugnae interfuerunt quinque octavae partes omnium civium. Itaque haudquaquam numeros exaggeramus Tegeatarum tantum quartam partem domi mansisse statuentes.

h) De Megalopolis conditae tempore vide Xenophontem et Pausaniam tabb. 371 et 370 laudatos. Diodorus XV, 59: περὶ τοὺς αὐτοὺς χρόνους [Dyscineti annum 370] Ἀνκομήδης ὁ Τεγεάτης [errore scriptum est pro Μαντινεύς. Cf. c. 62 et Xenoph. Hell. VII, 1, 23.] ἔπεισε τοὺς Ἀρκάδας εἰς μίαν συντέλειαν συνταχθῆναι καὶ κοινὴν ἔχειν σύνοδον συνεστῶσαν ἐξ ἀνδρῶν μυρίων, καὶ τούτους ἐξουσίαν ἔχειν περὶ πολέμου καὶ εἰρήνης βουλεύεσθαι. Idem c. 72: ἐπ' ἄρχοντος Ναυσιγένους — μετὰ τὴν μάχην [τὴν ἄδακρυν μάχην 367] οἱ Ἀρκάδες — ἔκτισαν ἐπί τινος ἐπικαιρίου τόπου τὴν ὀνομαζομένην Μεγάλην πόλιν, συρρίψαντες εἰς αὐτὴν κώμας μ' [sic bene restituit Wess.] τῶν ὀνομαζομένων Μαιναλίων καὶ Παρρασίων Ἀρκάδων. De conditae urbis tempore discrepantia negotium non facessit, si cum Wesselingio tribus ante annis aedificari coeptam et tunc absolutam fuisse statuas. Marmor Parium N. 74 etsi temporis nota oblitterata est, tamen ante Nausigenem archontem, qui deinceps nominatur, conditam ponit. Quadraginta oppida memorat Diodorus; apud Pausaniam nunc quidem nonnisi 39 nominata leguntur VIII, 27, 3: πόλεις δὲ τοσαίδε ἦσαν ὁπόσας ὑπό τε προθυμίας καὶ διὰ τὸ ἔχθος τὸ Λακεδαιμονίων πατρίδας σφίσιν οὔσας ἐκλιπεῖν ἐπείθοντο οἱ Ἀρκάδες. Fuerunt 7 civitatum:

Maenaliorum . . .	10 oppida.
Parrhasiorum . . .	8
Orchomeniorum . .	3
Cinuriae	4
Eutresiorum . . .	6
Tripolidis	3
Aegytidis	5
	39

Quae *Aegytis* dicebatur terra [v. p. 402. 403 v. *Belmina* et *Leuctra*.] ad Laconicae fines erat et ex parte ipsius Laconicae. Fortasse hoc loco nomen excidit et pro παρὰ δὲ Αἰγυτίων καὶ Σκιρτώνιον καὶ Μαλαία καὶ Κρῶμοι κ. τ. λ. legendum est: παρὰ δὲ Αἰγυτίων * καὶ Σκιρτώνιον καὶ Μαλαία κ. τ. λ. ut Aegytidis sex oppida fuerint ac Diodorus et Pausanias de numero 40 consentiant. Horum 39 aut 40 oppidorum sua aetate nonnisi 9 constitisse, reliquas incolis Megalopolin transportatis desertas fuisse tradit Pausan. VIII, 27, 5: τῶν δ' ἄλλων τῶν κατειλεγμένων πόλεων αἱ μὲν ἐς ἅπαν εἰσὶν ἐφ' ἡμῶν ἔρημοι, τὰς δὲ ἔχουσιν οἱ Μεγαλοπολῖται κώμας, Γόρτυνα, Διποίνας, Θεισσόαν τὴν πρὸς τῷ Ὀρχομενῷ, Μεθύδριον, Τεῦθιν, Καλλιάς, Ἐλισσόντα. Addit *Pallantium* et *Aliphera*.

i) Quam late patuerit notavit Pausan. VIII, 35, 5: εἰσὶν ἐκ Μεγάλης πόλεως καὶ ἐς τὰ χωρία ὁδοὶ τὰ ἐντὸς

ARCADIA. 419 patebat [k]) et a. 318 cum agro 15,000 viros qui arma ferre possent habebat: *οἱ Μεγαλοπολῖται — ἐψηφίσαντο τὰ μὲν ἀπὸ τῆς χώρας κατάγειν εἰς τὴν πόλιν, τῶν δὲ πολιτῶν καὶ ξένων καὶ δούλων ἀριθμὸν ποιησάμενοι μυρίους καὶ πεντακισχιλίους εὗρον τοὺς δυναμένους παρέχεσθαι τὰς πολεμικὰς χρείας* [l]). Proinde incolebant circiter 65,120 capita. Si servos et peregrinos dimidiam partem fuisse sumas, Megalopolis hoc tempore circiter 7500 cives habuerit. *Decem millium* concilium Megalopolin conveniebat [m]) ideoque multos illuc confluxisse par est [n]).

Ἀρκαδίας, ἐς Μεθύδριον ἑβδομήκοντα στάδιοι καὶ ἑκατόν. 36, 2: *Μεθυδρίου δὲ ὡς τριάκοντα ἀπέχει σταδίους Νυμφασία πηγή· τοσοῦτοι δὲ ἀπὸ Νυμφασίας ἕτεροι πρὸς τοὺς Μεγαλοπολιτῶν εἰσὶ καὶ Ὀρχομενίων τε κοινοὺς καὶ Καφυατῶν ὅρους.* Ex his numeris aberant

Methydrium	170 stadia
Nymphasia	30
Fines	30
	230

i. e. ferme 23 mill. Angl. *Μεθύδριον τῆς Μεγαλοπολίτιδος* memorat Polyb. IV, 10. *Κλάριον τῆς Μεγαλοπολίτιδος* idem IV, 25.

k) Polyb. IX, 21.

l) Diod. XVIII, 70. Diodorus non saepe laudandus est de exercituum numeris. Tamen eum advocare licebit ubi aliis testimoniis confirmatur, ut quae XVII, 14 tradit a Plutarcho Alex. c. 11, quae XVII, 63 a Curtio VI, 1, 16 confirmantur, aut si in eius narratione insunt quibus eum accurate quidque enumerasse probetur: id quod in hac re deprehendas.

m) Demosth. Fals. Leg. p. 344 [a. C. n. 343]: *ἀπαγγέλλων μετὰ ταῦθ' ἥκων ἐξ Ἀρκαδίας τοὺς καλοὺς ἐκείνους καὶ μακροὺς λόγους, οὓς ἐν τοῖς μυρίοις ἐν Μεγάλῃ πόλει πρὸς Ἱερώνυμον τὸν ὑπὲρ Φιλίππου λέγοντα ὑπὲρ ὑμῶν ἔφη δεδημηγορηκέναι.* p. 403: *καὶ περὶ ταύτης τῆς ἀνθρώπου καὶ ἐν Ἀρκαδίᾳ λόγος ἦν ἐν τοῖς μυρίοις.* Aeschin. Fals. Leg. p. 38, 24: *ἐπιτιμᾷς δέ μοι καὶ τὴν ἐν τοῖς μυρίοις ἐν Ἀρκαδίᾳ δημηγορίαν καὶ πρεσβείαν.* Scholiastes p. 760 Reisk.: *μύριοι Ἀρκάδων συνέδριον ἐν Μεγαλοπόλει.* Harpocr. v. *μύριοι: συνέδριόν ἐστι κοινὸν Ἀρκάδων ἁπάντων, οὗ πολλάκις μνημονεύουσιν οἱ ἱστορικοί. διείλεκται δὲ περὶ αὐτῶν καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ κοινῇ Ἀρκάδων πολιτείᾳ.* Megalopolin describens Pausan. VIII, 32, 1: *τοῦ θεάτρου δὲ οὐ πόρρω λείπεται τοῦ βουλευτηρίου θεμέλια, ὃ τοῖς μυρίοις ἐπεποίητο Ἀρκάδων· ἐκαλεῖτο δὲ ἀπὸ τοῦ ἀναθέντος Θερσίλιον.* Ad Persarum regem legatus [v. tabb. a. C. n. 367] redux *ὁ Ἀντίοχος, ὅτι ἡλαττοῦτο τὸ Ἀρκαδικόν, — ἀπήγγειλε πρὸς τοὺς μυρίους κ.τ.λ.* Xenoph. Hell. VII, 1, 38. Idem ibid. 4, 2: *ὁ Λυκομήδης πείθει τοὺς μυρίους πράττειν περὶ ξυμμαχίας πρὸς Ἀθηναίους* [a. C. n. 366]. Ibid. 33 s.: *πρῶτοι Μαντινεῖς ἀπεψηφίσαντο τοῖς ἱεροῖς χρήμασι μὴ χρῆσθαι καὶ αὐτοὶ τὸ γιγνόμενον μέρος ἐς τοὺς Ἐπαρίτους ἐκ τῆς πόλεως ἐκπορίσαντες ἀπέπεμψαν τοῖς ἄρχουσιν. οἱ δὲ ἄρχοντες φάσκοντες αὐτοὺς λυμαίνεσθαι τὸ Ἀρκαδικὸν ἀνεκαλοῦντο ἐς τοὺς μυρίους τοὺς προστάτας αὐτῶν.* [int. *τοὺς προστάτας τῶν Μαντινέων.* Minus recte haec verba ceperunt Vales. ad Harpocrat. p. 247. Wesseling. ad Diod. XV, 59 et Fac. ad Pausan. VIII, 32, 1.] *καὶ ἐπεὶ οὐχ ὑπήκουον κατεδίκασαν αὐτῶν καὶ τοὺς Ἐπαρίτους ἔπεμπον ὡς ἄξοντας τοὺς κατακεκριμένους. οἱ μὲν οὖν Μαντινεῖς κλείσαντες τὰς πύλας οὐκ ἐδέχοντο αὐτοὺς εἴσω. ἐκ δὲ τούτου τάχα δὴ καὶ ἄλλοι τινὲς ἔλεγον ἐν τοῖς μυρίοις ὡς οὐ χρὴ τοῖς ἱεροῖς χρήμασι χρῆσθαι. — ὡς δὲ καὶ ἐν τῷ κοινῷ ἀπέδοξε μηκέτι χρῆσθαι τοῖς ἱεροῖς χρήμασι, ταχὺ δὴ οἱ μὲν οὐκ ἂν δυνάμενοι ἄνευ μισθοῦ τῶν Ἐπαρίτων εἶναι διεχέοντο, οἱ δὲ δυνάμενοι — καθίσταντο ἐς τοὺς Ἐπαρίτους. Epariti* fuerunt delecta manus Arcadum militantium. V. Hesych. a Schneid. ad h. l. laudatum. Probabile non est quod Mitfordus statuit, concilium *τῶν μυρίων* omnium liberorum virorum Arcadiae fuisse. Nam primum huic corpori tantum delegata erat potestas. Diod. XV, 59: *κοινὴν σύνοδον καὶ ἐξουσίαν ἔχειν περὶ πολέμου καὶ εἰρήνης βουλεύεσθαι.* At si hic omnes liberi viri huius terrae affuerint, qui tandem eam potestatem delegaverint? Deinde *concilium*, *σύνοδος*, *συνέδριον* dicitur. At populi concio potius *ἐκκλησία* dicta esset. Tum non videtur his decem millibus legum dandarum, sed tantum iudicandi et exsequendi potestas fuisse. Legum dandarum potestas penes populi concionem fuit. Denique *Mantinea* et *Tegea* atque *Megalopolis* solae 14,000 aut 15,000 cives habuerunt et praeter has tres civitates decem aliae fuerunt quae sui iuris erant. Itaque hi *decies mille* non fuerunt omnes liberi viri. Ceterum probabile est, ut apud Achaeos et Lacedaemonios et in plerisque Graeciae civitatibus (v. supra p. 386 annot. t), cives 30 annis minores ad hoc concilium non esse admissos. At haec plus tertia civium pars fuit, et si qui 30 annis maiores essent 10,000 fuerint, cives a 20 ad 30 ann. prope 4300 fuerunt. V. rationes supra p. 387 propositas. Itaque illi 10,000 singulare corpus fuit e maiore numero electum. Quod Barthelemius Anachars. t. IV p. 270 e Pausania refert *amplum aedificium fuisse quo concilium convenerit*, ampli verbum non addidit Pausanias. Omnino probabile non est revera unquam totum hunc numerum affuisse. Etiam minor numerus concilii muneribus fungi poterat. Similiter in Atheniensium *ἐκκλησίᾳ* res publicas fere quarta civium pars administrabat (v. tabb. 422, 2) et in nostrorum regnorum conciliis videmus raro aut nunquam omnes qui debeant adesse atque interdum fieri ut res quaedam ab exigua parte administrentur.

n) Quum Arcadum foedus solutum esset et *decem millium* concilium convenire desiisset, Megalopolis gravitate amissa

Arcadiae civium numeros probabiliter computaveris relicuis civitatibus cum Tegea et Mantinea comparatis. Orchomenus ad Plataeensem pugnam 1200 milites misit. Unde collegeris ei minimum 1600 cives militaris aetatis fuisse, i. e. non dimidio pauciores quam Mantineae. Sed quum nonnullae civitates Orchomeno minores fuerint, in universum minorem uniuscuiusque multitudinem posueris. Quodsi statuas 16 civitatum Orchomeno annumerata singulis omnino duas quintas partes eius numeri fuisse quem Lysias Mantineae adscripsit, unicuique circiter 1200 tribueris o), ut omnino 26,200 mares liberi fuerint. Quumque mares 20 annis maiores 4897 in 20,160 capitibus sint, omnino 107,850 libera capita fuisse reperias. Quodsi servos in tota Arcadia dimidio pauciores fuisse statuas p) sive 53,900 omnino 161,750 homines Arcadiam incoluisse videas, ut singula quadrata mill. Angl. 95 capita habuerint. ARCADIA. 420

ACHAIAE a principio duodecim partes fuerunt, quarum quaeque 7 aut 8 pagos continuit q). Quamquam Achaei magis quam multae aliae Graeciae civitates in otio et pace vixerant, tamen apud eos hominum multitudo videtur aliquantum deminuta esse. Duodecim civitates manserunt a ACHAIA.

---

paulatim minus frequenter habitabatur. Polybius IX, 21 tradit eam non pro magnitudine frequentem fuisse et dimidio pauciores quam Lacedaemonem incolas habuisse: *οἱ πλεῖστοι τῶν ἀνθρώπων ἐξ αὐτῆς τῆς περιμέτρου τεκμαίρονται τὰ μεγέθη τῶν προειρημένων* [Lacedaemonis et Megalopolis] *· λοιπὸν ὅταν εἴπῃ τις τὴν μὲν τῶν Μεγαλοπολιτῶν πόλιν πεντήκοντα σταδίων ἔχειν τὸν περίβολον, τὴν δὲ τῶν Λακεδαιμονίων ὀκτὼ καὶ τετταράκοντα, τῷ δὲ μεγέθει διπλῆν εἶναι τὴν Λακεδαίμονα τῆς Μεγάλης πόλεως ἄπιστον αὐτοῖς εἶναι δοκεῖ τὸ λεγόμενον.* Phylarchus quem Polybius saepius exaggerasse insimulat, Megalopolin hoc tempore Mantinea inferiorem fuisse significat. V. p. 416 annot. z. Sed secundum Strabonem VIII p. 385 Megalopolis etiam quo tempore Achaeorum foederi adiuncta erat fuit *μεγίστη τῶν ἐν Ἀρκαδίᾳ.* Megalopolis statim ab initio eo consilio condita est ut magnum circuitum complexa Arcadiae civitatum caput fieret. Pausan. VIII, 32, 1. II, 27, 5. Eius theatrum omnium Graecorum amplissimum fuit. Permeabat urbem amnis quo eius circuitus augebatur. Itaque huius urbis singularis ratio fuit neque est quod ex iis quae Polybius de Megalopoli et Lacedaemone dixit Corinthi vel Thebarum vel Athenarum magnitudinem ex earum circuitu non esse colligendam statuamus.

o) 16 minores civitates $1200 \times 16 = 19{,}200$

Tegea	4,000
Mantinea	3,000
	26,000

Hanc rationem confirmat numerus quem Diodorus Megalopoli tribuit. Septem civitatum incolae plerique in novam urbem transportati sunt. Quodsi illis fuerunt $1200 \times 7 = 8400$ cives, Megalopolis circiter 7000 aut 8000 habuit: quae ratio egregie Diodori testimonio confirmatur.

Hoc numero 26,200 civium omnino Arcadum minus 25,000 militaris aetatis fuisse efficias, qui numerus fortasse iusto minor videbitur, si memineris Arcades, ut Helvetios nostrorum temporum, ab aliis civitatibus mercede arcessi consuesse. Thuc. VII, 57: *Μαντινῆς καὶ ἄλλοι Ἀρκάδων μισθοφόροι ἐπὶ τοὺς ἀεὶ πολεμίους σφίσιν ἀποδεικνυμένους εἰωθότες ἰέναι, καὶ τότε τοὺς μετὰ Κορινθίων ἐλθόντας Ἀρκάδας οὐδὲν ἧσσον διὰ κέρδος ἡγούμενοι πολεμίους.* [bello Siculo 415—413.] Ibid. c. 58: *ἐξ Ἀρκαδίας μισθοφόροι ὑπὸ Κορινθίων ἀποσταλέντας.* [Cf. annot. m. ad Xenoph. Anab. V, 10, 10. *Kr.*] Quo factum est ut incolarum numeri augerentur, quum multis hominibus opus esset.

p) Athenaei loco VI p 271, d deceptus Barthelemius Anachars. t. IV p. 267 Arcadibus 300.000 servos fuisse tradidit: *Θεόπομπος Ἀρκαδίους φησὶ κεκτῆσθαι προσπελατῶν ὥσπερ Εἱλώτων τριάκοντα μυριάδας.* Sed X p. 443, b *Ἀριαῖοι κέκτηνται* legitur atque perspicuum est utroque loco *Ἀρδιαῖοι* legendum esse ac Theopompum de Illyrico populo loqui. V. Schweighaeuser. ad VI p. 271, d. Neque credibile est Arcadas, mediterraneam agrestemque nationem, 300,000 servos coemptos habuisse; nec usquam priores incolas in servitutem ab iis redactos esse traditum legitur. Barthelemii sententia etiam ea quae Megalopoli fuisse traditur hominum multitudine refutatur. Cui urbi, quamdiu prospera fortuna utebatur, probabile est maiorem servorum multitudinem fuisse quam ceteris Arcadiae civitatibus. Et tamen Megalopoli, quae cum agro suo sex civitatum septimaeque (Orchomeni) partis incolas continuit atque 7000 aut 8000 cives habuit, a. 318 a. C. n. omnes qui militari aetate essent, cives, servi, peregrini tantum 15,000 fuerunt. Quodsi cives et peregrinos, quos 9000 aut 10,000 fuisse statueris, deduxeris, servi relinquuntur 5000 aut 6000. Itaque hoc tempore Megalopoli, ditissima maximaque Arcadiae civitate servos senos pro novenis liberis aut fortasse tantum quinos pro denis sive dimidiam partem fuisse reperias. Quae eadem servorum ratio supra omnino in Achaiae et Boeotiae atque Arcadiae incolis computandis posita est.

q) Herodot. I, 145: *δυώδεκα ἦν (τῶν Ἰώνων) μέρεα· κατάπερ νῦν Ἀχαιῶν τῶν ἐξελασάντων Ἴωνας δυώδεκά ἐστι μέρεα.* Strabo VIII p. 385: *εἰς δώδεκα μέρη διῃρημένη.* p. 386: *ἑκάστη δὲ τῶν δώδεκα μερίδων ἐκ δήμων συνειστήκει ἑπτὰ καὶ ὀκτώ· τοσοῦτον εὐανδρεῖν τὴν χώραν συνέβαινεν.*

ACHAIA. primis temporibus quibus constitutae sunt ad Herodoti aetatem. Inter Herodoti aetatem et Achaeorum foederis primordium duae perierunt, ut decem Achaiae civitates relicuae fuerint [r]). Atque
421 quo tempore Achaeorum foedus constituebatur, tam exiguae vires Achaeorum fuerunt ut Plutarcho auctore omnium decem civitatum incolae vix tot essent quot unius urbis [s]). Sed angustos fines incoluerunt nec videtur terra amplius 651 quadratorum mill. Angl. fuisse [t]). Has decem civitates universas 10,000 cives habuisse statueris, ut 41,200 libera capita fuerint. Quodsi servorum dimidiam partem fuisse sumas, omnino 61,800 capita incoluisse reperias, 95 in singulis quadratis mill. [Angl.].

---

r) *Olenus* incertum quas ob causas incolis minuta erat; *Helicen* 373 terrae motu deletam esse constat. Polyb. II, 41: *τὸ κοινὸν πολίτευμα ἐν δημοκρατίᾳ συνέχειν ἐπειρῶντο. τοῦτο δ' ἦν ἐκ δώδεκα πόλεων· ἃς ἔτι καὶ νῦν συμβαίνει διαμένειν πλὴν Ὠλένου καὶ Ἑλίκης τῆς πρὸ τῶν Λευκτρικῶν ὑπὸ τῆς θαλάττης καταποτισθείσης.* Enumerant has duodecim civitates Herodotus I, 145 et Polybius II, 41, quamquam de duabus discrepant. Nam pro *Rhypibus* et *Aegis* quas Herodotus memorat Polybius *Ceryneam* et *Leontium* nominat. Herodoti index hic est:

1. *Pellene.* *Πελλήνη μέν τε πρώτη πρὸς Σικυῶνος.* Herod. Nominat etiam Polybius. *ἡ Πελλήνη στάδια ἑξήκοντα τῆς θαλάττης ὑπερκειμένη.* Strabo VIII p. 386. *Πελληνεῖς. πρὸς Σικυῶνος δὲ οὗτοι καὶ μοίρας τῆς Ἀργολίδος Ἀχαιῶν οἰκοῦσιν ἔσχατοι.* Pausan. VII, 26, 5.

2. *Aegira.* Pausan. VII, 26. *εἶτα Αἴγειρα δευτέρα.* Strabo p. 385.

3. *Aegae.* *Αἰγαὶ ἐν τῇ Κρᾶθις ποταμὸς ἀένναός ἐστιν.* Herod. *τρίτη Αἰγαί, Ποσειδῶνος ἱερὸν ἔχουσα.* Strabo p. 385. Aegas Polybius non nominat. Hoc oppidum paulatim inhabitari desierat Pausan. VII, 25, 7: *πρὸς τῇ Ἀχαϊκῇ Κράθιδι Ἀχαιῶν ποτὲ ᾤκητο Αἰγαὶ πόλις· ἐκλειφθῆναι δὲ αὐτὴν ἀνὰ χρόνον ὑπὸ ἀσθενείας λέγουσι.* Incolae Aegiram transportati erant. Strabo p. 386: *οἱ μὲν οὖν Ἴωνες κώμηδὸν ᾤκουν, οἱ δ' Ἀχαιοὶ πόλεις ἔκτισαν, ὧν εἷς τινας ὕστερον συνῴκισαν καὶ ἐκ τῶν ἄλλων μερίδων ἐνίας, καθάπερ τὰς Αἰγὰς εἰς Αἴγειραν, Αἰγαῖοι δ' ἐλέγοντο οἱ ἐνοικοῦντες, Ὤλενον δὲ εἰς Δύμην.* Quem locum in Achaicis civitatibus habuerat *Cerynea* obtinuit, quae civitas ab Herodoto non nominatur, sed in Polybii (II, 41) et Pausaniae Straboniscque indicibus comparet. Pausanias VII, 25, 3: *μετὰ δὲ Ἑλίκην ἀποτραπήσῃ τε ἀπὸ θαλάσσης ἐς δεξιὰν καὶ ἥξεις ἐς πόλισμα Κερύνειαν· ᾤκισται δὲ ὑπὲρ τὴν λεωφόρον ἐν ὄρει. — παρὰ τούτους σύνοικοι Μυκηναῖοι κατὰ συμφορὰν ἀφίκοντο ἐκ τῆς Ἀργολίδος* [quo tempore ab Argivis electi sunt. V. tabb. 468.] *— τοῦ δήμου δὲ πλέον μὲν ἢ ἥμισυ ἐς Μακεδονίαν καταφεύγουσι παρ' Ἀλέξανδρον — ὁ δὲ ἄλλος δῆμος ἀφίκοντο ἐς τὴν Κερύνειαν· καὶ δυνατωτέρα τε ἡ Κερύνεια οἰκητόρων πλήθει καὶ ἐς τὸ ἔπειτα ἐγένετο ἐπιφανεστέρα διὰ τὴν συνοίκησιν τῶν Μυκηναίων.* Strabo p. 387: *ἡ Κερύνεια ἐπὶ πέτρας ὑψηλῆς ἱδρυμένη.*

4. *Bura.* *τετάρτη Βοῦρα.* Strabo p. 385. *ἐκ Κερυνείας ἐπανελθόντι ἐς τὴν λεωφόρον καὶ ὁδεύσαντι οὐκ ἐπὶ πολὺ δευτεραῖόν ἐστιν ἐς Βούραν ἀποτραπέσθαι.* Pausan. VII, 25, 5.

5. *Helice.* Quomodo terrae motu deleta sit (Astio archonte 37½. Pausan. VII, 25, 2. Diod. XV, 48. *δυοῖν ἔτεσιν πρὸ τῶν Λευκτρικῶν.* Strabo p. 384) exposuerunt Diodorus l. l. Pausan. VII, 24, 5. Strabo p. 384 s.

6. *Aegium.* *Αἴγιον ἐξ ἑπτὰ ἢ ὀκτὼ δήμων συνεπολίσθη.* Strabo VIII p. 337. Achaeorum foederis temporibus conciliorum locus fuit. V. supra p. 241. *ἐς δὲ Αἴγιον ἐφ' ἡμῶν ἔτι συνέδριον τῶν Ἀχαιῶν ἀθροίζεται.* Pausan. VIII, 24, 3.

7. *Rhypes.* *Σταδίους δὲ Αἴγιον περὶ τοὺς τριάκοντα ἀπέχει Ῥυπῶν.* Pausan. VII, 23, 5. *μετὰ Ἑλίκην Αἴγιον καὶ Ῥύπες.* Strabo p. 385. *Ἐρινεὸν τῆς Ἀχαΐας ἐν τῇ Ῥυπικῇ.* Thuc. VII, 34. V. supra p. 265 annot. h. Ῥύπες in Polybii indice non comparent. Eius locum tenet *Leontium*, quod *Aegio* spectanti occidentem versus circa *Pharas* videtur situm fuisse. Polyb. V, 94: *διελθὼν διὰ τῆς Φαραϊκῆς κατέδραμε τὴν χώραν ἕως τῆς Αἰγιάδος· περιελασάμενος δὲ λείαν ἱκανὴν ἐποιεῖτο τὴν ἀποχώρησιν ὡς ἐπὶ Λεόντιον.* *Leontium* apud Pausaniam, Strabonem, Steph. Byz. memoratum non repperi. Sed *Rhypes* ad Augusti aetatem constiterunt, qui eius incolas Patras transduxit. Pausan. VIII, 18, 5.

8. *Patrae.* *ἐξ ἑπτὰ δήμων.* Strabo p. 337. Descripsit Pausan. VII, 18—21.

9. *Pharae.* *ὁδὸς ἐς Φαρὰς Πατρέων μὲν ἐκ τοῦ ἄστεος στάδιοι πεντήκοντά εἰσι καὶ ἑκατόν.* Pausan. VII, 22, 1.

10. *Olenus.* *δείκνυται ἴχνος μεταξὺ Πατρῶν καὶ Δύμης τοῦ παλαιοῦ τῶν Ὠλενίων κτίσματος.* Strabo p. 386. *ἀνὰ χρόνον τοὺς οἰκήτορας ἐκλιπεῖν ὑπὸ ἀσθενείας φασὶ τὴν Ὤλενον.* Pausan. VII, 18, 1.

11. *Dyme.* *Δύμη ἐξ ὀκτὼ δήμων.* Strabo p. 337. *Ἀχαιοῖς ὅροι καὶ Ἠλείοις τῆς χώρας ποταμὸς Λάρισος. — καὶ Ἀχαιῶν πόλις Δύμη σταδίους ὅσον τετρακοσίους* [*l.* τετταράκοντα] *ἀπέχει τοῦ Λαρίσου.* Pausan. VII, 17, 3.

12. *Tritaea.* *Τριταιέες, οἳ μοῦνοι τουτέων μεσόγαιοι οἰκέουσιν.* Herod. *στάδιοι ἐς Τριταίαν εἰκοσί τε καὶ ἑκατὸν εἰσὶν ἐκ Φαρῶν.* Pausan. VII, 22, 4. De tempore constituti *Achaeorum foederis* v. p. 240.

s) Plutarch. Arat. c. 9: *μικροπολῖται ἦσαν οἱ πολλοὶ καὶ γῆν οὔτε χρηστὴν οὔτ' ἄφθονον ἐκέκτηντο καὶ θαλάττῃ προσῴκουν ἀλιμένῳ· — τῆς μὲν πάλαι τῶν Ἑλλήνων ἀκμῆς οὐδέν, ὡς εἰπεῖν, μέρος ὄντες, ἐν δὲ τῷ τότε μιᾶς ἀξιολόγου πόλεως σύμπαντες ὁμοῦ δύναμιν οὐκ ἔχοντες.* Secundum Polybium II, 39 Achaei a. C. n. 371 *σχεδὸν ἐλαχίστην τῶν Ἑλλήνων τὴν δύναμιν εἶχον.*

t) *Achaia* et *Sicyon* et *Phlius* 783 quadratorum millium Angl. fuerunt. V. p. 385. Quorum Sicyoni et Phliunti 132, Achaiae 651 tribueris.

Pro magnitudine incolis frequentior erat finitima SICYONIS civitas. Sicyoniorum Plataeensi pugnae 3000 ὁπλῖται interfuerunt tt): Σικυώνιοι τριςχίλιοι. Hi certe cives fuerunt. Par numerus fuit levis armaturae militum u). Sed quum Sicyoniis servorum genus fuerit Helotibus et *Penestis* simile v), hos probabile est levis armaturae milites fuisse. Eodem tempore Sicyoniorum naves ad Mycalen fuerunt w). Ad Artemisium 12 naves habuerunt x), ad Salamina 15 y). Ad Mycalen quot fuerint non traditur. Sed si decem fuerint, vix minus 2000 classiarii esse potuerunt. Itaque Sicyoniorum circiter 8000 eodem tempore militasse videas. Quos si omnium qui militares aetatis essent servis annumeratis tres quartas partes fuisse statuas z), ut 10,630 mares ab 18 ad 60 ann. fuerint, Sicyoni eiusque agro Persici belli tempore omnino 46,160 capita fuisse reperias. SICYON. 422

PHLIUS Xenophontis aetate plus 5000 cives habuit a) ac proinde plus 20,600 libera capita. Quodsi servos dimidio pauciores fuisse sumas, omnino Phliuntem 31,000 capita incoluisse reperias. Itaque his civitatibus in 783 quadratis mill. Angl. paene 139,000 capita b) fuisse videas, vel 178 singulis quadratis mill. PHLIUS.

CORINTHI ratio plane alia fuit atque harum Arcadiae et Achaiae civitatum agricultura victum quaerentium. Corinthus enim, ut Athenae, mercatura floruit c), qua quum Corinthii opes sibi compararent d), magna classe usi ab exteris nationibus frumenta supportare poterant. Quo factum est ut angustis finibus magna hominum multitudo aleretur. Quumque Corinthius ager non amplius 248 quadratorum mill. Angl. fuerit e), nec fertilitate excelluerit f), tamen huic civitati non minus 100,000 capita fuisse reperias. Corinthiorum Plataeensi pugnae 5000 gravis armaturae interfuerunt totidemque ARGOLIS. 423

---

tt) Herod. IX, 28.

u) V. p. 417 annot. f.

v) Pollux III, 83: *μεταξὺ ἐλευθέρων καὶ δούλων — Σικυωνίων Κορυνηφόροι.* Steph. Byz. *Χίοι: οὗτοι πρῶτοι ἐχρήσαντο θεράπουσιν ὡς Λακεδαιμόνιοι τοῖς Εἵλωσι καὶ Ἀργεῖοι τοῖς Γυμνησίοις καὶ Σικυώνιοι τοῖς Κορυνηφόροις.* Ex hoc genere ducti erant illi liberti quos Athenaeus VI p. 271, d memorat: *Θεόπομπος ἱστορεῖ ἐν τῇ λγ' τῶν ἱστοριῶν παρὰ Σικυωνίοις κατωνακοφόρους καλεῖσθαι δούλους τινὰς παραπλησίους ὄντας τοῖς ἐπευνάκτοις. τὰ παραπλήσια ἱστορεῖ καὶ Μέναιχμος ἐν τοῖς Σικυωνιακοῖς.*

w) Herod. IX, 102.

x) Idem VIII, 1.

y) Idem VIII, 43.

z) V. p. 417 annot. g.

a) Xenoph. Hell. V, 3, 16: *ὡς ὀλίγων ἕνεκεν ἀνθρώπων πόλει ἀπεχθάνοιντο πλέον πεντακισχιλίων ἀνδρῶν· καὶ γὰρ δή, ὅπως τοῦτ' εὔδηλον εἴη, οἱ Φλιάσιοι ἐν τῷ φανερῷ τοῖς ἔξω ἐξεκλησίαζον.* Et tamen Phlius apud Xenophontem VII, 2, 1 *μικρὰ πόλις* dicitur, ut videtur, quod exiguae dignitatis et potentiae esset. Situm Phliuntis memorat Strabo VIII p. 382: *κεῖται δ' Φλιοῦς ἐν μέσῳ Σικυωνίας, Ἀργείας, Κλεωνῶν, καὶ Στυμφάλου, κύκλῳ περιεχόμενος.*

b)

Achaia	61,800
Sicyon	46,160
Phlius	31,000
	138,960.

c) Corinthus antiquissimis temporibus fuit emporium. Thuc. I, 13: *οἰκοῦντες γὰρ τὴν πόλιν οἱ Κορίνθιοι ἐπὶ τοῦ ἰσθμοῦ ἀεὶ δή ποτε ἐμπόριον εἶχον — χρήμασί τε δυνατοὶ ἦσαν, ὡς καὶ τοῖς παλαιοῖς ποιηταῖς δεδήλωται.* Strabo VIII p. 378: *ὁ δὲ Κόρινθος ἀφνειὸς μὲν λέγεται διὰ τὸ ἐμπόριον, ἐπὶ τῷ ἰσθμῷ κείμενος καὶ δυοῖν λιμένων κύριος, ὧν ὁ μὲν τῆς Ἀσίας ὁ δὲ τῆς Ἰταλίας ἐγγύς ἐστι, καὶ ῥᾳδίας ποιεῖ τὰς ἑκατέρωθεν ἀμοιβὰς τῶν φορτίων πρὸς ἀλλήλους τοῖς τοσοῦτον ἀφεστῶσιν.*

d) Corinthus mature classem habuit. Thuc. I, 13: *τριήρεις λέγονται πρῶτον ἐν Κορίνθῳ τῆς Ἑλλάδος ναυπηγηθῆναι. φαίνεται δὲ καὶ Σαμίοις Ἀμεινοκλῆς Κορίνθιος ναυπηγὸς ναῦς ποιήσας τέσσαρας· ἔτη δ' ἐστὶ μάλιστα τριακόσια ἐς τὴν τελευτὴν τοῦδε τοῦ πολέμου ὅτε Ἀμεινοκλῆς Σαμίοις ἦλθε* [circ. 704 a. C. n.] *ναυμαχία τε παλαιοτάτη ὧν ἴσμεν γίγνεται Κορινθίων πρὸς Κερκυραίους· ἔτη δὲ μάλιστα καὶ ταύτῃ ἑξήκοντα καὶ διακόσιά ἐστι μέχρι τοῦ αὐτοῦ χρόνου* [circ. 664 a. C. n.]. Persico bello Corinthiorum 40 naves interfuerunt. Herod. VIII, 1. 43. Contra Corcyraeos a. 432 nonaginta naves ornaverunt Thuc. I, 46.

e) Corinthus urbs, si recta via intervalla computes, his spatiis a finibus suis aberat: a *Nemea* amne, qui Corinthium agrum a Sicyonio et Phliasio disterminabat, $7\frac{1}{2}$ mill. Angl.; ab *Epidauro* $13\frac{1}{2}$ mill.; Isthmum transeunti a *Megaris* 12 mill. A *Cleonis*, quae extra fines Argos versus sitae erant, tantum $8\frac{1}{2}$ mill. distabat. In his spatiis area ex Arrowsmithii tabula computata 248 quadratorum mill. Angl. fuit.

f) Strabo VIII p. 382: *χώραν δ' ἔσχεν οὐκ εὔγεων σφόδρα, ἀλλὰ σκολιάν τε καὶ τραχεῖαν.*

Aeolis. levis armaturae g). Eodem tempore navales copias ad Mycalen habuerunt, ubi Corinthiorum opera insignis fuit h). Remiges quidem ex parte servos fuisse probabile est; item servos fuisse 5000 levis armaturae milites suspicari licet. Sed illi 5000 ὁπλῖται cives aut certe liberti fuerunt; nec parvum eorum numerum ad Mycalen fuisse par est. Quos etiamsi non plus 2000 fuisse sumas, levis armaturae militibus omnino non computatis praeter servos 7000 militasse videas. Quos si tres tertias partes omnium qui militaris aetatis essent fuisse sumas i), 9300 mares liberos ab 18 ad 60 ann. et omnino 40,000 capita fuisse reperias. His addendi sunt 60,000 servi, quot Corinthiis 424 fuisse ex Athenaei loco emendato probatur k). *Corinthi* urbis circuitus quadraginta stadiorum fuit, eaque quadrata figura ab *Acrocorintho* septentrionem versus patebat atque haec arx a meridie ei imminebat eique munimento erat. Mons ipse moenibus circumdatus erat atque totus circuitus *Acrocorintho* inclusa circiter 85 stadiorum fuit l). Hoc circuitu ferme 70,000 aut 80,000 m) homines inco-

---

g) Herod. IX, 28: *Κορινθίων πεντακισχίλιοι· παρὰ δέ σφι εὕροντο παρὰ Πανσανίεω ἑστάναι Ποτιδαιητέων τῶν ἐκ Παλλήνης τοὺς παρεόντας τριηκοσίους.* Sed hi illis 5000 non fuerunt annumerati. Par fuit levis armaturae militum numerus. Cf. c. 29.

h) Ad Artemisium Corinthiorum naves fuerunt 40 (Herod. VIII, 1) totidemque ad Salamina. Idem VIII, 43. Ad Mycalen quot fuerint non traditur, sed videntur minimum 20 fuisse. In hac pugna Persis ad castra confugientibus *Ἀθηναῖοι καὶ Κορίνθιοι καὶ Σικυώνιοι καὶ Τροιζήνιοι, οὕτω γὰρ ἔσαν ἐπεξῆς τεταγμένοι, συνεπισπόμενοι συνεσέπιπτον ἐς τὸ τεῖχος.* Herod. IX, 102.

i) V. supra p. 417 annot. g.

k) Secundum Athenaeum VI p. 272 Corinthiis 460,000 servi fuerunt, 470,000 parvae sterilique Aeginae insulae, (cuius *λυπρότητα χώρας* notavit Eustath. ad Hom. Il. II p. 288, 8) quae tantum 41 quadratorum mill. Angl. fuit. Sed quum nullo modo fieri possit ut isti numeri veri sint, eos reiicias oportet. Nam ex iis Corinthius ager minimum 500,000 incolas habuisset, i. e. fere tot numero quot Attica. At enim Attica triplo maior erat quam Corinthius ager ac praeterea Athenienses in externis locis, *Euboea*, *Chersoneso*, *Samo*, *Imbro*, *Lemno*, *Scyro*, compluribus temporibus possessiones habebant unde ea quae ad victum suppeterent pararent. Et *Imbrum* quidem atque *Lemnum* *Scyrum*que etiam concussa potentia sua retinuerunt et Antalcidae pace pactas habuerunt. Xenoph. Hell. IV, 8, 15. V, 1, 31. Corinthiis vero externae possessiones non fuerunt, eorumque imperium angustis ipsorum agri finibus continebatur. Deinde illos numeros ex Thuc. VIII, 40 falsos esse apparet: qui quod tradit, Chiis maiorem servorum numerum fuisse quam ulli alii civitati Lacedaemone excepta, id non verum esset, si Corinthi pro singulis liberis hominibus undeni duodenive servi fuissent: qua ratione numerus eorum etiam maior quam Spartae fuisset. Haec argumenta aliquanto graviora videbuntur si ad Aeginam rettuleris. Sed non puto ipsius Athenaei aut eorum quos sequutus est errorem, sed librariorum mendum subesse. Locus sic legitur: *ἐν τῇ τρίτῃ τῶν ἱστοριῶν ὁ Ἐπιτίμαιος ἔφη οὕτως εὐδαιμονῆσαι τὴν Κορινθίων πόλιν ὡς κτήσασθαι δούλων μυριάδας ἓξ καὶ τεσσαράκοντα· δι' ἃς ἡγοῦμαι καὶ τὴν Πυθίαν αὐτοὺς κεκλῆσθαι χοινικομέτρας. Κτησικλῆς δ' ἐν τρίτῃ χρονικῶν — εὑρεθῆναι Ἀθηναίους μὲν δισμυρίους πρὸς τοῖς χιλίοις, μετοίκους δὲ μυρίους, οἰκετῶν δὲ μυριάδας τεσσαράκοντα. Ἀριστοτέλης δ' ἐν Αἰγινητῶν πολιτείᾳ καὶ παρὰ τούτοις φησὶ γενέσθαι ἑπτὰ καὶ τεσσαράκοντα μυριάδας δούλων.* Suspectum est quod *τετταράκοντα* repetitum legitur: quod verbum probabile est primo et postremo loco mendo ortum et legendum esse: *οὕτως εὐδαιμονῆσαι τὴν Κορινθίων πόλιν ὡς κτήσασθαι δούλων μυριάδας ἓξ· δι' ἃς — καὶ εὑρεθῆναι Ἀθηναίους μὲν — οἰκετῶν μυριάδας τεσσαράκοντα — ἐν Αἰγινητῶν πολιτείᾳ παρὰ τούτοις γενέσθαι ἑπτὰ μυριάδας δούλων.* Sed haec corruptio mature facta sit necesse est, quoniam qui Scholia Pindari Ol. VIII, 30 conscripsit, quem ex Athenaeo hausisse probabile est, eosdem numeros invenit. *Aegina* olim maris imperium tenuit. Euseb. Chron. *Num.* 1508 = Ol. 67, 4. *Mare obtinuerunt Aeginetae annos XX usque ad transitum Xerxis.* In Graecis Scaligeri: *Αἰγινῆται ἐθαλασσοκράτησαν ἔτη ι'.* V. Casaubon. ad Polyb. t. I p. 850 ed. Lips. qui emendat: *decimi septimi mare obtinuerunt Aeginetae annos X.* cl. Strab. VIII p. 375. Aelian. V. H. XII, 10. Hoc imperium Aeginetae circiter 508—499 a. C. n. tenebant ipsisque Atheniensibus formidolosi erant. Cf. Herod. V, 89. VII, 144. Thuc. I, 14. Brevi hoc tempore quo Aeginetae opibus valebant, eos 70,000 servos habuisse suspiceris, quemadmodum nostra aetate *Hydra*, scopulus sterilis, „cui tantum una urbs est, tot incolas habet, ut „80 naves 300 doliorum nauticorum quamque ornare pos„sit.“ Hobhouse Travels p. 600.

l) Strabo VIII p. 379: *αὐτῆς μὲν οὖν τῆς πόλεως ὁ κύκλος καὶ τεσσαράκοντα σταδίων ὑπῆρχεν· ἐτετείχιστο δ' ὅσον τῆς πόλεως γυμνὸν ἦν τοῦ ὄρους· συμπεριειλῆπτο δὲ τῷ περιβόλῳ τούτῳ καὶ τὸ ὄρος αὐτὸ ὁ Ἀκροκόρινθος ᾗ δυνατὸν ἦν τειχισμὸν δέξασθαι, — ὥσθ' ἡ πᾶσα περίμετρος ἐγένετο περὶ πέντε καὶ ὀγδοήκοντα σταδίους.* Corinthi ipsius situm notavit Thuc. IV, 42.

m) Si Athenarum (v. p. 395) et Thebarum (v. p. 401) circuitum comparaveris, quae cum rotunda figura fuerint, pro longitudinis et latitudinis ratione quam maximum spatium amplectebantur, Corintho ipsi 50,000 incolas tri-

luisse, relicuos 20,000 aut 30,000 per agros distributos fuisse suspiceris [n]). Probabile est Corinthi incolarum numerum non in longum tempus deminutum fuisse; statuerisque a Persarum bello ad Alexandri mortem continuo ferme 100,000 capitum fuisse [o]). ARGOLIS.

ARGOLIDEM ab occidente *Arcadia* terminabat; a septentrione ad meridiem a *Corinthio* agro *Cleonarum*que [p]) vicinia ad *Cynuriae* [q]) fines recta via circiter 24 mill. Angl. patebat. Ab Epidauro circa *Lessam* [r]) disterminata erat atque ab Arcadiae finibus ad Lessam ab occidente ad meridiem ferme 28 mill. Angl. patebat. A Lessa termini meridiem versus inter *Asinem* et *Troezenem* pertinebant et quattuor aut quinque mill. infra Asinem sinum Argolicum attigerunt. Ex his finibus Argivorum ager circiter 524 quadratorum mill. Angl. fuit. Huius terrae principatum tenuerunt Argivi, qui incolas oppidorum eius paulatim aut expulerant aut subegerant. Sed incolarum pars *περιοίκων* nomine remanserat [s]).

Haec civitas secundum Lacedaemonem [t]) Peloponnesi potentissima fuit, civium numero Athenas aequans, id quod e Lysiae loco colligitur [v]). Quem locum perspicuum est post a. 402 scriptum esse, paulo post triginta viros expulsos, antequam civium multitudo, calamitatibus nuper acceptis 425

---

bueris. Dimidiam partem continuerint moenia Acrocorintho circumdata.

n) Corinthii agri fuerunt portus *Lechaeum* et *Cenchreae* et trans Isthmum *Oenoe* (Strabo VIII p. 380), *Crommyon* (Strabo ibid. *Κρομμύωνα τῆς Κορινθίας.* Thuc. IV, 45) et *Sidus* (*Σιδοῦς κώμη Κορίνθου ἡ Μεγαρίδος ἐπίνειον.* Steph. Byz.), a meridie *Tenea* (Pausan. II, 5, 3: *Τενέα κώμη τῆς Κορινθίας.* Strabo VIII p. 380), prope Cenchreas *Solygeia* (*Σολύγεια κώμη.* Thuc. IV, 42 s.) Portum utrumque frequenter habitatum fuisse probabile est; relicua oppida parva fuerunt.

o) Strabo VIII p. 381: *ἡ μὲν οὖν πόλις τῶν Κορινθίων μεγάλη τε καὶ πλουσία διὰ παντὸς ὑπῆρχεν.* Sed opes eius paulatim videntur nonnihil deminutae esse. A. 435 Epidamnum 30 naves et 3000 *ὁπλίτας* misit. Thuc. I, 27. Corinthiae pugnae 394 Corinthiorum 3000 *ὁπλῖται* interfuerunt, quum Atheniensium 6000 adessent. Xenoph. Hell. IV, 2, 17. A. 432 Corinthii 90 naves ornaverunt (Thuc. I, 46), quamquam duobus annis apparatas. I, 31.

p) Cleonarum situm Strabo VIII p. 377 descripsit: *Κλεωναὶ δ' εἰσὶ πόλισμα ἐπὶ τῇ ὁδῷ κείμενον τῇ ἐξ Ἄργους εἰς Κόρινθον ἐπὶ λόφου περιοικουμένου πανταχόθεν καὶ τετειχισμένου καλῶς — διέχουσι δ' αἱ Κλεωναὶ τοῦ μὲν Ἄργους σταδίους εἴκοσι καὶ ἑκατόν, Κορίνθου δὲ ὀγδοήκοντα.*

q) Parvus *Cynuriae* ager, qui tantum 60 quadratorum mill. Angl. fuit, de quo mature Argivi et Lacedaemonii disceptaverant (v. Pausan. II, 38, 5. III, 7, 5. X, 9, 6. Herod. I, 82 et Wesseling. ad h. l.) inter Argolidem et Laconicam situs erat. Huius fuerunt *Thyrea* et *Anthene*. Thuc. IV, 56 [a. C. n. 424]: *οἱ Ἀθηναῖοι — ἀφικνοῦνται ἐπὶ Θυρέαν, ἥ ἐστι μὲν τῆς Κυνουρίας γῆς καλουμένης μεθορία δὲ τῆς Ἀργείας καὶ Λακωνικῆς· νεμόμενοι δ' αὐτὴν ἔδοσαν Λακεδαιμόνιοι Αἰγινήταις ἐκπεσοῦσιν ἐνοικεῖν.* Idem V, 41 [a. C. n. 420]: *οἱ Ἀργεῖοι ἠξίουν δίκης ἐπιτροπὴν σφισι γενέσθαι — περὶ τῆς Κυνουρίας γῆς, ἧς ἀεὶ περὶ διαφέρονται μεθορίας οὔσης· ἔχει δὲ ἐν αὐτῇ Θυρέαν τε καὶ Ἀνθήνην πόλιν, νέμονται δ' αὐτὴν Λακεδαιμόνιοι.* Idem VI, 95 [a. C. n. 414]: *Ἀργεῖοι ἐσβαλόντες ἐς τὴν Θυρεᾶτιν ὄμορον οὖσαν, λείαν τῶν Λακεδαιμονίων πολλὴν ἔλαβον, ἣ ἐπράθη ταλάντων οὐκ ἔλασσον πέντε καὶ εἴκοσι.* Pausanias II, 38, 6 etiam *Nerida* et *Evam* vicos nominat: *ἀπὸ δὲ τῶν πολυανδρίων ἰόντι Ἀθήνη* [l. *Ἀνθήνη*] *τέ ἐστιν, ἐς ἣν Αἰγινῆται ποτε ᾤκησαν, καὶ ἑτέρα κώμη Νηρίς, τρίτη δὲ Εὖα, μεγίστη τῶν κωμῶν, καὶ ἱερὸν Πολυκράτους ἐστὶν ἐν ταύτῃ.* Spartae opibus deminutis hunc agrum receperunt Argivi, quorum Pausaniae aetate fuit. Cf. ibid. Parvi huius agri incolas Lacedaemoniorum, postmodum Argivorum numeris comprehensos esse statueris.

r) Pausan. II, 26, 1: *κατὰ τὴν Λῆσσαν ἔχεται τῆς Ἀργείας ἡ Ἐπιδαυρίων.*

s) Pausan. VIII, 27, 1: *ἐπεὶ δὲ ἀνθρώπων πλήθει τὸ Ἄργος ἐπηύξησαν καταλύσαντες Τίρυνθα* [cf. Pausan. II, 25, 7. Strabo VIII p. 373.] *καὶ Ἴτεάς τε καὶ Ὀρνεάς τε καὶ Μυκήνας* [v. tabb. 468] *καὶ Μιδέαν καὶ εἴ δή τι ἄλλο πόλισμα οὐκ ἀξιόλογον ἐν τῇ Ἀργολίδι ἦν, τά τε ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἀδεέστερα τοῖς Ἀργείοις ὑπάρξαντα καὶ ἅμα ἐς τοὺς περιοίκους ἰσχὺν γενομένην αὐτοῖς.* Strabo VIII p. 373: *ἠρήμωσαν τὰς πλείστας οἱ Ἀργεῖοι ἀπειθούσας.* De *Asina* et *Nauplia* v. p. 414. A. 418 *Orneae* et *Cleonae* sui iuris erant. Thuc. V, 67: *Ἀργεῖοι καὶ οἱ ξύμμαχοι αὐτῶν Κλεωναῖοι καὶ Ὀρνεᾶται.* Sed duobus annis post Orneae eversae sunt. Thuc. VI, 7. *Cleonae* videntur liberae mansisse. Has in Argolidis oppidis memorant Polyb. II, 52 de anno 224 et Livius XXXIII, 14 s. de anno 197 loquens.

t) Strabo VIII p. 376: *τῶν δὲ κατὰ Πελοπόννησον πόλεων ἐνδοξότεραι γεγόνασι καὶ μέχρι νῦν εἰσὶν Ἄργος τε Σπάρτη τε.* Isocrat. Panath. c. 16 p. 242, b. c. 100 p. 286, d a Lacedaemoniis omnes Peloponnesi civitates subactas esse tradit, *πλὴν τῆς Ἀργείων πόλεως.*

v) V. supra p. 416.

ARGOLIS. deminuta, refecta esset, ut tum solito minorem fuisse statuendum sit [w]). Verum tamen Argivorum eo de quo Lysias loquitur tempore minimum 16,000 cives fuisse sumpseris. Qui numerus satis congruit cum copiis quas Argivi bello cum Lacedaemoniis Cleomene regnante centum ante annis gesto habuerunt. Quo bello quum Argivorum 6000 periissent, civitas quamquam infracta, tamen
426 non est prostrata [x]). Lysiae rationem confirmat Xenophon, Argivos 394 ad Corinthiam pugnam 7000 ὁπλίτας misisse tradens. Quodsi comparaveris quot milites Athenienses et Boeotii eodem tempore [y]) miserint, probabile videbitur Argis 16,000 cives fuisse. Qui si fuerint, omnino 66,000 libera capita fuisse reperias. His addendi sunt servi, *Cleonarum* incolae et *περίοικοι* per agros habitantes. Argivis fuit servorum corpus inter domesticos servos et liberos medium [z]), fortasse incolae terrae in servitutem redacti. Quod servorum genus quum pro liberorum hominum numero saepe frequentius fuerit, servos cum *περιοίκοις* et Cleonaeis minimum duas tertias partes Argivorum

---

w) Scripta erat oratio plebe ex Piraeeo reverso [403]: *τοῦ δήμου κατελθόντος ἐκ Πειραιέως* (Dionys. Lys. p. 525), quum id ageretur ut suffragii ius tantum iis relinqueretur qui agros possiderent: *τὴν πολιτείαν μὴ πᾶσιν, ἀλλὰ τοῖς τὴν γῆν ἔχουσιν παραδοῦναι.* Civium numerus, qui quibusdam belli temporibus 20,000 fuerat (v. tabb. 422), deminutus erat. Nam ad Aegos flumen 180 navium (Xenophon Hell. II, 1, 20) tantum 9 aut 12 evaserant. V. tabb. 405. Numerum oratorie exaggerans 200 naves posuit Isocrates de pace p. 176, b. At in his 168 aut 170 navibus quotquot cives Athenienses fuerunt interfecti sunt. Xenoph. Hell. II, 1, 32: *ἔδοξεν ἀποκτεῖναι τῶν αἰχμαλώτων ὅσοι ἦσαν Ἀθηναῖοι, πλὴν Ἀδειμάντου.* A triginta viris 1500 cives interfectos esse tradit Aeschines in Ctes. p. 87, 21: *πλείους ἢ χιλίους καὶ πεντακοσίους τῶν πολιτῶν ἀκρίτους ἀπέκτειναν.* [Item *περὶ παραπρ.* 77 p. 38 cl. Xenoph. Hell. II, 4, 21. *Kr.*] Illud consilium si probatum esset, Dionysius p. 526 tradit futurum fuisse ut circiter 5000 Atheniensibus civitas adimeretur. Sed hos cum ceteris comparatos multos fuisse necesse est. Nam Aristoteles Rep. V, 2, 8 hoc bello nobiles potissimum periisse tradit: *οἱ γνώριμοι ἐλάττους ἐγένοντο.* A. 322 qui cives non 2000 drachmas possiderent duodeni pro novenis aliis fuerunt (v. tabb.). Itaque conieceris a. 402 circiter tertiam partem omnium agros non possedisse. Qua ratione hoc tempore tantum 15,000 aut 16,000 cives fuisse reperias.

x) Notavimus hoc bellum in tabb. 510, 3. Gessit Cleomenes sub exitum regni sui, non multo ante 491, quoniam 484 recens factum fuerat et liberi Argivorum qui perierant 480 nondum adulti erant. Herod. VII, 148 s.: *Ἀργεῖοι λέγουσι πυθέσθαι αὐτίκα κατ' ἀρχὰς* [a. C. n. 484] *τὰ ἐκ τοῦ βαρβάρου ἐγειρομένα ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα· πυθόμενοι δὲ — πέμψαι θεοπρόπους ἐς Δελφοὺς τὸν θεὸν ἐπερησομένους „ὡς σφι μέλλει ἄριστον ποιεῦσι γενέσθαι· νεωστὶ γὰρ „σφέων τεθνάναι ἑξακισχιλίους ὑπὸ Κλεομένεος.“ — μετὰ δέ, ὡς ἐλθεῖν τοὺς ἀγγέλους ἐς Ἄργος* [a. C. n. 480] *ὑποκρίνασθαι ὡς ἑτοῖμοί εἰσι οἱ Ἀργεῖοι ποιέειν ταῦτα τριήκοντα ἔτεα εἰρήνην σπεισάμενοι Λακεδαιμονίοισι κ. τ. λ. — σπουδὴν δὲ ἔχειν σπονδὰς γενέσθαι τριηκονταέτιδας — ἵνα δὴ σφι οἱ παῖδες ἀνδρωθέωσι ἐν τούτοισι τοῖς ἔτεσι.* Hoc bellum memorat Aristot. Rep. V, 2, 8: *ἐν Ἄργει τῶν ἐν τῇ Ἑβδόμῃ ἀπολομένων ὑπὸ Κλεομένους τοῦ Λάκωνος ἠναγκάσθησαν παραδέξασθαι τῶν περιοίκων τινάς.* Herod. VI, 83: *Ἄργος ἀνδρῶν ἐχηρώθη οὕτω ὥστε οἱ δοῦλοι αὐτέων ἔσχον πάντα τὰ πρήγματα ἄρχοντές τε καὶ διέποντες ἐς ὃ ἐπήβησαν οἱ τῶν ἀπολομένων παῖδες.* Plutarchus Mor. p. 245, d — f. 7777 caesos fuisse traditum esse memorat fortasse quater repetito numero septenario quod 7° mensis die pugnatum esset: *οὐ μήν, ὡς ἔνιοι μυθολογοῦσιν, ἑπτὰ καὶ ἑβδομήκοντα καὶ ἑπτακοσίους πρὸς ἑπτακισχιλίοις. — τὴν δὲ μάχην οἱ μὲν ἑβδόμῃ λέγουσιν ἱσταμένου μηνός, οἱ δὲ νουμηνίᾳ γενέσθαι τοῦ νῦν μὲν τετάρτου, πάλαι δὲ Ἑρμαίου παρ' Ἀργείοις, καθ' ἣν μέχρι νῦν τὰ Ὑβριστικὰ τελοῦσι.* De iis quae consequuta sunt cum Aristotele consentit Plutarchus: *ἐπανορθούμενοι τὴν ὀλιγανδρίαν, οὐχ, ὡς Ἡρόδοτος ἱστορεῖ, τοῖς δούλοις, ἀλλὰ τῶν περιοίκων ποιησάμενοι πολίτας τοὺς ἀρίστους συνῴκισαν τὰς γυναῖκας.* Sed incolis frequentem fuisse necesse est civitatem quae omnino 6000 civibus interfectis constiterit.

y) Argivi plures quam ceterarum civitatum ulla miserant. Xenoph. Hell. IV, 2, 17: *Ἀθηναίων μὲν ἐξ ἑξακισχιλίους ὁπλίτας, Ἀργείων δ' ἐλέγοντο περὶ ἑπτακισχιλίους, Βοιωτῶν δέ, ἐπεὶ Ὀρχομένιοι οὐ παρῆσαν, περὶ πεντακισχιλίους· Κορινθίων γε μὴν ἐς τρισχιλίους· καὶ μὴν ἐξ Εὐβοίας ἀπάσης οὐκ ἐλάττους τρισχιλίων. ὁπλιτικὸν μὲν δὴ τοσοῦτον. ἱππεῖς δέ, Βοιωτῶν μέν, ἐπεὶ Ὀρχομένιοι οὐ παρῆσαν, ἐς ὀκτακοσίους, Ἀθηναίων δὲ ἐς ἑξακοσίους.* Boeotiae cives 5800 Orchomeno excepta circiter tertia pars numeri eorum fuit. Athenienses qui novem otii annis vires receperant, hoc tempore 20,000 fuisse statueris. Atqui si Boeotiae et Atheniensium milites totius civium numeri tantum tertia pars fuit, Argivorum copias minus dimidiam partem omnium Argivorum civium fuisse sumpseris.

z) Pollux III, 83. Steph. Byz. v. *Χίος.* Hi servi *Γυμνῆτες* aut *Γυμνήσιοι* dicebantur. V. supra p. 412 annot. c et p. 422 annot. v.

ipsorum fuisse statueris. Qua ratione Argis et agro Argivorum omnino 110,000 capita fuisse repe- ARGOLIS.
rias, ut 210 in singulis quadratis mill. Angl. habitaverint.

Epidaurus et *Troezen* atque *Hermione* [a]) cum parva *Haliarum* civitate Argivo agro paulo minorem terram comprehenderunt [b]). Persici belli tempore Epidauri et Troezenis vires paene aequales fuisse videas. Nam Troezenii ad Plataeensem pugnam 1000 ὁπλίτας, ad Salaminiam quinque naves miserant, memoraturque eorum in Mycalensi pugna opera. Epidaurii autem tantum 800 ὁπλίτας miserunt, sed ad Salaminem decem naves habuerunt [c]). Levis armaturae milites eorum videntur cives fuisse [d]). Quos si addideris ac tantum quartam partem domi remansisse statueris, 427

a) Epidauri civitatis administrationem populique instituta descripsit Plutarch. Moral. p. 291, e: *τίνες ἐν Ἐπιδαύρῳ Κονίποδες καὶ Ἄρτυνοι; οἱ μὲν τὸ πολίτευμα ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατὸν ἄνδρες ἦσαν· ἐκ δὲ τούτων ᾑροῦντο βουλευτάς, οὓς Ἀρτύνους ἐκάλουν. τοῦ δὲ δήμου τὸ πλεῖστον ἐν ἀγρῷ διέτριβεν· ἐκαλοῦντο δὲ Κονίποδες, ὡς συμβαλεῖν ἐστίν, ἀπὸ τῶν ποδῶν γνωριζόμενοι κεκονιμένων ὁπότε κατέλθοιεν ἐς τὴν πόλιν.* Epidaurii 419 Lacedaemoniorum socii fuerunt atque ab Argivis oppugnati sunt. Thuc. V, 53 — 57. Cum Lacedaemoniorum copiis coniuncti erant 394. Xenoph. Hell. IV, 2, 16. Eorundem socii fuerunt 369. Idem VII, 2, 2. Epidaurus floruit ad a. 167. Liv. XLV, 28: *Sicyonem inde et Argos, nobiles urbes, adit (P. Aemilius); inde haud parem opibus Epidaurum, sed inclytam Aesculapii nobili templo, quod quinque millibus passuum ab urbe distans tum donis dives erat.* *Troezenis* situm notavit Strabo VIII p. 373: *Τροιζὴν — ὑπέρκειται τῆς θαλάττης εἰς πεντεκαίδεκα σταδίους, οὐδ' αὐτὴ ἄσημος πόλις. πρόκειται δὲ τοῦ λιμένος αὐτῆς Πώγωνος τοὔνομα* [cf. Herod. VIII, 42] *Καλαυρία νησίδιον ὅσον τριάκοντα σταδίων ἔχον τὸν κύκλον.* De *Hermionae* situ v. Pausan. II, 34. Utramque civitatem memorat Polybius II, 52, 2 Cleomenis expeditionem a. 224 narrans. Hermionii olim *Hydream*, parvam insulam possederant, quam Polycrate regnante Samiis vendiderunt. V. Herod. III, 59.

b) *Argolis* omnino circiter 1307 quadratorum mill. Angl. fuit. V. p. 385. Haec ita distribueris:

	quadr. mill.
Corintho	248
Argis	524
Cinuriae	60
Epidauro, Troezeni, Hermionae, Haliis	475
	1307

c) Herod. IX, 28: *Ἐπιδαυρίων ὀκτακόσιοι· παρὰ δὲ τούτοις Τροιζηνίων ἐτάσσοντο χίλιοι.* Fere totidem numero fuerunt *ψιλοί*. c. 29. Navium quae ad Artemisium fuerunt (VIII, 1) *Ἐπιδαύριοι παρείχοντο ὀκτώ, Τροιζήνιοι δὲ πέντε.* Ad Salaminem *Ἐπιδαύριοι δέκα, Τροιζήνιοι δὲ πέντε.* Troezenii ad Micalen fuisse memorantur IX, 102. Remiges ex parte servos fuisse statueris, neque tamen minus 500 Troezenios in navibus fuisse probabile est.

d) Fuerunt qui opinarentur levis armaturae milites qui Plataeensi pugnae interfuerunt servos fuisse omnes. Sed hoc perquam dubium est. *Helotes* enim alius generis servi fuerunt, quales omni tempore cum dominis suis arma tulisse constat. Idem concesseris de Thessalorum *Penestis*, qui eiusdem generis fuerunt. Sed probabile non est domesticos servos, coemptos illos, quorum magna multitudo fuit in omnibus Graeciae civitatibus, exercituum Graecorum levis armaturae milites fuisse. Nam primum testimoniis constat quibusdam in civitatibus *τοὺς ψιλοὺς* cives fuisse. Thuc. V, 57: *Βοιωτοὶ πεντακισχίλιοι ὁπλῖται καὶ τοσοῦτοι ψιλοὶ καὶ ἱππῆς πεντακόσιοι καὶ ἄμιπποι ἴσοι.* Idem IV, 93: *Βοιωτοὶ — ὁπλῖται ἑπτακισχίλιοι μάλιστα καὶ ψιλοὶ ὑπὲρ μυρίους ἱππῆς τε χίλιοι καὶ πελτασταὶ πεντακόσιοι.* Qui si servi fuissent, Thucydides, qui diligenter quae hominum genera in exercitibus militaverint distinguere soleat et aliis locis *Helotes* et *Neodamodes* et *Spartanos* separatim enumeret, haud dubie id memoraturus fuisset. Ita quum Boeotorum copias recensuerit, c. 94 Atheniensium exercitum hoc modo describit: *οἱ μὲν ὁπλῖται ἐτάξαντο ὄντες πλήθει ἰσοπαλεῖς τοῖς ἐναντίοις — ψιλοὶ δὲ ἐκ παρασκευῆς μὲν ὡπλισμένοι οὔτε τότε παρῆσαν οὔτε ἐγένοντο τῇ πόλει· οἵπερ δὲ ξυνεισέβαλον ὄντες πολλαπλάσιοι τῶν ἐναντίων ἄοπλοί τε πολλοὶ ἠκολούθησαν, ἅτε πανστρατιᾶς ξένων τῶν παρόντων καὶ ἀστῶν γενομένης.* His significatur Boeotorum qui *ψιλοὶ* essent cives fuisse iusta ratione instructos; atque inordinatam parumque armis instructam multitudinem quae Atheniensium exercitum comitabatur liberorum hominum fuisse. Servi enim in ea fuisse non traduntur. Quum Epaminondas Laconicam invasit, 369, cum 70,000 militibus (*ἑπτὰ μυριάσι στρατοῦ*. Plutarch. comp. Ages. et Pomp. p. 875 Reisk. *ἑπτὰ μυριάδων Ἑλληνικῆς στρατιᾶς, ἧς ἔλαττον ἢ δωδέκατον ἦσαν αὐτοὶ Θηβαῖοι μέρος.* Idem Pelop. c. 24. *ἐμβαλὼν ἑπτὰ μυριάσι στρατοῦ.* Idem Mor. p. 346, b.) fuerunt ei 40,000 *ὁπλῖται* iustis armis instructi; relicua erat turba praedae causa sequens. Plutarch. Ages. c. 31: *οὐκ ἐλάττονας ἔχων τετρακισμυρίων ὁπλιτῶν. πολλοὶ δὲ καὶ ψιλοὶ καὶ ἄοπλοι πρὸς ἁρπαγὴν συνηκολούθουν, ὥστε μυριάδας ἑπτὰ τοῦ σύμπαντος ὄχλου συνεισβαλεῖν εἰς τὴν Λακωνικήν.* Neque tamen hanc multitudinem quae praedae causa sequebatur servorum fuisse statuere licet. Cf. Xenoph. Hell. VI, 5, 23. In foedere quod Athienenses cum Argivis et Mantineensibus Eleisque fecerunt 420, *ψιλοὶ*

ARGOLIS. utrique harum civitatum prope 3500 cives fuisse reperias. Minor erat Hermione: quae civitas tantum 300 ὁπλίτας et tres naves misit [e]), ad numerum circiter tertiam partem Epidauri copiarum. Itaque Hermionae 1000 cives fuisse sumpseris. Exigua *Haliarum* [ee]) civitas, haud procul ab Hermione et Troezene [f]), sui iuris erat Thucydidis et Xenophontis [g]) aetate. Fortasse hoc tempore Hermionen aequabat. Itaque has quattuor civitates omnino minimum 8500 cives habuisse statueris. Qui numerus posthac non est deminutus. Nam a. 394 Epidaurus et Troezen et Hermione Haliaeque ad Corinthiam pugnam 3000 ὁπλίτας miserant. Quem numerum si cum ceterarum civitatum copiis comparaveris, paulo plus tertiam partem totius numeri fuisse collegeris [h]). Quodsi his civi-

---

pro iusto copiarum genere memorantur. Thuc. V, 47: ἡ πόλις ἡ μεταπεμψαμένη διδότω οἶτον τῷ μὲν ὁπλίτῃ καὶ ψιλῷ καὶ τοξότῃ τρεῖς ὀβολοὺς Αἰγιναίους τῆς ἡμέρας ἑκάστης, τῷ δ' ἱππεῖ δραχμὴν Αἰγιναίαν. Quodsi ψιλοὶ servi fuissent, non tantum quantum ὁπλῖται accepissent. Xenoph. Hell. IV, 2, 16 (a. 394) levis armaturae milites memorans: σφενδονῆται, inquit, Μαργανέων καὶ Λετρίνων καὶ Ἀμφιδόλων οὐκ ἐλάττους τετρακοσίων. Rursus: καὶ ψιλὸν δὲ ξὺν τοῖς τῶν Κορινθίων πλέον ἦν, καὶ γὰρ Λοκροὶ οἱ Ὀζόλαι καὶ Μηλιεῖς καὶ Ἀκαρνᾶνες παρῆσαν αὐτοῖς. Hi ψιλοὶ liberi homines fuerunt. Deinde Herodotus, qui Helotes separatim memorat, nusquam ceteros ψιλοὺς servos fuisse tradit; atque ψιλούς, quos ἄνδρας μαχίμους dicit IX, 29, a famulis castrorum, quos ὀπίωνας appellat IX, 50 s., distinguit. Tegeatasque ipsos ψιλοὺς fuisse ex eo collegeris quod quum 1500 ὁπλίτας Tegeatarum memoraverit IX, 28, postmodum Tegeatas σὺν ψιλοῖσι 3000 fuisse dicit c. 61. Hi fuerunt ψιλοὶ ἐκ παρασκευῆς, bene armati et instructi. Qui si famuli castrorum fuissent, vix scriptor hoc notare omisisset. Phliasiorum ὁπλῖται fuerunt 1000. Qui si soli Phliasiorum fuissent, haec totius eorum multitudinis exigua pars fuisset. V. supra p. 417 annot. g. Itaque alia Phliasiorum manus 1000 hominum ψιλοὶ erant. Atheniensium cives sagittarios fuisse e Lysia apud Dionysium p. 529 apparet; atque manum quae Masistium repulit et interfecit (Herod. IX, 21 s.) sagittarii adiuverunt: Ἀθηναίων οἱ τριηκόσιοι λογάδες — τοὺς τοξότας προσελόμενοι. Postea horum sagittariorum operam requisivit Pausanias: ὑμεῖς ἡμῖν τοὺς τοξότας ἀποπέμψαντες χάριν θέσθε. IX, 60. At τοξόται aut liberi homines fuerunt aut Scythae mercenarii similes eis quos certe paulo post Persicum bellum Athenienses conduxerunt auctore Aeschine p. 51, 18 a scholiasta p. 764 explicato. V. supra p. 390. Denique ad Marathonem Athenienses servos suos armatos habuerunt. Pausan. I, 32, 3: τάφος ἐν τῷ πεδίῳ [ad Marathonem] Ἀθηναίων ἐστίν, ἐπὶ δὲ αὐτῷ στῆλαι τὰ ὀνόματα τῶν ἀποθανόντων κατὰ φυλὰς ἑκάστων ἔχουσαι· καὶ ἕτερος Πλαταιεῦσι Βοιωτῶν καὶ δούλοις. ἐμαχέσαντο γὰρ καὶ δοῦλοι τότε πρῶτον. Item ad Arginussas. Schol. Aristoph. Ran. 33: συμμαχούντων δούλων — οὓς ἠλευθέρωσαν. Sed hoc praeter consuetudinem in magnis periculis factum est. Aliter Atheniensem ὁπλίτην comitabatur famulus, ὑπηρέτης. Thuc. III, 17. Sed hunc servum armatum fuisse traditum non est. Secundum Pausaniam l. l. in Marathonio monumento servi memorati erant; in Plataeensi monumento describendo servorum mentionem non facit IX, 2, 4: τοῖς λοιποῖς Ἕλλησι μνῆμα κοινόν. Λακεδαιμονίων δὲ καὶ Ἀθηναίων τοῖς πεσοῦσιν ἰδίᾳ εἰσὶν αἱ τάφοι. Atque Herodotus IX, 85 de his monumentis loquens servos non memorat praeter Helotes: Λακεδαιμόνιοι μὲν τριξὰς ἐποιήσαντο θήκας — ἐν μὲν δὴ ἐνὶ τῶν τάφων ἦσαν οἱ ἱρέες, ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ οἱ ἄλλοι Σπαρτιῆται, ἐν δὲ τῷ τρίτῳ οἱ Εἵλωτες. — Τεγεῆται δὲ χωρὶς πάντας ἀλέας, καὶ Ἀθηναῖοι τοὺς ἑωυτῶν ὁμοῦ, καὶ Μεγαρέες τε καὶ Φλιάσιοι τοὺς ὑπὸ τῆς ἵππου διαφθαρέντας. Sed ut Spartani separatum tumulum fecerunt Helotibus et Athenienses ad Marathonem servos a civibus distinxerunt, ita etiam Tegeatae et Megarenses Atheniensesque eos distinxissent, si servi levis armaturae milites fuissent. Itaque probabile est illorum 34,500 ψιλῶν longe maximam partem civium fuisse. Quod si ita est, pauperiores minoresque civitates, quibus paucissimi servi fuerunt, si quae omnes cives suos πανοπλίᾳ s. gravi armatura instructos mittere non poterant, ex copiis suis levis armaturae milites suppeditasse probabile est.

e) Herod. IX, 28. VIII, 43.

ee) De hac forma dubito. (Nam apud Thuc. I, 105 vereor ne pro Ἁλιάς scribendum sit Ἁλιᾶς. Non moror Scholiastem: certe apud Herodotum, Xenophontem, Diodorum, Stephanum Byzantinum et oppidum et incolae Ἁλιεῖς dicuntur. Ἁλία tamen apud Scylacem legitur. *Kr.*

f) Strabo VIII p. 373: Ἑρμιόνη — ἧς τὴν παραλίαν ἔχουσιν Ἁλιεῖς λεγόμενοι, θαλαττουργοί τινες ἄνδρες. Schol. Thuc. I, 105: Ἁλιαὶ ὀξυτόνως πόλις Πελοποννήσου περὶ Τροιζῆνα τῆς Ἀργολικῆς μοίρας. Has civitates confines fuisse memorat Thuc. II, 56: (Ἀθηναῖοι) ἀναγαγόμενοι ἐκ τῆς Ἐπιδαύρου ἕτεμον τήν τε Τροιζηνίδα γῆν καὶ τὴν Ἁλιάδα καὶ τὴν Ἑρμιονίδα.

g) Has quattuor civitates Lacedaemoniis 394 socias fuisse memorat Xenoph. IV, 2, 16. Rursus 369 in Lacedaemoniorum sociis fuerunt Ἐπιδαύριοι, Τροιζήνιοι, Ἑρμιονεῖς, Ἁλιεῖς. VII, 2, 2. A Stephano Byz. (quem Berkelius ad h. l. correxit) decepti Morus et Schneiderus ad Xenoph. Hell. VI, 2, 3 parvum hoc *Argolidis oppidum* Laconicae fuisse opinati sunt.

h) Hell. IV, 2, 16: ξυνελέγησαν ὁπλῖται Λακεδαιμονίων μὲν ἐς ἑξακισχιλίους, Ἠλείων δὲ καὶ Τριφυλίων καὶ Ἀκρω-

tatibus 8500 cives fuerunt, omnino 35,000 libera capita fuisse reperias: quibus si dimidio pauciores servos addas, omnium incolarum numerum 52,500 fuisse videas: qua ratione in singulis quadratis mill. Angl. 110 capita vixerint. ARGOLIS.

ELIDIS septentrionales partes *Elei*, meridianas *Triphylii*, medias *Pisatae* tenuerunt. Elei relicuas duas subegerant subactisque *περιοικίδων πόλεων* nomine imperaverunt [i]). Ipsi Elei ante Persica bella non coierant in unam urbem [j]). Huius terrae incolis per multas aetates datum est ut bellorum populationibus liberi essent; atque ob Olympiorum celebrationem quinto quoque anno 429 magna peregrinorum multitudo confluebat; cuius sumptibus terrae opes magnopere auctas esse par est. Quumque praeterea solum fertilissimum esset, factum est ut Elis ditior fieret et frequentius habitaretur quam ulla Peloponnesi terra [k]). ELIS.

ρείων καὶ Λασιωνέων ἐγγὺς τριεχίλιοι, καὶ οἱ Σικυωνίων πεντακόσιοι καὶ χίλιοι, Ἐπιδαυρίων δὲ καὶ Τροιζηνίων καὶ Ἑρμιονέων καὶ Ἁλιέων ἐγένοντο οὐκ ἐλάττονες τριεχιλίων. Quas Elei et Sicyonii miserant copias, exigua pars fuerunt, ut probabile videtur, non tertia, gravis armaturae harum civitatum. Atque Epidaurii et Troezenii et Hermionii et Halienses suarum civitatum saluti defendendae prospicerent necesse erat, quum ab Argis hostes eas aggredi possent.

i) Thuc. II, 25 *τὴν κοίλην Ἠλίδα* sive ipsius urbis agrum et *τὴν περιοικίδα Ἠλείων* sive confines terras memorat. His oppidis Elei 401 libertatem reddere iussi sunt. Xenoph. Hell. III, 2, 23: *ἀφιέναι τὰς περιοικίδας πόλεις αὐτονόμους.* Atque bellum 399 hac lege compositum est ut Triphyliae oppidis libertas redderetur. Sed post Leuctricam pugnam Elei rursus imperium eorum affectaverunt. Xenoph. Hell. VI, 5, 2: *Ἠλεῖοι ἀντέλεγον ὡς οὐ δίοι αὐτονόμους ποιεῖν οὔτε Μαργανεῖς οὔτε Σκιλλουντίους οὔτε Τριφυλίους· σφετέρας γὰρ εἶναι ταύτας τὰς πόλεις.*

j) Diod. XI, 54: *ἐπ' ἄρχοντος Πραξιέργου* [a. C. n. 471] *Ἠλεῖοι μὲν πλείους καὶ μικρὰς πόλεις οἰκοῦντες εἰς μίαν συνῳκίσθησαν τὴν ὀνομαζομένην Ἦλιν.* Strabo VIII p. 336: *ὀψέ ποτε συνῆλθον εἰς τὴν πόλιν τὴν Ἦλιν μετὰ τὰ Περσικά.* Sed a. 399 haec urbs nondum munita erat. Xenoph. Hell. III, 2, 27: *ἐπεὶ δὲ ἀφίκετο* [Agis] *πρὸς τὴν πόλιν τὰ μὲν προάστεια καὶ τὰ γυμνάσια καλὰ ὄντα ἐλυμαίνετο, τὴν δὲ πόλιν (ἀτείχιστος γὰρ ἦν) ἐνόμισαν αὐτὸν μὴ βούλεσθαι μᾶλλον ἢ μὴ δύνασθαι ἑλεῖν.* Confirmat Strab. VIII p. 358: *τοὺς κτίσαντας τὴν Ἠλείων πόλιν ὕστερον ἀτείχιστον ἐᾶσαι.* [Sed paulo post Elei *ξυνεχώρησαν τὸ τεῖχος περιελεῖν.* Xenoph. Hell. III, 2, 30 cl. Pausan. III, 8, 2, Itaque vide ne *ἀτείχιστος* cum Wesselingio ad Diod. XIV, 17 p. 511 s. vertendum sit: *male munita.* Similiter Isocr. Panath. 17 [50] Athenienses secundo Persico bello tradit *τὴν πόλιν ἐκλελοιπέναι διὰ τὸ μὴ τετειχίσθαι.* Quod nisi fictum esse statuas, tantum de male munita urbe intelligi potest. *Kr.*] Elis recta via circiter 16 mill. Angl. Olympia aberat.

k) Diod. t. IV p. 17 s.: *τῶν Ἠλείων πολυανδρουμένων καὶ νομίμως πολιτευομένων ὑφορᾶσθαι τοὺς Λακεδαιμονίους τὴν τούτων αὔξησιν, συγκατασκευάσαι τὸν κοινὸν βίον, ἵν' εἰρήνης ἀπολαίοντες μηδεμίαν ἔχωσιν ἐμπειρίαν τῶν κατὰ πόλεμον ἔργων· καὶ καθιέρωσαν αὐτοὺς τῷ θεῷ συγχωρησάντων σχεδὸν ἁπάντων τῶν Ἑλλήνων. καὶ οὔτε ἐπὶ τῆς Ξέρξου στρατείας συνεστράτευσαν, ἀλλὰ ἀφεῖθησαν διὰ τὸ ἐπιμελεῖσθαι τῆς τοῦ θεοῦ τιμῆς.* [at cf. Herod. IX, 77.] *ὅτι δὲ καὶ κατ' ἰδίαν ἐν τοῖς τῶν Ἑλλήνων ἐμφυλίοις πολέμοις οὐδεὶς αὐτοὺς παρηνόχλει διὰ τὸ πάντας τὴν χώραν καὶ τὴν πόλιν σπεύδειν ἱερὰν καὶ ἄσυλον φυλάττειν. ὕστερον δὲ πολλαῖς γενεαῖς συνέβη καὶ στρατεῦσαι τούτους καὶ ἰδίᾳ πολέμους ἐπανελέσθαι.* Ephorus apud Strab. VIII p. 358: *ἐκ δὴ τῶν τοιούτων αὔξησιν λαβεῖν τοὺς ἀνθρώπους· τῶν γὰρ ἄλλων ἀεὶ πολεμούντων πρὸς ἀλλήλους μόνοις ὑπάρξαι πολλὴν εἰρήνην, οὐκ αὐτοῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ξένοις, ὥστε καὶ εὐανδρῆσαι μάλιστα πάντων παρὰ τοῦτο.* Eleorum ores Athenienses 431 populati sunt. Thuc. II, 25. A. 421 Elei de *Lepreo* cum Spartanis disceptaverunt (Thuc. V, 31. 34) atque eo quod consequutum est bello Argivorum socii fuerunt: *Ἠλείων τρισχίλιοι ὁπλῖται* (Thuc. V, 58. *Ἠλείων τρισχιλίων ὁπλιτῶν.* V, 75) in sociis memorantur. Quod cum Lacedaemoniis gesserunt bellum in tabulis 401 memoratum est. A. 365 adversus Arcadas bellum gesserunt (v. tabb.) atque ab hoc tempore eos bellorum quae vicinis gentibus essent participes fuisse tradit Polybius IV, 74. Attamen Elei usque ad Polybii tempora fortunis excelluerunt. IV, 73: *συμβαίνει τὴν χώραν διαφερόντως οἰκεῖσθαι καὶ γέμειν σωμάτων καὶ κατασκευῆς παρὰ τὴν ἄλλην Πελοπόννησον. ἔνιοι γὰρ αὐτῶν οὕτω στέργουσι τὸν ἐπὶ τῶν ἀγρῶν βίον ὥστε τινὰς ἐπὶ δύο καὶ τρεῖς γενεάς, ἔχοντας ἱκανὰς οὐσίας, μὴ παραβεβηκέναι τὸ παράπαν εἰς Ἦλιδαν. τοῦτο δὲ γίγνεται διὰ τὸ μεγάλην ποιεῖσθαι σπουδὴν τοὺς πολιτευομένους τῶν ἐπὶ τῆς χώρας κατοικούντων.* c. 74: *τὴν δὲ χώραν ἔτι τῆς παλαιᾶς συνηθείας οἷον αἰθυγμάτων ἐμμενόντων οἰκοῦσι διαφερόντως Ἠλεῖοι.* Secundum Pausaniam V, 4, 1 huius fortunae auctor fuit Oxylus. Soli fertilitatem memorant Strabo VIII p. 344 et Pausan. V, 4, 1. VI, 26, 3. Quum haec terra divitiis referta esset, abunde locupletabatur si quis invasisset, veluti *Agis* 400. Xenoph. Hell. III, 2, 26: *ὑπέρπολλα μὲν κτήνη, ὑπέρπολλα δὲ ἀνδράποδα ἠλίσκετο ἐκ τῆς χώρας. ὥστε ἀκούοντες καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν Ἀρκάδων καὶ Ἀχαιῶν ἥκοντες ἥδεσαν ξυστρατευσόμενοι καὶ μετεῖχον τῆς ἁρπαγῆς. καὶ ἐγένετο αὕτη*

Elis. 430 Quam frequens incolis haec terra fuerit ex oppidorum quas continuit multitudine perspicitur [1]). Non licet incolarum numeros computare ex iis qui militaris aetatis fuerint, quum ex civi-

---

ἡ στρατεία ὥσπερ ἐπισιτισμὸς τῇ Πελοποννήσῳ. Item Philippus a. 219. Polyb. IV, 73: *δηουμένης δὲ τῆς χώρας πολὺ μὲν ἦν τὸ τῶν ἁλισκομένων πλῆθος, ἔτι δὲ πλέον τὸ συμφεῦγον εἰς τὰς παρακειμένας κώμας καὶ τοὺς ἐρυμνοὺς τῶν τόπων.* Hac prospera fortuna Elei ab Iphiti aetate ad Achaeorum foedus sublatum fruebantur, ut videtur circiter per 680 annos.

1) In hac parva terra haec oppida fuisse reperias:

Acrorei. Ἀκρώρειοι πόλις Τριφυλίας. Steph. Byz. Fuit potius regio quam oppidum. Xenoph. Hell. VII, 4, 14: *οἱ Ἀρκάδες* [a. C. n. 365] *ἐπορεύοντο ἐπὶ τὰς τῶν Ἀκρωρείων πόλεις· λαβόντες δὲ ταύτας πλὴν Θραύστου ἀφικνοῦνται εἰς Ὀλυμπίαν.* Idem III, 2, 30: *πέμψας Θρασυδαῖος* [a. C. n. 399] *ξυνεχώρησε σφᾶς τε τὸ τεῖχος περιελεῖν καὶ Κυλλήνην καὶ τὰς Τριφυλίδας πόλεις ἀφεῖναι, Φρίξαν καὶ Ἐπιτάλιον καὶ Λετρίναν καὶ Ἀμφιδόλους καὶ Μαργανεῖς· πρὸς δὲ ταύταις καὶ Ἀκρωρίους καὶ Λασίωνα.*

Alium. V. *Pylos.*

Alesiaeum. V. *Amphidoli.*

Amphidoli. Ἀμφίδολοι πόλις τῆς Τριφυλίας. Steph. Byz. *τὸ Ἀλεισιόν ἐστι τὸ νῦν Ἀλεισιᾶον, χώρα παρὰ τὴν Ἀμφιδολίδα, ἔνθα κατὰ μῆνα ἀγορὰν συνάγουσιν οἱ περίοικοι.* Strabo VIII p. 341. V. *Acrorei, Letrina.*

Aepium s. *Epium* s. *Epeum.* Polyb. IV, 77: (*ἡ Τριφυλία*) *κεῖται μεταξὺ τῆς Ἠλείων καὶ Μεσσηνίων χώρας· — ἔχει δ' ἐν αὐτῇ πόλεις ταύτας, Σαμικόν, Λέπρεον, Ὕπαναν, Τυπανέας, Πύργον, Αἰπιόν, Βώλακα, Στυλάγγιον, Φρίξαν.* Cf. c. 80. *Ἤπειον τὴν μεταξὺ Ἡραίας καὶ Μακίστου ἠξίουν οἱ Ἠλεῖοι ἔχειν.* Xenoph. Hell. III, 2, 30. *Ἔπιον* Herod. V. *Macistus.*

Bolax. V. *Aepium.*

Buprasium. Eustath. ad Hom. Il. II p. 303, 28: *Βουπράσιον ὁ γεωγράφος χωρίον τῆς Ἠλείας φησί. καὶ τοὺς Βουπρασιεῖς Ἐπείους· καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν λέγει ὅτι κατοικία τῆς Ἠλείας τὸ Βουπράσιον ἀξιόλογος.* (cf. Strab. VIII p. 340.) — *ὁ δὲ τῶν ἐθνικῶν γραφεὺς καὶ πόλιν Ἦλιδος λέγει καὶ ποταμὸν καὶ χωρίον καὶ κατοικίαν ἀξιόλογον τὸ Βουπράσιον.* [Cf. Steph. Byz. et Berkel. ad h. l.]

Chaa. Χάαν πόλιν ποτὲ ὑπάρξασαν πλησίον Λεπρέου. Strabo VIII p. 348.

Chalcis. Χαλκὶς ἐν τῇ νῦν Ἠλείᾳ. Strabo X p. 447. V. *Samicum.*

Cycesium. αὐτοῦ δέ ἐστι [prope Olympiam] *καὶ τὸ Κυκήσιον τῶν ὀκτώ.* Strabo VIII p. 357. V. *Pisa, Salmone.*

Cyparissia. Λεπρεᾶται· τοίτοις δ' ὅμοροι Κυπαρισσεῖς. Strabo VIII p. 345. *Κυπαρισσία πόλις τῆς Τριφυλίας.* Steph. Byz. Cf. Diod. XV, 77.

Cyllene. Ἠλείων ἐπίνειον Κυλλήνη. Steph. Byz. *τὸ τῶν Ἠλείων ἐπίνειον ἡ Κυλλήνη, ἀνάβασιν ἔχουσα ἐπὶ τὴν νῦν πόλιν ἑκατὸν καὶ εἴκοσι σταδίων.* Strabo VIII p. 337. Cf. Pausan. VI, 26, 3.

Dyspontium. (*Πισαίοις*) *συναπέστησαν* [v. *Pisa*] *Μακίστιοι καὶ Σκιλλούντιοι, οὗτοι μὲν ἐκ τῆς Τριφυλίας, τῶν δὲ ἄλλων περιοίκων Δυσπόντιοι.* Pausan. VI, 22, 2. *Δυσπόντιον πόλις Πισαίας — παρὰ τὴν ὁδὸν τὴν ἐξ Ἤλιδος εἰς Ὀλυμπίαν.* Steph. Byz. Fuit una ex 8 Pisatidis oppidis. Strabo p. 357.

Epitalium. Ἐπιταλίῳ πλησίον τοῦ Ἀλφειοῦ. Xen. Hell. III, 2, 29. *Θρύον* (Hom. Il. II, 592) *καλεῖται νῦν Ἐπιτάλιον τῆς Μακιστίας χωρίον.* Strabo VIII p. 349. *Ἐπιτάλιον πόλις τῆς Τριφυλίας· Πολύβιος τετάρτῃ.* [IV, 80.] Steph. Byz. V. *Acrorei.*

Eupagium. V. *Pylos.*

Harpina. Ἅρπινα πόλις Ἤλιδος. Steph. Byz. *παρὰ τὴν Ὀλυμπίαν ἐστὶ καὶ ἡ Ἅρπινα καὶ αὕτη τῶν ὀκτώ.* [V. *Salmone.*] Strabo VIII p. 356. Cf. Pausan. VI, 21, 6.

Heraclea. ἐγγὺς δὲ τῆς Σαλμώνης Ἡράκλεια καὶ αὕτη μία τῶν ὀκτώ [v. *Salmone*], *διέχουσα περὶ τεσσαράκοντα σταδίους τῆς Ὀλυμπίας.* Strabo VIII p. 356. *ἀπέχει δὲ ὡς πεντήκοντα Ὀλυμπίας σταδίους κώμη Ἠλείων Ἡράκλεια.* Pausan. VI, 22, 4.

Hypana. πόλις τῆς Τριφυλίας ὡς Πολύβιος τετάρτῳ. [IV, 77.] Steph. Byz. *πρὸς ἄρκτον ὅμορα ἦν τῷ Πύλῳ δύο πολίδια Τριφυλιακά, Ὕπανα καὶ Τυπανέαι.* Strabo VIII p. 344.

Lasion. V. *Acrorei.* Cf. Diod. XV, 77.

Lenus. Λῆνος χώρα τῶν Πισαίων. Steph. Byz.

Lepreum. V. *Macistus.* Cf. Thuc. V, 31. Polyb. IV, 77. Pausan. V, 5, 3. Strabo VIII p. 345. Plataeensi pugnae a. C. n. 479 interfuerunt *Λεπρεητέων ὁπλῖται διηκόσιοι.* Herod. IX, 28.

Letrina. ἐμβαλόντος τοῦ Ἄγιδος [a. C. n. 400] *δι' Αὐλῶνος εὐθὺς μὲν Λεπρεᾶται ἀποστάντες τῶν Ἠλείων προσεχώρησαν αὐτῷ, εὐθὺς δὲ Μακίστιοι, ἐχόμενοι δ' Ἐπιταλιεῖς· διαβαίνοντι δὲ τὸν ποταμὸν προσεχώρουν Λετρῖνοι καὶ Ἀμφίδολοι καὶ Μαργανεῖς.* Xen. Hell. III, 2, 25. *ὀγδοήκοντα* (*σταδίους*) *ἐκ Λετρίνων καὶ ἑκατὸν ἐπὶ Ἦλιν. Τὸ μὲν δὴ ἐξ ἀρχῆς πόλισμα ἦν οἱ Λετρῖνοι, καὶ Λετρεὺς ὁ Πέλοπος ἐγεγόνει σφίσιν οἰκιστής.* Pausan. VI, 22, 5. V. *Acrorei.*

Macistus. πόλις τῆς Τριφυλίας. Steph. Byz. *Μακίστου τῆς Τριφυλίας.* Strabo X p. 447. *Μινύαι Παρωρεήτας καὶ Καύκωνας ἐξελάσαντες ἐκ τῆς χώρης σφέας αὐτοὺς ἐξ ἐξ μοίρας διεῖλον καὶ ἔπειτα ἔκτισαν πόλιας τάσδε ἐν αὐτοῖσι, Λέπρεον, Μάκιστον, Φρίξας, Πύργον, Ἔπιον, Νούδιον· τουτέων δὲ τὰς πλεύνας ἐπ' ἐμέο Ἠλεῖοι ἐπάρθησαν.* Herod. IV, 148. Cf. Xen. Hell. III, 2, 30. Pausan. VI, 22, 2. Strabo VIII p. 343. 345.

Margana. V. *Acrorei.* Cf. Diod. XV, 77 et Wess. ad h. locum.

Myrtuntium. Μύρσινος πόλις Ἤλιδος — ὕστερον δὲ Μυρτούντιον ἐκλήθη. Steph. Byz. *Μύρσινος τὸ νῦν Μυρτούν-*

tatis consuetudine ubi scriptores eius exercitum memorant, numquam Elei quantum possent copiarum suppeditasse videantur. Sed Elidem incolis frequentiorem fuisse quam ullam Peloponnesi Elis. 431

τιον ἐπὶ θάλατταν καθήκουσα — στάδια τῆς Ἠλείων πόλεως διέχουσα ἑβδομήκοντα. Strabo VIII p. 341.

Nudium. V. *Macistus.*

Oenoe. Ἔφυρα πόλις — ἡ αὐτὴ οὖσα τῇ Βοιωνώᾳ· τὴν γὰρ Οἰνόην οὕτω καλεῖν εἰώθασιν. Strabo VIII p. 338. Cf. Berkel. ad Steph. Byz. v. Ἔφυρα.

Olympia. Ὀλυμπία ἡ πρότερον Πίσα λεγομένη. Steph. Byz. V. Berkel. ad h. l. et Larcher.: Herodot. Table Géographique v. Olympia, qui Olympiam et Pisam diversos locos fuisse consentiunt.

Opus. ἔστι καὶ Ὀποῦς πόλις — τῆς Ἠλείας. Steph. Byz. V. *Pylos.*

Pheia. Φειὰ τῆς Ἠλείας. Thuc. II, 25: Ἀλφειὸς ἐκπίπτει μεταξὺ Φειᾶς τε καὶ Πιτάνης. Strabo VIII p. 343. ἄκρα Φειά· ἦν δὲ καὶ πολίχνη. Idem p. 342.

Phrixa. ἡ Φρίξα κεῖται μὲν τῆς Ὀλυμπίας ἀπέχουσα στάδια λ'. Steph. Byz. Φρίξα πόλις ἐπ' ὄρους ὑψηλοῦ κειμένη πρὸς ἕω τῆς Λεπρεατικῆς. Idem v. Μάκιστος. V. *Acrorei*, *Aepium*, *Macistus.*

Pisa. In *Pisatidis* agro 8 oppida fuerunt [v. *Salmone*] ipsa *Pisa* non annumerata. Strabo VIII p. 356: οἱ μὲν ἐτυμολογοῦσι τὴν Πισᾶτιν ἀπὸ Πίσης ὁμωνύμου τῇ κρήνῃ πόλεως — τινὲς δὲ πόλιν μὲν οὐδεμίαν γεγονέναι Πίσαν φασίν· εἶναι γὰρ ἂν μίαν τῶν ὀκτώ· κρήνην δὲ μόνην ἣν νῦν καλεῖσθαι Βῖδαν, Κυκησίου πλησίον πόλεως μεγίστης τῶν ὀκτώ. Στησίχορος δὲ καλεῖ πόλιν τὴν χώραν Πίσαν λεγομένην. — Πίσα πόλις καὶ κρήνη τῆς Ὀλυμπίας. ἔστι καὶ χωρίον ἐν ᾧ ὁ τοῦ Διὸς ναὸς ἵδρυται καὶ ὁ Ὀλυμπιακὸς ἀγὼν τελεῖται. Steph. Byz. Πίσαν οἱ Ἠλεῖοι καὶ ὅσον τῶν περιοίκων ἄλλο συναπέστη Πισαίοις πολέμῳ καθεῖλον. Pausan. V, 10, 2. Post complura certamina, veluti Ol. 8, a. C. n. 748, Ol. 34, a. C. n. 644, Ol. 48, a. C. n. 588 non multo post hunc annum ab Eleis eversa est. V. Pausan. VI, 22, 2. [Cf. Quaestt. m. de Xenoph. vita p. 25 et contra Mueller. Dor. II p. 507. De Pisae situ v. Boeckh. ad Pind. Schol. p. 247. *Kr.*]

Pylos Elidis. Diod. XIV, 17: *Παυσανίας* [cf. Wess. ad h. locum] ἐμβαλὼν εἰς τὴν Ἦλιν [a. C. n. 400] Λασίωνα μὲν φρούριον εὐθὺς εἶλεν ἐξ ἐφόδου. μετὰ δὲ ταῦτα — τέτταρας πόλεις προσηγάγετο, Θραιστόν, Ἄλιον, Εὐπάγιον, Ὀποῦντα. ἐκεῖθεν δὲ τῇ Πύλῳ προστρατοπεδεύσας εὐθὺς καὶ τοῦτο τὸ χωρίον παρέλαβεν, ἀπέχον τῆς Ἤλιδος σταδίους ὡς ἑβδομήκοντα. Pausan. VI, 22, 3: Πύλου τῆς ἐν τῇ Ἠλείᾳ δῆλα τὰ ἐρείπια κατὰ τὴν ἐξ Ὀλυμπίας ἐστὶν ἐς Ἦλιν ὀρεινὴν ὁδόν· ὀγδοήκοντα δὲ στάδια ἐς Ἦλιν ἀπὸ τῆς Πύλου. Strabo VIII p. 339: τριῶν Πύλων ἱστορουμένων ἐν Πελοποννήσῳ τούτου τε [Pyli *Elidis*] καὶ τοῦ Λεπρεατικοῦ τοῦ ἐν Τριφυλίᾳ, τρίτου δὲ τοῦ Μεσσηνιακοῦ. Idem ibid.: οἱ ἐκ τῆς κοίλης Ἤλιδος τοιαύτην φιλοτιμίαν προσετίθεσαν τῷ παρ' αὐτοῖς Πύλῳ. Male Wesseling. ad Diod. l. l. quam Diod. XIV, 17 memorat Pylum *Triphyliae* esse putat.

Pylos Triphyliae. ὑπέρκειται τῆς θαλάττης ἐν τριάκοντα ἢ μικρῷ πλείοσι σταδίοις ὁ Τριφυλιακὸς Πύλος καὶ Λεπρεατικός. Strabo VIII p. 343. πρῶται αἱ Φεαί, εἶθ' ἡ Χαλκίς, εἶθ' οἱ Κρουνοί, εἶθ' ὁ Πύλος ὁ Τριφυλιακὸς καὶ τὸ Σαμικόν. Idem p. 351. [Cf. Müller. Orchom. p. 363 s. *Kr.*]

Pyrgos. Polyb. IV, 77. 80. Πυργῖται Τριφυλίων ἔσχατοι [Messeniam versus]. Strabo VIII p. 348. V. *Macistus.*

Salmone. Σαλμώνη πόλις τῆς Πισάτιδος. Steph. Byz. εἰς γοῦν ὀκτὼ πόλεις μεριζομένης τῆς Πισάτιδος μία τούτων λέγεται καὶ ἡ Σαλμώνη. Strabo VIII p. 356.

Samicum. Σαμικὸν οὐδετέρως Τριφυλιακὴ πόλις. Steph. Byz. V. *Aepium.* εἶτα ποταμὸς Χαλκὶς καὶ κρήνη Κρουνοὶ καὶ κατοικία Χαλκίς, καὶ τὸ Σαμικὸν μετὰ ταῦτα. Strabo VIII p. 343. Et Pausanias et Strabo locum editum, *Samicum*, et oppidum *Samum* sive *Samium* ad borealem vel dextram Anigri ripam sitam memorant. Pausan. V, 6, 1: διαβάντι τὸν Ἄνιγρον καὶ ἰόντι ἐς Ὀλυμπίαν ἔστιν οὐ μετὰ πολὺ ἐν δεξιᾷ τῆς ὁδοῦ χωρίον τε ὑψηλὸν καὶ πόλις Σαμία ἐπ' αὐτοῦ. — τὰ δὲ ἐρείπια τὰ Ἀρήνης σαφῶς μὲν οὔτε Μεσσηνίων εἶχεν οὐδεὶς οὔτε Ἠλείων ἀποφῆναί μοι· — πιθανώτατα δὲ ἐφαίνοντό μοι λέγειν οἱ τὸ Σαμικὸν τὰ παλαιότερα ἔτι καὶ τὰ ἐπὶ τῶν ἡρώων Ἀρήνην καλεῖσθαι νομίζοντες. — τὰ δὲ ἐρείπια ταῦτα πλησιαίτατά ἐστι τοῦ Ἀνίγρου. Strabo VIII p. 346: τὸ μὲν οὖν Σαμικόν ἐστιν ἔρυμα· πρότερον δὲ καὶ πόλις Σάμος προσαγορευομένη διὰ τὸ ὕψος ἴσως. — τάχα δὲ καὶ τῆς Ἀρήνης ἀκρόπολις ἦν τοῦτο. Hic *Samici* quod Polybius memorat situm agnoveris. Strabo planitiem memorat quae Samicum dicta sit et ad mare pertinuerit p. 347: πέτραι ἀπότομοι — ὑπὲρ ὧν ἡ Σάμος γέγονε πόλις. — τὸ δὲ Ποσείδιον ἄλσος ἐστὶ πρὸς τῇ θαλάττῃ [cf. Pausan. VI, 25, 5]· τούτῳ δὲ κορυφὴ ὑψηλὴ ἐπιπροσθεῖ τὸ Σαμικόν, ὅπου ἡ Σάμος ἦν. — ἐνταῦθα δὲ πεδίον ἐστὶ Σαμικὸν ὀνομαζόμενον. Ad meridianam Anigri ripam posuit Pausanias V, 5, 3: ἰόντι δὲ ἀπὸ τῆς Ἠλείας χωρίον ἐστὶν ἐπὶ θάλασσαν καθῆκον. ὀνομάζεται μὲν Σαμικόν. — ἔστι δὲ ὁδὸς ἐς Λέπρεον ἀπὸ Σαμικοῦ τὸν Ἄνιγρον ποταμὸν ἀφέντι ἐν ἀριστερᾷ.

Scillus. πόλις Τριφυλιακή. Steph. Byz. Cf. Pausan. VI, 22, 2. V, 6, 3. Xenoph. Hell. VI, 5, 2. Xenophontis sedes. Xenoph. Anab. V, 3, 7: ἐπεὶ δ' ἔφυγεν ὁ Ξενοφῶν, κατοικοῦντος ἤδη αὐτοῦ ἐν Σκιλλοῦντι ὑπὸ τῶν Λακεδαιμονίων κατοικισθέντι παρὰ τὴν Ὀλυμπίαν κ. τ. λ. Cf. Pausan. V, 6, 4. Laert. II, 52.

Stylangium. Στυλάγγιον πόλις Τριφυλίας. Steph. Byz. V. *Aepium.*

Thraustum. Θραῦστον. Xenoph. V. *Acrorei.* Θραιστόν. Diod. V. *Pylos.*

Typaneae. V. *Aepium*, *Hypana.*

Elis. civitatem testatur Polybius; atque quot numero incolas fere habuerit collegeris, si cum aliis Peloponnesi terris comparaveris.

Singulis quadratis mill. Angl. Corinthii agri vidimus 404 capita fuisse; Argivi agri, 210; totius Argolidis, 201. Ex his numeris si Elidi minimum eligas et singulis quadratis mill. 200 capita tribuas, omnino 186,000 incolas habuerit. Quumque ex Elidis divitiis servos liberis hominibus saltem aequales numero fuisse coniicere liceat, hac ratione 93,000 servos totidemque liberos homines fuisse reperias. At in 93,000 liberis incolis ex iis quas ante demonstravimus rationibus (4897 in 20,160) mares 20um annum egressi fuerint 22,570. Itaque hic numerus 22,570 fuerit civium sive marium qui adulti essent ipsam Elidem et Triphyliae Pisatidisque oppida incolentium.

Iis quae ante disputavimus Peloponnesi civitatibus 128,000 cives, 528 liberos incolas, omnino prope 1,050,000 capita fuisse effecimus. Hos numeros, ut sponte intelligitur, tantum probabiles sumere licet. Attamen eos veritatem excedere non puto arbitrorque revera potius maiores quam minores fuisse [m]).

432 Quot quantaque mala veterum rerum publicarum rationes attulerint complures scriptores copiose exposuerunt. Quae mala quamquam in dubium vocare non licet, tamen Graecorum gens per omnes calamitates non modo fuit, sed floruit. Peloponnesi incolarum multitudinem Achaeorum foederis tempore et quamdiu Graeci sui iuris erant non multum minutam fuisse, si omnino minuta fuerit, e Polybio colligimus. A Periclis aetate ad Demetrii Phalerei tempora per 120 annos perpetuo magna graviaqua bella gesta sunt, suscepta illa vel ut terrae expugnarentur vel ut aemuli qui metuerentur gradu deiicerentur vel ut civitatibus iusto potentioribus resisteretur. His temporibus gesta sunt bella Peloponnesiacum, Corinthium, Thebana duo per 17 annos, sociale, Phocium et quae Philippus commovit. Praeterea Athenae turbis quae ex immoderato plebis statu exoriebantur laborabant. Et tamen haec civitas his malis adeo non labavit ut Demetrii Phalerei aetate non minus quam Periclis aetate hominum multitudine, incolarum copia et mercaturae magnitudine excelleret [n]). Sed si posteriora tempora spectes et quae Romanorum imperio Graecorum conditio fuerit circumspicias, qui tandem rerum status fuit? Desierant turbae vetustiorum temporum. Floruerunt ne Graeciae terrae opibus et hominum multitudine? Quae tum clarissimae gentis conditio fuerit ex quibusdam Strabonis, Dionis, Pausaniae, aliorum scriptorum locis collegeris breviter graviterque veritatem significantibus.

---

m) Si ex 20,160 liberis hominibus 4897 cives sive mares adultos fuisse statuas, numeros hos fuisse videas:

	Cives	Liberi incolae	Capita omnino
Laconicae et *Messeniae*	24,044	98,985	300,000
Arcadiae	26,198	107,856	161,750
Achaiae	10,004	41,186	61,800
Sicyonis	6,003	24,716	46,160
Phliuntis	5,004	20,603	31,000
Corinthi	9,803	40,360	100,360
Argorum	16,013	65,923	110,000
Epidauri et rel.	8.520	35,078	52,500
Elidis	22,575	92,937	186,000
	128,164	527,644	1,049,570

Hic tenenda sunt haec. Primum *Laconicam* et *Messeniam* ex quo haec libera facta est, plures quam hic posuimus liberos incolas habuisse probabile est. Methones et Asines incolas quamquam in prima et secunda columna proponere ausus non sum, in capitibus omnino computandis numeravi. Deinde quum *Sicyonis* mares ab 18 ad 60 ann. 10,634 posuerimus (v. p. 422), omnes mares vicesimum annum egressi (servis annumeratis) 11,214 fuisse reperias; quumque cives 6000 statuerimus, liberos homines non multo plures quam servos, 24 pro 21, fuisse videas. Hic fortasse civium numerum iusto minorem posuimus. Tum Corinthiorum mares qui militari aetate essent quum 9300 fuerunt (v. p. 423) mares vicesimum annum egressos 9803 fuisse reperias, qui numerus περιοίκους complectitur. Denique *Argivorum* numeris in prioribus duobus columnis περίοικοι et *Cleonaei* non comprehenduntur, comprehenduntur ea quam omnium capitum posuimus summa. Toti Peloponneso si 1,049,570 incolae fuerint, singulis quadratis mill. Angl. 135 capita fuisse reperias.

n) Viginti triginta ve ante annis Atheniensibus classis fuit tanta quanta quibus temporibus prosperrimam fortunam experti sunt. Post sociale bellum 353 plus 200 triremes iis fuisse tradit Isocrates Areopag. c. 1 p. 140. Demosth. de class. p. 182 a. 354 naves 300 ornare iubet. Qui eodem tempore, Philippo regnante, rempublicam administravit Lycurgus τριήρεις παρεσκεύασε τῷ δήμῳ τετρακοσίας. Vid. X or. p. 841, c. 852, c.

Euboeam, quae a. 378 plus 70 oppida continuit et ad Corinthiam pugnam 3000 ὁπλίτας miserat o), sic descripsit Dio p): *τὰ πρὸ τῶν πυλῶν ἄγρια παντελῶς ἐστὶ καὶ αἰσχρὰ δεινῶς, ὥςπερ ἐν ἐρημίᾳ τῇ βαθυτάτῃ, οὐχ ὡς προαστεῖον πόλεως· τὰ δέ γε ἐντὸς τείχους σπείρεται τὰ πλεῖστα καὶ κατανέμεται.* Loquitur de capite insulae Domitiano aut Traiano regnante. De *Boeotia* Strabo q): *Θηβαῖοι — οὐδὲ κώμης ἀξιολόγου τύπον σώζουσι. καὶ ἄλλοι δὲ πόλεις ἀνὰ λόγον, πλὴν Τανάγρας καὶ Θεσπιῶν· αὗται δ' ἱκανῶς συμμένουσι πρὸς ἐκείνας κρινόμεναι.* Thebae etiam Dionis aetate vastae erant r): *ἀναστάτου τῆς πόλεως αὐτοῖς γενομένης καὶ ἔτι νῦν σχεδὸν οὔσης, πλὴν μικροῦ μέρους τὰς Καδμείας οἰκουμένης.* EL[10].

Thessalia Traiani aetate ἔρημος fuit, *Arcadia* ἀνάστατος s). Huius vastitatem Augusto regnante graviter declarat Strabo t): *διὰ τὴν τῆς χώρας παντελῆ κάκωσιν οὐκ ἂν προσήκοι μακρολογεῖν. — Μαντίνεια καὶ Ὀρχόμενος καὶ Ἠραία καὶ Κλείτωρ καὶ Φενεὸς καὶ Στύμφαλος καὶ Μαίναλος καὶ Μεθύδριον καὶ Καφυεῖς καὶ Κύναιθα ἢ οὐκέτ' εἰσὶν ἢ μόλις αὐτῶν ἴχνη φαίνεται καὶ σημεῖα.* De *Megalopoli* haec tradit u): *νυνὶ δὲ καὶ αὐτὴ ἡ Μεγαλόπολις τὸ τοῦ κωμικοῦ πέπονθε· καὶ*

ἐρημία μεγάλη 'στιν ἡ Μεγάλη πόλις x).

433

Similiter Pausanias y) Antoninorum aetate: *ἡ Μεγάλη πόλις κόσμον τὸν ἅπαντα καὶ εὐδαιμονίαν τὴν ἀρχαίαν ἀφῄρηται.*

Laconicae favit Augustus, qui 24 oppida foedere coniuncta libera suique iuris esse voluit z). Attamen Strabo a) omnino tantum 30 oppida in Laconica invenit: *ἡ Λακωνικὴ λειπανδρεῖ· — ἔξω γὰρ τῆς Σπάρτης αἱ λοιπαὶ πολίχναι τινές εἰσι περὶ τριάκοντα τὸν ἀριθμόν.* Nec prospera fortuna erat *Acarnaniae* et *Aetoliae* b): *ὁ Σεβαστὸς ὁρῶν ἐκλελειμμένας τελέως τὰς πόλεις* [Acarnaniae] *εἰς μίαν συνῴκισε τὴν ὑπ' αὐτοῦ κληθεῖσαν Νικόπολιν. — ἡ τῶν Αἰτωλῶν καὶ Ἀκαρνάνων ἐρημία πρὸς ἱπποτροφίαν εὐφυὴς γέγονεν οὐχ ἧττον τῆς Θετταλίας* c).

---

o) Euboeae 378 praeter Hestiaeam 70 oppida fuerunt. Diod. XV, 30: *συνεμάχησαν αἱ κατὰ τὴν Εὔβοιαν οἰκοῦσαι πόλεις χωρὶς Ἑστιαίας. — οὐ μὴν ἀλλὰ τοῖς Ἀθηναίοις εἰς συμμαχίαν συνέβησαν ἑβδομήκοντα πόλεις καὶ μετέσχον ἐπίσης τοῦ κοινοῦ συνεδρίου.* Quantum copiarum ad Corinthiam pugnam miserint e Xenoph. Hell. IV, 2, 17 discas. Persico bello Euboeae civitates *Chalcis* et *Eretria Styra*que 29 naves ornaverant. Ad Artemisium *Χαλκιδέες ἐπλήρουν εἴκοσι Ἀθηναίων σφι παρεχόντων τὰς νέας, Ἐρετριέες δὲ ἑπτά, Στυρέες δὲ δύο.* Herod. VIII, 1. Ad Salaminem *Χαλκιδέες τὰς ἐπ' Ἀρτεμισίῳ εἴκοσι καὶ Ἐρετριέες τὰς ἑπτά.* Ibid. c. 46.

p) T. I p. 233 Reisk.

q) VIII p. 403. Rursus p. 410: *Θεσπιαὶ μόναι συνέστηκε τῶν Βοιωτικῶν πόλεων καὶ Τάναγρα· τῶν δ' ἄλλων ἐρείπια καὶ ὀνόματα λέλειπται.*

r) T. I p. 263.

s) Dio t. II p. 11: *Οὐχ ὁ Πηνειὸς δι' ἐρήμου ῥεῖ Θεσσαλίας, οὐχ ὁ Ἀάδων διὰ τῆς Ἀρκαδίας ἀναστάτου γενομένης;* Non minus vastae erant terrae Thessaliae confines. Strabo IX p. 429: *Ἀθαμᾶνες καὶ αὐτοὶ ἐκλελοίπασιν.* De *Epiro* Strabo VII p. 322: *νῦν δ' ἐρήμου τῆς πλείστης χώρας γεγενημένης καὶ τῶν κατοίκων καὶ μάλιστα τῶν πόλεων ἠφανισμένων, οὐδ' εἰ δύναιτό τις ἀκριβοῦν ταῦτα οὐδὲν ἂν ποιοίη χρήσιμον διὰ τὴν ἀδοξίαν καὶ ἀφανισμὸν αὐτῶν.* Haec natio post calamitatem 167 a Paulo Aemilio illatam, qui uno die 70 oppida evertit et 150,000 homines in servitutem redegit, nunquam vires reparavit. Cf. Polyb. apud Strab. l. l. Liv. XLV, 34. Plutarch. Aemil. c. 29.

t) VIII p. 388.

u) Ibid.

x) Megalopoli condita maiorem Arcadiae partem afflictam esse tradit Strabo VIII p. 388: *αἱ πόλεις ὑπὸ τῶν συνεχῶν πολέμων ἠφανίσθησαν ἐνδοξοι γενόμεναι πρότερον· τήν τε χώραν οἱ γεωργήσαντες ἐκλελοίπασιν ἐξ ἐκείνων ἔτι τῶν χρόνων ἐξ ὧν εἰς τὴν προσαγορευθεῖσαν Μεγαλόπολιν αἱ πλεῖσται συνῳκίσθησαν.* De tota Arcadia haec vera esse negaveris. Nam ex 18 civitatibus tantum septem ad novam urbem constituendam incolas miserunt. Atque ex his septem civitatibus *Orchomenus* non magnam partem misit et *Aliphera* per Achaei foederis tempora civitatis nomen conservavit. Quae iam excitavimus testimonia (v. supra p. 415 — 417 annott. r — z) docent relicuas undecim civitates ad Philippi et Persei tempora floruisse, prope ducentis annis post quam Megalopolis condita erat. Itaque eversa demum Graecorum libertate vastae factae sunt. Hae civitates superfuerunt bellis Achaeorum adversus Cleomenem, Aetolos, Philippum. Itaque quae bella Strabo significat, vastitatem eorum inde repetens, bella post quam Graecia Romanorum ditionis facta est fuerint necesse est, nec possunt esse alia nisi civilia Romanorum bella, in quibus Arcades maximo incommodo suo Antonium adiuverunt. V. Pausan. VIII, 46, 1.

y) Pausan. VIII, 33, 1.

z) V. supra p. 403 v. *Prasiae*.

a) VIII p. 362.

b) Strabo VII p. 325.

c) VIII p. 388.

ELIS. Diodorus Augusti aetate omnino meminit *τῆς νῦν περὶ τας πόλεις οὔσης ἐρημίας* [d]). Totius Graeciae vastitatem centum quinquaginta annis post perspicue demonstrât Plutarchus hoc loco: *τῆς κοινῆς ὀλιγανδρίας, ἣν αἱ πρότεραι στάσεις καὶ οἱ πόλεμοι περὶ πᾶσαν ὁμοῦ τι τὴν οἰκουμένην ἀπειργάσαντο, πλεῖστον μέρος ἡ Ἑλλὰς μετέσχηκε· καὶ μόλις ἂν νῦν ὅλη παράσχοι τρισχιλίους ὁπλίτας, ὅσους ἡ Μεγαρέων μία πόλις ἐξέπεμψεν εἰς Πλαταιέας* [e]).

---

d) Diod. II, 5, qui quanquam non de singulis terris loquitur, tamen quod dixit ad Graeciam potissimum referendum esse statueris.

e) Plutarch. Def. or. p. 414, a. Hic Graeciae vastitatem, *τῆς Ἑλλάδος τὴν ἐρημίαν*, oraculorum defectus causam statuit: *τίνος γὰρ ἦν ἀγαθὸν εἰ ἐν Τεγύραις ὡς πρότερον ἦν μαντεῖον, ἢ περὶ τὸ Πτῷον, ὅπου μέρος ἡμέρας ἐντυχεῖν ἐστὶν ἀνθρώπῳ νέμοντι;* Quae bella Plutarchus significet, Romana esse, non ea quae quamdiu Graecia libera suique iuris fuerit gesta sint vix est quod annotemus. Attamen labantem Graeciae statum omnino a bellis repetere dubitaveris. Nam a fine civilium bellorum (30 a. C. n.) ad Traiani tempora, quibus Plutarchus fuit, Graecia per 130 annos non interrupto otio fructa erat. Profecto civilibus bellis, quae per 20 annos gesta sunt (Liv. Epit. lib. CXXXIII) devastata est terra, sed plane diversae causae fuerint necesse est quibus ut per tantum temporis spatium vasta maneret efficeretur.

INDEX.

Tabulae annorum et columnarum numeris designantur. Romanis numeris prooemium significatur, Arabicis Appendicis paginae, [exemplaris Angl., margini appositae] quibus si qua littera subiicitur, ea annotatio indicatur.

ACARNANIAM invadit Agesilaus 391, 2. subigit 390, 2. Res a Philippo et Atheniensibus illic gestae 343, 2. Eius magnitudo p. 385. Deserta Romanis imperantibus p. 433.

Acestor *trag.* p. XXXIII.

Acestorides *) *arch. ep.* 504. 474.

Achaei in Laconica remanent Doribus subiecti p. 404. 405. v. annot. z.

Achaeorum foederis origo 280, 2. tempus examinatum 240. 241. suffragii ferendi ius erat iis qui triginta annorum essent 386, t. Achaeorum civitates p. 421, r.

Achaeus *trag.* nascitur 484, 4. eius tempus et aetas 447, 4. excelluit fabulis Satyricis ib.

Achaiae magnitudo et frequentia p. 385. 421. v. annot. r. Duodecim oppida habuit p. 420. quorum duo deleta sunt ib.

Acharnae maximus Atticae pagus p. 394.

